1ª
3896

LIRA
BIBLIA
SACRA

1

VNIVERSIDA
DE SAL
DOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

1ª
3896

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

# BIBLIA
# SACRA
## CVM GLOSSIS, INTERLINEARI ET ORDINARIA,

Nicolai Lyrani Poſtilla, ac Moralitatibus, Burgenſis Additionibus, & Thoringi Replicis;

In quibus, quantum laboris ac diligentiæ præter omnes ad hanc diem impreſſas in Vetus ac Nouum Teſtamentum Gloſſarum editiones, tam in Annotationibus, Scripturæ allegationibus, Canonumq; Concordantijs, quàm in Sanctorum Patrum & aliorum ſententijs atque authoritatibus citandis in marginibus præſtitum ſit, ad omnium ſtudioſorum commoditatem, quilibet ex noſtra Præfatiuncula, quam quidem tanquam neceſſariam iſtius operis Clauem ſequens ſtatim indicabit pagina, facile intelliget.

### TOMVS PRIMVS.

*Continet Pentateuchum, nempe Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numerum, & Deuteronomium.*



VENETIIS. MDLXXXVIII.
Cum licentia Superiorum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

## Ad Chriſtianum Lectorem.

GLoſſam Ordinariam in Biblia Sacra a uiris doctiſſimis contextam, iam animis hominum penè elapſam, ac multis annis ob ſumptuum ac laborũ magnitudinem à Typographis omiſſam, in lucem reuocare ſtuduimus, ſed noua quadam illi prius forma & facie inducta, mendis omnibus repurgata, ac tali iam reſtituta nitori, vt nihil amplius in ea uel excultius, uel abſolutius deſiderari poſſit. Cum enim ante hac ſanctorum patrum & aliorum, qui ſparſim citantur in opere, authoritates atque ſententiæ prorſus indiſtinctè abſque vlla locorum, ex quibus illæ decerptæ fuerant, mentione recitarentur, nos tomos, libros, capita, & id genus alia, quæ non paruo ſtudioſorum commodo conducere arbitrati ſumus, non ſine maximis laboribus in marginibus tibi oſtendi, quàm potuimus pleniſſimè, fidiſſimeque curauimus. Quæ ex Hebræis, aut Græcis codicibus aliquando corruptè citabantur, proprijs characteribus ſunt à nobis nunc reſtituta. Vbi item à tranſlatione noſtra diſſidet Hæbraica veritas in veteri teſtamento, aut Græca in nouo, id nos in margine hoc ſigno † crucis diligenter annotauimus. Et ne quippiam in hac editione deſideraretur, varias latinorum codicum lectiones eadem notula adiecimus. Præterea – obeliſco confodimus, quod in Hebraicis uoluminibus non legitur. * Aſteriſco autem uſi ſumus, quoties Hebræa plus habet quàm noſtra tranſlatio. Nihil ſupereſt (optime lector) niſi unum te præmonere, ut ubicunque de canonicis, uel non canonicis libris ſeu apochryphis ſcripturis tam in prima operis Præfatione, uel in Prologis ſeu Epiſtolis B. Hieronymi ſuper Thobiæ, Iudith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Baruch, & Machabæorum libris, quàm in eorundem Prologorum, ſeu Epiſtolarum expoſitionibus, vel alibi mentionem fieri adinueneris, à deciſione Sac. Conc. Trid. Seſ.4. Decreto de Cano. ſcrip. §. Sacrorum vero librorum, non diſcedas. Habes igitur breuibus hac in editione obſeruanda, habes in edendo hoc opere ſumptus noſtros, labores haud exiguos, curam atque induſtriam maximam: tu ſi pij, atque grati hominis partes fouere niteris, placida fronte ſuſcipito, quicquid longa tibi noſtra tandem protulit diligentia. Vale.



# DE CANONICIS, ET NON CANONICIS LIBRIS.

A QVONIAM plerique eò quòd non multam operam dant ſacræ ſcripturæ, exiſtimant omnes libros, qui in Biblijs continentur, pari veneratione eſſe reuerendos, atque adorandos, neſcientes diſtinguere inter libros canonicos, & non canonicos, quos Hebræi à canone ſeparant, & Greci inter apocrypha cõputant, vnde ſępe corã doctis ridiculi videntur, & perturbantur, ſcandalizanturq; cũ audiunt aliquẽ non pari cum cæteris omnibus veneratione proſequi aliquid, quod in Biblia legatur idcirco hic diſtinximus, & diſtinctè numerauimus primò libros canonicos, & poſtea non canonicos, inter quos tantum diſtat, quantum inter certum, & dubium. Nã canonici ſunt confecti ſpiritu ſancto dictante. Non canonici autem, ſiue apocryphi, neſcitur quo tempore, quibusvè autoribus ſint editi, quia tñ valdè boni, & vtiles ſunt, nihilq; in eis, quod canonicis obuiet, inuenitur, ideo eccleſia eos legit & permittit, vt ad deuotionẽ & ad morum informationem à fidelibus legantur. Eorum tamen autoritas ad probandum ea, quæ veniunt in dubium, aut in contentionem, & ad confirmandam eccleſiaſticorum dogmatum autoritatem, non reputatur idonea, vt ait B. Hieronymus in prologis ſuper Iudith, & ſuper libris Salomonis. At libri canonici tantę ſunt autoritatis, vt quicquid ibi continetur, verum teneat firmiter, & indiſcuſsè: Et per conſequens illud, quod ex hoc concluditur manifeſtè. Nam ſicut in philoſophia veritas cognoſcitur per reductionem ad prima principia per ſe nota, ita &

*Canonici libri. ἀπόκρυφοι id eſt occulti.*

B in ſcripturis à ſanctis doctoribus traditis veritas cognoſcitur, quantũ ad ea, quæ ſunt fide tenenda, per reductionem ad ſcripturas canonicas, quæ ſunt habitæ diuina reuelatione, cui nullo modo poteſt falſum ſubeſſe. Vnde de his dicit Auguſtinus ad Hieronymũ. Ego ſolis eis ſcriptoribus, qui canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferrè, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe, firmiſſimè teneã: ac ſi aliquid in eis offendero, quod videatur cõtrarium veritati, nihil aliud exiſtimem, quam mendoſum eſſe codicem, vel non eſſe aſſequutum interpretem, quod dictũ eſt, vel me minimè intellexiſſe non ambigam. Alios autem ita lego, vt quãtalibet ſanctitate, doctrinavè polleant, nõ ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerũt, ſed quia mihi per illos autores canonicos, vel probabiles rationes, quod à vero nõ abhorreat perſuadere potuerunt. Sunt igitur libri canonici veteris teſtamẽti viginti duo, ad numerum viginti duarum literarũ Hebræorum, vt ſcribere Origenem ſuper primum Pſalmum refert Euſe. lib.6. Eccleſiaſticę hiſtorię, & copioſius, diſtinctiusq; dicit B. Hieronymus in prologo galeato ſuper lib. regũ, ꝙ omnes in tres partes ab Hebræis diuiduntur. In legem, i. quinque libros Moyſi. In prophetas octo, & hagiographa nouem, vt ſtatim clarius patebit. Quamuis nonnulli librum Ruth ſeparent à libro Iudicum, & lamentationes Hierẹmiæ a Hieremia, & inter hagiographa computent, vt ſint viginti quatuor libri ad numerum viginti quatuor ſeniorum, quos Apocalypſis inducit adorantes agnum. Iſti ſunt libri, qui ſunt in canone, vt latius ſcribit B. Hieronymus in prologo galeato, qui eſt ſuper libros Regum. Et primo quinq; libri Moyſi, qui appellantur lex, quorum primus eſt Geneſis, ſecũdus Exodus, tertius Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium. Secundo ſequuntur octo libri prophetales, quorum primus eſt Ioſue, ſecũdus liber, Iudicum cum Ruth, tertius Samuel, id eſt, primus & ſecundus Regum, quartus Malachim, id eſt, tertius & quartus Regum, quintus Eſaias, ſextus Hieremias cum lamentationibus, ſeptimus Ezechiel, octauus liber duodecim prophetarum, quorum primus eſt Oſeę, ſecundus Ioel, tertius Amos, quartus Abdias, quintus Ionas, ſextus Micheas, ſeptimus Naum, octauus Abacuk, nonus Sophonias, decimus Aggæus, vndecimus Zacharias, duodecimus Malachias. Tertio ſequũtur hagiographa nouem, quorum primus eſt Iob, ſecũdus Pſalterium, tertius Salomonis prouerbia, quartus eiuſdem Eccleſiaſtes, quintus eiuſdẽ Canticum canticorum, ſextus Daniel, ſeptimus Paralipomenon, qui apud Hebręos eſt vnus liber, nõ duo, octauus Eſdras cũ Neemia (eſt. n. totus vnus liber) nonus Heſter. Quicquid C

*Numerus librorum canonicorum. Hanc diuiſionem probãt Hebræi, qui Biblia ſua ob id appellant, עשרים וארבע id eſt, viginti quatuor Apoc. 5.b*

*ἁγιόγραφα, id eſt, ſcripta ſancta.*

autem extra hos eſt (de veteri teſtõ loquor) vt dicit Hieronymus, inter apocrypha eſt ponendum. Iſti ſunt libri, qui non ſunt in canone, quos tñ eccleſia, vt bonos, & vtiles libros admittit, non vt canonicos, inter quos ſunt aliqui maioris autoritatis, aliqui minoris: Nã Thobias, Iudith & Machabęorum libri: Sapientiæ quoq; liber, atq; Eccleſiaſticus valde ab oĩbus probãtur, ita ꝙ Aug. lib.2. de doctrina Chriſtiana, tres ſuperiores numerat inter canonicos, & de Sapientia, atq; Eccleſiaſtico dicit, meruiſſe illos recipi in autoritatem, & inter propheticos debere numerari. Et de libris Machabęorũ lib.18. de ciuitate Dei loquens, & de Eſdrę libris, dicit, ꝙ quamuis Hebræi non habeant eos pro canonicis, tñ eccleſia habet illos pro canonicis ꝑꝑ quorũdã martyrũ paſſiones vehementes, atq; mirabiles. Minoris aũt autoritatis ſunt Baruch, & tertius & quartus Eſdrę. Nã Auguſt. in loco ſupradicto nullã de his facit mẽtionẽ, cũ tñ (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoq; in expoſitione Symboli & Iſid. in lib.6. Etymol. vbi hãc Hieronymi diuiſionẽ referunt, horum nihil meminerunt. Et vt numeres eos eo ordine, quo ſunt in Biblia, quãuis alio ordine fuerint editi, primo ſunt tertius & quartus liber Eſdræ, qui dicuntur tertius & quartus, quia ante Hieronymũ Gręci & Latini librũ Eſdræ canonicũ ſecabant in duos libros, ſermones Neemiæ, ſ'm librum appellantes. Iſti autẽ tertius & quartus inter omnes non canonicos minoris (vt dixi) ſunt autoritatis. Vnde Hier. in prologo Eſdræ eos appellat ſomnia, & in pauciſſimis biblijs manu ſcriptis inueniũtur, & in multis impreſſis inuenitur ſolum tertius. Scđs eſt Thobias, liber valde deuotus & vtilis. Tertius eſt Iudith, quẽ dicit Hieronymus in prologo fuiſſe à Nicęna ſynodo cõputatum in numero ſanctarũ ſcripturarũ. Quartus liber Sapientiæ, quẽ ſcripſiſſe Philonẽ Alexandrinũ Iudæũ doctiſſimũ, D ferè oẽs tenent. Quintus eſt liber Ieſu filij Sirach, qui Eccleſiaſticus dr̃. Sextus eſt Baruch, vt dicit Hieronymus in prologo Hieremię. Septimus eſt Machabęorũ liber in primum & ſecũdũ diuiſus. Neq; aliquẽ moueat, ꝙ in Iudith & Thobiæ prologis dr̃, ꝙ apud Hebræos inter hagiographa legũtur: quia manifeſtus error eſt, & apocrypha, non hagiographa, eſt legendum, qui error in omnibus quos viderim codicibus inuenitur, & inoleuit (vt puto) ex pietate & deuotione exſcribentium, qui deuotiſſimas hiſtorias horrebant annumerare inter apocrypha. Nam ꝙ hic error multis retro annis codices occupauerit, oſtendit magiſter in hiſtoria Iudith, vbi dicit: Hic liber apud Chaldęos inter hiſtorias cõputatur, & apud Hebræos inter apocrypha, quod dicit Hieronymus in prologo, qui ſic incipit: Viginti & duas literas. Si ergo alicubi in prologo ſuper Iudith, legitur inter hagiographa, vitium ſcriptoris eſt, quod in ipſo titulo deprehendi poteſt. Ex quo miror, ꝙ dictus magiſter non aduerterit eundẽ eſſe errorem in prologo Thobiæ, vbi ipſe dicit: Hanc hiſtoriam Hebræi ponunt inter apocrypha, Hieronymus tamẽ in prologo ſuo dicit inter hagiographa. Gloſſa quoq; ſuper dicto prologo Thobiæ dicit: potius & verius dixiſſet inter apocrypha. Vel largè accipit hagiographa, quaſi ſanctorum ſcripta, & ita non eſt de numero illorum nouem, quæ propriè dicuntur hagiographa, quæ ſunt de catalogo, id eſt de numero viginti duorũ librorũ bibliæ. Nã cũ Hieronymus in prologo galeato, poſt enumerationem canonicorũ librorum dicat: Hic prologus ſcripturarum, quaſi galeatũ principiũ, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum conuenire poteſt, vt ſcire valeamus quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponẽdũ. Igitur ſi ſapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Thobias, & Paſtor, nõ ſunt in canone, quomodo credendum eſt, illum poſtea in illis prologis ſcripſiſſe eos inter hagiographa & ſibiipſi contradicere? Si quis præterea libratiori examine Hieronymi verba in dictis prologis pependerit, animaduertet illum ſcripſiſſe apocrypha, non hagiographa. Dicit. n. in prologo Thobiæ: Exigitis vt librum Chaldęo ſermone conſcriptũ ad Latinũ ſtylum traham, librũ vtiq; Thobiæ, quem Hebręi de catalogo diuinarũ ſcripturarũ ſecantes, his, quæ apocrypha memorãt, mãciparunt. In Iudith autem ait: apud Hebræos liber Iudith inter apocrepha legitur, cuius autoritas ad roborãda illa, quæ in con-

*Non canonici libri, & eorum autoritas.*

*Minoris autoritatis.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Cum
itaque dicat Hebręos ſecare Thobiam de catalogo diuina-
rum ſcripturarum, & Iudith autoritatem minus idoneam
iudicari, ſi inter hagiographa numeraret, & non inter apo-
crypha, contraria videretur in eodem loco ſcripſiſſe. Sed
(vt dixi) ſcriptores hoc nomen apocrypha horrentes, de-
uotione, ac pietate quadam reiecto apocrypha, hagiogra-
pha ſcripſerunt. Rufinus verò vbi ſupra, enumeratis libris
canonicis, in quibus cũ Hieronymo concordat, infert: Hæc
ſunt quæ patres intra canonem concluſerunt, ex quibus fi-
dei noſtræ aſſertiones conſtare voluerũt. Sciendum tamen
*Eccleſiaſtici libri.* eſt, ꝙ alij libri ſunt qui non canonici, ſed eccleſiaſtici à ma-
ioribus appellati ſunt, vt Sapientia, quę dicitur Salomonis,
& alia ſapientia, quæ dicitur filij Sirach, & intra eiuſdem or
dinis eſt libellus Thobiæ, & Iudith, & Machabęorum libri.
Quæ omnia legi quidem in eccleſijs voluerunt, non tamen
proferri ad autoritatem ex his cõfirmandam. Cæteras verò
ſcripturas apocryphas nominauerunt, quas in eccleſijs legi
noluerunt. Præterea eſt ſciendum, ꝙ in libro Heſter illa
duntaxat ſunt in canone, quæ ſcribuntur vſque ad eum lo-
cum, vbi poſuimus: Finit liber Heſter, prout eſt in Hebræo,
quæ poſtea ſequuntur non ſunt in canone. Similiter in Da
niele, illa tantum ſunt in canone quæ ſunt vſque ad eum
locum vbi poſuimus: Finit Daniel propheta, quæ poſtea
ſequuntur non ſunt in canone. Quamuis autem Dauid, i.
*Pſalterium.* Pſalterium apud Hebræos non ponatur inter prophetas,
ſed inter hagiographa, tamen ferè omnes Latini eum non
ſolum prophetam, ſed ſummum prophetarum, vel ſecun-
*Daniel.* dum vocant. Danielem quoque inter prophetas numerãt.
Aliter quoque aliqui Latini diuiſerunt vetus & nouum te-
ſtamentum, ſcilicet in libros legales, hiſtoriales, ſapientia-
*Legales.* les, & prophetales. Legales appellant quinq; libros Moyſi,
in veteri teſtamento, quibus in nouo faciunt reſpondere
*Hiſtoriales.* quatuor Euangelia. Hiſtoriales Ioſue, Iudicum, libros Re-
gum, Paralipomenon, Eſdram, Heſter, & Iob, quibus in no-
uo correſpondent acta Apoſtolorum. Sapientiales, tres li- G
*Sapientiales.* bros Salomonis, ſcilicet, prouerbia, eccleſiaſten, & cãticum
cãticorum, quibus in nouò correſpondent epiſtolæ Pauli,
*Prophetales.* & quæ canonicæ dicuntur. Prophetales faciunt Dauid, i.
pſalterium, Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, duodecim
*Noui teſtamenti libri.* prophetas, & Danielem, quibus in nouo reſpondet liber
Apocalypſis. Noui autem teſtamenti omnes, qui in biblia
ponuntur, libri, ſunt in canone, teſtibus Hieronymo, Augu
ſtino, & Iſidoro in locis ſupradictis. Hi ſunt, quatuor ſacro-
ſancta Euangelia, ſcilicet Matthæus, Marcus, Lucas, Ioan-
nes, Pauli Apoſtoli epiſtolæ quatuordecim. Quarum vna
eſt ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad
Epheſios vna, ad Philippenſes vna, ad Teſſalonicenſes duę,
ad Coloſſenſes vna, ad Timotheum duæ, ad Titum vna, ad
Philemonem vna, ad Hebræos vna. Item actus Apoſtolo-
rum. Item epiſtolæ ſeptem, quæ canonicæ appellãtur, qua-
rum vna eſt Iacobi, duæ Petri Apoſtolorum principis, Ioan
nis Apoſtoli & Euangeliſtæ tres, Iudæ, qui alias Thadęus di
citur, vna, demum liber Apocalypſis. Hi omnes libri pro
canonicis habentur. Quamuis ante Hieronymnm à mul-
tis de epiſtola ad Hebræos dubitaretur, quã hæſitationem
ipſe multis rationibus ſuſtulit. Itidem de epiſtola Iudæ, ac
de ſecunda & tertia Ioannis, in eccleſia primitiua à multis
an deberent in canonem recipi, valde dubitatum eſt: de
quarum prima ſic dicit Hieronymus in libro de viris illu-
ſtribus, Iudas frater Iacobi, paruam quidem, quæ de ſeptem
canonicis eſt, epiſtolã reliquit. Et quia de libro Enoch, qui
apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſq; reijci-
tur, tamen autoritatem vetuſtate iam, & vſu meruit, & in-
ter ſanctas ſcripturas computatur. De alijs autem duabus,
quæ incipiũt, Senior, dicit Hieronymus in dicto libro in ca-
pitulis, Ioannes, & Papias, ꝙ aſſerebantur eſſe Ioannis preſ-
byteri, diſcipuli Ioannis Euangeliſtæ, qui dicebatur Senior
Ioannes. Sed tamen omnium approbatione iam ſunt rece
ptæ, & citra cuiuſq̃ refragationem pro canonicis habẽtur.

F
## TRANSLATORES *Bibliæ.*

NOTANDVM, Quòd translatores, & in-
terpretes Bibliæ multi fuerunt. Quia ſicut
dicit magiſter in hiſtorijs, ante incarnatio-
nem domini annis. ccc. xlj. temporibus Pto
lemæi Philadelphi regis Aegypti lxx. inter-
*Ptolemæus Philadelphus.* pretes floruerunt, qui legem & prophetas
hoc modo tranſtulerunt. Ptolemæus ſtudioſus & librorum
cupidus, percipiens apud Iudæos legem eſſe ore Dei editã,
& digito illius ſcriptam, miſſis epiſtolis & muneribus, roga-
uit Eleazarum Pontificem Iudæorum, vt ſibi viros ſenio-
res Hebraicæ, & Græcæ linguæ peritos, qui interpretari &
tranſferre valerent, dirigeret. Etenim ſua deſideria eſſent
eam in Græco translatam habere, & archiuis regalibus in-
*Lxx. interpretes.* terſerere. Eleazarus autem annuens eius petitioni, de vna-
quaque tribu ſex legiſperitos deſtinauit. Hi ſunt ſeptuagin-
taduo interpretes, qui licèt 72. fuere, more ſacræ ſcripturæ
tamen communiter dicuntur ſeptuaginta, quia etſi duo ſu-
perſunt, hoc eſt modicum reſpectu ſeptuaginta. Hi ergo ve
nientes ad regem, Pentateuchum & prophetas transferen-
tes, coram rege diſputauerunt de vno Deo colendo, & ꝙ
nulla creatura eſſet Deus. Inde eſt, ꝙ vbicunque occurrebat
eis in transferendo de trinitate, vel ſub ſilentio præteribãt,
vel ſub ænigmate tranſtulerunt, ne tres Deos colendos tra-
didiſſe viderentur, ſimiliter de incarnatione verbi faciẽtes.
Vnde translatio ſeptuaginta duum quãdoq; eſt ſuperflua,
quandoq; diminuta. Poſt incarnationem autem domini
*Aquila.* & paſſionem annis centum viginti quatuor, Aquila qui-
dam Iudæus ad fidem conuerſus, ſed poſtea in hæreſim la-
pſus, primus interpres fecit aliam translationem de Hebrai
co in Græcum tempore Adriani Imperatoris. Deinde poſt
*Theodotion.* annos liiij. Theodotion fecit tertiam trãslationẽ ſub Com-
*Symmachus* modo. Deinde poſt annos. xxx. Symmachus interpres cla-
*Vulgata translatio.* ruit ſub Seuero. Deinde poſt annos viij. inuẽta eſt quędam
*Origenes.* trans latio Hieroſolymis, cuius autor ignoratur, quæ dicta
eſt vulgata trãslatio, vel quinta editio. Deinde poſt annos.
xviij. tempore Alexandri ſuperuenit Origenes, qui videns
iſtas translationes imperfectas, incepit corrigere translatio
nem lxxij. interpretum per poſteriores iam dictas transla-
tiones, vel ſecundum aliquos ſolam translationem Theo- H
dotionis immiſcuit, ſcilicet ſupplens diminuta, & reſecans
ſuperflua. Vbicunque igitur ad translationem lxxij. inter-
pretum aliquid addidit ex translationibus ſequentibus, ibi
ponebat aſteriſcum, id eſt, ſtellam vel formam aſtri, ꝑ quod
innuit, ꝙ per additionem illam elucescebant, quæ prius
deerant. Et dicitur ſecundum aliquos aſteriſcus ab ἀςὴρ &
εἰκὼν, quod eſt imago, vel ſignum, & producit penultimam,
quia apud Græcos icon ſcribitur per ei diphthongon. Tu
dic melius, quod Græcè dicitur ἀςερίσκος, aſteriſcus, & eſt di-
minutiuum quaſi ſtellula. Vbi verò erat ſuperfluum, pone-
bat obelum. Obelos enim Græcè dicitur ſagitta Latine, vel *ὀβελός.*
veru, ſignãs per hoc, ꝙ litera ibi ſuperflua erat. Deinde ipſe
Origenes, ut dicit Hieronymus, ſextam & ſeptimam trãsla-
tionẽ miro labore reperit. Quæ translationes ſcilicet quin-
ta, ſexta, & ſeptima, licèt, vt idem ait Hieronymus, quibus
cenſeantur autoribus ignoretur, tamen ita probabilem ſui
diuerſitatem tenent, vt autoritatem ſine nominibus tenue
rit. Deinde quidam volentes habere omnes iſtas transla-
tiones ſimul, ſcribebant libros, ſic eos ordinantes, ꝙ in me-
dio cuiuslibet folij ponebant ſex columnas à ſummo deor
ſum deſcendentes, ponentes in prima verba tranſlationis
primæ, in ſecunda ſecundæ, & ſic de alijs. Et iſti libri dicti
ſunt hexapla, quaſi liber habens ſex tranſlationes rectas, vel *ἑξαπλά*
rectificatas. Et his temporibus multi vtriuſq; linguæ ſcioli
fecerunt alias tranſlationes de prædictis Grecis tranſlatio-
nibus in Latinum. Nouiſſimè ſuperueniẽs B. Hieronymus
peritus in tribus linguis, Hebraica, Græca, & Latina, Primò
correxit tranſlationem lxxij. interpretum in Latino cũ aſte
riſcis & obeliſcis. Poſtea verò tranſtulit immediatè Bibliam
de Hebræo in Latinum ſine aſteriſcis, & obelis. Et hac trãſ-
latione nunc vbique vtitur tota Romana eccleſia, licèt non
in omnibus libris. Et ipſius tranſlatio meritò cæteris ante-
fertur, quia eſt verborum tenacior, & perſpicuitate ſentẽtię
clarior. Et tranſlatio prima, ſcilicet lxxij. interpretum facta
eſt in Alexandria ciuitate, quæ metropolis eſt Ægypti. Aliæ
autẽ tranſlationes in diuerſis partibus mundi, vbi tũc magi
ſtri polluerũt. Nota ꝙ vbicunque in libris veteris teſtamen- *Nota.*
ti mendũ reperitur, recurrendũ eſt ad volumina Hebræorũ,
qa vetus teſtũ primò in lingua Hebræa ſcriptũ eſt. Si verò
in libris noui teſtamẽti, recurrẽdũ eſt ad volumiua Græco-
rũ, quia nouum teſtũ primo in lingua Græca ſcriptum eſt,
pręter Euangeliũ Matthæi, & epiſtolam Pauli ad Hebręos.
In



A *In nomine ſanctæ trinitatis, incipit prologus primus venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ordinis Seraphici Frãciſci de commendatione ſacræ ſcripturæ in generali.*

HÆC omnia liber vitæ, &c. Eccl. 24. cap. ſecun-
dum ꝙ dicit B. Greg. Hom. 35. Euãgeliorum.
Tẽporalis vita æternæ vitæ cõparata, mors eſt
potius dicenda, q̃ vita. Scientiæ verò à Philoſo
phis traditæ ordinantur ad finem conſequen
*Scientiæ philoſophicæ finis.* dum in præſenti vita, quia ſcientiæ practicæ ab eis traditæ
ordinantur ad felicitatem politicã, loquendo de politia prę
ſentis vitæ. Similiter ſcientiæ ſpeculatiuæ ordinantur ad fe-
licitatem contemplatiuam, loquendo de cõtẽplatione, quę
põt haberi in vita pręſenti, & per viam naturæ, quæ depen-
*Philoſophus* det ex phantaſmate. Vñ dr̃ tertio de anima, ꝙ intelligenti-
bus nobis neceſſe eſt phantaſmata ſimul ſpeculari. Et de ta
li ſpeculatione dr̃ ibidem, ꝙ intelligere corrumpitur in no
bis, quodam interius corrupto. Sacra ſcriptura. n. ordinatur
*Sacræ ſcripturæ finis.* ad felicitatem vitæ futuræ, quã philoſodhi neſciuerunt, ſ̃m
ꝙ dicit B. Hiero. in Epiſtola ad Paulinũ de omnibus ſacræ
ſcripturę libris: Hoc doctus Plato neſciuit, hoc Demoſtenes
eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur, ꝙ libri à philo-
ſophis deſcripti cõtinentes ſcientias ordinatas ad finem in
hac temporali vita, tantummodo uaturaliter conſequen-
dum, ſi cõparentur ad libros ſacræ ſcripturæ quæ ordinan-
tur ad finem æternæ vitæ, magis ſunt dicẽdi libri mortis, q̃
vitæ. Sed liber continens ſacrã ſcripturã, quæ licèt in multis
libris partialibus diuidatur, ſub vno tñ libro cõtinetur, qui
nomine generali liber vitæ propriè nominatur, ſ̃m ꝙ dici-
*Scriptura ſacræ excellentia quadruplex.* tur in verbo pręaſſumpto, Hæc omnia &c. In quo ſacra ſcri
ptura quadrupliciter deſcribitur ſ̃m quatuor excellentias,
quibus omnem ſcripturam aliam excellit. Primò enim de-
ſcribitur, vt ſingularis eminentiæ, quod notat pronomen
ſingulare, cum dicitur: Hæc. Secundò deſcribitur, vt genera
lis continentiæ, qđ oſtẽdit ſignum vniuerſale, cum dicitur:
omnia. Tertiò, vt ſpecularis intelligẽtiæ, quod denotat con-
ditio libri, cum dr̃: liber. Quartò, vt ſalutaris efficaciæ, quod
oſtendit conſecutio finis intenti, cum dr̃: vitæ Circa primũ
*Scientiæ honorabilitas in duobus accipitur.* ſciendũ, ꝙ vna ſcientia eminentior eſt altera, ſeu honorabi-
lior duplici de cauſa, vt hr̃ primo de anima. Vna eſt, quia eſt
de nobiliori ſubiecto. Alia, quia procedit certiori modo. Et
propter vtranq; ſacra ſcriptura, quæ propriè theologia dr̃,
cum ipſa ſola ſit textus huius ſcientiæ, omnes ſciẽtias alias
antecellit. Primò, quia habet Deum pro ſubiecto, qui eſt in
B ſummo totius nobilitatis, propter qđ nominaĩ theologia,
quaſi ſermo de Deo. Secundò, quia procedit modo certio-
ri. Aliæ. n. ſcientiæ humanitus repertæ procedunt per inue-
ſtigationẽ rationis humanæ. In quo quidem proceſſu, licèt
nõ ſit error quantum ad cognitionem primorũ principio-
rum, quæ ſunt per ſe nota, ſ̃m ꝙ dr̃ ſecundo Metaph. In fo-
ribus quis delinquet? tñ in deductione concluſionum ex
principijs poteſt eſſe error, maximè quantum ad oncluſio-
nes à primis principijs longinquas. Vnde & in tali proceſſu
omnes philoſophi innitentes tantùm humanæ inueſtiga-
tioni inueniũtur erraſſe, & ideo de ſingulari eminentia hu-
ius ſcientiæ dr̃ Deut. 4. a. Hæc eſt ſapientia veſtra, & intelle-
*Sapientiæ, & ſcientiæ differentia.* ctus coram populis. Sapientia. n. dr̃ propriè illa ſcientia, quę
cõſiderat altiſſimas cauſas, vt hr̃ primo Metaph. Sacra verò
ſcriptura habet Deum pro ſubiecto, vt dictũ eſt, qui eſt pri-
ma cauſa ſimpliciter omnium, & ideo propriè dr̃ ſapientia.
Sed conuenienter additur veſtra, ad diſtinguendum ſapien
tiam ſanctorum, ſeu catholicorum, quæ eſt ipſa ſacra ſcri-
ptura, a ſapientia philoſophorum, & hoc potiſſimè in duo-
bus, videlicet in proprietatibus de Deo cognitis, & in fine
cognitionis. Licèt enim philoſophi habuerint cognitionẽ
de Deo, hoc tñ ſolùm fuit quantum ad proprietates, quę de
ipſo poſſunt concludi per inueſtigationem rationis proce-
dentem ex creaturis: ſicut philoſophus 12. Metaph. probat
*Sapientiæ diuinæ præceptores qui ſunt.* eius veritatem, & octauo phyſicorum virtutis infinitatem,
& ſic de ſimilibus. Sed prophetæ, & Apoſtoli ſancti, qui hãc
ſcripturam nobis tradiderũt, per reuelationem ſpiritusſan-
cti habuerunt cognitionem de proprietatibus diuinis tran
ſcendentibus inueſtigationẽ rationis, vt de pluralitate per-
ſonarum, & earum diſtinctione in vnitate eſſentiæ, & conſi
milibus. Item philoſophi cognitionem de Deo habitã non
ordinauerunt ad alium finem, ſed ipſam quæſierunt ꝓpter
ipſum ſpeculari tantùm, inquantum eſt perfectio ipſius co-
gnoſcentis. Cognitio autem Dei, quæ in ſacra ſcriptura tra
ditur, ad hoc principaliter quæritur, vt per ipſam ipſe ſpecu
lans, ſeu contemplans feratur in amorem ipſius obiecti co
gniti, ſ. Dei, ipſum ſup ſe, & ſuper omnia diligendo. Et pro-
pter hoc Saluator Matth. 22. dicit, ꝙ in duobus præceptis C
charitatis tota lex pendet & prophetæ: & Apoſtolus primæ
ad Timoth. 1. b. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, &
conſcientia bona, ac fide non ficta. Et quia philoſophi ſuo
ſenſui innitentes, hunc finem non attenderunt, ideo erra-
uerunt, ꝑꝑ quod eorum ſapientia inſipiẽtia nominatur ad
Rom. 1. c. Qui cum Deum cognouiſſent, non ſicut Deũ glo
rificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogita-
tionibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicen
tes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Sed quoniã ſacra *Theologicæ ſcientiæ certitudo alias ſuperat.*
ſcriptura non ſolum excellit alias, inquantum eſt de ſubie-
cto nobiliori, ſed etiam inquantum procedit modo certio-
ri, videlicet per diuinam reuelationem, cui non poteſt ſub-
eſſe falſum, ideo ſubditur in autoritate præmiſſa: Et intelle-
ctus coram populis. Intellectus enim propriè dicitur habi-
tus principiorum, circa quæ nõ eſt error, vt iam dictum eſt,
propter quod illud, quod concluditur directè ex illis, iudi-
catur ſimpliciter eſſe verum, & quod inuenitur eis repu-
gnans, iudicatur ſimpliciter eſſe falſum. Ita ſimiliter quicqd
ex ſacra ſcriptura manifeſtè concluditur, verum iudicatur.
Quod autem ei repugnat, falſum ſimpliciter reputatur, &
ideo ſacra ſcriptura non ſolùm vocatur ſapiẽtia, ſed etiam
cum hoc intellectus: vnde dicitur Eccleſiaſt. 15. a. Implebit
eum ſpiritu ſapientiæ, & intellectus. Et Coloſſen. primo. b.
Impleamini agnitione voluntatis eius in omni ſapientia &
intellectu, &c. Et ſic patet primum. Circa ſecundum conſi
derandum, quod ſub conſideratione alicuius ſcientiæ non
ſolùm cadit ſubiectum, ſed etiam ea, quæ habent attribu-
tionem ad ipſum, vt habetur quarto Metaphyſi. ſicut ſub
conſideratione medici non ſolùm cadit ſanitas vel corpus
ſanabile, ſed etiam vrina, inquantum eſt indicatiua ſanita-
tis, & potio, inquantum eſt factiua eius, & dięta, inquãtum
eſt ipſius conſeruatiua, & ſic de alijs. Omnia autem creata
habent attributionem ad ipſum Deum, qui eſt huius ſcien
tiæ ſubiectum, propter quod iſta ſciẽtia eſt quodammodo
conſideratiua omnium, in quo apparet eius continentia
generalis, quæ notatur in verbo primitus præaſſumpto, cũ
dicitur: Omnia, de quo poteſt exponi quod dicitur Sapien
tiæ primo. b. Hoc quod continet omnia ſcientiã habet vo-
cis, vt ſit ſenſus. Hoc ſcilicet volumen ſacræ ſcripturæ, quæ *Subiecti theologicæ ſcientiæ cõmunitas.*
licèt diuidatur in plures libros partiales, tamen rediguntur
in vnum volumen, quod Biblia appellatur. Continet om
nia: quia hæc ſcientia eſt quodammodo omnium conſide-
ratiua. Sciẽtiam habet vocis. de proprietate vocis eſt, quod
ſit verbi ſignificatiua, & proprium eſt ſacræ ſcripturę, quod D
ſit diuini verbi expreſſiua, ſecundum quòd manifeſtè habe-
tur Ioan. 1. a. In principio erat verbum, &c. Et quia per ver-
bum omnia facta ſunt, vt ibidem ſubditur, ideo omnia ſub
conſideratione huius ſcientiæ continentur. Non tamẽ ſub
proprijs rationibus ſingulorum: quia hoc pertinet ad ſcien
tias particulares & humanitus inuentas, ſed inquantum ex
omnibus creatis manuducimur in cognitionẽ & dilectio-
nem Dei per veram fidem charitate formatam, ad quã cõſi
deratio huius ſcientiæ ordinatur, vt prædictum eſt. Et hoc
eſt, quod dicit Auguſt. 14. de trinitate cap. 1. Non vtique
quicquid ſciri poteſt ab homine in rebus humanis, vbi plu-
rimum ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic
ſcientiæ tribuens, ſed illud tantummodo, quo fides ſaluber
rima, quę ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur,
defenditur, & roboratur. Vnde & Ioan. 16. c. Saluator lo-
quens de ſpiritu ſancto, cuius reuelatione tradita eſt hæc
ſcriptura, dicit: Docebit vos omnem veritatem, Gloſſa: ne-
ceſſariam ad ſalutem. Et ſic patet ſecundum. Circa tertiũ,
ꝙ eſt intelligentia ſpecularis, quod notatur, cum dicitur: li-
ber, conſiderandum ꝙ habet ſimilitudinem ſpeculi. Quia
ſicut in ſpeculo apparent formæ ſenſibiles, ſic in libro relu-
cent intelligibiles veritates. Vnde & diuina præſcientia, in *Speculi ſimilitudinem habet.*
qua relucent omnes veritates, liber vocatur. In quo libro le-
guntur ſancti Apoſtoli, & prophetæ qui hanc ſcientiã tradi
derunt. Et hoc eſt quod dicit gloſſa ſuper illud Eſa. 38 a.
Diſpone domui tuæ, &c. Gloſſa. Prophetæ in ipſo libro
præſcientię Dei, in quo omnia ſcripta ſunt, legere poſſunt.
Quod tamen non eſt ſic intelligendum, quòd prophetæ vi-
derint ipſam Dei eſſentiam, quæ idem eſt cũ eius præſcien-
tia: quia prophetica cognitio, cum habeat ænigma, euacua-
tur in tali viſione, ſecundum quod dicit Apoſtolus. 1. Co-
rinthiorum decimotertio. c. Sed pro tãto dicuntur prophe-
tæ in libro pręſcientiæ Dei legiſſe: quia per ſpecies diuinitus
impreſſas mentibus prophetarum, & per lumen propheti-
cum eis proportionatum, videbant ſuo modo veritatem a
Dei ſcientia ad eos deriuatam per reuelationẽ. Sicut intelle
ctus poſſibilis virtute luminis intellectus agentis inſpicit in
ſpeciebus à phantaſmatibus acceptis ſibi proportionabiles
veritates. Nos autem, qui talem cognitionẽ non habemus,



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E quia lumine prophetico illuſtrati nõ ſumus, non poſſumus legere in dicto libro, ſed in libro ſcripturæ ſacræ nobis tradito à prophetis. Habet tñ iſte liber hoc ſpeciale, ꝙ vna litera cõtinet plures ſenſus. Cuius rõ eſt: quia principalis huius libri autor eſt ipſe Deus, in cuius poteſtate eſt non ſolùm vti vocibus ad aliquid ſignificandũ (qđ ẽt homines facere poſſunt & faciunt) ſed ẽt rebus ſignificatis ꝑ voces vtitur ad ſignificandum alias res, & ideo cõe eſt oĩbus libris, ꝙ voces aliquid ſignificent, ſed ſpeciale eſt huic libro, ꝙ res ſignificatæ ꝑ voces aliud ſignificent. Scđm igitur primã ſignificationem, quæ eſt per voces, accipitur ſenſus literalis, ſeu hiſtoricus. Secundum verò aliam ſignificationẽ, quæ eſt per ipſas res accipitur ſenſus myſticus, ſeu ſpiritualis. Qui eſt triplex in generali, quia ſi res ſignificatæ ꝑ voces referantur ad ſignificandum ea, quæ ſunt in noua lege credenda, ſic accipitur ſenſus allegoricus. Si autẽ referantur ad ſignificandum ea, quæ per nos ſunt agenda, ſic eſt ſenſus moralis, vel tropologicus. Si autem referantur ad ſignificandum ea, quæ ſunt ſperanda in beatitudine futura, ſic eſt ſenſus anagogicus. Et dr̄ ab ἀνάγω quod eſt ſurſum tollo. Vnde verſus: Litera geſta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. Et iſtorum quatuor ſenſuũ poteſt poni exemplum in hac dictione Hieruſalem. Quæ ſm ſenſum literalẽ ſignificat quãdã ciuitatem, quæ fuit quondam metropolis in regno Iudeæ, quę primo fuit fundata à Melchiſedech, poſtea per Salomonẽ dilatata & fortificata. Secũdum ſenſum verò moralem, ſignificat animam fidelem, ſm quẽ ſenſum dicitur Eſa. 52. a. Conſurge, ſede Hieruſalem &c. Secũdum ſenſum verò allegoricum ſignificat eccleſiam militantem, ſecũdum quem dicitur Apoc. 21. c. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem, nouam, deſcendentem de cęlo, a Deo paratã, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Secundum verò ſenſum anagogicum ſignificat eccleſiam triumphantem, ſecũdum quod dicitur Gal. 4. d. Illa, quæ ſurſum eſt Hieruſalem, eſt libera, quæ eſt mater noſtra. Et ſicut poſitum eſt exemplum in vna dictione, ita poſſet poni in vna oratione, & ſicut in vna, ita & in alijs. Igitur de iſto libro ſub vna litera continente plures ſenſus dicitur Ezec. 2. d. Ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum corã me, qui erat ſcriptus intus, & foris. Et Apoc. 5. a. Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris. Scriptura exterior eſt ſenſus literalis, qui eſt patentior: quia per

*Quadruplici ſenſu exponi poteſt litera aliqua.*

*Sufficientia quatuor expoſitionũ ſenſuum ſacræ ſcripturæ.*

F voces immediatè ſignificatur. Scriptura autem interior eſt ſenſus myſticus, vel ſpiritualis, qui eſt latentior: quia ꝑ res ſignificatas vocibus deſignatur, vt prædictum eſt. Et ſic patet tertium. Circa quartum in quo notatur efficacia ſalutaris, cum dicitur: vitæ, Conſiderandum, quòd ſicut dictũ eſt à principio, nulla alia ſcriptura, niſi iſta ducit immediatè ad vitam beatam, quę ſola eſt vita ſimpliciter, quia mortem neſcit. Ideo Saluator Ioan. 5. f. loquens de efficacia huius ſacræ ſcripturæ, dicebat Iudæis in lege peritis. Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere. Circa qđ ſciendum, ꝙ hoc verbum putatis, quod importat falſi opinionem, vel ſaltem veri dubitationem, non refertur ad ipſam ſacram ſcripturam, quæ nullum falſum continet, vt patet ex ſupradictis. Nec eſt etiam dubium, quin ad vitã perducat beatam, cum ſit quoddã inſtr̃m perueniendi ad ęternam felicitatem, vt patet ex verbis B. Auguſtini ſuperius inductis. Sed refertur ad legiſperitos ſcripturam ſacram malè exponentes, & malè viuentes, propter quæ meritò priuãdi erant à ꝯſecutione beatitudinis æternæ, quæ eſt finis huius ſcientiæ, quam ſine dubio conſequuntur, eam ſane intelligentes, & ſecundum ſanum ipſius intellectum piè viuentes, ſecundum ꝙ dicitur Eccleſiaſt. 24. c. Qui elucidant me vitam æternam habebunt. Elucidatur autem ſacra ſcriptura in vera ipſius expoſitione, & in ſancta operatione: quia hæc ſcriptura, tanquam omnibus eminentior, continet perfectiones ſcientię practicæ, & ſpeculatiuæ. Et ſic per veri cognitionem, & boni operationem perducit ad vitam beatam. Quam nobis concedat qui ſine fine viuit, & regnat.

*Putatis, verbum, quomodo accipitur i Euan. &c.*

## *PROLOGVS SECVNDVS*
### *De intentione autoris, & modo procedendi.*

VIDI In dextera ſedentis ſuper thronũ librum ſcriptum intus, & foris. Apoc. 5. a. Sicut dictũ eſt in prologo præcedenti, liber iſte eſt ſacra ſcriptura, qui dicitur ſcriptus exterius quantum ad ſenſum literalem, & interius quãtum ad ſenſum myſticum, & ſpiritualem. Qui licèt trifariam diuidatur in generali, vt prædictum eſt, & licèt ſub quolibet membro poſſit fieri expoſitionum myſticarum multiplicatio in ſpeciali, omnes tamen præſupponunt ſenſum literalem, tanq̃ fundamentum. Vnde ſicut ædificium declinans à

G fundamento diſponitur ad ruinam, ita expoſitio myſtica diſcrepans à ſenſu literali, reputanda eſt indecens, & inepta, vel ſaltem minus decens, cæteris paribus, & minus apta, & ideo volentibus proficere in ſtudio ſacræ ſcripturæ, neceſſarium eſt incipere ab intellectu ſenſus literalis, maximè cũ ex ſolo ſenſu literali, & non ex myſtico, poſſit argumentum fieri ad probationẽ, vel declarationem alicuius dubij, ſm ꝙ dicit Auguſt in Epiſtola ꝯ Vincentium Donatiſtam. Vlterius conſiderandum, ꝙ ſenſus literalis, à quo eſt incipiendum, vt dictum eſt, vr̃ multum offuſcatus diebus modernis, partim ſcriptorum vitio, qui ꝑꝑ ſimilitudinem literarum in multis locis aliter ſcripſerũt, quàm habeat veritas textus, partim imperitia aliquorum correctorũ, qui in pluribus locis fecerunt puncta, vbi non debent fieri, & verſus inceperunt, vel terminauerunt, vbi non debẽt incipi & terminari. Et per hoc ſententia literæ variatur, vt patebit in ſuis locis infra proſequendo, domino concedente, partim ex modo translationis noſtræ, quæ in multis locis aliter habet, q̃ libri Hebraici, ſecundum ꝙ declarat Hieronymus in libro de Hebraicis quæſtionibus, & in pluribus alijs locis, & alij expoſitores ſacrę ſcripturæ legendo, vel ſcribendo idem dicunt, & tamen ſm Hieronymum in ſecundo prologo ſuper Geneſim, & in pluribus alijs locis, pro veritate literæ habenda in ſcriptura veteris teſtamenti recurrẽdum eſt ad codices Hebræorum. In hoc tamen valde cauendum eſt, quantum ad locos ſcripturæ veteris teſtamenti, qui de deitate Chriſti, ac de conſequentibus ad hoc loquuntur. Quorum aliquos Iudæi corruperunt ad defenſionem ſui erroris, vt partim declaraui in quadam quæſtione de diuinitate Chriſti, & declarabo plenius quando loci tales occurrẽt, dño concedente. In illis autem in quibus non eſt veriſimile, ꝙ aliquid immutauerint, cum nec cauſam hoc faciendi habuerint, nullum vr̃ periculum, ſed magis ſecurum, ſecundum dictum B. Hieronymi in dubijs recurrere ad textũ Hebraicum, tanquàm ad originale, pro veritate textus declaranda. Sciendum etiã, ꝙ ſenſus literalis eſt multum obumbratus, ꝑꝑ modum exponendi cõiter traditum ab alijs, qui licèt multa bona dixerint, tñ parum tetigerunt literalẽ ſenſum, & ſenſus myſticos intantum multiplicauerunt, ꝙ ſenſus literalis, inter tot expoſitiones myſticas interceptus, partim ſuffocatur. Item textum in tot particulas diuiſerunt, & tot concordantias ad ſuum propoſitum induxerunt, quòd intellectum, & memoriam in parte confundunt, ab intellectu literalis ſenſus animum diſtrahentes. Hæc igitur, & ſimilia vitare proponens, cum Dei adiutorio intendo circa

*Senſus literalis neceſſitas.*

*Literalis ſenſus offuſcatio vnde acciderit tempore moderno.*

*Literalis ſenſus multum obumbratus eſt per modernos expoſitores.*

*Expoſitionũ extraneaꝶ euitatio.*

H literalem ſenſum inſiſtere, & paucas valde, & breues expoſitiones myſticas aliquando interponere, licèt rarò. Similiter intendo non ſolùm dicta doctorũ catholicorum, ſed ẽt Hebraicorum, maximè Rabbi Salomonis, qui inter doctores Hebræos locutus eſt rõnabilius, ad declarationẽ ſenſus literalis inducere. Aliqua ẽt dicta Hebræorum valde abſurda aliquando, licèt valde rarò interponam, non ad tenendum ea, vel ſequendum, ſed vt per hæc appareat, quanta cęcitas contigerit in Iſrael, ſecundũ dictum Pauli Apoſtoli ad Romanos vndecimo, propter quod etiam dictis Hebræorum non eſt inhærendum, niſi quantum rationi conſonant, & literæ veritati. Item omiſſis prologis, a principio Geneſis incipiam. Tum quia reſiduum vitæ meæ non credo ad expoſitionem totius ſacræ ſcripturæ ſufficere, & ideo nolui in exponendis dictis B. Hieronymi, vel alterius cuiuſcunque doctoris immorari. Tum quia dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum ſequẽtium, vt mihi videtur. Aliquorum tamen librorum prologos expoſui, ſuper quos ſcripſi, anteq̃ a libro Geneſis inchoarem. Poſtremo, quia non ſum ita peritus in lingua Hebraica vel Latina, quin in multis poſſim deficere, ideo proteſtor ꝙ nihil intendo dicere aſſertiuè, ſeu determinatiuè, niſi q̃tũ ad ea, quæ manifeſtè determinata ſunt per ſacrã ſcripturã, vel eccleſiæ autoritatẽ, cętera verò omnia accipiantur, tanq̃ ſcholaſticè, & per modum exercitij dicta. Quapropter omnia dicta, & dicenda ſuppono correctioni ſanctæ matris eccleſiæ, ac cuiuslibet ſapientis, pium lectorem, & charitatiuum flagitans correctorem. Veruntamen anteq̃ deſcendam ad expoſitionem literę, pręmitto ſeptem regulas exponendi ſacram ſcripturam, quas tangit Iſidorus primo libro de ſummo bono, capite vigeſimo. Et vocantur iſtæ regulæ ab aliquibus claues, quia per eas intellectus ſcripturæ aperitur in multis. Prima eſt de domino Ieſu Chriſto & eius corpore myſtico, quod eſt eccleſia, quia propter connexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi ſub eadem perſona aliquãdo loquitur de vtroq;, & de uno tranſiens ad aliud. verbi gratia. Eſa. ſexageſimoprimo. d. Induit me veſtimentis ſalutis, & indumẽto iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſpõſum decoratum

*Proteſtatio ſcribentis.*

*Septem regulæ exponendi ſacrã ſcripturã obſeruandæ. Prima.*



E tum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Quod enim dicitur hic: Quaſi ſponſum &c. intelligitur de Chriſto. Et quod ſubditur, quaſi ſponſam &c. intelligitur de ipſa eccleſia. Similiter Canticorũ 1. a. Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, cum. n. dicitur, oſculetur me &c. verbum eſt ſponſæ frui ſpoſo deſiderãtis, & quod ſubditur, quia meliora ſunt vbera &c. verbum eſt ſponſi ſponſam cõmendantis. Vnde in talibus ſic connexis ratione prædicta debet lector prudens attendere quid conueniat capiti, & quid corpori. Secunda regula eſt de corpore domini vero, & ſimulato. Eccleſia enim, quæ eſt corpus domini myſticum, vt prædictum eſt, eſt quaſi ſagena nondum tracta ad littus, & ideo habet malos permixtos cũ bonis vſque ad iudiciũ in quo ſeparabuntur hi ab illis, & ideo in ſacra ſcriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus ſunt permixti, ſicut Oſee 11 a. Puer Iſrael & dilexi eum. Et econuerſo aliquando boni vituperantur cum malis, ſicut Eſa. 1. a. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, Iſrael autem non me cognouit, & populus meus non intellexit. Aliquando etiam in eodem textu exprimitur, quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, ſicut Canticorum primo. b. dicitur: Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis. Verba ſunt ſpõſæ, quæ ratione malorum in eccleſia contentorum dicit. Nigra ſum. ſed ratione bonorum ſubdit, ſed formoſa. Et quod ſubditur (quaſi pro exemplo) ſicut tabernacula Cedar, ad malos refertur. Cedar enĩ fuit filius Hiſmaelis, vt habetur Gene. 25. à quo deſcenderunt Saraceni. Quod autem ſubditur, ſicut pelles Salomonis, refertur ad bonos. Per Salomonem enim hic intelligitur ipſe Deus ſecundũ expoſitores catholicos, & Hebræos, & ideo pelles eius dicuntur, quibus operiebatur tabernaculum, in quo boni colebant Deum. Tertia regula eſt de ſpiritu & litera, ſecundum quòd accipitur ſub eadem litera ſenſus hiſtoricus & myſticus, quia veritas hiſtoriæ eſt tenenda, & tamen ad ſpiritualem intellectum eſt referẽda, hoc modo exponitur iſta litera communiter. Poteſt etiam aliter exponi, vt referatur ad ſenſum literalem tantum ſicut & aliæ. Circa quod conſiderandum quòd eadem litera aliquando habet duplicem ſenſum literalem. Verbi gratia, 1. Paralipo. 17. c. dicit dominus de Salomone. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium. Et intelligitur de Salomone ad literam,

*Secunda regula.*

*Tertia regula.*

F inquantum fuit filius Dei per adoptionem in iuuentute, propter quod Nathan propheta vocauit eũ amabilem domino, vt habetur ſecundi Regum 12. c. Prædicta etiam autoritas: Ego ero illi in patrem &c. Inducitur ab Apoſtolo ad Hebræ. primo. Tanquàm dicta de Chriſto ad literam, quod patet ex hoc, quia Apoſtolus inducit eam ad probandum quòd Chriſtus fuit maior Angelis, talis autẽ probatio non poteſt fieri per ſenſum myſticum, vt dicit Auguſt. contra Vincentium donatiſtam, vt ſupra allegatum eſt. Prædicta enim autoritas impleta fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfectè: quia fuit Dei filius per gratiam ſolum, in Chriſto autem perfectius, qui eſt Dei filius per naturam. Licet autem vtraque expoſitio ſit literalis ſimpliciter, ſecunda tamen quæ eſt de Chriſto ſpiritualis & myſtica eſt ſecundum quid, inquantum Salomon fuit figura Chriſti. Quarta regula eſt de ſpecie & genere, ſiue de parte ac toto, cum de vno tranſit ad aliud, & econuerſo, ſicut Eſa. 13. a. Primo loquitur contra Babylonem ſpecialiter, cum dicitur. Onus Babylonis &c. Et tranſit ad intelligendum verbum de toto mundo generaliter, per hoc quod ſubditur. A ſummitate cęli dominus & vaſa furoris eius, vt diſperdat omnem terram. Poſtea reuertitur ad loquendum contra Babylonem ſpecialiter, cum dicitur. Ecce ego ſuſcitabo ſuper vos Medos, qui argentum non quærant &c. quia Darius Medus cum Cyro nepote ſuo cepit Babyloniam, & interfecit Balthaſar regem Babylonis, vt habetur Danielis quinto. Quinta regula eſt de temporibus, quæ contingit quadrupliciter. Vno modo per ſynecdochen, quando ponitur pars temporis pro toto, ſicut in Euangelio dicitur Chriſtus tribus diebus iacuiſſe in ſepulchro, & tamen prima dies & tertia non fuerunt integræ. Alio modo propter minutias tẽporis, quæ aliquando in ſcriptura computantur, & aliquando omittuntur. Et ſecũdum hoc ſcriptura ſacra loquens de aliquo numero annorum in pluribus locis, aliquando in vno loco ponit plures annos minutias prædictas computando. In alio vero loco ponit pauciores, dictas minutias omittendo. Tertio modo contingit in eo quòd computatio anni incipit in vno loco à priori termino, in alio à poſteriori, ſicut Gen. 15. c dictum fuit Abrahæ. Semẽ tuum futurum eſt peregrinum quadringentis annis. & Exo. 10. f. De iſta peregrinatione dicitur, quod manſio filiorum Iſrael in terra Ægypti fuit quadringentorum triginta annorum: quia computatio

*Quarta reg.*

*Quinta reg.*

G huius maioris numeri incipit à tempore, quo dictum fuit Abrahæ. Gen 12. a. Egredere de terra tua &c. Computatio autem minoris numeri incipit à natiuitate Iſaac, quæ fuit triginta annis poſt egreſſum Abrahæ de Aran, vt plenius videbitur inf. Exo. 12. Quarto modo cõtingit, eo quòd ſcriptura ſacra loquitur de futuro per modum præteriti, ſicut Eſa. 9. a. Paruulus natus eſt nobis &c. & hoc eſt ad denotandum certitudinem prophetiæ, cuius euentus de futuro eſt ita certus, ſicut ſi iam præterijſſet. Et hoc eſt propter certitudinẽ diuinæ præſcientiæ, ex qua fit reuelatio ipſi prophetæ. Aduertendum tamen, ꝙ talis modus loquendi non habet locum, niſi in prophetia prædeſtinationis, quæ eſt quando aliquod futurum cõtingens reuelatur prophetæ, eo modo quo eſt in præſcientia Dei, quæ infallibiliter futura intuetur ſicut præſentia & præterita. In prophetia vero comminationis non habet locum, quæ eſt quando aliqua pęna reuelatur prophetæ infligenda populo, vel alicui perſonæ, non ſecundum quod eſt in Dei præſcientia, ſed ſm ordinem cauſarum ſecundatum, vt pote ſm demerita hominum, ſicut eſt illa prophetia Ionę 3. b. Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Hanc. n. ſubuerſionem meruerunt peccata illius ciuitatis. Veruntamen quia talis cauſa mutabilis eſt, ideo effectus aliquando non ſequitur, ſicut in propoſito, quia Niniuitæ egerunt pęnitentiam, & ſic dominus non inflixit pęnam comminatam. Sexta regula eſt de recapitulatione & anticipatione. In ſacra. n ſcriptura non ſemper eodem ordine geſta & facta ſcribuntur, quo fiunt, & ideo quando præponũtur poſteriora, dicitur anticipatio, quando autem fit ecõuerſo, dr̃ recapitulatio. ſicut Gen. 10. de filijs Noè dr̃. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſq; ſecũdum linguam ſuam &c. & infra eodem capitulo Hi ſunt filij Cham in cognationibus & linguis & generationibus &c. Et poſtea 11 cap. dr̃: Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Ex quo patet, quod illud quod prædicitur de diuiſione linguarum, dr̃ per anticipationem. Similiter Gen. 2. poſtq̃ Moyſes primo capit. deſcripſerat creationem cęli & terræ, & diſtinctionem, & ornatum partium mundi, dr̃: Iſtæ ſunt generationes cęli & terræ in die quo creati ſunt. Ex quo patet ꝙ

*Sexta reg.*

*Septima regula.*

*De diabolo.*

H hoc dr̃ per recapitulationem. Septima regula eſt de diabolo & eius corpore, ſm enim ꝙ dicit B. Gregor. Homel. 10. Certè iniquorum omnium diabolus caput eſt, & huius capitis membra ſunt omnes iniqui. Et ideo propter cõnexionem capitis ad membra, ſcriptura loquens de vno, in eodẽ contextu tranſit ad loquendum de alio, ſicut Eſa. 14. ca. loquens de rege Babylonis qui erat diaboli membrum, trãſit ad loquẽdum de principe dęmonum, cum ſubditur ibidẽ. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? Et Ezec. 28. ca. loquens de principe Tyri, tranſit ad loquẽdum de diabolo, cum ſubditur. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuiſti. His igitur præmiſſis de regulis ſeu clauibus exponendi ſacram ſcripturam, cũ confidentia diuini adiutorij deſcendamus ad literam exponendam.

*De diabolo.*

*De diabolo.*

## *PROLOGVS EIVSDEM NICOLAI de Lyra in Moralitates Bibliæ.*

VIDI In dextera ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris. Apoc. 5. a. Sedens ſuper thronum gloriæ eſt Deus glorioſus, & ſublimis, regens vniuerſum, in cuius dextera eſt ſacra ſcriptura diuinitus data, ſecundum quod dicitur Deut. 33. a. In dextera eius ignea lex. Lex enim veteris & noui teſtamenti bene dicitur ignea, quia reuelatione ſpiritusſancti (qui diuinus eſt ignis) fuit inſpirata. Et hæc ſcriptura bene dicitur liber ſcriptus intus & foris, foris quantum ad ſenſum literalem, intus verò quãtum ad ſenſum myſticum, ſub litera latẽtem. Deus enim qui eſt autor huius ſcripturę, non ſolum vtitur vocibus ad aliquid ſignificandum ſed etiam rebus per voces ſignificatis. Et ſic facta veteris teſtamenti ſignificauerunt ea quæ in nouo teſtamento fiunt. Sicut dicit Apoſtolus primo Corinth. 10. c. Omnia in figura contingebant illis. Senſus igitur, qui per voces ſignificatur, propriè dicitur literalis, ille verò qui per res ſignificatur, myſticus nominatur, & hic eſt triplex: quia ſi per talem modum ſignificetur aliquid pertinens ad credibilia, dicitur allegoricus. Si autem pertineat ad agibilia, dicitur moralis. Si autem ad ſperanda in beatitudine futura, dicitur anagogicus: ἀναγωγικός, id eſt myſticus, nos in altum ducens. Vnde verſus. Litera geſta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. Exemplum

*Literalis ſenſus.*

*Myſticus.*

*Moralis.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E plum in hoc nomine Hieruſalem. quod ſecundum ſenſum literalem ſignificat quandam ciuitatem in terra Iudæę ſitã. Et quoniam hæc ciuitas à Deo fuit electa ad diuinum cultum, vt habetur.3 Reg.14 qui colitur in anima viri iuſti, & in eccleſia militante, & etiam triumphante, ideo Hieruſalem ſm ſenſum moralem in ſacra ſcriptura ſignat animam fidelem, ſecundum ſenſum allegoricum eccleſiam militãtẽ, & ſm ſenſum anagogicum eccleſiam triumphãtem. Sciendum autem, ꝙ licèt ſacra ſcriptura habeat quadruplicẽ ſenſum prædictum, hoc tamen non eſt in qualibet ſui parte, ſecundum ꝙ dicitur in collationibus patrũ, collatione octaua. Nam alicubi habet tãtũ ſenſum literalẽ, ſicut Deut. 6.a. Audi Iſrael, dominus Deus tuus, dominus vnus eſt. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c. in iſtis enim & conſimilibus non eſt myſticus ſenſus requirendus. Alicubi verò non habet literalem, ſenſum propriè loquendo. Verbi gratia, Iudicum. 9. b. Ierunt ligna vt vngerent ſupra ſe regem &c. Et Matt.5.c. Si manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te. Senſus.n. literalis eſt propriè, qui per voces ſignificatur, vt prædictũ eſt, & talis ſenſus non eſt hic, nec in conſimilibus. Sequeretur.n. ꝙ ſenſus ſacræ ſcripturæ eſſet falſus, quia ligna nunq̃ hoc fecerunt, nec facere potuerunt. Similiter Saluator non monuit ꝙ homo manum ſibi abſcindat ad literam. Sed in iſtis eſt tñ ſenſus myſticus qui per res ſignificatas intelligitur. Nam per ligna intelligũtur habitatores vrbis Sichen, qui fecerunt Abimelech ſuper ſe regẽ vt ibidem in textu exponitur, & per manũ abſcindendam, intelligitur amicus quantumcunq; propinquus, præbens occaſionem ruinæ, & huius familiaritatem dẽt homo abſcindere à ſe. Quod autẽ aliqui doctores dicunt ſenſum parabolicum eſſe literalem, hoc eſt intelligendum largè loquendo, quia vbi non eſt ſenſus per voces ſignificatus, parabolicus eſt primus, & ideo largè loquendo dr̃ literalis, eò ꝙ literalis eſt primus qñ non eſt ibi alius, & ad hoc ſignificandum, ipſi dicunt parabolicum contineri ſub literali, & hoc modo loquendo ego ſenſum parabolicum vocaui in pluribus locis literalem, ſcribendo ſuper libros ſacræ ſcripturæ. G

*Quadruplex ſenſus ſacræ ſcripturæ.*

*Parabolicus ſenſus.*

Alicubi verò ſacra ſcriptura habet ſenſum literalem & myſticũ, ſicut in Gene. dicitur, ꝙ Abraham duos filios habuit, ſcilicet Iſaac & Hiſmaelem, & hoc eſt verum ſm literalem ſenſum, & ſimiliter ſm myſticum. Nam per illos allegoricè ſignificata fuerunt duo teſtamenta, vt dicit Apoſtolus ad Gala. 4. Et eodem modo moraliter poſſunt ſignificari duo filij ſpirituales vnius prælati, quorum vnus proficeret, & alter deficeret, & anagogicè Angeli ſtantes & cadentes. Item ſicut dictum eſt, ſenſus myſticus eſt qui per res ſignificatur, & vnius rei ſubiectiuæ ſunt plures proprietates reales, & aliqñ valde diuerſæ, ideo vna rei ſubiectiuæ aliqñ myſticè plura & diuerſa ſignificat. Sicut leo per proprietatem conſtantiæ, Chriſtum ſignificat. Apoc.5.b. Ecce vicit leo de tribu Iuda, & per voracitatem ſignat diabolum. 1.Petr.5.c. Aduerſarius veſter diabolus, tanq̃ leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Poſtq̃ autẽ ſacram ſcripturam cum Dei adiutorio expoſui ſm literalẽ ſenſum, & Deus dedit mihi ſolaciũ vitę, confiſus de Dei auxilio ꝓpono eã iterũ exponere ſm ſenſum myſticum, vbi eſt myſticè exponenda, ꝓut mihi dñs dabit, non tñ intendo omnes ſenſus myſticos ſcribere, nec per ſingula verba diſcurrere, ſed aliqua breuiter ordinare, ad quæ lectores bibliæ ac prædicatores verbi Dei recurrere poterunt, prout & quando eis videbitur expedire. Ne quis miretur ſi in expoſitione myſtica plura dimittam. Nam hoc faciam propter breuitatem, & quoniam ſic fecerunt præcedentes expoſitores, & etiam Chriſtus qui Matthæi.13.b. & Mar.4.b. exponens parabolam ſeminantis, illud quod dicitur in fine: Dederunt fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum, inexpoſitum dimiſit: in alijs parabolarum expoſitionibus ſimiliter fecit ipſe Chriſtus. Igitur in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti incipiam à libro Geneſis, & per alios conſequenter diſcurram, quandiu dominus donabit ſua gratia mihi vitam.

*ADDITIONES AD POSTILLAM MAGISTRI NICOLAI DE LYRA SVPER BIBLIA,* H
*editæ à R. P. D. Paulo de ſancta Maria magiſtro Theologiæ, epiſcopo Burgen. Archicancellario Sereniß. Principis D. Ioannis Regis Caſtellæ & legionis incipiunt. Quas venerabili viro Alfonſo legum doctori, decano compoſtellano filio ſuo ex legitimo matrimonio genito direxit, præmittens ei prologum ſub forma ſequenti. Finiuit autem eas anno domini. M. CCCC. XXIX. Quibus etiam inſertæ ſunt Replicæ magiſtri Matthiæ Doring, eiuſdem ordinis minorum fratris & Theologi optimi, prout clarius videbitur in proceſſu.*

F QVID Tibi vis vt viuens donem dilectiſſime fili, aut ſucceſſionis titulo poſt vitam relinquam, niſi quod ad ſacrarum ſcripturarum notitiam conferat, & greſſus tuos in catholicæ veritatis ſolidiſſimo feruore confirmet. Hæc eſt.n. quam corde geſto, ac ore profiteor, & de qua puto ſcriptum fuiſſe. Pater filijs notam faciet veritatem ſuam, quam cum ab ineunte ętate non recepiſſem, ſed ſub Iudaicæ cæcitatis ꝑfidia natus, ſacras literas non à ſacris doctoribus didiciſſem, ab erroneis magiſtris erroneos ſenſus trahebam, literam rectam non rectis cauillationibus (vt cæteri illius perfidię duces) temerariè inuoluere ſatagens. Cum vero placuit illi cuius miſericordia menſuram non habet, me à tenebris ad lucem, à caliginoſa turbine ad ſerenum aerem euocare, ceciderunt quodammodo ſquamæ de oculis mentis meæ, & cępi ſcripturam ſacram aliquanto ſtudioſius relegere, & iam non perfide ſed humiliter veritatem inquirere, & ingenij mei viribus non cõfidens toto corde à domino poſtulare, vt quod ſalubrius animæ meæ eſſet, cordi meo infigere dignaretur, nocte dieq; eius auxilium præſtolabar. Sicq; factũ eſt, vt catholicæ fidei deſideriũ in mẽte mea de die in diem fortius incandeſceret, quoad ipſam fidem quam corde gerebam, publicè profiterer, & ea ferè ętate qua tu nunc es, baptiſmi ſacramentum in huius eccleſiæ ſacro fonte ſuſcepi, Pauli nomen aſſumens, te tunc infantiæ innocẽtia gaudente, qui poſt me in ętate illa tenera ſacro lauacro ab originali culpa mundatus es, antequàm actuali inquinari valuiſſes nomen Alfonſi ſuſcipiens, priuſq̃ literas nominare nouiſſes. Procedente vero tempore ſacrarum literarum ſtudio inſiſtens, vtriuſque teſtamenti lectioni operam dedi, & interdum à magiſtris viuẽtibus audiendo, Sępe ſanctorum doctorum aliorumque inſignium virorum, qui ab hac vita tranſierunt opera relegendo, diuina donante clemẽtia: qui prius fueram magiſter erroris, factus ſum diſcipulus veritatis, quouſque ad hanc quam vides ſenectutem acceſſi. Et vt verum tibi fatear, inter præſuras ſeculi, & curiæ noſtrę curas, quibus quandoque ventilatus ſum, hæc fuit præcipua delectatio mea, hoc ſingulare ſolatium meũ, ęternũ & immutabilẽ Deũ, eiuſq; mirabilia opera in ſanctæ & immaculatę legis ſuę lectione contemplari. Nec tñ hi quos ꝓſperos vulgus appellat ſucceſſus defuerunt. Nam me licèt prorſus immeritũ, nõ ad paruũ eccleſiæ gradũ diuina gratia ſubleuauit. Primo.n. ad Carthaginienſem, deinde ad hanc Burg. ſedem promotus, ampliſſimis eccleſiæ Dei fauoribus ſum nutritus: eccleſiaſticis ẽt ſecularia adiecta ſũt, tñ tã in domo glorioſę memorię iuſtiſſimi regis Currici q̃ eius illuſtris plãtæ inclyti regis noſtri p̄grandi officio ſuſcepto, ſatis familiariter ſum verſatus. Fratrẽ vero tuũ primogenitũ, ac te q̃ clementer q̃ pie oĩpotẽtis clemẽtia tractauit, ego nõ referam, voſipſi cognoſcite. Vnũ eſt qđ ſilẽtio ꝯmittere nõ poſſum, nobis ex Leuitico ſanguine deſcẽdentibus aliquantulũ demõſtratũ fuiſſe, ꝙ ante tot ſecula ſcriptũ eſt, tribui Leui nõ fuiſſe datã poſſeſſionẽ, quia dñs eſt poſſeſſio eius: Deus.n. eſt poſſeſſio noſtra Chriſtus hæreditas noſtra, qui purgaturus filios Leui, vt ſacrificia dño in iuſtitia offerrent, voce ꝓphetica antiquitus p̄dicatos, his iã diebus manibus noſtris ſe ſacrificiũ verũ tractari ꝑmittit, vtinã ſic acceptans, ſicut & tolerans. Nec volo iſta me putes ſuperuacue iactanterve inſeruiſſe, vitamq; meã fruſtra annũciaſſe tibi, cum nõ ſuperuacuũ, quinimo neceſſarium reor oĩpotẽtis beneficia cognoſcere, & arrogantiæ attribuendum nõ eſt, infirmitatis proprię aperta & inficta cõfeſſio, præſertim cum tibi loquar à cuius memoria hæc excidere nullo vnq̃ tp̃e vellẽ. Nec.n. puto me ſatis gratum tãtorũ beneficiorum receptorẽ agere, ſi cum vita mea illorũ recognitio quieſcat. Tibi autẽ nõ ab re inter cæteros hæc libenter enarro, vt q beneficio ætatis nõ vidiſti, ſaltẽ à p̄ſẽ audiẽs memoriæ tradas, iunioribuſq; qui forſan nõ audierunt, cũ horũ occurrerit ſermo, frequenter enarres, vt & illi enarrent filijs ſuis ne obliuiſcãtur operum dñi, ſed legẽ eius exquirãt. Cuius clariori exq̃ſitioni fili chariſſime, cum nõ modicum cõferãt ſtudium & diſciplina, ad quæ te (licèt iurium doctrinis à pueritia occupatum) interdum anhelare cõſpicio, & inter ſtudia iuris & diſceptationum forenſiũ occupationes, vtriuſq; teſtamẽti ſpicas quaſi furtim ruminare tentantẽ aliquo munuſculo excitare ſępè propoſui, deſideriumq; tuũ paterno fauore iuuare. Et qm̃ inter innumerabilia penè opera, quorũ varietate diuina ſcriptura circundata refulget, Poſtilla Nicolai de Lyra tam ſui recẽtia q̃ digna celebritate clareſcit, qui vtrunque teſtm̃ ſtudioſe diſcurrẽs literalẽ ſenſum, q inter cæteros p̄cipuus eſt, copioſa lucul ẽtia tradidit, hãc tibi donare ꝓpoſui. Et cũ ĩfirmitatis humanę ꝑiculo detẽt᷑, dierũ meorũ finẽ ſuſpicarer,



A Memor ſum illam tibi ex bibliotheca mea electam, iam bis prælegaſſe. Cum verò ſummi patris clementia vitã meã miſericorditer prolongauit, viſum mihi eſt, vt qđ legare concepĩ inter viuos non nudè donarẽ, ſed paterna additamenta paterno munuſculo cumularẽ, & in Gazophylacio eius qui vitæ dies addidit, ẽt ſi modicũ aliquid ſuperadderẽ. Nec eñ quia multa dare nõ poſſumus, manũ ex toto retrahere licet. Vnuſquiſq; eñ tanti debitor eſt, quantũ ingenij ſui vires exoluere valent, nec quiſq̃ apud Deũ ſoluẽdo nõ eſt, cũ vltra facultatẽ non petit, nec opulentior debito eſt, cũ nihil hẽat qđ nõ receperit, ſed miſericordia eius his q̃ poſſumus cõtentat̃. Iuſtitia eñ oĩa quæ valemus trãſcẽdit. Cũ ergo poſtillã hanc diſcurriſſem, & ſi ſolẽniſſime & miranda copioſitate ſcriptã cõſpicio, quia tñ nullũ opus humanũ adeo ꝑfectũ eſt, quin ei ſuperaddi poſſit: & de ſola ſcriptura diuina ſcriptũ eſt, Ne addas quicq̃ verbis illius: expedire putaui aliquibus in locis aliqua additare, in illis ꝑmaxime, vbi ſanctorũ doctrinas aliquatenus p̄termiſſas cõſpexi. Nec fuit ꝓpoſiti mei curioſe inquirere qđ ſupplerẽ, ſed libẽter ſine ſupplementis trãſiui, niſi vbi ipſa me ſupplemẽta vocarunt. Quare nec volumen ꝓpoſui ſcribere, nec libri noĩe gloriari, ſed poſtillã ipſam cũ paucis admodũ additionibus in margine trãſcriptis tibi donare, vt & ipſi nouitij ſtudẽtes facere ſolẽt, q cũ librũ aliquẽ affectuoſe perlegũt, aliq̃bus gloſulis ſæpe manu ꝓpria cõſcriptis margines occupãt, vt firmius memoriæ qđ legerint tradãt. Nondũ tñ vt ꝓpoſui totã poſtillã diſcurrere valui. Tum ætatis põdere & paſſionũ illi adhærẽtiũ grauitate: Tũ tarditate ingenij: Tum ẽt occupationũ multitudine, & humanorũ caſuum varietatibus obſiſtẽtibus q̃ his in partibus nonnunq̃ abundãt. Sed licèt aliqua ex parte nõdũ ꝑfecerim, qđ trãſcurſum eſt cõfeſtim dono, reliquũ ſi Deus cõpleri ꝑmiſerit donaturus. Nec.n. imꝑfecti occaſione qđ ſcriptũ erat, retinere volui, imo in quaſdã arras cõmercij noſtri illico tradere. Hoc eſt ergo fili mi teſtm̃ meũ, hi ſunt codicilli mei, hoc ex illis p̄legatũ agnoſce, vt in lege dñi ſit volũtas tua, & in lege eius mediteris die ac nocte. Meditationẽ vero tuã, hęc & ſimilia relegẽdo, puriorẽ ꝑfecto & ſuauiorẽ efficies grauãter. Igit̃ donũ hoc tui parẽtis accepta paterna affectione, & læta manu donatũ. Sed omittamus hæc, & oĩpotẽtis Dei cui⁹ opus aggedimur, & à quo & cũ quo oĩs ſapiẽtia fuit ſemꝑ, & eſt ante ęuũ, auxilio humillimis p̄cib⁹ inuocato: q̃cq̃d huic poſtillæ addidimus, ſtilo plano & oĩ verborũ flore depoſito exprimẽtes, manũ aratro iã ponamus.

B

*Prou.30.a.*

*Super prologum primum poſtillæ qui incipit: Hæc omnia liber vitæ. Similiter ſuper ſecundum prologum eiuſdem poſtillæ qui incipit: Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum &c.*

*Sequitur additio ſuper vtrunq; prologum.*

*Literalis ſenſus an cæteris dignior.*

QVONIAM intentio poſtillatoris pręcipue verſatur circa ſenſum literalẽ, ideo ante oĩa quærendum vr̃, vtrũ ſenſus literalis cæteris ſenſibus ſacrę ſcripturæ ſit dignior? & vĩ ꝙ nõ. Nam ſm Apoſtolũ. 2.Cor.3.b. Litera occidit, ſpũs autẽ viuificat. Sed ſenſus literalis proprie fundat̃ in litera. Senſus vero ſpũalis fundat̃ proprie ſupra ſignificationẽ ſpũalem, qua res ſignificatæ ꝑ literã vlterius alias res ſignificãt: ergo ſenſus literalis ſacræ ſcripturę nõ viuificat, ſed occidit: & ꝑ cõſequẽs non eſt dignior cęteris ſenſibus. Præterea: dignior eſt doctrina quę hr̃ per ſenſus ſpũales, q̃ illa q̃ hr̃ ꝑ ſenſum literalẽ, ergo ſpũales ſenſus ſunt digniores. Tenet cõſequẽtia, q̃a q̃cunq; ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, ad Ro.15.a. Aſſumptũ probat̃. Nã per ſenſum allegoricũ hñr quæ ſunt credenda, qđ ꝑtinet ad fidẽ. Per ſenſum anagogicũ, quæ ſunt ſperãda, qđ ꝑtinet ad ſpem. Per ſenſum verò tropologicũ q̃ ſunt agẽda: qđ ꝑtinet ad charitatẽ. In q̃bus.ſ. tribus virtutibus proprie Deus colit̃ ſcd̃m Aug. Per ſenſum verò literalẽ hr̃ hiſtoria tm̃. Qđ aũt ꝑ prædictos quatuor ſenſus intelligant̃ quatuor prædicta, patet per verſum allegatũ in ꝓlogo poſtillæ, & eſt cõis ſnĩa expoſitorũ, in quo verſu dr̃, Litera geſta docet, quid credas allegoria. Tropologia q̃d agas, q̃d ſperes anagogia. Præterea ſcd̃m philoſophũ. 1. Poſterio. Vnũquodq; ꝑꝑ aliud & illud magis, ſed ſenſus literalis eſt ꝑꝑ ſenſum ſpũalem, igitur ſenſus ſpũalis eſt dignior. conſequẽtia tenet: & antecedens pro ſecunda parte probat̃. Nam ſenſus literalis ſe habet ad ſenſus ſpũales, ſicut fundamentũ ad ędificiũ, ꝓut ponit poſtillator in ſecũdo ꝓlogo. Cõſtat aũt ꝙ fundamentũ eſt ꝑꝑ ædificiũ & nõ ecõtra. Pręterea, ſenſus literalis accipit̃ ſm primã ſignificationẽ literæ qua voces ſignificant res, ꝓut cõiter tenet̃, & poſtillator ponit in primo prologo: ſed ſm primã ſignificationẽ qua voces res ſignificãt multa falſa reperiunt̃ in ſacra ſcriptura, ſpãliter attribuẽdo Deo qđ Deo minime cõpetit, ſicut motus localis: vt Gen 11. deſcendit Deus vt videret ciuitatẽ & turrim &c. & ſic de multis alijs, q̃ tñ in ſenſu ſpũali non reperiunt̃, ergo ſenſus literalis nõ eſt dignior. Pręterea illa q̃ ſunt interiora tam in corporalibus, q̃ in ſpũalibus, exterioribus ſunt digniora. In corporalibus eñ illa in quibus principaliter conſiſtit vita aĩalis ſunt in interioribus eius partibus ſicut cor. Idem ẽt patet in ſpũalibus. ſ. ꝙ illa q̃ ſunt interiora fortiora ſunt, & in dignitate potiora ſicut patet in tabernaculo fęderis, in quo arca teſti ponebat in loco interiori qui dr̃ ſanctaſanctorũ. Cętera verò in locis magis exteriorib⁹ ſm gradũ ſanctitatis eorũ, vt patet Exo.40. ſiſr. 3.Reg.8. Idẽ patet in ſacris eccleſiæ, in q̃bus inuiſibilis gratia quæ interius dat̃, dignior eſt, q̃ viſibilis forma q̃ apparet exterius. Cũ aũt ſenſus literalis dr̃ ſcriptus eſſe in libro foris, ſenſus vero miſticus intus, vt patet Apoc.5.a. in autoritate allegata ꝑ poſtill. vbi dr̃. Vidi in dextera ſedentis ſuper thronũ librũ ſcriptũ intus & foris. Conſequens eſt ꝙ ſenſus literalis ſit minoris dignitatis reſpectu ſenſus ſpũalis. Præterea notitia humana cõiter ꝓcedit à minus ꝑfectis ad magis perfecta, prout patet nõ ſolũ in humanis ſcientijs q̃ procedunt à ſenſibus & particularibus, & terminant̃ in ſummis rerum cauſis, ſed ẽt in his quæ ad notitiã diuinorũ ꝑtinent. Vnde Ro.1.c. Inuiſibilia Dei à creatura mundi ꝑ ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciunt̃. Sed in ſtudio ſacræ ſcripturæ incipiendũ eſt ab intellectu ſenſu literalis, vt poſtillator dicit in ſumma, ergo ſenſus literalis nõ eſt dignior. Præterea ille ſenſus ſcripturæ debet dici dignior qui alterius defectum ſupplet, ſed ſenſus ſpũalis qñq; ſupplet defectũ literalis ſenſus. Dicit enim Greg. in moral. Cum ordo hiſtoriæ deficit, ſeſe nobis intellectus myſticus quaſi apertis iam foribus oſtendit: ac ſi patenter clamet quia rõnem literæ defeciſſe cognoſcitis, reſtat vt ad ſpũalẽ ſenſum ſine dubitatione redeatis: ergo literalis ſenſus nõ eſt dignior q̃ ſpũalis. Sed cõtra. Senſus ille ad quẽ tñ pertinet honor ſacræ ſcripturæ ꝓprie debitus, eſt cęteris ſenſibus virtuoſior ſeu dignior, cũ honor ſit ꝓcipuũ ſignũ virtutis, vt in 1.Ethi. Sed ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ eſt hmõi, ergo ſenſus literalis inter cęteros eſt dignior, minor patet: non ſm Aug. in epiſtola ad Hier. Solũ eñ ſcripturarũ libris q canonici appellant̃ hũc honorẽ didici deferre, vt nullũ autorẽ eorũ ſcribendo erraſſe aliq̃d firmiſſime credã. Cõſtat aũt ꝙ hũc honorẽ non habet ſacra ſcriptura ſm ſenſum ſpũalem, quia, ſi ſic, ex tali ſenſu ſpũali poſſet ſummi efficax argũ, quod eſſet contra Aug. in epiſtola ad Vincentium donatiſtã dicentẽ, ꝙ ex ſolo ſenſu literali argũ efficax ſumit̃. In hac q̃one ſex vñr conſiderãda. Primũ, quis dicẽdus ſit ſenſus ſacræ ſcripturæ literalis, & quis ſpũalis. Scd̃m, an quilibet paſſus ſeu textus ſacræ ſcripturæ exponat̃ quadruplici ſenſu ſupratacto. Tertiũ, an cuiuſlibet paſſus ſeu textus ſacræ ſcripturæ ſit tm̃ vnus ſenſus literalis, vel qñq; plures. Quartũ, poſito ꝙ aliqñ vnus textus ſeu vna autoritas ſacræ ſcripturæ hẽat plures ſenſus literales, q̃s eorũ eſt alteri p̄ferẽd. Quintũ, an ex quolibet ſẽſu literali poſſit ſumi efficax argũ. Sextũ, rñdendũ eſt ad q̃onẽ &c. Circa primũ. ſ. q̃s dicẽdus ſit ſenſus ſacræ ſcripturæ literalis, & q̃s ſpũalis: Dicẽdũ ꝙ ſenſus literalis qñq; dr̃ ille ſm quẽ aliqua hiſtoria narrat̃ ad literã. & hoc vñr ſonare verba Greg. in 3. moral. quo de ſenſu literali loquẽs, dicit: Dũ narrat geſtũ ꝓdit myſteriũ. Similiter & in verſu p̄allegato dr̃. Lr̃a geſta docet. Sed ſm hoc ſola hiſtorialia ſacræ ſcripturæ dicerent̃ hr̃e ſenſũ hiſtorialẽ vel literalem, non autẽ doctrinalia ſeu prophetica & hmõi. Cum in talibus nõ vr̃ narrari aliqua hiſtoria, ſed hoc eſt cõtra cõem ſnĩam expoſitorũ, qui cõiter autoritatibus ſacræ ſcripturæ ſenſum literalẽ attribuũt. Vñ aliter & magis proprie dr̃ ſenſus lr̃alis. ſ. ille q hr̃ ꝑ ſignificationẽ literæ qua voces ſignificãt res. Ille aũt dr̃ ſenſus ſpũalis, qui hr̃ per ſignificationes rerum ſignificatarũ ꝑ voces, prout in prima parte. q.1. art. vlt. Et eſt ſnĩa cõis quã ſequit̃ poſtillator in prologo. Sed attẽdendũ eſt ꝙ ꝑ p̄dicta nõ hr̃ definitio ſeu deſcriptio adæquata ſenſus literalis, de quo hic agit̃. Sunt.n. q̃dã in ſacra ſcriptura tradita, q̃ ſi accipiant̃ ſm ſignificationem qua voces cõiter ſignificãt res, eſſent falſa: vt patet ĩ locutionibus parabolicis, & hmõi, vt infra patebit. Vñ addẽdũ eſt p̄dictis, ꝙ ſenſus ſacræ ſcripturæ ad hoc ꝙ literalis dicat̃, requirit̃ ꝙ ſit intẽtus ab autore ſacrę ſcripturæ, q eſt Deus. Cuius rõ eſt, nã ſenſus literalis cuiuſcunq; ſcripturæ eſt ille quẽ autor intẽdit, cũ voces ſint earũ q̃ ſunt in anima paſſionum notę: vt ĩ prima Peri hermenias. Sed ꝯſtat ꝙ autor ſacrę ſcripturæ eſt Deus, & ſic patet ꝙ ſenſus literalis de quo agit̃, eſt ille q à Deo intẽdit̃, & ꝑ voces in litera cõtentas ſignat̃. Ex quibus ſequit̃ ꝙ ſenſus literalis ſacrę ſcripturę nõ dẽt dici ille ſenſus q ĩ aliquo repugnat eccl̃ę autoritati ſeu determinationi

C

*Oppoſiti probatio.*

D

*Quis ſenſus literalis & quis ſpiritualis.*

*Philoſophus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E nationi, quantuncunq; talis ſenſus ſit conformis ſignificationi literæ, talis enim ſenſus non ſolum non intenditur ab autore, ſed potius eſt hæreticus. vnde Hier. Quicunq; aliter ſcripturam intelligit, q̄ ſenſus ſpiritusſancti efflagitat, à quo ſcripta eſt, hæreticus appellari pōt, quod intelligit de illo, q ad hoc expoſitionē ſacræ ſcripturæ retorquet, qđ cōtrariat ei qđ ꝑ ſpiritumſanctū reuelatū eſt, vt ſecūda ſecundę. q. 40. Sequitur etiā ꝙ nec hn̄dus eſt pro ſenſus literali, ille q rōni rectę repugnat, talis eñ ſenſus nō intendit̄ ab autore. ſ. Deo qui eſt prima veritas, à quo oīs veritas deriuat̄, & ideo Aug. ſup Gen. ad literā. cū ſcriptura diuina multipliciter exponi poſſit, nulli expoſitioni aliquis ita precisè inhæreat, ꝙ ſi certa rōne cōſliterit hoc eſſe falſum, ꝙ aliquis ſenſum ſcripturæ hūc aſſerere p̄ſumat. Ex hoc eñ ſcriptura ab infidelibus derideret̄, & eis præcluderet̄ via credendi. Hæc illa. Idē ēt eſt dicendū de ſenſu ſpūali ſacrę ſcripturę, q per ſignificationē rerū per voces in litera cōtētas ſignificatarū habetur. ſ. ꝙ talis ſenſus nō debet repugnare autoritati eccleſiæ nec rectæ rōni: quia ſi ſic, talis ſenſus ſpūalis nō eſſet attribuendus ſacræ ſcripturæ, à Deo (qui eſt ſumma veritas) reuelatæ.

*An quilibet paſſus ſacræ ſcripturæ recipiat quadruplicē expoſitionem.*

Circa ſecundū. ſ. an quilibet paſſus ſeu textus ſacrę ſcripturę exponatur quadruplici ſenſu ſupratacto. Dicendum ꝙ non. Dicit eñ Aug. 2. ſuper Gene. In quibuſdā ſolus ſenſus literalis quærendus eſt. Quod patet manifeſte. Sunt eñ multa in libris canonicis tam veteris teſtamēti, q̄ noui, quæ nō hn̄t niſi tm̄ modo ſenſum literalē. Quod patet in multis, & ſpāliter in duobus præceptis charitatis, in qbus tota lex pēdet & ꝓphetę, vt hr̄ Mat. 22. d. Licèt eñ in his p̄ceptis. ſ. Diliges dn̄m Deū tuū ex toto corde tuo, & diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. multa contineant̄ exponenda ſeu exponibilia, tam ad obiectū charitatis, q̄ ad eius actū interiorē ſeu exteriorem, q̄ etiā ad eius ordinē & alia hmōi pertinentia, oīa tm̄ illa pertinēt ad ſenſum literalem tm̄. Non eñ in hoc loco res ſignificatæ per hanc vocem Deus, ſeu per hanc vocē ꝓximus, & per hāc vocē diliges, iterū res alias ſignificāt, à quibus rebus ſic ſignatis ſenſus ſpūalis vlterius accipiat̄: vnde totū qđ in expoſitione horū præceptorū tradit̄, ad ſenſum literalē eorū tantūmodo pertinet. Et ſic cōiter de alijs præceptis moralibus veteris teſtī & multis alijs paſſibus quos cā breuitatis omitto. In euangelijs ēt multa tradunt̄ quibus nō oportet aſſignare ſenſum myſticū, ſed tm̄ literalē, ſicut in his, q̄ F tradunt̄ vt p̄cepta, vt cū Io. 14. a. dr̄: Creditis in Deū, & in me credite, & ſimilibus. Similiter in his q̄ dant̄ vt cōſilia, ſicut cum dr̄ Mat. 19. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vēde oia quæ habes, & da pauperibus. In quibus & ſimilibus non eſt quęrendus ſenſus ſpūalis, qui ex rebus ſignatis p voces accipiat̄, ſed tm̄ ſenſus literalis, qui ex ſignificatione vocū accipit, vt eſt manifeſtū. Similiter cū Luc. 8. b. Chriſtus interpretat̄ parabolā ſuam, dicens: Semen eſt verbū Dei &c. manifeſtū eſt ꝙ illa verba interpretatiua nō oportet ꝙ hēant alios ſenſus ſpūales, cū ipſamet interpretatio ſit expoſitiua parabolæ p̄cedētis. Similiter epiſtolæ Pauli, q̄ vna de p̄cipuis partibus noui teſtī cenſeri debēt, ꝑ totū fere ſenſum literalē tm̄modo hn̄t. Loquit̄ eñ ibi tanq̄ doctor vniuerſalis eccleſiæ, exponens & cōcordans vtrunq; teſtm̄. Licèt eñ in ipſis epiſtolis profunda & difficilia ad fidē pertinētia, & ad vtriuſq; teſtamenti declarationē tradantur, non tm̄ allegorice vel anagogice tradunt̄, ſed tm̄ literaliter. Ipſe. n. hiſtorialiter loquēdo ſeu literaliter, oſtēdit de quibuſdā ſcripturis qūo ſint intelligendæ in ſenſu ſpūali, vt cū Gal. 4. dicit de duobus filijs Abrahæ q̄ ſūt ꝑ allegoriā dicta. Nō ergo verba Apoſtoli ſūt allegorizanda ſeu moralizāda & hmōi, ſed potius enucleāda: vt ex ipſis veri ſenſus literales extrahant̄, ex qbus diſcurſiue ꝓcedendo multa magna & ꝓfunda inferunt̄ argumentatiue, ſicut in alijs ſciētijs humanis ex certis & veris principijs multa diſcurſiue inferunt̄. put in prima parte. q. j. ar. 7. q̄ quidē oīa ad literalē ſenſum ptinēt, à quo recte deducunt̄. Et ſic patet ꝙ nō quilibet paſſus ſacræ ſcripturæ quadruplici ſenſu ſit exponēdus. Sed prout ſanctus Tho. notabiliter tradit. 7. quodlibeto. q. 14. Sacra ſcriptura qn̄q; eſt exponenda iſtis quatuor ſenſibus: qn̄q; trib⁹, qn̄q; duobus, qn̄q; vno tm̄. Vñ ea quæ ſ̄m literalē ſenſum ad facta veteris teſti ſpectant, pn̄t quatuor ſenſibus exponi, ſimiliter ea quæ ad literā de Chriſto capite dn̄r, poſſunt exponi literaliter de Chriſti geſtis, & allegorice referendo ea ad corpus eius myſticū, & moraliter eadē referendo ad actus noſtros qui ſ̄m ipſum debent regulari, & anagogice inquantū in ipſo Chriſto eſt nobis iter gloriæ demonſtratū. Illa aūt quæ ſ̄m literalē ſenſum dn̄r de eccleſia, pn̄t exponi moraliter & anagogice. Ea verò quæ ſ̄m literā moraliter dn̄r, non cōſueuerūt exponi niſi anagogice. Illa verò quę ſ̄m ſenſum literalē pertinēt ad ſtatū glorię, nullo alio ſenſu cōſueta ſunt exponi, eo ꝙ ipſa nō eſt figura aliorū, ſed ab oībus alijs figurata. Quæ qdē oia & alia ad hoc ptinentia, plenius in dicta qōne declarantur.

G *An cuiuſlibet paſſus ſit tantū vnus ſenſus literalis.*

Circa tertiū, ſ. an cuiuſlibet paſſus ſeu textus ſacrę ſcripturæ ſit tantum vnus ſenſus literalis? Et vr̄ ꝙ non. Nam ſecundum Aug. in lib. de vti. cre. Ad ſenſum literalē pertinēt tria: Quorū primū eſt, cum litera ſimpliciter exponitur. & hunc dicit ſenſum hiſtoricū. Secundū eſt, cum cauſa huius quod in litera continet̄ aſſignatur ſeu exponit̄, quē ſenſum vocat Etymologicū. Tertiū eſt, cum veritas illius literæ oſtenditur veritati alterius ſcripturę nō repugnare: quē vocat anagogicū. Verbi gratia, cum legitur Gen. 2. ca. Edificauit dn̄s Deus coſtam quā tulerat de Adam in mulierem &c. Senſus hiſtoricus illius dicti eſt, cum ſimpliciter exponit̄ quod in litera continet̄. Senſus verò Etymologicus eſt, qn̄ redditur cauſa quare de latere viri formata ſit mulier, & non de alia parte corporis. Similiter quare dormiēti & nō vigilanti ſubtracta ſit coſta, prout tractatur in ſecūdo diſt. 18. Senſus verò Anagogicus eſt, cū oſtēdit̄ ꝙ veritas huius dicti nō repugnat veritati alterius ſcripturæ, vbi dr̄ Gen. j. d. de Creatione hominis, Maſculū & fœminam creauit eos. Ex qua litera apparet ꝙ ſimul in eodem tpe fuerunt maſculus & fæmina humanæ ſpeciei creatæ, & non ſucceſſiuè, ſic vt fęmina eſſet poſt creationem maſculi de latere eius ſubtracta. Sed bene attēdenti, ex hac cōſideratione Aug. non hr̄ ꝙ ſub ſenſu literali cōtinent̄ tria genera expoſitionum, ſic ꝙ quælibet illarum ſit ſenſus literalis ꝓprie. Sed prima expoſitio eſt tm̄ ſenſus literalis. Secūda verò eſt redditiua cauſæ ipſius literalis ſenſus. Tertia verò eſt ſolutiua contrarietatis illius. Vnde ſecunda & tertia expoſitio licèt ptineāt ad ſenſum literalē eo ꝙ ꝑ eas magis perficitur ſeu elucidatur, non tm̄ ſunt ſenſus literales proprie dicēdi. De quibus tribus generibus expoſitionum ad ſenſum literalem pertinentinm pōt intelligi illud. 2. Eſdræ. 8. b. vbi dicitur: Et legerunt in libro legis Dei aperte & diſtincte, & appoſuerunt ad intelligendum. In hoc eñ ꝙ dicitur, legerunt in libro aperte pōt intelligi ipſa expoſitio literæ, quæ eſt quaſi ianua oium expoſitionū ſequentiū, ſine cuius apertione nō pōt quis recte intrare ad alias expoſitiones. Cum aūt dicitur: Et diſtincte, intelligit̄ ſenſus anagogicus ab Aug notatus: quia per ꝓprias & veras diſtinctiones ſoluuntur contrarietates, quæ in ſacris ſcripturis qn̄q; apparent. In hoc aūt ꝙ ſequitur: Et appoſuerunt ad intelligendum. pōt intelligi notitia cauſæ legis ſeu hiſtoriæ, vel alicuius dicti ſacræ ſcripturæ. Cū enim intelligere ſit intus legere, ille qui per cognitionē effectus deuenit ad notitiā cauſæ, proprie dicit̄ intelligere, qui quidē ſenſus vocat̄ ab Aug. H Etymologicus. Sed vlterius attendendū, ꝙ ſub quolibet genere p̄dictarū triū expoſitionū ad literalē ſenſum vt dictū eſt pertinentium, dn̄t eſſe multę ſpecies: Pōt enim non ſolū vna cauſa, ſed plures cauſæ vnius dicti aſſignari, ſimiliter & non ſolū vno modo ſoluere contrarietates, ſed pluribus: vt eſt manifeſtū. Item quantū ad ſimplicē expoſitionē ſcripturæ quæ ex primaria vocis ſignificatione conſurgit, manifeſtum eſt ꝙ plures ſenſus literales tradūtur nō ſolū ab expoſitoribus ſeu ſcriptoribus cōiter, ſed etiam à doctoribus ſanctis, vt patet Gen. j. in quo loco, vt magiſter dicit in ſecūdo, diſt. 13. Quidam ſanctorum patrum qui verba Dei atq; arcana ſcrutati ſunt, quaſi diuerſa vn̄r ſcripſiſſe. Et ſic patet ꝙ non cuiuſlibet textus ſacræ ſcripturæ ſit tm̄ vnus ſenſus literalis. Si aūt dicatur cōtra hoc, ꝙ licèt diuerſi diuerſos ſenſus attribuāt alicui literę ſacræ, nō ex hoc ſequit̄ ꝙ ſint plures ſenſus literales talis literæ, ſed tm̄ ille eſt literalis quē intendit autor. Ad hoc dicendum ꝙ ſ̄m ſanctum Tho. in prima parte qōne prima. quia autor ſacræ ſcripturæ Deus eſt, qui ſimul oia ſuo ſimplici intellectu comprehendit, non eſt inconueniens, vt Auguſtinus dicit in 4 confeſſi. ſi etiā ſecūdum literalem ſenſum ſacrę ſcripturę plures ſint ſenſus, qđ intelligendū eſt dum tales ſenſus ſint literæ cōformes, & ꝙ determinationi Eccleſiæ ſeu rectæ rōni non repugnent, vt dictū eſt. ſimiliter & ꝙ ſint inuicem compoſſibiles. Cū aūt cōtingat duos ſenſus literales ſecum incompoſſibiles alicui ſacræ autoritati attribui, neceſſe eſt dicere ꝙ tm̄ alter eorū eſt literalis, ſicut cū Daniel. 10. de principe regni Perſarū traditur à beato Gregorio in moral. ꝙ eſſet Angelus bonus, q regno Perſarū præſidebat. Alij verò dicunt oppoſitū, & ſic contingit in multis alijs.

*Virtus ſeu capacitas literalis.*

Item attendendum eſt ꝙ ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ tātæ capacitatis eſt ſeu virtutis, ꝙ in eo continētur virtualiter oia ad fidē ſeu ad bonos mores & virtutes pertinētia. Vnde magiſter q patrū ſn̄ias breui volumine cōpilauit, in cuius voluminis expoſitione doctores poſtremi ſeu ſcriptores oīa quodāmodo Theologica introduxerūt, in huius ſenſus literalis teſtimonijs totū ſuū opus fundauit. Dicit. n. in ſuo ꝓlogo ſic: Volumē Deo p̄ſtāte cōpegimus ex teſtimonijs veritatis in ęternū fundatis. Cōſtat āt ꝙ teſtimonia veritatis in ęternū fundata, ſūt teſtimonia ſacrę ſcripturę ſ̄m literalē ſenſū ſūptæ, ex quo ſenſu ſolo teſtimoniū pōt accipi ſeu argm̄ ſecundū Augu. vbi ſupra. Sed circa A hoc conſiderandū ꝙ non oia quæ ſcđm ſenſum literalē ex ſacra ſcriptura hn̄r ſunt immediata, ſic ꝙ ex primaria literarū ſignificatione intelligant̄, ſed requiritur qn̄q; additio alicuius veri, ex quo vero adiuncto ſenſui literali aliud verū deducat̄. Sicut cū Chriſtus, Lu. 20. g. ex teſtimonio literæ dicētis, Deus Abraā, Deus Iſaac, Deus Iacob, cōcludit cōtra Saducęos, aliā vitā eſſe negantes hoīum poſt præſentē. Sic arguens: Eſt Deus mortuorum vel viuorum. q. d. cum ex ſenſu literali habemus de Deo ꝙ ſit Deus Abraam &c. Et ratio dictat, ꝙ Deus dr̄ eſſe Deus reſpectu alicuius exiſtentis in rerū natura. Ergo ſequit̄ ꝙ Abraā & Iſaac eſſent in rerū natura, qđ negabant Saducęi. Conſtat aūt ꝙ hæc cōcluſio nō deducit̄ ex ſenſu illi⁹ literę: Deus Abraā, Deus Iſaac &c. niſi addat̄ alia ꝓpoſitio vera ſupradicta, & ſic patet intētū. Et pt̄ ēt cōtingere, ꝙ talis cōcluſio ex vna deductione vel ex plurib⁹ ſucceſſiuis ex ſacra litera cōcludat̄, ſicut contingit in ſciētijs ſeu artibus humanis liberalib⁹, ꝙ aliquę cōcluſiones ſtatim à primis principijs naturaliter notis deducunt̄. Aliæ verò ex multis medijs inuicē ordinatis, vt eſt manifeſtū. Senſus ergo literalis verus q ex primaria ſignificatione literę cōſurgit, dicēdus eſt primus ſenſus literalis. Alij verò ſubſequētes ſunt ſenſus ſecūdarij, quorū certitudo à certitudine primi ſenſus depēdet, q ſenſibus ſecūdarijs eſt certior, ſicut prima principia nāliter nota, cęteris ab eis deductis certiora ſunt. Quæ qdē cōſideratio attēdēda eſt in multis paſſibus ſacrę ſcripturæ.

*Quis literalis ſenſus in exponēdo ſit præferendus*

Circa quartū. ſ. Cū plures ſenſus de vna autoritate ſacræ ſcripturæ literales tradunt̄, quis illorū alijs ſit p̄ferendus? Dicēdū ꝙ in hoc non vr̄ ꝙ poſſit dari vnica regula gn̄alis: Sed ſunt quædā circa hoc conſideranda p̄ſuppoſitis his quæ ſupra in articulo primo de ſenſu literali dn̄r. Primū eſt, ꝙ ille ſenſus vr̄ p̄ferendus, cuius ſn̄ia magis innitit̄ rationi. Vnde in decretis di. 20. c. decretales: Quo. n. quiſq; magis rōni innitit̄, eo maioris autoritatis eius verba eſſe vn̄r. Item ſenſus ille vr̄ alijs pręferendus eſſe, qui magis cōſonat literę. Vnde ſecundū Aug. in 3. de doctrina Chriſtiana. Dubia ſunt determināda ſ̄m ſn̄iam quæ de ſcripturarū planioribus locis accipit̄. Cōſtat aūt ꝙ planiora loca ſunt illa q̄ planius literę cōſonāt. Itē preferendus eſt cæteris paribus ſenſus literalis qui à ſanctis doctoribus tradit̄, cæteris ſenſibus ab alijs expoſitoribus traditis, vnde in decretis ca. allegato. In ſacrarū literarū expoſitionib⁹ ſancti doctores ſummis pōtificibus p̄ponunt̄, B & à fortiori alijs ſcriptoribus. Itē vbi duo ſenſus literæ hn̄r, quorū neuter repugnat eccleſiæ autoritati, nec rectæ rōni, vnus tm̄ tradit̄ à catholicis, & alius ab infidelibus, tunc p̄ferēdus eſt ſenſus catholicorū: Tum quia magis p̄ſumēdū eſt, ꝙ illi q in gremio eccleſiæ ſunt, cui Chriſtus ꝓmiſit ſpiritū veritatis, verū intellectū ſacrę ſcripturę habeāt, q̄ infideles q veritati fidei cōiter aduerſant̄: Tū ne ad hoc det̄ infidelibus occaſio nō credendi, ꝙ ipſi melius ſacrā ſcripturā exponant q̄ catholici. Vnde Leo Papa in quadā epiſtola ad Epiſcopū Alexādrinū dicit, ꝙ inimici crucis Chriſti factis & verbis noſtris inſidiant̄, ideo nullā eis vel tenuē occaſionem demus. Qua rōne vr̄ ꝙ cū aliqua litera ſacræ ſcripturæ eodē modo exponit̄ à catholicis & ab infidelibus, tūc autoritas talis expoſitionis attribuenda eſt catholicis & nō infidelibus rōne prędicta, preſertim ſi talis expoſitio prius emanauit à catholicis: Cuius contrariū reperit̄ aliquo modo in poſtilla, ſicut patebit. j̄. Gen. j. vbi quærit̄, quare in ſecunda die non dr̄: Et vidit Deus ꝙ eſſet bonum. ſicut in alijs diebus: Quia tm̄ vbi pluralitas ſenſuū literaliū occurrit raro cōtingit, ꝙ vnus prędictorū ſenſuum cæteris præcellat ſ̄m oīa dicta, ſed potius vnus illorū ſenſuū præcellit vno modo, & alius alio. Idcirco in talib⁹ vr̄ hr̄e locū illud ad Ro. 14. a. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet, ſalua ſemper ſanctorū reuerentia & autoritate.

*An ex quolibet ſenſu literali poſſit ſumi efficax argumentū.*

Circa quintū. ſ. an ex quolibet ſenſu literali ſacræ ſcripturæ poſſit ſumi efficax argumentum? Dicendum ꝙ licèt à ſolo ſenſu literali ſacræ ſcripturæ poſſit ſumi efficax argumentū, vt patet per Aug. vbi ſupra, non tamen ex quolibet ſenſu literali ſacræ ſcripturæ ſumitur argm̄. Nam cū ſint multi textus in ſacra ſcriptura, qui diuerſimode etiā à ſanctis doctoribus exponunt̄, vt ſupra articulo tertio, ſequitur ꝙ ex nullo talium ſenſuum poſſit ſumi efficax argumentum, quia ſic argueretur quaſi à diſiunctiua ad alteram partem. Bene tamen ſi huiuſmodi ſenſus diuerſi in aliquo concordant, pōt ſumi inde efficax argumentum ſaltem ad hoc in quo cōcordant, ſicut Dan. 9. in computatione. 70. hebdomadarum, vbi licèt expoſitores tam Hebræi, q̄ Latini diuerſimode ſe habeant non ſolū in termino a quo hebdomadæ habent initium, ſed etiā in progreſſu computationis, quia tamen ſecundum oēs terminus vltimus earum iam longe trāſiuit in præteritum, ideo ex ipſa autoritate argm̄ efficax ſumitur ad concludendum Chriſtum iam veniſſe, vt ibidem patebit. Ex quibus ſequitur ꝙ cum ſenſus literalis ſacrę ſcripturę in quibuſdam locis non ſit idem apud oēs, ideo pōt contingere ꝙ C ex aliquo ſenſu literali, poſſet ſumi argumentum validum contra quoſdam, puta contra tenentes eundē ſenſum literalē, ex quo tm̄ ſenſu non pōt ſumi argm̄ validum cōtra alios. ſ. tenentes aliam expoſitionem ſeu ſenſum literalem, quæ quidem diuerſitas ſæpius contingit inter nos & infideles. Sunt enim aliqui textus ſacræ ſcripturæ quorum ſenſus qui eſt literalis, & verus apud catholicos, non ſufficit vt ex eo ſumat̄ efficax argm̄ contra infideles ſeu hæreticos, ſed ex hoc non tollit̄ quin talis ſenſus catholicorū ſit verus & literalis apud catholicos cēſendus. Verbi gratia, cum pſalmiſta dicit: Verbo dn̄i cęli firmati ſunt &c. *Pſal. 32. b.* Senſus verus & literalis apud catholicos eſt, ꝙ verbo dn̄i. i. filio patris cęli ſunt firmati. Quæ quidē expoſitio apud catholicos eſt quaſi neceſſaria, ēt conſona huic quod dicitur Io. 1. Et verbum erat apud Deum & oia per ipſum. i. per verbū facta ſunt. Sed ex hoc ſenſu non ſumitur argm̄ efficax contra infideles, nō recipiētes Euangeliū: Illi enim non cōcedūt aliquā eſſe diſtinctionē realē in diuinis, ſic vt ſit aliqua diuina perſona æternaliter procedens ab alio per modū verbi mentalis: vnde dr̄: Verbo dn̄i cęli firmati ſunt. Ipſi dicunt ꝙ hic loquitur pſalmiſta more humano: Sicut cū de mādato alicui⁹ dn̄i aliqua fiunt, dicitur, ꝙ ſunt verbo eius facta. Sumitur tm̄ ex hac authoritate argm̄ validū apud fideles circa diſtinctionem perſonarū in diuinis, ꝓut in primò Sn̄arū, di. 2. Ex quo ſequit̄ ꝙ catholicus exponēs iſtā autoritatē pſalmiſtæ debet eā catholice exponere, nō curās an ex ea poſſet ſumi efficax argumentum contra infideles trinitatem negantes, an nō: quia non oportet ꝙ ex quolibet ſenſu literali argumentū ſumatur apud oēs, vt iam dictū eſt. Quod tm̄ poſtillator in hoc loco & alijs nonnullis vr̄ obſeruare, vt in ſuis locis patebit. Videtur eñ ęſtimare ꝙ non ſit ſenſus literalis, niſi ille à quo ſumitur argm̄ validum ēt cōtra aduerſarios, quod tamen nō eſt ſic intelligendum, vt dictum eſt.

*An ſenſus literalis præſtantior ſit alijs.*

Circa ſextum. ſ. reſpondendo ad principale quæſitum vr̄ dicēdum, ꝙ ſenſus literalis poſſit comparari ad alios ſenſus dupliciter. Vno modo vniuerſaliter. ſ. reſpectu totius ſacræ ſcripturæ in cōi Alio verò modo particulariter. ſ. ſecundum quædam particularia loca ſacræ ſcripturæ. Si primò modo comparentur, & accipiatur ſacra ſcriptura ꝓut eſt principaliter ſpeculatiua, tūc ſenſus literalis ſecundum vnam cōſiderationem eſt eiuſdē dignitatis cū alijs ſenſibus. Secundum verò aliam cōſiderationem eſt cęteris dignior. Ad quod ſciendum ꝙ ſciētia ſpeculatiua dr̄ alia dignior ex duobus. D Vno modo ex dignitate materiæ: Nam vt dicit philoſophus in 11. de animalibus. Minimum quod pōt haberi de cognitione rerū altiſſimarum, deſiderabilius eſt, q̄ certiſſima cognitio, quæ habetur de minimis rebus.

*Speculatiua ſcientia dignior dicitur altera dupliciter.*

Et ſecundum iſtam conſiderationem ſenſus literalis & ſenſus ſpūalis ſacræ ſcripturę cōiter accepti, eiuſdē ſunt dignitatis. De eodē enim tractatur, ſ̄m vtrumq; ſenſum. ſ. de Deo & de creaturis, prout in Deū referantur, prima parte. q. 1. Alio verò modo vna ſciētia dr̄ dignior alia ex certitudine, ſ̄m quam illa ſcientia dicitur dignior quæ certior eſt, & ſ̄m hanc conſiderationem manifeſtum, ꝙ ſenſus literalis eſt dignior, cum ſit cęteris certior.

*Senſus literalis aliorū ſenſuū fundamentum & certificatio.*

Tota enim certitudo aliorum ſenſuum ſacræ ſcripturæ à certitudine ſenſus literalis dependet. Vnde Aug. de doct. Chriſtiana. Nihil eſt quod occulte in aliquo loco ſacræ ſcripturæ traditur, quod nō alibi manifeſte exponatur. Cuius ratio eſt: Nam ſpūalis expoſitio ſemper debet habere fulcimentum ab aliqua literali expoſitione ſacræ ſcripturę, ꝓut in quodlibeto & quæſtione ſupra allegatis plene traditur.

*Senſus ſpiritualis ſenſu literali præſtantior eſt &c.*

Si aūt comparetur ſenſus literalis ad alios ſenſus ſecundum quædā particularia loca ſacræ ſcripturæ, ſic manifeſtū eſt ꝙ in pluribus locis ſenſus ſpūalis eſt dignior, ex eo ꝙ de altiori materia tractat, ſicut cū legitur de Abraā Gen. 21. b. ꝙ duos filios habuit &c. Qđ exponit̄ ab Apoſtolo, Gal. 4. allegorice de duobus teſtis, vbi patet ꝙ ſenſus allegoricus ille dignior eſt q̄ ſenſus hiſtorialis illius literæ, & idē patet de multis alijs.

*Senſus literalis & ſpiritualis ſecundum diuerſam conſiderationē ſcientiæ variantur.*

Si aūt accipiat̄ ſacra doctrina ꝓut cōprehēdit ſub ſe ſcientiā practicā, tunc ēt ſenſus literalis & ſpūalis duplici modo cōparari pn̄t. ſ. vniuerſaliter & ꝑticulariter vt dictū eſt. Si primo modo, tūc ſenſus literalis & ſpūalis eiuſdē ſunt dignitatis. Illa. n. ſcia practica ſeu ars dignior eſt, q̄ ad vlteriorē finē ordinatur, vt ciuilis militari, vt in 1. Ethi. Cōſtat aūt ꝙ finis vltimus totius ſacrę doctrinæ in quātū eſt practica, ſiue ſ̄m ſenſum literalē, ſiue ſ̄m ſenſum ſpūalē: eſt vnus & idem. ſ. beatitudo ęterna. Si aūt comparentur ſecundo modo. ſ. ſecundū particularia loca, tūc manifeſtū eſt ꝙ in qbuſdā locis ſenſus ſpūalis eſt dignior, tanq̄ ꝓpinquior vltimo fini, vt patet in multis p̄ceptis cerimonialibus, ſicut cum dr̄ Deut. 25. a. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Qđ exponit̄ ab Apoſtolo. j. Cor. 9. ſpūaliter oſtendens ꝙ ſenſus precepti illius literalis modicæ vtilitatis eſt, de quo dicit. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtiq; dicit? & ſic de multis alijs. Sūt etiam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E etiam aliæ conſiderationes quibus ſenſus literalis præeminet ſenſibus ſpũalibus. Quarum vna eſt ex parte extẽſionis. Senſus enim literalis extendit ſe ad quamlibet particulã ſacræ ſcripturæ, quilibet enim paſſus ſacræ ſcripturę habet aliquẽ ſenſum literalẽ. Senſus verò ſpũales non ſe extendunt ad totam ſacrã ſcripturã, prout patet ex dictis in ſecundo articulo. Alia verò cõſideratio eſt ex parte vniuerſalitatis. Sẽſus enim literalis cõmunior eſt ſeu vniuerſalior, quia ẽt rudes qui ad intelligibilia capienda non ſunt idonei, per ſenſum literalẽ capiũt ſpũalia, ſaltẽ ſub ſimilitudinibus corporalibus, ꝑut in prima parte. q. primæ art. 9. Conſtat aũt ꝑut in j. Ethico. ꝙ Bonũ quanto vniuerſalius tanto diuinius. Ex hac igitur triplici conſideratione, qua ſenſus literalis cæteris ſenſibus ſimpl'r comparatus eſt dignior, põt quodãmodo accipi triplex rõ ad comendationẽ huius poſtillæ. ſ. magiſtri Nicolai.

*Poſtillæ recommendatio ex tribus.*

Prima eſt ex parte ſenſus literalis qui cæteris modo prædicto eſt dignior. Hæc. n. poſtilla inter alias quæ in cõem vſum venerunt magis intendit literalẽ ſenſum, cæteris ſenſibus prætermiſſis ſeu valde modicum tactis, vt ipſe dicit in prologo. Secunda ratio ex parte ſuæ extenſionis. Fuerunt. n. aliquæ poſtillæ ſolennes de certis ſeu ſingularibus libris diuinæ ſcripturæ, q̃ ſe non extenderunt ad oẽs libros: Hæc verò ſe extẽdit ad vtrunq; teſtm̃ nihil inde prętermittens. Tertia verò ratio ex parte ſuę vniuerſitatis ſeu cõitatis. Hæc. n. poſtilla ſaltẽ in his partibus Hiſpaniæ, & vt credo Galliæ, cõmunior eſt cæteris citra Gloſſam ordinariam. Ad iſtam. n. recurrunt non ſolum Theologi, ſed ẽt iuriſtæ, & alij intellectum ſacræ ſcripturę planum habere deſiderãtes.

*Poſtillæ famoſa diuulgatio.*

Sed licẽt ex prædictis tribus hæc poſtilla ſimpl'r eſt cõmendanda, ſunt tñ alia tria quibus videtur ſaltem in aliquibus locis minus ſufficere. Primum, quia expoſitione ſanctorũ in pluribus locis irrationabiliter videtur poſtponere propriæ expoſitioni, & qñq; etiam expoſitionibus Hebręorum, quod eſt inconueniẽs, vt dictũ fuit in quarto articulo ſupradicto. Inter quos ſanctos doctores pluries videtur impugnare irrationabiliter ſanctum Thomam qñq; expreſſe, qñq; tacite, cuius ſancti docti doctoris eloquia firmiter credo eſſe igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata: A quo etiam ſancto doctore ipſe poſtillator multa frequenter accipit licẽt eum non alleget niſi ſolũ reprehendendo.

*Poſtillæ inſufficientia ex tribus.*

F Secundum, quia in litera Hebraica ad quã pluries recurrit, non videtur fuiſſe ſufficiẽter eruditus, quaſi illam in pueritia didiciſſet, ſed de illa videtur habuiſſe notitiam quaſi ab alijs in ætate adulta mẽdicato ſuffragio acquiſitam. Quod multum refert in pluribus ſacræ ſcripturæ paſſibus, vt in ſuis locis patebit. Tertium, quia vt ipſe dicit in ſecundo prologo, inter doctores Hebraicos maxime inducit Ra. Sa. qui inter eos rationabilius ad declarationem ſenſus literalis vt aſſerit fuit locutus, cuius oppoſitũ eſt manifeſtum apud Hebræos. Qui licẽt ipſum Ra. Sa. reputent ſolennem doctorem in thalmudicis, non tamen in his quæ pertinent ad fidei & ſacrę ſcripturę expoſitionem, ſed potius inter eos reputantur maiores ſeu ſolẽniores in huiuſmodi expoſitionibus quidã alij, vt Ra. Moy. Aegyptius, & Rab. Moy. Gerũden. & Rabbi Abenhazra, & alij prout iam videbitur.

*Poſtillæ ſuppletio per Burgenſem additi.*

Vt igitur prædicta & quædam alia magis eluceſcant, quod valde vtile putatur, conſiderans vniuerſitatem huius poſtillæ ad quam etiam infideles qñq; recurrunt, & multoties nõ vt diſcant, ſed potius vt reprehendant. Nã vt dicit magiſter in prologo. Diſſentientibus voluntatum motibus, diſſentiens quoq; fit animorũ ſenſus: cogitaui ex zelo diuinæ veritatis illam tranſcurrere, & vbi iuxta modum imbecillitatis meę aliquid viſum fuerit additione egere, in marginibus ſuperaddere, poſtillamq; ipſam cum additionibus tibi, vt in præfatione dicebam, donare. Non tamen me putes vt corrigentem ſeu temerarie aſſerentem, quod abſit, ſed ſimpliciter tibi alijsq; ſi hoc legerint proponẽtem, diffinitionem tñ eorum quæ per me dicuntur, & probationem ſeu reprobationem humiliter & deuote relinquo determinationi ſacroſanctę matris eccleſię & cuiuſcunq; melius ſentiẽtis.

*Additionũ legendi modus.*

Cũ aũt aliquã additionẽ hmõi legere volueris, oportet vt prius videas ſniam poſtillæ in eodem paſſu ad plenũ, nam quælibet additio ſniam poſtillatoris in eodem loco ſupponit prę intelligendam. Nec ignoro ꝙ non omnibus, ſ. qui forſan legerint hoc placebit opuſculũ, ſed formido, vt iuxta Bernardum loquar, me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium, & ꝙ aliqñ ſuperfluus, aliqñ iudicabor præſumptor. Sed quia non vt nouus expoſitor auſus fuerim mittere manũ, nec quicq̃ poſt patres quod ſit cõtra patres, quinimmo pro patribus vt arbitror ſcripſi, ſed potius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi, profundorum myſteria peritioribus relinquẽdo: Ceſſat vt æſtimo ꝑſumptionis reatus. Superfluitatis ẽt vitium incurrere me non credo, cum non tam intẽdiſſem ſacram exponere literam, qđ iam multi maiorum noſtrorum fecerunt, q̃ de eadem loquendo ſumere occaſionẽ: Tum vt ſeneſcẽtis ętatis meæ deuotionẽ excitarem: Tum vt te ad ſtudia noſtra monendo in aliquo adiuuarem: Tum ẽt quia tecum loqui delectabar, hanc materiam latius vtiliusq; inter colloquendũ honeſtã vtilemq; putaui. Si quid tñ ſuperfluitatis prẽſumptionis ve, & ſi ego non ſentio, tu forſan repereris: Solent. n. nõnunq̃ aliqua vitia præſertim ſpiritualia à ſuis poſſeſſoribus ignorari, quæ infinita clementia ſaluator dignetur ignoſcere, tu verò tolera patienter, zelum potius q̃ effectũ conſiderans. G

*Reſpõſio ad argumenta.*

Nunc aũt ad qõnem propoſitam veniamus reſpondendo ad argumẽta.

*Sol. prima. 2. Cor. 3. b.*

Ad primum dicendum, ꝙ Apoſtolus cũ dicit, Litera occidit, ſpiritus aũt viuificat, nõ intendit diſtinguere inter ſenſum literalẽ, & ſpũalem, de quibus hic agitur, ſed inter legẽ veterem quę fuerat data in literis ſcriptis. ſ. in tabulis decalogi & in libris Moſaicæ legis, & inter legem nouam quæ fuit data in ſpiritu. ſ. in cordibus, ꝑut fuit prophetatũ Hier. 31. Vnde lex vetus dicitur lex literæ, & lex noua, lex ſpiritus. Et quia teſtm̃ vetus cognitionem peccati dabat, ex qua augebatur cõcupiſcentia occaſionaliter ex malicia humana, quę ſemper nititur in vetitum, nõ aũt dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad implenda diuina præcepta: Idcirco dicit: Litera occidit. ſ. lex literæ q̃ occaſionaliter occidit modo prædicto: Sed lex noua quæ lex ſpiritus dicitur, viuificat, inquãtum eſt lex gratiæ qua homo adiuuatur ad implenda diuina præcepta.

*Secunda.*

Ad ſecundum dicendum, ꝙ per ſenſum literalem non ſolum habetur hiſtoria tãtum. ſ. rerum geſtarum, ſed etiam quæ ſunt agenda, vt patet ex pręceptis charitatis, in quibus ſecundum doctrinam Chriſti tota lex pendet. Similiter per ſenſum literalem habentur quæ ſunt credenda, vt de vnitate Dei: Deutero. 6. c. Audi Iſrael, Deus tuus vnus eſt. Et de Trinitate perſonarum, vt Matth. 28. d. Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. & ſic de alijs, ad fidem & ſpem pertinẽtibus, vnde ſ'm Tho. prima parte. q. 1 art. vlti. in reſponſione ad primum argu. Nihil ſub ſpirituali ſenſu continetur fidei neceſſariũ, quod ſcriptura per literalem ſenſum alicubi manifeſte non tradat. Et eſt ſententia Auguſtini, de doctrina Chriſtiana. Hęc ille: Vnde ex hoc ꝙ in quibuſdam locis ſacræ ſcripturæ ſenſus literalis ſolum geſta docet: Non ſequitur ſimpliciter ꝙ per ſenſum literalẽ non habeantur ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis credenda, agenda, & ſperanda. H

*Tertia.*

irrationabiliter poſtponi dicta ſanctorũ, & ſpecialiter ſancti
Thomæ, cuius dicta dicit igne charitatis examinata, & natu *Dicta Tho.*
ralis rationis dictamine multipliciter purgata. Ad hoc dico
ꝙ Burg. in poſtillatore ægrè ferre nõ debuit, quod ipſemet
ſæpe facere cõſueuit. In pleriſq; eñ locis (vt patebit in pro-
ceſſu) Et beatum Aug. Hiero. Greg. Iſid. & ſanctũ Tho. quẽ
cęteris grandi cõpendit, poſtponit ſine rõne, quod in poſtil-
latore nõ reperitur, qui nullius ſancti dictũ reprobat, niſi ex
maiori rõne & autoritate declinandũ oſtendat. Et ſpãliter
huic Burgen. vr̃ crimen læſæ maieſtatis repugnare, cũ dicta
ſancti Thomæ præferre vr̃ dictis Aug. Greg. Hier. & aliorũ,
quaſi illa nõ ſicut iſta ſint igne charitatis examinata: & quia
ſi illa ſicut iſta non egeant retractatione: beatus eñ Aug. in
exordio ſuæ retractationis dicit, ꝙ in multiloquio peccatũ
non deerit. Qui non habet primas partes ſapiẽtiæ. ſ. rectè do *Partes ſapientiæ.*
cendo, habeat ſaltẽ ſecũdas. ſ. modeſtiæ, in reuocãdo errata.
Concludit: Qui iſta ſcituri ſunt, non imitent̃ me errãtem,
ſed in melius proficientẽ. Modeſtum fuiſſet Burg. ſanctum
Tho. beato Aug. non præferre, quaſi oĩa dicta ſancti Tho.
ſint prima vera, qm̃ multa dicta beati Aug. ſunt hodie opi-
nabilia, qui etiã libros ſuos ſuper Gen. ad literã reputat ma- *Libri Aug. ſuper Geneſim.*
gis eſſe inquiſitiuos, q̃ diffinitiuos: & quędam dicta eius etiã
non retractata à moderna ſchola cõiter non recipiuntur, vt
de ratione intelligendi opera ſex dierũ, &c. Non igitur ęgrè
ferat Burgen ſi dicta beati Tho. non vſquequaq; recipiãtur.
Secundo autem Burgen. notat poſtillatorem, quaſi nõ fue- *Lyra carpitur, quod nõ perfectus Hebræus.*
rit perfectus in idiomate Hebraico, eo ꝙ à pueritia non di-
dicit. Sed illa ratio non valet, quia ſtat ſenem addiſcere idio-
ma quodcunq; perfectè. Nec Burgen. debuit ex eo notare
poſtillatorem, ſed ei gratias agere, quia ad exaltationem ca-
tholicæ fidei, & ſacræ ſcripturæ dilectione, tantum impen-
dit ſtudium, vt intellectum linguæ Hebraicæ etiam adultus
aſſequi mereretur. Quod ſi reprehenſibile eſt, venit beatus
Hiero. ſimiliter culpandus, quod abſit. Tertio Burgenſ. cul-
pat poſtillatorem, quia ſecutus eſt Ra. Sa. potius, quam alios
Hebræos eo potiores. Reſpondeo, quòd poſtillator non ſe- *Ra. Salom.*
quitur nec illum, nec alios, niſi quantũ ratio, & fides admit-
tunt: immo hi, quos Burgen. prefert Ra. Sa. non reperiun-
tur fidei plus fauiſſe & rationi, nec ſcripturam clarius expo
ſuiſſe, quàm Ra. Sa. vt patebit in locis ſuis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

## *INCIPIT EXPOSITIO fratris Britonis ordinis Sancti Franciſci ſuper Epiſtolam Sancti Hieronymi: quam ponit pro prologo Bibliæ.*

E FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula &c. Ad euidentiam huius epiſtolæ, quam ſcribit Hieronymus ad Paulinum presbyterum, qui elegantis fuit ingenij, ſicut patet in ſecunda epiſtola ad eundem, qui renunciare volēs ſeculo, cuiuſdam ſororis ſuę tenebatur vinculo: ne gradu incederet expedito. Hic per Ambroſium monachum ſcripſit Hieronymo, ſignificans ei deſiderium, quod habebat intelligendi ſacras ſcripturas: & à ſeculi vinculis exeundi, quæſiuit vtrū ſine doctore poſſet habere ſacrarum intelligentiam ſcripturarum. Addidit etiam, quòd vt eas poſſet addiſcere, multum deſiderabat cū beato Hieronymo conuerſari. Cui reſcribit beatus Hieronymus dicens: Frater Ambroſius. &c. Iſta epiſtola diuiditur in tres partes, ſcilicet in partem exordialem, narrationem, & cōcluſionem. In parte exordiali beneuolentiā captat. In narratione intentionem explicat. In concluſione propoſitum ipſius non prologandum determinat. Prima pars incipit hic: Frater Ambroſius. Secūda ibi: Legimus. Tertia 8. ca. ibi: Feſtina quæſo. Captat autem beneuolentiam, commendans eum de miſſione munerū, de fidelitate amicitiarum, de timore Dei: & diuinarum ſtudio literarum. Partes per ſe patent in litera. Secunda pars, in qua intentionem explicat, recipit partium ſubdiuiſionem. Primo enim intendit eum inducere, vt ſibi ſacræ ſcripturæ doctorem quęrat. Et hoc facit dupliciter. Primo enim monet ad aliorum imitationem. Secundo oſtendit conſequentem vtilitatem. Et primo proponit gentiles philoſophos ad imitandū, ibi: Legimus. &c. Secundo proponit Paulū catholicum, ibi: Quid loquar &c. F Tertio, vtilitatem quæ conſequitur ex audiendo doctore oſtendit, ibi: Habet neſcio quid latentis &c. & infra. 3. cap. Paulus Apoſtolus ad pedes Gamalielis legē Moyſi, & prophetas didiciſſe ſe gloriatur. vbi dicit, quòd Paulus multum profecit ex doctrina Gamalielis. Secundo arrogantiam euitat, ibi: ✱ Nec hoc dico. vbi & Paulini ardorem ad ſtudendum: & humilitatem ad proficiendum commendat, quia verò ſacerdos erat, cuius eſt legere, alijs præeſſe, & alios docere, ideo tertio in triplici ſtatu ſciētiam ſacræ ſcripturæ eſſe neceſſariam probat, & defectum ipſius eſſe damnoſum. Et primo oſtendit ſciētiam eſſe neceſſariam in ſtatu prælationis, ibi: Timotheū ſcribit ab infantia, &c. qui fuit epiſcopus. Secundo in ſtatu ſacerdotalis dignitatis: ibi: Malachias propheta. Tertio in ſtatu officij prædicationis, ibi: Cur Paulus Apoſtolus vas, &c. E conuerſo autem defectum huius ſcientiæ in quolibet ſtatu probat eſſe damnoſum, ibi: Sācta quippe ruſticitas: vbi doctam iuſtitiam oſtendit ſimplici potiorem. Quia verò Paulinus ſecularibus erat literis eruditus, ne crederet, ꝙ per ſe poſſet ſacram ſcripturam intelligere, ideo quarto oſtendit, ꝙ nō poſſit niſi diuina gratia reuelante. Gratia enim reuelat myſteria, ad quorum cognitionem non peruenit ſcientia ſecularis. Sic reuelata fuit Chriſto ſecundum humanitatem: vnde dicitur: Phariſæi ſtupēt in domini doctrina &c. Sic reuelata fuit diſcipulis, vnde dicitur: Miratur in Petro, & Ioanne, quomodo legem ſciāt, &c. Sic prophetis & Patriarchis, ſicut patet i litera. Sed ad horū notitiam non peruenit ſcientia ſecularis, vnde dicitur: Hoc doctus Plato neſciuit, &c. Et ſubditur quaſi concluſio huius partis, cum dicitur: Lex enim ſpiritualis eſt. id eſt ſpiritualiter intelligenda, vnde reuelatione opus eſt, vt intelligatur. Quinto oſtendit ſacram ſcripturam ſine doctore non poſſe intelligi propter ſui difficultatem, ibi: Liber in Apocalypſi. Et protenditur iſta pars vſq; verſus finem ſeptimi capituli, ibi: Oro te frater chariſſime, &c. Et primo oſtendit difficultatem iſtam particulariter. Secūdo generaliter in principio ſeptimi capituli: ibi: Videlicet manifeſtiſſima, &c. Item primo oſtēdit iſtam difficultatem abſolutè, cum dicit: Liber in Apocalyp. Secundo in comparatione ad alias ſcientias: ibi: Taceo de Grammaticis: vbi arguit per locum à maiori, ꝙ ſi aliarum ſcientiarum, quæ minus difficiles ſunt, ſine doctore non poſſit haberi notitia, multo magis ſine doctore non poteſt intelligi ſacra ſcriptura, quæ magis eſt difficilis: & quaſi aliarum omnium cōplexiua. Quòd autem aliæ ſcientiæ non poſſint ſciri ſine doctore, oſtendit: & primo exemplificat de liberalibus, ibi: Taceo de grammaticis. Secundo de mechanicis, ibi: Ad minores artes &c. In fine confutat multorum pręſumptionem, qui volunt docere ſcripturam, cuius nunquam habuere notitiam, ibi: Sola ſcripturarum ars. Et horum doctrinam arguit multipliciter. Tum quia inepta eſt, ibi: Hanc garrula anus. Tum quia ſuperba, ibi: Alij adducto, &c. Tum quia probroſa, ibi: Alij diſcunt proh pudor, à fœminis. Tum quia erronea, ibi: Taceo de mei ſimilibus. Tum quia ridiculoſa: ibi: Puerilia ſunt hęc, & circulatorum ludo ſimilia, &c. Secunda pars, in qua oſtēdit difficultatem ſacræ ſcripturæ, diuiditur in tres partes. In prima oſtendit veteris teſtamenti difficultatem, per ſingulos libros diſcurrendo. In ſecunda oſtendit affectum ſuum ad ſacram ſcripturam, humiliter ſuam ignorantiam confitendo. In tertia innuit difficultatem librorum noui teſtamenti, eos breuiter perſtringendo. Prima pars incipit ibi: Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis. Secunda ibi: Cernis me ſcripturarum amore raptum, exceſſiſſe modum, &c. Tertia ibi: Tangam & nouum, &c. Ponit autem quaſi concluſionem iſtius partis ibi: Oro te chariſſime, &c. vbi dicitur quòd licèt ſit ita difficilis, tamen meditanti & contemplanti eſt vtilis & ſuauis, vnde ſubdit: Nonne videtur tibi, &c. Monet etiam, ne contemnat ſacram ſcripturam propter verborum ruditatem. Cuius aſſignat multiplicem rationem. Litera plana eſt. Sexto humiliter ſe excuſat, quòd quaſi † ſciolus magiſterium non affectat: ſed quaſi ſocius collaboraturus, allicit, vt veniat. Primum tangitur ibi: Non ſum tam petulans, &c. Secundum ibi: Magiſterium renuens, &c. Multa autem ponit allectiua. Primum eſt ſtatus æqualitas, ibi: Comitem ſpondeo. Secundum eſt proficiendi facultas, ibi: Petenti datur, &c. Tertium eſt ſacrę ſcripturæ dignitas, ibi: Diſcamus in terris, quorum nobis ſcientia, &c. Quartum eſt † recepturi conſortis vrbanitas, ibi: Obuijs te manibus, &c. Quintum eſt cooperandi voluntas, ibi: Et ne inepte, &c. Sextum eſt amicabilis ſocietas, ibi: Habes hic amantiſſimum tui, &c. Tertia pars principalis, ſcilicet concluſio incipit ibi: Feſtina, quæſo te. In qua hortatur Paulinum, vt cito exeat de ſeculo. Et inuitat ad duo, ſcilicet ad vitanda multa pericula: & ad abijcienda mundi retinacula. Primum notatur ſub metaphora nauiculæ, cui circumquaque imminent pericula: vnde dicit: Et hærenti in ſalo nauiculæ, &c. H Secūdum notatur ibi: Nemo renuntiaturus ſeculo, &c. Eſt autem duplex mundi retinaculum, quod retardat ſeculo renunciaturum. Primum eſt amor pecuniæ. Secundum timor penuriæ. Amor pecuniæ conſideratur in tribus. In venditione rerum retardante ſolicitudine. In contentioſa repetitione. In alienandi voluntate. Retardantem vendendi ſolicitudinem excludit. cum dicit: Nemo renunciaturus ſeculo bene poteſt vendere, &c. Et ne Paulinus intenderet oportere ſe eſſe ſolicitum circa venditionem rerum propter ſuam neceſſitatem, vel propter aliorum vtilitatem, vtrunque excludit. Quòd non propter neceſſitatem oportet hoc facere, oſtendit, ibi: Quicquid inſumptus de tuo, &c. Quòd nō propter aliorum vtilitatem, oſtendit, ibi: Niſi tu ſemper recraſtinans, &c. Et quia Deus magis quærit nos, quàm noſtra, ſubiungit. Totum Deo dedit, qui ſe obtulit. Item Deus magis acceptat affectum, quàm datum: & ad hoc probandum inducit Apoſtolos, viduam, & Crœſum: vnde dicit: Apoſtoli nauem tantum, &c. Contentioſam repetitionem excludit ibi: Tollenti tunicam, &c. Et eſt ſumptum de Matth. 5. f. Alienandi voluntatem excludit ibi: Si habes in poteſtate rem tuam, vnde, id eſt voluntariè dimitte, vel aliena dato. Nec eſt contrarium quod prius dicitur: Nemo renunciaturus ſeculo bene poteſt vendere: quia ibi prohibetur venditio retardans & impediens. Hic verò conceditur venditio indilata, & expediens. Secundum retinaculum eſt timor penuriæ, ſicut habetur hic de auaro, quòd ei deeſt tam quod habet, quàm quod non habet. Timent autem renunciare ſeculo tripliciter. Timent enim penuriam opium, penuriam victualium, penuriam veſtimentorum. Iſtam autem triplicem penuriam excludit per triplicem voluntariæ paupertatis ſufficientiam. Primam excludit ibi: Credenti, ſupple diuinis conſilijs, Totus mūdus diuitiarum eſt: & infra: quaſi nihil habentes, & omnia poſſidētes. Item quòd ſecunda & tertia timeri non debeant, oſtendit cum dicit. Victus, atque veſtitus. Quia verò Pharao derelictus ſurgit in ſcandalum, contra omnes tentationes dat ſalubre remedium, dicens: Facilè contemnit omnia, qui ſemper, &c. Et ſic patet diuiſio, & continentia epiſtolæ præſentis. Nunc ad expoſitionem literæ accedamus.

*Paulinus.* — *Diuiſio epiſtolæ.* — *✱ Hæc non dico.* — *Sacerdotis proprium.* — *Reuelatio ſcripturæ diuinitus facta.* — *† ſciens* — *Quæ alliciant.* — *† recepturi* — *Mundi retinacula.* — *Amor pecuniæ.* — *Timor penuriæ.*

*Frater*



## *EPISTOLA beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum, de omnibus diuinæ hiſtoriæ libris, incipit.*

### CAP. I.

a FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula perferēs, detulit & ſuauiſſimas lr̄as, q̄ à principio amicitiarū, fidē ꝓbatæ iā fidei & ve-
b teris amicitiæ p̄ferebant. Vera
c eñ illa neceſſitudo ē, & xp̄i glu-
d tino copulata, quā non vtilitas
e rei familiaris, nō p̄ſentia tm̄ cor-
f porū, nō ſubdola, & palpās adu-
g latio, ſed Dei timor & diarū ſcri-
h pturarū ſtudia cōciliant. Legi-
i k mus ī veteribus hiſtorijs quoſdā luſtraſſe ꝓuincias, nouos ad-
l m ijſſe populos: maria trāſijſſe: vt eos quos ex libris nouerāt, co-
n o rā quoq; viderēt. Sic Pythago-
p q ras mēphiticos vates, ſic Plato r Ægyptum & archytam tarētinum: eandemq́; orā Italiæ quę s quondā magna Græcia diceba t tur laborioſiſſime pagrauit: vt q Athenis magr̄ erat & potens,

A FRater Ambroſius, &c. Iſtam literā inueni in epiſtolis Hieronymi. Conſtrue ſic:
a *Frater.* quidam nomine Ambroſius: perferens mihi munuſcula tua à te miſſa, detulit: &. i. ſimul. ſuauiſſimas literas: quæ præferebant. i. prætendebāt. fidem. i. certitudinē, vel veritatē. fidei. i. fidelitatis. probatæ, per operū exhibitionem. a principio amicitiarū inter nos contractarū. & pręferebant fidem. i. certitudinem, ſiue veracitatē, veteris amicitiæ. q. dicat, bene apparebat in literis tuis, ꝙ fuiſti tu mihi fidelis: ex quo nos mutuo dileximus. & quia vere dilexiſti me. In modernis biblijs ſcribit ſic: Quæ in principio amicitiarū fidem iam probatæ. cōſtructio non mutatur. Et ſequitur: Et veteris amicitię noua p̄ferebāt. i. prætendebat noua amicitiæ veteris. i. ꝙ vetus amicitia renouata erat quātū ad feruorē dilectionis. Sed melior eſſet litera, veteri, in datiuo: & Nouā in accuſatiuo. Et tunc conſtrue ſic: Quæ a principio. i. exordio literarum: præferebāt. i. præponebant, ſiue prælocabant, fidem amicitiarum: modernam: fidei. i. veracitati: iam probatæ, per multos annos & pro, i. nouam amicitiam veteri præferebāt. i. pręponebāt. q. dicat in literis tuis prætendebatur: ꝙ veracius & fidelius me modo diligis, quàm vnquā feceris.
b *Vera enim &c.* i. vera amicitia, quę dicitur neceſſitudo à nectendo, quia nectit animos, alias, amicos in dilectione.
c *Et Chriſti glutino, &c.* Charitas dicitur glutinum Chriſti, quia ita vnit homines. ſicut glutinum aſſeres.
d *Quam non vtilitas rei familiaris, &c.* id eſt propria vtilitas.
e *Non ſubdola,* id eſt, ficta.
f *Et palpans:* id eſt blandiens, vel mulcēs.
g *Adulatio, &c.* ſupple conciliant.
B h *Conciliant,* ideſt coniūgunt. Conciliare enim dicitur amicum, & cōcordem facere, coniungere, & ſociare: Et ſicut ait Huguic. maioribus minores conciliantur: & non econuerſo.
i *Legimus &c.* i. in libris antiquarum hiſtoriarum. Hiſtoria eſt narratio rei geſtæ, per quam ea, quæ in pręterito facta ſunt, dinoſcuntur. Dicitur aūt ab *ἱστορεῖν* Græcè, quod eſt videre, vel agnoſcere. Apud veteres enim nemo conſcribebat hiſtoriam, niſi is, qui interfuiſſet, & ea quæ ſcribenda eſſent vidiſſet. ita dicit Iſidorus Ety. 1. Vide in opuſculo de ſignificationibus vocabulorū Bibliæ: & inuenies alia multa de hiſtoria, quæ cauſa breuitatis hic prætermitto.
k *Luſtraſſe prouincias.* ideſt circuiſſe regiones multas. Luſtrare multa ſignificat, quæ habentur per hos verſus: Luſtro circūdo deſignat, luſtro ſereno, Purgo, circumeo, lumino, ſiue pio. Et inde dicitur hoc luſtrū. i. purgatio, vel circuitus, vel luminatio, vel antrū, vel proſtibulum, vel ſpacium quinq; annorum. Hæc omnia melius inuenies in prædicto opuſculo.
l *Nouos.* id eſt ignotos.
m *Adijſſe populos.* ſupple legimus.
n *Coram &c.* i. vt pręſentialiter viderent eos, quorū famā per ſcripta nouerant. Coram. i. præſentialiter, aduerbium eſt.
o *Sic Memphiticos vates.* ſ. adijt, vel peragrauit. Nota, ꝙ Pythagoras philoſophus fuit de Samo inſula oriundus. vnde Iſid. Etymolog. 14. Samos inſula eſt in mari Aegęo, vbi nata eſt Iuno, ex qua fuit ſibylla Samia, & Pytaghoras Sami', à quo philoſophiæ nomē inuētū eſt. Itē Aug. de ciui. Dei. lib. 8. c. 2. Duo philoſophorum genera tradūtur. Vnum Italicum ex ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia nūcupata eſt. Alterum Ionicum in illis terris, vbi & nūc Græcia nominatur. Italicum genus autorem habuit Pythagorā Samiū, &c. & ſequitur. Iſte interrogatus, quid ꝓfiteretur, philoſophum ſe eſſe reſpondit. i. ſtudioſum, vel amatorem ſapientiæ, quoniam ſapientem ſe profiteri arrogantiſſimū videbatur, &c. Hic adijt.
q *Vates,* id eſt philoſophos. Vates, dicūtur philoſophi à vas vaſis, & theos quod eſt Deus, quaſi vaſa Dei. Videtur enim ꝙ Deum contineant pp profunditatē ſcientiæ quā docēt.
p *Memphiticos,* id eſt Aegyptios, à memphi ciuitate Aegypti quam ædificauit Epaphus filius Iouis, ſicut dicit Iſidorus Ethymolog.

C Ethymol. 15. Iſtam hiſtoriā tangit Valerius maximus, lib. 8. dicens: Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientiæ à iuuenta peritus, & oīs honeſtatis percipiendæ cupiditate ingreſſus, nihil enim quod ad vltimū ſui peruenturū eſt finē, non & mature & celeriter incępit, Aegyptū petijt, vbi literis gētis illius aſſuefactus: præteriti æui ſacerdotum commentarios ſcutatus eſt, innumerabilium ſeculorum obſeruationes cognouit &c. Per prædicta patet ꝙ falſi libri habent Memphiticus.
r *Sic Plato &c.* ſupple adijt, vel peragrauit. Plato philoſophus quidam fuit cuius iter in Aegyptum tangit Valerius maximus lib. 8. dicens: Plato patriam Athenas, præceptorem Socratem ſortitus: & locū & hoīem doctrinę fertiliſſimum ingenij quoq; diuina inſtructus abundātia cum oīum mortaliū iam ſapiētiſſimus haberet, eò quidē vſq;, vt ſi ipſe iupiter è cęlo deſcendiſſet, nec elegātiore, nec beatiore facundia vſurus videret, Aegyptū peragrauit, dū à ſacerdotibus eius gētis geometriæ multiplices numeros, cęleſtiū obſeruationē rationū percepit &c. Et ſequitur ibi. Quo min' miror in Italiā tranſgreſſum, vt ab Archyta tarentino pytagoræ præcepta & inſtituta acciperet. Aug. 8. lib. de ciuita. dei. ca. 4. multū cōmēdat illū: & dicit inter alia: In Aegypto didicit quæcūq; illic magna habebātur atq; docebant. Aegyptus dr̄ ab ægyzo quod eſt appropinquo & pothamos quod eſt fluuius ꝓpe nilū fluuiū Aegypti. Vel ſcd̄m Iſi. Etym. 14. Aegyptus quæ prius aerea dicebat, ab Aegypto fratre Danai poſtea ibi regnāte nomen accepit. De Archyta dicit Valerius maximus in 4. lib. Tarētinus Archytas dum ſe pytagoræ præceptis metapōti penitus immergit, ma- D gno labore lōgoq; tp̄e ſolidū opus doctrinæ cōplexus, poſtq̄ in patriā reuertitur, & rura ſua reuiſere cępit, animaduertit negligētia villici corrupta, & ꝑdita, intuēſq; male meritū: Sūpſiſſem inquit à te ſuppliciū, niſi tibi irat' eſſem: maluit eñ impunitū dimittere, q̄ pp irā iuſto grauius punire. Tarentinus aūt dicit, quia erat a tarento ciuitate: de qua dicit Iſid. Ety. 15. Taras Neptuni filius, à quo tarētū ciuitas & cōdita, & appellata eſt. Item Hora. in lib. ſerm. Pectinibus patulis iactet ſe molle tarentū. Pectines ſunt quidā piſces, qui dicuntur gallice plaiz. Et nota quòd pecten eſt inſtrumentum texendi & pectendi. Item piſcis quidam, & plectrum citaræ, inferior pubes, raſtrum, agmen vel chorea: verſus: Texit, nat, pectit, pecten modulamina condit. Agmen cum raſtro ſic puben pectine ſigno.
s *Eandemq́, &c. peragrauit.* Peragrare multa ſignificat, dicitur enim circumire, perambulare, inquirendo peruagari, pererrare, peruadere &c. Vnde conſtrue ſic, Peragrauit, ideſt perambulauit eam oram, id eſt eam regionem. Verſus: Aſpires horam tempus tibi ſignificabit. Si non aſpires limbum dabit & regionem. Dicit ergo: Eandemque oram Italiæ: id eſt italicam regionem quæ quondam magna Grætia dicebatur. De hoc dicit Auguſtinus octauo libro de ciuitate Dei capi. quarto. Et inde in eas Italiæ partes veniens, vbi Pothagoreorum fama celebrabatur: quicquid Italicæ philoſophiæ tunc florebat, auditis eminentioribus in ea doctoribus, facillime comprehendit. Quare autem dicebatur magna Græcia, patet per Iſidorum: qui dicit in decimoquarto Etomolog. Italia enim à Græcis populis occupata, magna Græcia nuncupata eſt. Deinde à regis nomine ſaturnia. mox & Latium dicta eſt: eo ꝙ idē Saturnus a Ioue ſedibus ſuis pulſus ibi latuerit. Poſtremo ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia appellata eſt.
t *Vt qui &c.* Conſtrue ſic, dico quòd peragrauit loca prædicta: vt qui erat magiſter & potens Athenis: id eſt apud Athenas. Ciuitas eſt in Græcia, quaſi littoralis ab atha quod eſt littus: quia in littore poſita. Vel dicuntur Athenæ quaſi immortales: quia ibi olim viguit ſapientia, quę immortalis eſt: & ſic dicuntur ab athanatos quod eſt immortale. Auguſtinus in 18 libro de ciuitate Dei, 9. cap. dicit quòd athenæ dicuntur a Minerua, quæ Græce athena dicitur. Et

*Neceſſitudo.* — *Glutinum.* — *Conciliare.* — *Hiſtoria.* — *Luſtrare.* — *Luſtrum.* — *Coram.* — *Pythagoras.* — *Philoſophorum genera duo.* — *Vates.* — *Memphis.* — *Plato.* — *Aegyptus.* — *Archyta.* — *Tarentum.* — *Pectines.* — *Verſus.* — *Peragrare.* — *Hora.* — *Ora.* — *Magna græcia.* — *Italia.* — *Athenæ.*

 ſubdit

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cuiuſque † doctrinas academię gymnaſia perſonabāt: fieret peregrinus atque diſcipulus: malens aliena verecūde diſcere: quàm ſua impudēter ingerere. Deniq; cum literas quaſi toto orbe fugientes perſequitur: captus à piratis & venundatus, etiā tyranno crudeliſſimo paruit, captiuus, vinctus, & ſeruus, tñ quia philoſophus maiore mente ſe fuit. Ad Titū liuiū lacteo eloquētiæ fonte manātem de vltimis Hiſpaniæ galliarumq; finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus, & quos ad contēplationē ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditū omnibus ſeculis celebrādumq; miraculū: vt vrbem tantam ingreſſi: aliud extra urbē quęrerēt. Appollonius, ſiue ille magus, vt vulgus loquitur: ſiue philoſophus, vt pythagorici tradunt: intrauit perſas: pertranſiuit caucaſum: albanos: ſcythas: maſſagetas: opulentiſſima Indiæ regna penetrauit: & ad extremū latiſſimo Phyſon amne tranſmiſſo peruenit ad brachmanas:

E ſubdit multa verba: cām aſſignās quare à nomine eius denominata eſt ciuitas. dicit enī quod cū repente ibi apparuiſſet oliuæ arbor, & alio loco aqua eripuiſſet, Cecrops rex territus conſuluit Apollinē delphicū quid eſſet faciendū. Ille reſpōdit: ꝙ olea Mineruam ſignificaret: vnda Neptunū, & ꝙ eſſet in ciuium ptāte: ex cuius nomine duorum Deorū quorum ſigna illa eſſent, ciuitas vocaretur. Iſto Cecrops oraculo accepto: oēs ciues vtriuſq; ſexus conuocauit. Mos enim erat tūc in illis locis vt fęminæ publicis conſultationibus intereſſent. Cōſulta igit̃ multitudine, mares ꝓ Neptuno: fęminę ꝓ Minerua tulere ſ̃ras. Et quia vna plus eſt inuenta fęminarū, minerua vicit.

† Doctrinam.

a *Cuiuſque doctrinas &c.* quia magna fama erat de doctrina ipſius. Academia fuit villa Platonis, vbi idem Plato docebat. *Academia.* Et ſicut quidā dicunt interpretat̃ luctus: pp bellum quod ibi geſtum eſt inter Apollinē & Neptunū. Plato enī cū diues eſſet, vt poſſet vacare philoſophiæ: elegit Academiā, villā ꝓcul ab vrbe: nō ſolum deſertā, ſed & peſtilentē: vt cura & aſſiduitate morborū, libidinis impetus frangerētur: diſcipuliq; nullā ſentirēt voluptatē, niſi illarū rerū quas diſcerēt. *Gymnaſiū.* Gymnaſiū aūt dicitur generalis exercitiorū locus: apud Athenas locus erat vbi diſcebat̃ philoſophia: & ſapiētię exercebat̃ ſtudiū: & ſic dicit hic. Nam gymnaſiū Gręce vocatur, quod latine exercitium dicitur, hoc eſt meditatio. Gymnaſia academiæ dicebant̃ ſtudia vel exercitia ſtudiorū vel loca ſtudij. Et dicit Iſid. 18. Ety. Gymnaſium dicit̃ vbi exercentur athletę, & curſorū velocitas cōprobatur. Hinc accidit vt omnium prope artium exercitia gymnaſia dicerētur. Et

F dicitur à gymnos, i. nudus, quia iuuenes nudi exercentur in campo vbi ſola verenda operiūtur. Item à gymnos dicitur hęc gymnas, dis. ſ. pugna vel lucta: & quia magna lucta eſt in ſtudio: recte gymnaſium dicitur. vnde Eccle. 51. cap. dicitur: Colluctata eſt anima mea in illa: id eſt ſapientia acquirenda. Cętera plana ſunt.

*Phiſon.*

b *Deniq; cum &c. maiore mente ſe fuit.* Iſtam literam inueni in epiſtolis Hieronymi. cum quidam libri habeant: maior emēte ſe fuit: quia ſcilicet philoſophus erat: emptor non. Conſtructio patet. Sed nota ꝙ dicit, literas quaſi toto orbe fugiētes: quia nullus poteſt ad perfectionem ſcientiæ peruenire: cum ſemper occurrit ei qđ poſſit addiſcere. vñ Eccl 7. ca. Dixi ſapiens efficiar: & illa lōgius receſſit à me multo magis q̃ erat.

*Ad perfectionem ſcientiæ nullus venit.*

c *Captus à piratis* Pirata dicitur latro marinus. vnde Lucanus: Oē fretū metuens pelagi pirata reliquit. Et cōponitur à pir quod eſt ignis: & ratis: quia ſemper portat ignē in rate. *Pirata.*

d *Etiam tyranno &c.* id eſt obediuit: quia ad mandatum Dionyſij tyranni exulauit. vnde ait Valerius maximus libro 4. loquens de Platone: Patria pulſus à Dionyſio tyranno Megaram petierat: vbi cum ad Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet: neq; admitteretur: multū diuq; ante fores retentus, comiti ſuo ait: Patienter hoc ferendum eſt, forſitan enim & nos cum in gradu dignitatis noſtræ eſſemus, aliquid tale fecimus: qua tranquillitate conſilij, ipſe ſibi conditionem exilij placidiorem reddidit. vnde bene dicitur hic de ipſo.

e *Tamen quia philoſophus:* id eſt ſapiens & diſcretus erat.

f *Maiore mente ſe fuit:* id eſt maiorem mentis conſtantiam habuit: & aduerſa æquanimus tolerauit. Et de iſto tyranno habetur in ſexto libro Valerij maximi: Dionyſius cum hæreditatis nomine à patre, ſyracuſanorum vel ſiculanorum, ac pene totius ſiciliæ tyrannidem accepiſſet: maximarum opū dominus: exercitium dux: & rector claſſium: equitatuū potens: propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit.

*Alias, equitantium*

*Titus liuius*

g *Titum &c.* Titus liuius ſcripſit hiſtoriam Romanorum ab vrbe condita. Cuius mentionem facit Priſcianus: qui dicitur manans: id eſt affluens fonte lacteo eloquētiæ: quia dulcem & placidam habebat doctrinam &c.

h *Habuit illa &c. extra vrbem.* Hic ponitur extra pro præter & eſt ſenſus: Mirum eſt & inauditum quòd aliqui tam nobilem ciuitatem ingreſſi: aliud videre quærerent, quàm pulchritudinem ciuitatis &c.

i *Apollonius*

i *Apollonius &c.* In Plinio de naturali hiſtoria duo leguntur Apollonij: quorum vnus dicebatur apollonius pergamus: à pergamo, id eſt troia ſic dictus: quē numerat inter autores quos imitatur in tractando de naturis animalium: & de naturis arborum. Alter vero appellabatur apollonius tarentinus: à tarento ciuitate. Et fuit vnus dę illis quos imitatur Plinius in tractando de naturis herbarum. Itē Hieron. in libro illuſtriū virorum ponit duos apollonios: quorū vnus fuit ſenator Romanus, qui à ſeruo ꝓditus ꝙ eſſet Chriſtianus, & ꝓ Chriſto capite truncatus eſt. Alter fuit vir diſcretiſſimus: qui ſcripſit aduerſus Mōtanū: Priſcā: & Maximillam inſigne & lōgum volumen: in quo aſſerit montanum & inſanos vates eius perijſſe ſuſpendio: & forte de iſto intelligit hic. G *Apollonius*

k *Magus.* à magnitudine ſcientiæ dicit̃ Philoſophus. Vnde quē vulgus dicebat magum, i. ſcientiæ magnum, pythagorici dicebant philoſophum. vnde dicit Chriſoſtom. ſuper illud Matthęi ſecundo, a. Magi ab oriente venerunt &c. Magi nō malefici, ſed ſapientes intelliguntur.

† legendū, maiorem emente

l *Pythagorici.* i. pythagorę diſcipuli: vel ſequētes doctrinā pythagoræ, de quibus dicit Valerius maximus libro 8. ꝙ pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tributa eſt: vt quæ ab eo acceperāt in diſputationē deducere nephas exiſtimarent: quinetiā interpellati ad reddendū cauſam, hoc ſolum reſpondebant: ipſum dixiſſe.

m *Perſæ.* populi ſunt à Perſeo rege vocati, qui è Græcia in Aſiā tranſiens, ibi Barbaras gentes graui diuturnoq; bello perdomuit: nouiſſime victor nomen ſubiectæ genti dedit. Ita dicit Iſidorus nono Etymolog. *Perſæ.* H

n *Caucaſus,* mons eſt Indiæ ſic dictus à candore: quia niuibus denſiſſimis eſt candidatus. Nā caucaſum lingua oriētali dicitur candidum. Iſtud ſumitur de Iſidoro Etymolog. 14. *Caucaſus.*

o *Albani.* populi ſunt in partibus Aſiaticæ Scythiæ. Et dicūtur ſic ab aſſiduis niuibus: vel quia cū albo crine naſcuntur. His glauca oculis, id eſt picta ineſt pupilla: adeo vt nocte pluſquam die cernant. Ita dicit Iſidorus Etymologi. nono. *Albania.*

p *Scythæ.* populi ſunt de quibus dicit Iſidorus Etymologi. 9. Limes eſt perſicus qui ſcythas ab armenijs diuidit: ſcytha cognominatus: à quo limite ſcytæ ab aliquibus perhibētur vocati: gens antiquiſſima ſemper habita. Item in eodem. *Scitha.*

q *Maſſagetæ.* de ſcytharū origine ſūt: & dicti Maſſagetæ, quaſi graues, i. fortes getæ. nā ſic Libies argentū graue dicunt, i. maſſas. hi ſunt qui inter ſcythas & albanos ſeptentrionalibus iugis inhabitāt. De qbus Lucanus in ſecūdo. Decurrāt medica ſuſis Agmina Maſſagetē: ſcythicus nō aliget hiſter. *Maſſagethæ* *Lucanus.*

r *India.* ab Indo flumine quo ex occidentali clauditur. Hæc à meridiano mari porrecta vſq; ad ortum ſolis: & à ſeptentrione, vſq; ad montem caucaſum peruenit &c. ita dicit Iſidorus Ethymologi. libro decimoquarto. Opulentiſſima: id eſt opibus pleniſſima, vel ditiſſima. Nam opes diuitiæ, lentos plenus dicitur. Et inde opulētus opulenta opulentum, quod comparatur opulentior opulentiſſimus. *India.* *Opulentus.*

s *Phyſon amne tranſmiſſo:* id eſt pertranſito. De iſto flumine habetur Geneſis 2. b. de quo dicit Iſidorus in 13. Etymologi. Ganges fluuuius quem phyſon ſacraſcriptura commemorat: exiens de Paradiſo, pergit ad Indiæ regiones. Dictus autem Phyſon. i. caterua: quia ex decem fluminibus magnis ſibi adiunctis impletur & efficitur vnus. Ganges autem vocatus à Gangaro rege Indiæ. *Phyſon.* *Ganges.*

t *Peruenit ad Bragmanas.* populi ſunt indiæ à Bragmano rege: vt quidā dicūt. ſic vocati. Mores aūt illorū ſunt hi: Gēs bragmanarū pura & ſimplici vita viuit: nullis rerū capitur illecebris, nihil appetit amplius q̃ naturæ rō flagitat: ſola uiuit alimonia quā tellus ſine cultura ꝓducit. Hinc eſt ꝙ nulla morborū gña, null⁹ apud illos uſus medicinæ, qa parſimonia eſt illis medicina: ſed lōga ſanitas uſq; ad mortē, quā meta ſenectutis portauerit. vñ nemo parēs filij comitat̃ exeqas: null⁹ altero ſupior: null⁹ ditior, nulla iudicia, qa nulla corrigēda. Sed illi gēti lex ē, ꝯ i⁹ nō ire naturę, nulli itēdūt corpali opi, *Bragmane.*

quia



vt hiarcham in throno ſedentem aureo, & de tantali fonte potātē, inter paucos diſciplos de natura, de * moribus, ac ſiderum curſu audiret docentem, inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſtinos, reuerſus Alexādriā, perrexit ęthiopiam, vt gymnoſophiſtas & famoſiſſimam ſolis menſam vide

* de motibus ſyderū ac diuino curſu.

A & quia terram colūt, nec venant̃: nec aucupant̃: nec piſcant̃: nec lauāt ſua corpora: qa immūdis cōtactibus nō ſordeſcūt. Sitim riuo ſedāt: ædificia nō cōſtruunt, ſed in foſſis telluris, aut ſpeluncis: aut cōcauis montiū latebris habitant. Idē locus dū viuūt mſ̃ioni proficit: dū moriunt̃ ſepulturę. Nō habent amictū precioſum nec colore fucatum: ſed papyri tegmine mēbra velant̃: nec in augēda pulchritudine plus affectant ipſi vel eorū mulieres q̃ nati ſunt: intelligētes ꝙ nullus poſſit opus naturæ corrigere: vnde ornamentorū cultū magis deputāt oneri, q̃ honori. Nō ſunt apud eos fornicatio, inceſt⁹, adulterium, nec aliquis cōcubitus: niſi gignēdæ prolis amore. Arma non ſumūt: bella nō gerūt: ſed pacē morib⁹, nō viribus cōfirmant. Non ſunt apud eos ludicra ſpectacula: nec eqna certamina, nō ludi circēſes: nec theatrales: ſed ſolū mundi ornatū hñt, delectabile, vel deteſtabile ſpectaculū. Nec exercēt mercādi vſum: nec peregrinari cupiūt: vt ſpecies peregrinas contēplent̃. Simplex apud eos eloquētia: nō falerata rhetorū facundia: ſed cōis, & oībus: ſolū præcipiens non mentiri. Varia & diſcordantia philoſophorū dogmata nō ſequunt̃: ſed eorū philoſophia eſt: quæ iuuare non niſi iuſte nouit: nec nocere iniuſte. Tēpla non ornāt: nec altaria: nec in honorē dñi pecudes mactant: cōfitentes & dicētes qđ Deus verbo propitiantur oībus orantibus, qđ ſolū ei cum hoīe eſt: ſuaq; nimis ſimilitudine delectat̃. Nam verbum (vt aiūt) Deus eſt, hic mundū creauit: hic regit atq; alit oīa. hoc ipſi fatent̃ ſe venerari: hoc ipſum diligere: ex hoc ſpūm trahere. Siquidē aiūt: Deus ipſe ſpūs atq; mēs eſt, atq; iō nō diuitijs terrenis & rerū largitate munifica, ſed religionis operibus, & grãrū actione placat̃. Hæc de moribus Brachmanarū ex epiſtola Didymi ad Alexandrū excerpta ſunt.

*Didymus Alexandrinus.* Sicut ait Hier. in libro illuſtriū virorū. Didymus Alexandrinus captus à parua ætate oculis: & ob id quoq; elementorū ignarus: tñ miraculū ſui oībus præbuit, vt dialecticā quoq; & geometriā, q̃ vel maxime viſu indiget vſq; ad ꝑfectū didicerit. Is plura opera nobilia cōſcripſit. Itē inuenit̃ hic Dindymus ĩ ſingulari, ꝓ quodā mōte altiſſimo: & pluralr̃ dindyma dindymorū. Itē Græci ſcribūt de eis, ꝙ lōgęui ſunt. viuūt. n.

B cētū quinquaginta annos pp mūdiciā & cōplexionē bonā aeris. Apud quos nō eſt animal, nec quadrupes, nō ferrū, nō ignis, nō vinū. Hi venerant̃ familiariter & indeficiēter orāt. Mulieres vero eorū ſeorsū manēt, interfluēte Gęon gnoto fluuio vbi decidit in oceanū. Viri aūt transfretant ad vxores ſuas mēſe iulio & auguſto. Cōmanēt aūt cū vxoribus ſuis ꝑ quadraginta dies, & iterū remeāt. Cū āt vxor genuerit duos pueros non amplius accedit ad eā vir eius, nec illa alio viro approximat, pp eorū multā religioſitatē. Si vero ꝯtingat ſterilem inter ipſas eſſe, vſq; ad quinq; annos trāſit ad eam vir eius, & cognoſcēs ꝙ vſq; ad qnquēniū nō parit, nō amplius accedit ad eā: Propter hoc nec multitudinē hoīum habet regio eorū. Et nota ſ̃m quoſdā ꝙ hic Brachmanis dr̃ rex eorū & pluralr̃ hi brachmanes. nū. nib⁹. accuſatiuo brachmanes vel manas, ꝓ populo. & ita brachmanas eſt accuſatiuus Gręcus. Et ſ̃m illos ꝓducit̃ hæc ſyllaba ma. ſed ſ̃m Hiero. declinat̃ hic & hæc brachmana huius brachmanæ, ſicut ſcytha, getha. Et ſ̃m hoc credo ꝙ corripiat vbiq; hāc ſyllabā ma. ſicut ſalmana, cumana, & amana. Exēplū Hier. ĩuenies in epiſtola ad athletā de inſtitutione filiæ ſuæ, vltra mediū, vbi dicit. Hier. ꝙ iudaica ſupſtitio ex parte facit ĩ reiectione quorundā aīalium & eſcarū, qđ indorū brachmanę & ęgyptiorū gymnoſophiſtæ in polēta & oriza & pomorū ſolo obſeruāt cibo, cur virgo Chriſti nō faciat ĩ toto? Polēta dr̃ genus leguminis, ꝓut ponitur hic. Oriza pulmentum de hordeo. *Brachmanis* *Polenta.* *Oriza.*

a *Vt hiarcham.* illum philoſophum:

b *In throno.* quia forte habebat catedrā deauratam, vel ſapiētia ibi docebatur, quæ auro in ſacra ſcriptura comparatur.

c *Et de tali &c.* i. de ſeculari ſapientia, q̃ dr̃ fons tantali, à Tantalo philoſopho ſ̃m quoſdā ſ̃m alios Tantalus filius Iouis, ob culpā ſuā apud inferos ſuſtinet talē pęnā ꝙ ſemper ſitit: & hēt aquā vſq; ad labiū inferius, & qñ vult bibere, ſemper aqua refugit. Itē pulcherima poma in arbore pendentia deſcendūt ei vſq; ad labiū ſuperius: & qñ ipſe vult ea apprehēdere, ſimiliter refugiunt. Vnde ait Ouid. in 4. Metamorp. vltra mediū: Tibi tantale nullæ Deprēdant̃ aquę: quęq; imminet effugit arbor. fons tātali dr̃ mūdana ſapiētia, quā ſemꝑ ſitiunt curioſi, q̃ ſemꝑ refugit, quia nunq̃ eos ad plenū reficit, quia ſicut dr̃ Eccl. 1. b. Non ſatura. oculus viſu, nec auris implet̃ auditu. Item de Narciſſo dr̃ in 3. Meta. Dumq; ſitim ſedare cupit, ſitis altera creſcit &c. Additio. Philoſtratus libro 3. *Tantalus.* *Ouidius. 4. metamor.* *Ouidius. 3. Metamor.*

bro 3.

bro 3. de vita Apollonij thyanei: Apud indos, ſapiētes ſunt Brachmanæ nuncupati: quorū princeps Hiarchas nominabatur eo tēpore quo Apollonius thyaneus diſcendi viſendique ſtudio ad illos ſe contulerat. Quē accedentem, cæteri qui erant duodeuiginti, apprehenſa manu ſalutauerunt. Hiarchas autē nominatim ſalutauit, qui in excelſo ſedebat throno: quē ex auro fabrefactum, aureæ ſtatuæ compuſculæ exornabant. Infra Hiarcham ſedebāt omnes in ſellis humilioribus. Mox poſt philoſophicam ſermocinationem, oſtēdit Hiarchas Apollonio ſtatuam Tantali ſubſcriptione notatam: quatuor cubitorū longitudinis: quæ ſimilis propinanti, phialam porrigebat: in quā humor diſtillat incorruptibilis potionis, phialam menſura nunquam excedentis. Ex hoc tantali poculo, bibere ſolebant indici philoſophi antequam ſomno indulgerent. Et ita Hiarchas potandi principiū fecit ex phiala bibens: quæ largiter cunctos ſatiauit: iugē humorem fundens: non ſecus ac ſi ex fonte ſcaturiret. Bibit vna cum philoſophis Apollonius. Brito. C *A'diria. Hiarchas.*

d *Inde per elamitas.* Elamitæ qui perſæ: dicuntur ab Elam primogenito Sem. Hiere. 49. g. dicit glo. Elam eſt regio perſidis vel rex perſarum, vnde elamitæ. *Elamitæ.*

e *Babylonij.* à Babylonia.

f *Caldæi,* populi ſunt de quibus dicit Iſidorus Etym. 9 Caſdei qui nunc Chaldæi vocantur: à Caſeth filio Nachor fratris Abraæ cognominati ſunt. *Chaldæi.*

g *Medi.* Medus rex fuit Athenienſiū, qui poſt morē Iaſonis orientis plagam perdomuit: ibiq; Mediam vrbem cōdidit, gentemq; medorū ſuo nomine appellauit. Sed inuenimus in Gen. quòd Madai autor gentis medorum fuit. *Medi.*

h *Aſſyrij.* ab Aſſur filio Sem vocati, gēs potētiſſima q̃ ab euphrate vſq; ad indorū fines oēm in medio tenuit regionē. *Aſſyrij.*

i *Parthi.* à ſcytis originem trahunt. Fuerunt enim eorū exules, quod etiam eorum vocabulo manifeſtatur. Nam ſcythico ſermone exules parthi dicuntur. *Parthi.*

K *Syri.* ſ̃m Iſidorū ab Arā q fuit quintus à Sem: dicti ſunt: quorū Metropolis fuit Damaſcus. Vel dñr ſyri à ſurim: qui fuit nepos Abraæ ex cethura: quos autem veteres aſſyrios, nunc nos vocamus ſyros, à parte totum appellantes. *Syri.* D

l *Phœnix.* Cadmi frater de thebis ægyptiorū in ſyriā profectus: apud ſidonē regnauit: eoſque populos ex ſuo nomine phęnices, eamque prouinciam phęniciam nuncupauit. *Phœnix.*

m *Arabes.* ſunt ſabæi à Saba, filio Chus ſic dicti, Omnes ſuperiorū populorū iſtorū expoſitiones inuenies in nono libro Iſidori Etymolog. In 14. autem dicit ipſe: Arabia idem eſt quod ſacra. hoc enim ſignificare interpretatur: eo quod regio thurifera ſit, odores creans &c. *Sabæi.*

n *Paleſtini.* ſunt Philiſtæi, quia ꝑ literam ſermo Hebręus nō habet, ſed pro eo phi Græco vtunt̃. inde Philiſtæi pro palęſtinis dñr à ciuitate vtiq; ſua. Idem & allophili. i. alienigenæ, ob hoc quia ſemper fuerunt inimici Iſrael, & longe ab eorū genere i. ſocietate ſeparati. ita dicit Iſidorus Etymolog. 9. *Paleſtini.* *Allophili.*

o *Alexandriam* autem dicit Plinius in littore Aegypti maris à magno Alexandro cōditam in aphricæ parte, ab oſtio canopico duodecim paſſuum iuxta mareothim lacum. Interiacet autem inter Aegyptum & mare. *Alexādria.*

p *Aethiopia,* ſicut dicit Iſidor⁹: Ety. 14. dicta à colore populorū, quos ſolis vicinitas torret, deniq; vim ſiderū ꝓdit hoīum color. Eſt. n. ibi iugis æſtus. Nā qcqd eius eſt, ſub meridiano cardine eſt, multa alia ponunt̃ ibi. In fine dr̃ ibi ꝙ duę ęthiopiæ ſunt, vna ꝯ ortū ſolis, altera ꝯ occaſum in mauritania. *Aethiopia.*

q *Gymnoſophiſtæ.* nudi per opacas Indię ſolitudines perhibentur philoſophari, adhibentes tm̃ genitalibus tegmina, hi & à generādo ſe cohibēt, ita dicit Iſido. Ety. 8. vbi agit de philoſophis, & dñr à gymnos quod eſt nudus, & ſophos quod eſt ſapientia vel ſapiens, quaſi nudi ſapientes vel philoſophi. *Gymnoſophiſtæ.*

r *Et famoſiſſimam ſolis menſam:* ſ. delphico apollini conſecratā.

s *Videret in ſabulo.* i. in littore ſabuloſo. in quo erat templum delphici apollinis. Iſtam mēſam dicunt quidam eſſe de qua legitur in Valerio maximo, libro 4. ꝙ à piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidā iactum emerat, extracta inde magni ponderis aurea menſa delphica, orta controuerſia eſt, illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunæ ductus emiſſe ſe dicente. Qua cōditione, propter nouitatem rei, & magnitudinem pecunię, ad vniuerſum ciuitatis eius populum delata, placuit Apollinē delphicum cōſuli cuinam menſa adiudicari deberet? Deus reſpōdit, illi eſſe dandā qui ſapiētia cæteros præſtaret, tunc Mileſio Thaleti menſam dederūt, ille ceſſit eam Biāti, Bias, *Menſa ſol.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ret in ſabulo. Inuenit ille vir vbi-
que qđ diſceret:& ſemp ꝓficiens,
ſemper ſe melior fieret. Scripſit
ſuper hoc pleniſſime octo volu-
minibus Philoſtratus.

C A P. II.

Vid loquar de ſeculi ho
minibus:cū Apoſtolus
Paulus vas electionis
magiſter gentium:qui de cōſcien
tia tāti in ſe hoſpitis loquebatur.
An experimentum quæritis eius
qui in me loquitur Chriſtus? Poſt
damaſcum arabiamq; luſtratam
aſcēdit hieroſolymam, vt videret
Petrū, & 1 māſit apud eū diebus
quindecim (Hoc eñ myſterio 2
hebdoadis & ogdoadis futurus
gentiū ꝑdicator inſtruēdus erat.)
Rurſumq; poſt annos quatuorde
cim, aſſumpto barnaba & tito, 3
expoſuit cū Apoſtolis euangeliū,
ne forte in vacuū curreret, aut cu
curriſſet, Habet neſcio quid laten
tis ἐνεργείας viua vox, & in aures di-
ſcipuli de authoris ore transfuſa
fortius ſonat. Vnde & æſchines cū
Rhodi exularet, & legeretur illa
demoſthenis oro quam aduerſus
eū habuerat, mirātibus cūctis at-
que laudātibus, ſuſpirās ait: Quid
ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua
verba reſonantem.

C A P. III.

NEC hoc dico, quòd ſit 4
in me aliquid tale quod
vel poſſis 5 vel velis di-
ſcere, ſed 6 quo ardor tuus

E Pyttaco:is protinus alij:deinceps q; per oīum ſeptē ſapiētiū orbē, ad vltimū ad Solonē ꝑuenit: qui & titulū ampliſſimę prudētiæ & prēmiū ad ipſum Apolinē trāſtulit. Horū ſeptē ſapientiū mētionē facit Aug. 18. de ciuita. dei. c. 24. Sed quia tāti philoſophi nulla eſſet cōmēdatio, tantā viā feciſſe vt videret mēſam: ideo alij dicūt eū in Mileſiā iuiſſe, vt videret philoſophos: qui tradebant aſtrologiā: & numeros ſibi neceſſarios, & figuras in ſabuloſo littore protrahētes. vnde & locus, in quo docebāt & ꝓtrahebāt dicebaẗ menſa ſolis, qui eſt Deus ſapiētiæ, quia ibi ſapientiā docentibus apponebaẗ. Famoſiſſima aūt erat, quia vtilitas doctrinæ illi⁹ in multis partibus diuulgabaẗ. Et forte opinio iſtorū q ſic dicūt, fundaẗ ſuper hoc qđ dicit Aug. 8. de ciui. dei. ca. 2. vbi ſic dicit. Thales mileſi⁹ vt ſucceſſores ēt ꝓpagaret, rerū naturā ſcrutatus, ſuasq; diſputationes literis mādās eminuit: † maximeq; admirabilis extitit: ꝙ aſtrologiæ numeris cōprehēſis: defectus ſolis & lunę ēt ꝑdicere potuit &c Quod aūt quidam dicūt ꝙ zabulo p z dicebaẗ locus in quo erat mēſa ſolis: non inueni ab aliquo autore. Additio. Ipſa mēſa ſolis eſt illa de qua Herodotus libro 3. ita ſcribit: Cābyſes cōſtituit trifariū mouere bellū: aduerſus Carthaginiēſes: aduerſus Ammonios: aduerſus Aethiopes macrobios: id eſt lōgæuos qui aphricā ad auſtrale mare incolūt. Aduerſus aūt Carthaginienſes nauticis copijs: aduerſus Ammonios peditatu: aduers⁹ aūt Aethiopas prius exploratores mittēdos: p ſpeciē dona ferēdi illorū regi: ſpectatū illic mēſam ſolis: num quid reuera eſſet: ſimulq; res Ethiopicas exploratū: Solis aūt mēſa talis eſſe memoraẗ. Eſt eñ in ſuburbanis pratū oīum quadrupedū aſſa refertū carne: quā per noctē ſinguli ciuiū magiſtratus ꝑperant ponere: ad eamq; vbi illuxit: cuilibet epulatū licet accedere. Hęc ab ipſa terra reddi aſſidue indigenę aiūt. Et mēſa qdē quæ ſolis vocaẗ talis eſſe ferẗ. Et paulo poſt: Exploratores inſpecto carcere: īſpexerūt & mēſam q̄ ſolis diciẗ: Hanc Pōponius mella prope finē tertij lib. Heliotrapezā nominat. helios eñ ſol. trapeza menſa diciẗ: ſcribens. Eſt locus in Aethiopia: paratis ſemper epulis refertus: & quia vt libet veſci volentibus licet, heliotrapezan appellant: & quæ paſſim appoſita ſunt, affirmant naſci ſubinde diuinitus. Brito.

a *Inuenit ille vir &c.* Litera plana eſt.

b *Scripſit ſuper hoc ple. oc. vo. philoſtratus.* ille philoſophus qui fecit octo libros de ſequentibus literas per orbem terrarum.

C A P. II.

*Quid loquar de ſeculi hominibus*, id eſt de ſecularibus philoſophis à ſeculo poſſeſſis.

d *Cum Apoſtolus Paulus vas electionis*, id eſt à Deo electus: vt portaret nomen ſuū coram gentibus vel potentibus regibus. Act. 9. c. Vas electionis mihi eſt iſte &c.

e *Et magiſter gentium*, ſecundæ Timot. 1. c. In quo poſitus ſum ego ꝑdicator & Apoſtolus & magiſter gētiū. Et 1. Tim. 1 b. Veritatem dico nō mētior doctor gētiū: in fide & veritate.

f *Hoſpitis:* id eſt Chriſti.

g *Loquebatur.* 2 Corinth. 13. a.

h *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?* id eſt vultus experiri vtrum Chriſtus poſſit in me loqui.

i *Luſtratas*, id peragratas.

k *Aſcendit Hier. vt vide. Petrum.* ad Gala. 1. d. Vbi dicit gl. Nō diſcere aliquid ab eo: ſed videre eū pp affectū apoſtolatus. Et vt Petrus ſciret me fore ſibi coapoſtolū. Damaſcus, vrbs eſt ſyriæ: cōdita à Damaſco diſpēſatoris Abraæ filio, ſicut dicit Iſid. Ety. 15. Arabia appellata. i. ſacra, hoc eñ ſignificare interpretaẗ, eo ꝙ ſit regio thurifera odores creās: in cuius ſaltibus & myrrha & cynnamomū ꝓuenit: ipſa eſt & ſaba appellata à filio Chus: q nūcupatus eſt Saba. Ita dicit Iſid. 14. Ety. Hieroſolyma exponiẗ in opuſculo vocabulorū Bibliæ.

l *Et manſit apud eum diebus quindecim.* Gala. 1. d.

m *Hoc enim miſterio hebdoadis &c.* Hebdoas ſumptū eſt à Græco: quod ipſi dicūt hebdomos. Et deriuatur ab hepta qđ eſt ſeptē; quaſi heptomos: cōuerſa. p. in. b. & t. in d. fit hebdomos. Similiter ogdoas ab ogdo qđ eſt nomē Græcum deriuaẗ. nam hoc nomē octo ſumpſimus à Græcis ſine mutatione: vel diciẗ hebdoas ab hepta: i. ſeptē: & doas qđ eſt dies. Et ogdoas ab ogdo: id eſt octo: & doas dies. Per hebdomadē ſignificaẗ vetus teſtm̄: cui ſeruit ſeptenarius: qa Iudæi celebrāt ſeptimū diē. ſ. ſabbatū. Item ſeptimū mēſem: ſeptimū annū: & in vltimo ſeptimę decadis faciebāt iubileum. Ogdoas ſiue octonarius ſeruit nouo teſtamento: in quo celebraẗ dies octaua reſurrectionis. Cōſtrue ſic. Futurus gentiū prædicator inſtruendus erat hoc miſterio hebdomadis vel hebdoadis: i. ſeptenarij. per quem deſignaẗ vetus teſtm̄. Et ogdoadis: i. octonarij. per quē deſignatur nouum, vt. ſ. intelligeret per māſionem ſeptem & octo dierum apud Petrum: ſe eſſe conſtitutum doctorem noui ac veteris teſtamenti. Aliter enim cōtrariū eſſet illud quod legitur ad Gal. 1. d. Veni videre Petrum. Gloſa: non diſcere &c.

n *Rurſumq; &c. expoſuit:* id eſt retulit.

o *Curreret aut cucurriſſet.* i. ne putaretur inutiliter prædicaſſe. Gala. 2. a.

p *Habet &c. viua vox.* Hæc eſt litera antiqua. Moderni habent viuæ vocis actus. & in idē redit. Conſtrue ſic: Viua vox vel actus viuæ vocis hēt neſcio qd latentis energiæ, quaſi diceret: nō poſſum exprimere quātum interius operetur. & hoc eſt quod ſequitur.

q *Et in aures &c.* ſcilicet vox fortius ſonat: quia fortius imprimiẗ vel ſonat: & tūc transfuſa erit nominatiuus pluralis. Energia dicitur interius operatio vel labor interior. Et dicitur ab en qđ eſt in, & erge quo eſt labor vel operatio. Vel deriuatur ab hoc verbo energo qđ eſt intus operor: p interiori operatione poniẗ hic. Sequiẗ teſtimoniū Aeſchini: per quod præmiſſa probat.

r *Vnde &c.* Aeſchines & Demoſthenes duo fuerūt oratores, & Aeſchines impugnauit cauſam Cteſiphontis. Demoſthenes defendit: & æſchino præualuit. Vnde æſchines qui erat athenienſis, Rhodū in exilium miſſus fuit. Et hoc eſt quod ſcribitur in. 8. libro Valerij maximi. Aeſchines cum propter iudicialem ignominiam relictis Athenis Rhodum petijſſet: atq; ibi rogatu ciuitatis: ſuā prius in Cteſiphontem: deinde Demoſthenis pro eodem orationem clariſſima & ſuauiſſima voce recitaſſet: admirantibus cunctis vtriuſq; culminis eloquētiā: ſed aliquāto magis Demoſthenis: Quid inqt ſi ipſum audiſſetis: quaſi dicat multo magis miraremini. de iſto æſchine loquiẗ Gual. in 1 li. Alaxādreidos. Interea ſenib⁹ in paladis arce receptis Aeſchines loquiẗ cępteq; demoſtena litis Arguit: & pace oñdit nil tuti⁹ eſſe. Sed quare vocabat eum beſtiā. audi quid dicit Val. maxi. Tātus oratorum & modo tam infeſtus aduerſarius: ſic inimici vim ardoremq; dicendi ſuſpexit, vt ſe ſcriptorū eius parū idoneum lectorem eſſe prædicaret, expertus accerrimum vigorē oculorum: terribile vultus pondus accommodatum ſingulis verbis: pro ſono vocis efficaciſſimos corporis motus.

s *Rhodus*, nomē eſt ciuitatis quā cecrops condidit: & etiam inſulæ. vñ Iſi. 14. Ety. vbi agit de inſulis: ſic ait: Rhodos cicladū prima ab oriēte: in qua roſę capulū dr̄ eſſe inuētū dū ciuitas cōdereẗ: ex quo & vrbs, & inſula Rhodos eſſe appellata.

C A P. III.

*Nec hoc.* Hic vitat arrogantiam continentia, vt patet in diuiſione ſuppoſita, & ideo pertranſeo breuitatis cauſa. Litera plana eſt.

t *Nec &c.* Hæc eſt litera Hier. q. d. nō propoſui tibi exēpla ꝑdicta q̄ſi ſentiēs de me ꝙ pp ſciam meā dēas venire ad me, vel ꝙ poſſis aliqua vtilia audire de me vel diſcere: Imo (dico ꝙ.

u *Ardor tuus*, id eſt feruor addiſcendi.

a *Et diſcendi*

Septem ſapientes. — † Thales mileſius. — † maxime quia. — Additio. Solis menſa. — Act. 9. c. — 1. Cor. 13. a — Gala. 1. d. — Paulus eur vas electionis. — Damaſcus. — Diuiſio — hebdomas. — Ogdoas. — 1 māſerit. — 2 hebdomadis. — 3 Expoſuerit Apoſtolus. — Energia. — Aeſchines. — 4 Hæc non dico. — 5 A me audire. — 6 quod — Rhodus.



& diſcendi ſtudium etiam abſque
nobis per ſe ꝓbari debeat. Ingeniū
docile & ſine doctore laudabile eſt.
Nō quid inuenias, ſed quid quęras
conſideramus. Mollis cera & ad for
mandū facilis, etiā ſi artificis & pla
ſtæ ceſſent manus, tñ virtute totum
eſt qcqd eſſe pōt. Paulus Apoſtolus
ad pedes Gamalielis legē Moyſi &
prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt
armatus ſpiritalibus telis, poſtea
† doceret cōfidēter. Arma. n. noſtræ
militiæ nō carnalia ſunt, ſed poten
tia Deo, ad deſtructionē munitio
num: ⁂ cogitationes deſtruētes, &
oēm altitudinē extollentē ſe aduer-
ſus ſcientiā Dei, & † captiuātes oēm
intellectū ad obediendū † Chriſto,
& parati ſubiugare * cūctam inobe
diētiā. † Ad Timotheū ſcribit ab in
fantia ſacris literis eruditū, & hor-
tatur ad ſtudium lectionis, ne ne-
gligat gratiam quæ data ſit ei p im
poſitionē manus pręsbyterij. Tito
ꝑcipit, ut inter cęteras virtutes epi
quē breui ſermone depinxit, ſcien-
tiā quoq; in eo eligat ſcripturarū,
obtinentē, inquit, eū qui ſecūdum
doctrinā eſt fidelem ſermonem, vt
potens ſit exhortari in doctrina ſa-
na, & contradicentes reuincere.

C A P. IIII.

SAncta quippe ruſticitas ſolum
ſibi prodeſt, & quantū ędificat
ex vitæ merito eccleſiā Chriſti,
tm̄ nocet ſi deſtruētibus nō reſiſtat.
Malachias propheta: imò p Mala-
chiā dominus interrogauit ſacerdo
tes legē. † Intantū ſacerdotis officiū
eſt interrogatū rñdere de lege. Et in
Deuteronomio legimus: Interroga
patrē tuū & annunciabit tibi, ſenio
res tuos & dicent tibi. In pſalmo
m *In quo ſingula ſacri. imò ſin. pęnè ſyllabæ & ve. &c.* De veſtibus Aaron principaliter agitur Exo. 28. Per recapitulationẽ. Leui. 9. Iſte liber Hebraicè dr̄ vaij kra, Græcè Leuiticus, quia de electione & miniſterio Leuitarum agit, latinè offertorius vel ſacrificatorius, quia de ſacrificijs & de his quæ offerebãtur ex lege tractat. Et nota ꝙ Hebraicè vai, ſonat, & ikra, vocauit, more Hebręorũ qui à principijs denominant libros ſuos, tñ nos ponimus, autem pro &. Et dicimus. Vocauit aũt. H

*Exodus.* *Numeri. Leuiticus.*

n *Numeri vero: nonne to. arithmeticæ &c.* Ita inueni ſcriptum in antiquis. Tangendo libri continentiam, ipſius innuit difficultatem. Nonne totius arithmeticæ. h.d. propter numerum in capitulo prophetiæ Balaam. 23. & 24. Quadragintaduarũ manſionum. 33. Arithmetica eſt diſciplina numerorum, & dr̄ ab ares. i. virtus, & Rithmos quo eſt numerus, qa tractat de virtute numeri. Vel dicitur à rithmon qđ eſt numerus, quia tractat de virtute numeri, cuius autor primus Pythagoras fuit. Hic, eremus dr̄ deſertum, ſicut dicit magiſter in hiſtorijs. Iſte liber Hebraicè dr̄ vaidabber, quod apud nos ſonat, & locutus eſt, tamen nos nõ habemus, &, Nomen græcum non habemus in ſcripturis noſtris, nam Græcè arithmos dicitur, latinę liber numeri vel numerorũ. Vel dicitur quãdoq; numeri, pluraliter, ſicut ſolet dici. Hoc legitur in numeris. Merito autem hoc nomine cenſetur: quia quatuor hic principaliter numerantur. ſ. de omni populo viri apti ad arma ferenda, primogeniti leuitæ: q etiam bis numerantur, & manſiones per quas profecti ſunt.

*Deuteronomium. Arithmetica.*

o *Deuteronomium vero &c.* Iſte liber Hebraicè dicit elle hadborim quod ſonat, hæc verba. Nam à principio dicitur more Hebræorum. ſecũdum Remigium hadborim Hebraicè. Deuteronomium græcè, ſecunda legislatio latine. Græci appellant Deuteronomiũ ſecũdã legem à Deuteros. i. ſm, & nomos vel noma qđ eſt lex. vnde dr̄ hoc Deuteronomiũ. i. ſecunda lex. Et ex hoc quidam errantes dixerunt duas eſſe leges. Vnam datã à Deo quæ in libris præcedentibus cõtinetur. Aliã à Moyſe in hoc libro. Et dicũt qđ de illa lege dictum eſt ſupra 1. Numerorũ: Locutus eſt Deus ad Moyſem. De illa dr̄ hic: Locutus eſt Moyſes ad omnẽ Iſrael. Ad hoc ſciendum quod Pentateuchus non eſt niſi vna lex, quæ ab Apoſtolo & alijs, ſępius vocatur lex Moyſi quã lex Dei Hebræus vocat ẽt hos quinq; libros, thorath, id eſt legem. Nec ob aliud dicitur iſte liber ſecũda lex: niſi qa prædicta in præcedentibus libris hic iterantur quaſi lex iterata. Iterantur autẽ hic tria & tribus de cauſis. Præcepta & cerimoniæ, ad cõmendationem memoriæ, & ipſorũ confirmationem. Beneficia Dei ad roborandam in illis Dei dilectionẽ. Flagella quæ murmurantes ſuſtinuerunt ad incutiendũ timorem.

*Deuteronomium. Deuteros nomos. Lex moyſi.*

p *Et Euangelicę legis præfigu.* Sicut enim Moyſes veterem legem quæ dicitur lex timoris iterauit, explanauit, & conſummauit, addens præceptum amoris, ſic Saluator noſter eandem legem iterauit, myſteria reſerauit, & cõpletiorẽ fecit in lege euangelica, q̃ eſt tota amoris, & in hoc Moyſes typum gerit Chriſti. Secunda lex figura fuit Euãgelij. Lex cõtinebat figuras quarum in Euangelio manifeſtatur veritas.

Vnde

h Cum



A Vnde Iohan. 1. b. Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

a *Nonne ſic ea habet &c.* ideſt in præcedentibus libris dicta.

b *Vt tamen noua ſint omnia.* ideſt appareant.

c *Noua.* quia nouus eſt dicendi ſtilus & elegantior modus. Iſid. 8. etymo. ſic exponit. Secunda lex: i. repetitio & euangelicæ legis præfiguratio: q̃ ſic ea habet q̃ priora ſunt: vt tñ noua ſint omnia quæ in ea replicantur. Vel, de veteribus: conſtruatur cum ſequentibus: & melius vt credo ſic. De veteribus hucuſq; Moyſes, quaſi dicat, hucuſq; Moyſes egit de veteri teſtamento Et hoc eſt quod ſequitur.

d *Hucuſq; Pentateuchus.* i. quinq; volumina Moyſi à penta, qđ eſt quinq;, & teuchos, quod eſt volumen. Moyſes à moys, qđ in lingua ęgyptiaca dr̄ aqua: & ſes, quod eſt aſſumptio: quia aſſumptus eſt de aqua à filia Pharaonis.

*Pentateuchus Moyſes.*

e *Quibus quinq; verbis.* i. libris.

f *Loqui ſe &c. gloriatur.* Id ſumitur de. j. Corinthio. xiiij. d.

*Iob.*

g *Iob exem. &c. complectitur.* q. d. pauca vel nulla ſunt quæ non contineat.

h *Proſa incipit.* a pri. cap. vſq; ad tertiũ.

i *Verſu labitur.* à tertio vſq; ad principium quadrageſimiſecundi.

K *Pedeſtri ſer. fini.* à principio xiij. vſque ad finem. Reſpice prologum ſuper illud Iob, ſcilicet: Cogor per ſingulos. Et vt oia iſta planius intelligas: Proſa ſicut dicit Iſid. in j. etymol. eſt producta oratio: & à lege metri ſoluta: & dicitur à proſon, quod eſt ſolutũ, productum, vel prolixum: quia non artatur numero pedum vel ſyllabarum: ſed in longũ pro voluntate producitur. Verſus eſt q pedibus in ſuo ordine diſpoſitis certo fine moderatur. & dr̄ à vertẽdo: qa tãdiu debet verti quouſq; rectè conſtituatur. Sermo pedeſtris dicitur humilis ſermo. Vnde Horatius in

*Iob. 15. d* *Proſa.* *Verſus.* *Ioſue, ſiue Ieſus naue.* *Sermo pedeſtris.*

B poetria: Et tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.

l *Omneſq; &c.* Ad euidentiam iſtorum fiat talis ſyllogiſmus in primo modo primæ figuræ: Ois homo eſt animal, ecce maior propoſitio: Omne riſibile eſt homo, ecce minor propoſitio ſiue aſſumptio: ergo omne riſibile eſt animal: ecce cõcluſio quæ elicitur ex pręmiſſis. Confirmatio autem iſtius concluſionis ſiue illationis eſt regula quæ dicit: De quocunq; prædicatur ſpecies, & genus. Vnde dicit Tullius in primo rhetor. Cõfirmatio eſt per quam arguendo noſtræ cauſæ fidẽ & autoritatem & firmamentũ adiũgit oratio: ſicut patet in textu: Maior pars libri Iob ꝑ modũ diſputationis tradita eſt.

*Liber Iudi.* *Ruth.* *Eſa. 18. a* *Reg. 1. & 2.*

m *Singula in eo &c. cautius ſcripſerit.* Cautius. i. fidelius. cap. xix d. vbi dicit:

n *Scio inquit &c. videbo Deum.* Quod quidam addunt ſaluatorem meum, Gregorius non habet, nec Philippus, nec antiquæ bibliæ correctæ.

*Reg. 3. & 4.*

o *Quem viſurus &c. & non alius.* licèt alteratus.

a præfiguratio, nonne ſic ea habet b c q̃ priora ſũt vt tñ noua ſint 1 oĩa? d De veteribus hucuſque Moyſes: e hucuſq; πεντάτευχον pentateuchus: f qb⁹ qnq; verbis loq ſe velle Apo g ſtol⁹ i eccleſia gloriat̃. Iob exẽplar patiẽtię q̃ nõ myſteria ſuo ſermo h i ne cõplectit̃? Proſa incipit, verſu k l labitur, pedeſtri ſermone finitur: oẽſq; leges dialecticę propoſitione, aſſũptione, cõfirmatione, cõ- m cluſiõe determinat. Singula in eo verba plena ſũt ſenſibus. Et vt de cęteris ſileã: reſurrectionem corporũ ſic ꝓphetat: vt nullus de ea vel manifeſtius vel cautius ſcripſe- n rit. Scio inquit ꝙ redẽptor meus viuat: & ĩ nouiſſimo 2 de terra ſurrecturus ſim: & rurſum circundabor pelle mea: & in carne mea vi- o debo Deũ: quẽ viſurus ſũ egoipſe: & oculi mei conſpecturi ſunt: & p non alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea ĩ ſinu meo. Veniã ad Ieſum q r naue † qui typũ dñi, nõ ſolũ geſtis, verũetiã noĩe † pręfert. Tranſit ior s t u danẽ, hoſtiũ regna ſubuertit, diuidit terrã victori populo, & ꝑ ſin- x gulas vrbes, viculos, mõtes, flumina, torrẽtes, atq; confinia eccleſiæ cęleſtiſq; Hieruſalẽ ſpãlia regna y deſcribit. In Iudicũ lib. quot prin z cipes populi, tot figurę ſũt. Ruth a b Moabitis Eſaię explet vaticiniũ c dicentis: Emitte agnũ dñe dñato d rẽ terræ: de petra deſerti ad mon e f tẽ filię Siõ. Samuel ĩ Heli mortuo g h & in 3 occaſiõe Saul veterẽ legem i k abolitã. 4 porrò ĩ Sadoch atq; Dauid noui ſacerdotij nouiq; impe- l rij ſacramẽta 5 teſtat̃. Malachim: .i. tertius & quartus regum liber: à Salomone vſque ad Iecho- m niam: & à Hieroboam filio Nabath vſque ad Oſee: qui ductus

*1 oĩa de veteris. Hucuſq; &c.* *1. Cor. 1. d Iuan, at er.* *2 die de* *aliàs nõ habet † quæ.* *aliàs nõ habet † præfert.* *Regũ Hebræorum ...* *3 occiſo Saul.* *4 n enſtrat Porro.* *5 teſtãtur.*

p *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* i. in mente mea. Nota ꝙ quidam dicunt ꝙ Moyſes compoſuit librum Iob: & ideo ſecundum ipſos ponitur in iſta epiſtola poſt pentateuchum à Hieronymo: Sed hoc non eſt verum: nec creditur à magiſtris ꝙ alius eum compoſuerit niſi ipſe Iob, expertus realiter afflictiones ſuas. Nec fuit hæc parabola conficta: ſicut dixit Rabbi Moyſes: ꝙ impoſſibile eſt hominem poſſe ſuſtinere talia. Ordinatur autem hic à Hieronymo ſtatim poſt Pentateuchum ante Ioſue: quia ante editus fuit. Iob n. ante Ioſue fuit: & (vt quidam dicunt) alio nomine appellabatur Iobab: ſicut legitur Gen. xxxvj. d. Et hoc attendit Hieronymus, ideoq; ipſum immediatè poſt Pentateuchum Moyſi poſuit. Et nota ꝙ ille Iobab fuit rex, & regnauit poſt Balach filium Lyon: & nomen patris eius fuit Zare de Botra: & hunc dicunt fuiſſe Iob, vt dictum eſt.

*Qui compoſuit librum Iob.* *Iobab.*

q *Veniam ad Ieſum naue.* i. ad librũ Ioſue, q fuit filius Naue. vnde dr̄ bennum. i. filius naue: vel nun, qđ idem eſt. Cognominatur autẽ ſic ad differentiam Ieſu filij Sirach pronepotis Ieſu magni ſacerdotis, qui ſcripſit Eccleſiaſticum. Item: Ieſus naue trinomius fuit. Dicebatur. n. Ieſus Ioſue & Oſee. C

r *Typum domini non &c. præfert.* id eſt prætendit.

s *Tranſit Iordanem.* tertio capitulo.

t *Hoſtium regna ſubuertit.* à vij. cap. vſq; ad xiij.

u *Diuidit terram &c.* à xiiij. vſq; ad xxiij.

x *Et per ſingulas vrbes. &c. deſcripſit.* q. d. ſpiritualiter de militãti & triumphanti eccleſia exponuntur.

y *In Iudicum libro, &c.* In figurarũ multiplicatione oſtenditur difficultas ſpiritualis intelligentiæ. Iſte liber dr̄ Sophim hebraicè, quod interpretatur ſpeculans eos: vel ſpeculator eorũ: qa vſq; ad Heli ſacerdotem deſcribit iudices qui fuerũt populi ſpeculatores: & ideo appellabatur liber Iudicum tanquam à materia. Vr̄ tñ quibuſdam autoribus ſic nominatus, vt chronicę ſcribendę quiſq; iudicũ ſuum tempus in actis redegerit. Quis aũt in vnũ cõpegerit dubium eſt. Quidam dicũt ꝙ Samuel, alij ꝙ Eſdras. Veriſimilius vr̄ ꝙ Ezechias qui parabolas Salomonis & librum Regum in vnum collegit, ita ſcribitur in hiſtorijs.

z *Ruth Moabitis.* i. de Moabitidi regione exiſtens.

a *Eſaiæ explet vaticinium.* i. prophetiam.

b *Dicentis.* decimoſexto capitulo.

c *Emitte agnum &c.* Gloſſa. Ruth Moabitis nupſit Booz: ex quo Obeth genuit: ex quo Ieſſe pater Dauid, de cuius ſemine Virgo Maria proceſſit: quę Chriſtum concepit & peperit. Dicit ergo:

D

d *De petra deſerti.* ideſt de Ruth gentili. Gẽtes enim lapides pro Deo colebãt: & ideo à Deo deſerti erant.

e *Ad montem filiæ Sion.* i. Hieruſalẽ. Vel potius ad eccleſiã, quæ eſt in contẽplatione tanquam ſpeculationis filia.

f *Samuel in. &c.* Liber Regũ apud nos diſtinguitur in quatuor volumina, ſecundum Hebręos in duobus libris cõſiſtit: quorum primus dicitur Samuel à nomine autoris: ita ſcribitur in hiſtorijs. Alij dicunt ꝙ primam partem ſcripſit Samuel: ſequentia verò eius vſque ad calcẽ ſcripſit Dauid. Secundus liber dicitur Malachim. i. Regum à materia: quem quidam vocant Malachot, quod ſonat regnorum, ſed vitioſè. Agitur. n. de vno regno Iudæorum tñ & de regibus eius: ſed in duo diuiſum fuit. Scriptus autem eſt chronicæ liber iſte ſub ſingulis regibus, q compactus eſt in vnum à Hieremia, qđ exinde patet, quod idem eſt finis huius libri & Hieremiæ: ita ſcribitur in hiſtorijs. Dicit itaq;, Samuel. i primus liber Regum apud Hebræos, qui primus, & ſecundus apud nos.

g *In Heli. mor.* primi Reg. quarto.

h *Et in occiſione Saul,* primi Regum trigeſimoprimo.

i *Legem abolitam.* i. deletam. In morte Heli ſacerdotis & Saul regis translatio regni & ſacerdotij præfiguratur. Ideo ſequitur:

K *Porrò in Sadoch atq; Dauid &c.* In Sadoch, ij. Reg. viij. d. In Dauid, ij. Reg. ij. a.

l *Malachim, ideſt tertius & quartus Regum liber: à Salomone vſque ad Iechoniam: & ab Hieroboam filio Nabat vſque ad Oſee &c.* A *Salomone* iij. Regum j. vel iij. vſque ad Iechoniam, iiij. Reg. xxiiij. Caue ne decipiaris in nomine, quia alio nomine dicebatur Eliachim filius Ioſiæ. Inter iſtos duos deſcribitur regnum Iuda.

m *Et à Hieroboam.* tertij Regum duodecimo, vſque ad Oſee, quarti Regum decimoſeptimo. Inter iſtos duos deſcribitur regnum Iſrael.

q Veniam



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Regnum Iuda.* Per regnum Iuda deſignatur paucitas fidelium: per regnum Iſrael, multitudo hæreticorum.
b *Duodecim prophetæ.* ſcilicet minores.
c *In vnius volu. angu. &c.* In prologo ſuper Oſee dicit expreſſius. Vbi ait: Hoc tñ vos ô Paula & Euſtochiũ ammonitas ſcire volo, vnum librum eſſe duodecim prophetarũ. Sed quare in vno volumine coartantur in prologo libri regũ ponitur ratio: vt. ſ. tot eſſent libri quot ſunt literæ alphabeti apud Hebræos.
d *Oſee crebro nominat Ephraim &c.* Per Ephraim, ſicut dicit Hiero. ſuper Oſee quinto. a. Hieroboã ſignatur. Nomine Iezrael decẽ tribus. Iſte Hieroboam q fuit de ſtirpe Ephraim filij Ioſeph, regnauit ſuper decem tribus, & fecit populũ idololatrare, ſicut ſcribit. 3. Reg. 12.
e *Samaria.* ciuitas eſt Metropolis decẽ tribuũ, à quo oîs regio in circuitu nomen accepit: quã Sennacherib rex Aſſyriorũ cõſtruxit, vocauitq; Samariam. i. cuſtodiã: quia qñ Iſrael trãſtulit in Medos, ibi cuſtodes cõſtituit, ita dicit Iſid. Etymol. xv. Ita Hiero. ſuper viij. Oſee. Non in vrbe Samaria poſiti erant vituli, ſed in Dan & Bethel. Per Samariã ergo oẽs vrbes decem tribuum ſignãtur.
f *Ioſeph.* Non recolo me legiſſe in Oſee: fortè vitio ſcriptoris ponitur hic, vel intelligitur in filio ſuo Ephraim: qđ vr̃ haberi ex gloſa Hier. Oſee. j. vbi dr̃ Iezrael eſt metropolis in regno Samariæ: iuxta quam ſunt campi latiſſimi, & valis vaſta pluſquam decem milibus paſſuum, iiij. Reg. xvij. d. In hac commiſſo prælio ab Aſſyrijs cæſus eſt Iſrael. i. decem tribus, quæ dictæ ſunt Ephraim, propter Hieroboam de Ephraim genitum, qui primus fecit ſchiſma in populo. Dicuntur & Ioſeph, quia Ioſeph erat pater Ephraim.
F g *Iezrael,* interpretatur ſemen Dei: qui Chriſtus eſt, in quo verè impletur qđ per ſanguinem Naboth Iezraelitis præfiguratur.
h *Et vxorem fornicariam.* Oſee primo. a.
j *Et adulteram.* maritum expectantem. Oſee. iij. vbi dicit gloſa Haimonis: ſicut per fornicariam decem tribus, ita per hanc adulteram, Iudæam ſpiritualiter intelligimus &c. In ſumma tene quod dicit Iſido. etimo. vij. Oſee ſaluator aut ſaluãs. Dũ. n. irã Dei ad populũ Iſrael ob crimẽ idololatriæ ꝓphetaſſet: domui Iudæ ſalutẽ ꝓnũtiauit. Propter qđ Ezechias rex Iuda ſublatis idolis: q̃ ꝑcedẽtes reges cõſecrauerãt: tẽplũ dñi purgaſſe aut purificaſſe mõſtrat.
K *Iohel filius &c.* Aliqui libri habent: Terram duodecim tribuũ. ſed dicit Hiero. in prolo. ſuper Iohel, q incipit: Sanctus Iohel &c. ꝙ in hũc prophetã. i. ſm hũc prophetã oẽ qđ dr̃: principaliter ad tribũ Iudã & ad Hieruſalẽ pertinere credẽdũ eſt: & nullã oîno Iſraelis, i. decẽ tribuũ in hoc fieri mẽtionem. Aliqui tñ gloſant hoc qđ dicit: nullam ſupple ad corrigendum, qñ de eis fecit mentionem: reducendo mala ipſorũ in exemplum: vt caueant duæ tribus. De hoc nolo cõtendere: ſed credo Hieronymũ, qui dicit nullam oîno &c.
l *Herucha,* vocatur vermis qui in caulibus inuenitur.
m *Bruchus,* vocatur fœtus locuſtæ antequam habeat alas: deinde cum incipit parum volare dicitur attelabus: cum verò pleniter volat dicitur locuſta.
n *Rubigo.* eſt quando teneræ fruges noxio rore percutiuntur: & vertuntur tam culmi quam ſpicæ in ruborem minij coloris, vel ſynopidis ſecundũ gloſam. Per herucham Aſſyrij & Chaldæi ſignantur: per locuſtam Perſæ & Medi: per bruchum Macedones, & omnes ſucceſſores Alexandri: per rubiginem Romani. Secundum Greg. per herucham notat libidinẽ: per locuſtam inanem gloriam: per bruchũ ventris ingluuiem: per rubiginem iram. Secundum Hieronymum. Moraliter per hæc quatuor ſignantur quatuor anni paſſiones, quæ ſi vltra modum dominantur, auferunt ſautẽ animæ. Triſtitia de præſenti aduerſitate. Gaudiũ de præſenti proſperitate. Timor de futuro malo Spes de futuro bono.
o *Effuſum iri.* i. effundendum eſſe. Iohel. ij. g. Poſt hæc effundã ſpiritum meum ſuper oẽm carnem &c. Super centumuiginti. Act. j. c. Erat autem turba hominum ferè centumuiginti: Item Act. ij. a. dicitur de effuſione ſpirituſſancti ſuper eos, ꝙ ſcilicet repleuit totam domum vbi erant ſedentes.

a eſt in Aſſyrios: Regnũ Iuda & regnũ deſcribit Iſrael. Si hiſtoriã reſpicias, verba ſĩplicia ſũt: ſi in litera ſenſũ latẽtẽ, eccleſiæ paucitas & hæreticorũ cõtra b eccleſiã bella narrant. Duode- c cim ꝓphetæ in vni⁹ voluminis anguſtia coartati: multo aliud d q̃ ſonãt i lr̃a ꝑfigurãt. Oſee cre- e bro noĩat Ephraim: Samariã: f Ioſeph: Iezrael: & vxorẽ forni- h caria & fornicationis filios: & adulterã cubiculo clauſam mariti, multo tpe ſedere viduã & ſub veſte lugubri viri ad ſe red- k ditũ ꝑſtolari. Iohel filius Phatuel deſcribit terrã duarum tri- l m buũ 4 herucha: brucho: locuſta n & rubigine vaſtante conſumptam: & poſt euerſionem prio- o ris populi: effuſum iri ſpiritũſanctũ ſuper ſeruos Dei & ancillas: ideſt, ſuper centumuiginti credentiũ nomina: & effuſum iri in cœnaculo Sion. Qui cẽtũuiginti ab vno vſq; ad quinde- p cim paulatim, & per incremen- q ta ſurgẽtes, quindecim graduũ r numerũ efficiũt: q in pſalterio s

G p *Qui centumuiginti.* Ad euidentiam iſtius literæ depinge trigonum æquilaterum, in cuius prima linea pone 1. in ſecunda 2. in tertia 3. & ita paulatim, & per incrementa multiplicando procede vſq; ad decimamquintam lineã, in qua pones 15. & poſtea totam ſummam numera, & inuenies centũuiginti: & in quolibet latere trigonis inuenies quindecim, propter hoc. n. dicitur æquilaterus, ſicut patet in ſubſcripta figura. & hoc eſt quod dicitur. Qui centumuiginti ſurgentes paulatim, id eſt de linea in lineam.



Oſee

q *Et per incrementa.* i. ꝑ additiones vnius in qualibet linea.
r *Efficiunt numerum quindecim graduum.* id eſt quindecim pſalmorũ gradualium
s *Qui in pſalterio continetur.* Myſticè ad literam in templo Salomonis in Hieruſalem erant quindecim gradus, ꝑ quos aſcendebatur ad templum & quando cantores ſolenniter procedebant, incipiebant ab inferiori, & aſcendebãt proceſſionaliter vſque ad ſummum, & ſtãdo in ſingulis cantabant vnum de illis pſalmis gradualibus. Vnde dicti ſunt pſalmi graduales à gradu, vel à gradior: quia gradatim cantabantur ibi. Myſterium autem in illis multipliciter eſt. Sũt .n. ibi tres quinarij. Primus pertinet ad H incipientes. Secundus ad proficientes. Tertius ad perfectos. Primus. n. cõſiſtit in declinatione à malo, & primus gradus primi quinarij eſt clamor liberationis à miſeria huius ſeculi, qui determinatur in hoc pſalmo: Ad dominum cum tribularer clamaui. Secundus gradus eſt fiducia liberationis, quæ tangitur in ſecundo pſalmo. Leuaui oculos meos &c. Tertius gradus eſt lætitia ex conſideratione finis tribulationis, ibi: Lætatus ſum in his quæ dicta &c. Quartus eſt continuatio ſupplicationis pro liberatione q̃ ſubiũgitur in quarto pſalmo: Ad te leuaui. Quintus eſt gratiarum actio pro liberatione, ibi: Niſi quia dominus. Secundus quinarius incipit ibi: Qui confidunt. & pertinet ad proficientes. Etenim ad proficiẽdũ in bono. Primus gradus eſt confidentia Chriſtiani, quæ tangitur ibi: Qui confidunt. Secundus gradus eſt conſolatio ſeminantis miſericordiæ opera, ibi: In cõuertendo. Tertius gradus eſt oĩm bonorum Deo attributio, ibi: Niſi dñs. Quartus eſt beatitudo timoris, ibi: Beati oẽs &c. Quintus eſt firmitas patientiæ, ibi: Sæpe epugnauerunt me. Tertius quinarius incipit ibi: De profundis clamaui. In quo notatur cõſummatio in bono: & ideo pertinet ad perfectos. Primus gradus eſt confidentia ſupplicationis, ibi: De profundis Secundus humilitas confidentis, ibi: Dñe nõ eſt exaltatũ. Tertius eſt deſideriũ ædificationis domus Dei, ibi: Memento dñe. Quartus eſt charitas proximi, ibi: Ecce quã bonũ. Quintus eſt charitas Dei, ibi: Ecce nunc benedicite. Vel ſic, ad decimumquintũ gradũ aſcendit. ſ. ad charitatem Dei quæ ponitur in vltimo gradu, qui charitatem implet, quæ quindecim affectus habet. 1. Corinthiorum. 13. b. Charitas patiens eſt &c. Vnde hæc figura dalmatica habet altrinſecus quindecim ordines fimbriarum. Item ad quindecimum gradum aſcendit qui mandata veteris ac noui teſtamenti cuſtodit. Iuxta illud Eccleſiaſtes vndecimo, a. Da partes ſeptem necnon & octo. Talis aſcendit per quindecim gradus qui erant in templo. Micheas quinto, b. Suſcitabit dominus ſuper eum ſeptẽ paſtores, & octo primates. Item qui per virtutes ad quindecim gradus aſcendit, vt dicitur ſuper illos pſalmos: habebit ſpiritum ſanctum qui in centumuiginti diſcipulos miſſus eſt, & hoc eſt quod dicit Hiero. Qui myſtice continentur. Et hoc ipſum repræſentat eccleſia tẽpore quadrageſimali recitando eos in matutino.

p Qui — Amos



E a *Amos paſtor & ruſticus & ruborum mo. diſtringens.* id eſt leuiter tangens, vel leuiter decerpens, ſicut paſtores ſolent facere. Alij habent diſtinguens: quia meliora eligebat, tamẽ in antiquis & correctis biblijs inueni diſtringens.
b *Paucis verbis &c.* In quo notatur ipſius difficultas.
c *Quis enim di. &c.* Amos paſtor. 1. ca.
d *Tria & quatuor ſcelera &c.* 1. ca. & 2. Iuxta tropologiã. exponit Hier. in originali dicens, Primũ pctñ eſt cogitaſſe quæ mala ſunt. Scdm cogitationibus acquieuiſſe peruerſis Tertium qđ mẽte decreueris, opere cõplere. Quartũ, poſt peccatũ nõ agere penitentiã, & in ſuo ſibi complacere delicto. Damaſcus ſm Hierony. metropolis eſt in Syria, quã condidit ſeruus Eliezer in campo vbi occiſus eſt Abel. Galaad ciuitas & regio eſt trans Iordanem in ſorte dimidiæ trib⁹ Manaſſe. Tpe vero quo Amos cepit ꝓphetare Azael Rex Damaſci illã regionẽ intããi vaſtauit, vt ſuperato Achaz rege Iſrael illam regionẽ ad inſtar tribulorũ frumenta in areis triturãtiũ cõtereret. ideo primo aduerſus Damaſcũ inuehitur propheta. ita dicit Hiero. Itẽ ſm ipſum Gaza eſt metropolis ciuitas philiſtinorũ qui nũc palæſtini vocantur, qui quoſcũq; de duodecim tribubus poterant comprehendere, vendebant idumæis in ſeruos & ancillas, ideo minatur eis propheta ignẽ captiuitatis qui oĩa deuoret. Tertio inuehitur cõtra Tyrum. Et ſm Hierony. Tyrus eſt ciuitas Phænicũ, & ꝓxima Sidonijs: cuius ciues negotiatores erant, & quoſcunq; deprædari poterãt ex Iſrael, vendebant idumæis & alijs gentibus Quarto inuehitur cõtra idumæam, de qua dicit Hieronymus: Edom ipſe eſt qui & Eſau & Seyr, vnde & mõtes Seyr nominantur, inde & regio idumæa. Iſte perſecutus eſt Iacob, vt timore eius fugeret in Meſopotamiã, & nõ ſeruauit in eo viſcera miſericordiæ, vt vinculo fraternitatis colligatũ ſibi intelligeret. Et
F odium qđ fuit in patre, ſeruauerunt idumæi nati ab eo contra filios Iacob, vt egredientibus de Ægypto, nec trãſitum quidem in terram ſanctam cõcederent, in hoc violantes miſericordiã, acſi fratres eos eſſe neſcirent. Quinto inuehitur contra filios Ammon, de quibus ait Hierony. Filij Ammon geniti de ſtirpe Loth, habitant in Arabia. Horum vero princeps Naas ammonites tẽporibus Saul pugnauit ꝯ Galaad quæ eſt ciuitas duarum tribuũ & Manaſſe, & intantum oppreſſit eã, vt etiã prægnantes ſecaret mulieres. Sexto inuehitur contra Moab. Fuit autẽ Moab filius maioris filiæ Loth. Gen 19 g. Sed vt videamus pp qđ inducatur hic. Nota qđ dicit hic Hieronymus in gloſſa. Tradunt Hebræi ꝙ idumæi fuerunt ſubiecti Ioſaphat regi Iuda, & Moabitæ Ioram regi Iſrael. Sed poſt modicum cum receſſiſſet Rex Moabitarum à Ioram, petiuit ille auxiliũ à Ioſaphat rege Iuda, qui veniẽs conduxit ſecum regem idumæorum ad oppugnandũ ciuitatem, vbi Rex Moab erat cõcluſus, & cum Rex Moab vellet confugere de ciuitate per eam partem quam obſidebat Rex Idumæorum, non eſt permiſſus ab eo, tunc aſcendens ſuper murum immolauit filium ſuum Deo, & pp immanitatem huius ſceleris receſſerunt filij Iſrael à ciuitate. Poſtea mortuo rege Idumæorũ & ſepulto, recordati Moabitæ qđ egerit contra eos in obſidione, extractũ de ſepulchro combuſſerunt igni & in cinerem redegerunt, vt quod non potuerunt in viuo, vlciſcerentur in mortuo. Septimo gradu, id eſt ſeptimo loco inuehitur contra Iudam. i. contra duas tribus relicto Deo idolis deditas. Et octauo gradu. i. octauo loco contra Iſrael, id eſt contra decem tribus, quarum multa peccata enumerat. in gloſſa Hieronymus dicit ſic: Habebat conſuetudinem princeps Iudæorũ, vt ſi pauper in via ſe illis iungeret, flagellatum ſuper puluerem terræ proijcerent, indignantes cum ſimplicibus ire. Contigit etiã crebro vt pater vxorem filij pollueret, illos etiam qui nolebant ire ad adorandos vitulos, interficiebant &c.
e *Hic loquitur ad vaccas pingues.* Quarto capitulo, id eſt ad hæreticos, gulæ & ventri ſeruientes, vel optimates decem tribuum. Non boues aratores, ſed irriſoriè vaccas pingues vocat: quia domi reſidentes, ventri, & gulæ ſeruiebant.

a myſtice cõtinentur. Amos paſtor & ruſticus & ruborum mora di- b c ſtringens, paucis verbis explicari d nõ põt. Quis eñ digne exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, 1 Gazæ, Tyri, Idumeæ, filiorum Amon & Moab, & in ſeptimo o- e ctauoq; gradu Iudæ & Iſrael: Hic loquitur ad vaccas pingues quæ ſunt in monte Samariæ, & ruitu- f ram domũ maiorẽ minorẽq; te- g ſtatur. Ipſe cernit fictorẽ locuſtæ, h & ſtantẽ dñm ſup murũ litum, i vel adamantinũ, & vicinũ pomo k rũ attrahentẽ ſupplicia peccatori l m bus, & famẽ in terra, non famem panis neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Abdias qui interpretatur ſeruus domini: pertonat n cõtra Edom ſanguineũ terrenumq; hominẽ, 2 fratris quoque Iacob o ſemper æmulum haſta percutit ſpiritali. Ionas columba pulcher- p rima, naufragio ſuo paſſionẽ domini præfigurans, mundũ ad pænitẽtiam reuocat, & ſub nomine Niniue, ſalutem gẽtibus nũciat. Micheas de moraſthi cohæres q r

f *Quæ ſunt in mon. Sa.* i. eminẽtia ptãtis vt humiles opprimit. G
g *Et ruituram domum, maiorem minoremq; teſtatur.* 6. cap. Gloſſa exponit de decem & duabus tribubus.
h *Ipſe cernit fictorem lo.* 6. cap. Fictor locuſtæ dicitur dominus cuius iuſſu multitudo locuſtarum cooperuit terrã promiſſionis in principio germinantium ſerotini imbris, id eſt in primo verè qñ omnia virere incipiunt. Secũdum interlinearem dicitur fictor, i. creator aſſyriorum qui per locuſtam ſignãtur. vel ſm quod plenius dicitur in gloſſa marginali vbi dicitur: Sicut locuſtæ in principio ſerotini imbris veniunt quando cuncta virent & omnis ager parturit, cuncta ferè conſumunt: ſic Sennacherib adueniens dum floreret regnum decem tribuum, cuncta vaſtauit & captiuauit.
i *Et ſtan. do.* Hæc eſt litera Hieronymi.
k *Vel adamantinum.* Hæc eſt litera ſeptuaginta. Murus litus, id eſt ſuperinductus. Et dicitur à lino, is, leui, linere, litum litu. quod eſt ſuperinducere. Per murũ figuratur diuina protectio. Per linitionem quæ pulchriorem & fortiorem reddit murum, præfiguratur virtutum pulchritudo. Per adamantem qui non diſſoluitur niſi ſanguine hircino, notatur perſeuerantia in bono, vel inſeparabilitas a Deo. Roman. 8. g. Quis nos ſeparabit &c. Et omnia illa comminatur dominus inferre Iudæis propter peccata ſua.
l *Et vicinum pomo. attra.* Per vicinum intelligitur vicinum tempus captiuitatis. Sicut enim vicino trahuntur rami arborum ad carpenda poma, ita proximare facit tempus captiuitatis.
m *Et famem in terra &c.* Iſtud intelligitur de ſubtractione verbi diuini, q̃ poſt reſurrectionem domini miſſa eſt in Iudæos, ſicut innuitur in interliniari.
n *Abdias qui interpretatur ſeruus do. &c.* Vide prologũ in Abdiam qui incipit: Iacob Patriarcha &c. & habebis euidentiam eorum quæ hic dicuntur. Sicut dicit Iſidorus Etymologi. ſeptimo. Abdias ſeruus domini dicitur. Sicut enim Moyſes famulus domini, & Apoſtolus ſeruus Chriſti: ita iſte ad gentes miſſus videt & prædicat quæ prophetali digna ſunt miniſterio & ſeruitute: inde dicitur ſeruus domini. Prædicat autem deſtructionem idumææ. inde dicitur: Perſonat contra Edom, id eſt terribiliter eum increpat. Quod autem ſubditur ſanguineum terrenumq; interpretatio eſt nominis. Sanguineus erat: quia fraternum ſanguinem ſitiebat. Terrenus: quia circa terrena erat occupatus. vnde Gen. 24. d. Factus eſt Eſau vir gnarus venandi & homo agricola.
o *Fratris quoq; Iacob ſemper æmulum.* id eſt inuidum. Gen. 28. g. Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Haſtam ſpiritalem appellat propheticam increpationem. Secundum Hiero. iſte Abdias ſpecialiter dicitur ſeruus domini, quia abſcondit & pauit centum prophetas, quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis cum interficeret Iezabel prophetas domini. 3. Reg. 18. cap.
p *Ionas colum.* Iſidorus dicit in 7. Etymolog. Ionas interpretatur columba: pro gemitu quando in ventre ceti triduo fuit. Dolens autem propter triſtitiam quam habuit de ſalute Niniuitarum, vel propter hederam ſubito areſcentem: cuius vmbraculo tegebatur contra ſolis ardorem. Secundũ Remigium Iona, & Ionas varias habent interpretationes. De naufragio Ionæ habetur in primo capitulo. Qualiter mundum ad pœnitentiam reuocat habetur tertio cap.
q *Micheas de moraſthi &c.* Moraſthi ſicut ait Hieronymus non grandis viculus eſt iuxta Eleucheopolim vrbem palæſtinæ, & interpretatur hæres. Micheas interpretatur humilitas. Pulchrè autem humilitas quæ inter virtutes præcipua eſt de ſpe hæreditatis Dei naſcitur.
r *Cohæres Chriſti.* Romanorum octauo ca. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Alludit interpretationi prædictæ ſm Remigium. Micheas interpretatur quis eſt ille, vel quis eſt in loco hoc. Eſt autem prophetia eius ꝯ Samariã & Hieruſalẽ, ſicut patet in principio, ſicut ait Iſidor. Etym. 14. Samaria regio Palæſtinæ: quæ a quodã oppido nomẽ accepit, qđ vocabatur Samaria, ciuitas quõdam regalis in Iſrael.

f Quæ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Vaſtationes annunciat filia latronis*. i. hieruſalem filiæ diaboli: ad prædādum ſemper accincti, vnde vocat latronis filiam, non ſuam. 5. cap. a.

b *Et obſidionem ponit contra &c.* Eo quòd percuſſerit maxillā iudicis Iſrael. 5. cap. vbi dicit glo. Contumelia fuit trinitatis quando fauentibus Iudæis Romani percuſſerunt caput iudicis Iſrael, dicēdo: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt iſte qui te percuſſit. Matth. 26. g. Vel quando vnus de miniſtris percuſſit eū in maxillā: dicens: Sic reſpondes Pontifici? Ioh. 18. d.

*Naum* c *Naum &c.* Naum interpretatur conſolator. Dicitur autem conſolator orbis: quia decem tribubus iam captiuatis & duabus iam ab aſſyrio grauiter afflictis, deſtructionem ipſorū aſſyriorum per caldęos futuram nunciauit.

*1. AbacuK* d *Increpat ciuitatem &c.* Naum. 3. ca. vę ciuitas ſanguinum &c.

e *Ecce ſuper montes &c.* Gloſſa. legatur. 2. Paral. 32. quod Sennacherib obſidēte Hieruſalem primo menſe non potuit Paſcha fieri, ſed cęſo exercitu, & annunciata morte Sennacherib, ſecūdo menſe Paſcha celebratum eſt. Inde ait: O Iuda ne ſis ſolicitus, occiſo hoſte tuo in templo Dei ſui, ecce venit tibi nuncius tranſcurrens montes & colles, & quaſi de ſpelunca, vel ſpecula annuncians tibi per mortem Sennacherib liberatam vrbem. Celebra Iuda feſtiuitates tuas &c. Cætera plana ſunt. Secundum Iſidorum dicitur conſolator vrbis, vt ait. in 7. Ethy. Naum germen ſiue conſolator, increpat enim ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius conſolatur Sion dicens: Ecce ſuper montes &c.

F

*r. Diſperiemus.* f *AbacuK luctator for. &c.* Quare dicatur luctator fortis patet per verba Hierony. qui dicit ſuper Abdiā: Abacuk

*AbacuK* interpretatur amplexans: qui vel ex eo quod amabilis fuerit domini vocatur amplexatio vel quia in certamen cum Deo ingreditur, amplexantis id eſt luctantis ſortitur vocabulum. &c.

g *Stat ſuper cuſtodiam ſuam*. Hoc ſumitur de Abacuk. 2. vbi ſcribitur, ſuper cuſtodiam meam ſtabo. gloſſa. id eſt omni diligentia cuſtodiam cor meū.

*Aggei. 2. b* h *Et figit gradum ſuper munitionem*. id eſt ſtabilitat animū ſuper Chriſtum. Totum ſumitur de. 2. cap. Quæ autem ſequuntur ſumuntur de. 3. cap.

i *Operuit cęlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.* Gloſ. in aduentu Chriſti repleta ſunt omnia gloria. vnde Luc 2. b. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Col. 1. ca. Pacificans per ſanguinem &c. quæ in cęlo & in terra.

K *Splendor eius vt lux erit.* Quia quaſi ſol iuſtis radiauit. Cornua, id eſt trophęa crucis. In manibus eius. Vel manus eius

*Hyppallage* fixæ in cornibus crucis, vt fiat hyppallage, id eſt conuerſio caſuum & conſtructionis.

l *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Exinaniuit enim ſe vſque ad mortem. Phil. 2. a.

*Sophonias* m *Sophonias ſpecula &c.* Sophonias ſecundum Hieron. interpretatur ſpecula vel arcanum domini, & vtrunq; prophetæ conuenit Dicitur enim Ezech. 3. d. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbū & annunciabis eis ex me. Prophetat autem de euerſione Hieruſalem, & captiuitate Iudæ & Beniamin per Nabuchodonoſor, quæ captiuitas interfecto Ioſia rege viſa eſt i ceſpite.

n *Audit clamorem &c.* Quæ ſequūtur ſumpta ſunt de. 1. ca.

*Portapiſciū* Sophoniæ. Porta autem piſcium appellatur, quę ducit dioſpolim et ioppem, & vicinior mari.

o *A ſecunda.* Significat portā ſecundi muri in eodē climate.

p *A collibus.* i. de monte Sion & exceſſiore parte vrbis: qua ab hoſtibus occupata facilior deſcenſus erit ad prona. Vallem autem ſiloe comparat pylę. i. vaſi in quo tundunt frumenta, quia de porta piſcium, & de ſecunda & de collibus proruens exercitus, contundet inferiora loca.

q *Chanaan.* Vocat populum Iudæorum. vnde Dan. 13. c. Semem Chanaan & non Iuda.

a Chriſti: vaſtationē annūciat filiæ
b latronis, & obſidionē ponit contra eam: quia maxillā percuſſerit
c iudicis Iſrael. Naum conſolator
d orbis: increpat ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius lo
e quitur: Ecce ſuper montes pedes Euangelizantis & annunciantis
f pacem. 1 AbacuK luctator fortis & rigidus, ſtat ſuper cuſtodiam
g ſuam, & figit gradum ſuper mu-
h nitionem, vt Chriſtum in cruce contempletur, & dicat, Operuit
i cœlos gloria eius, & laudis eius
k plena eſt terra: Splendor eius vt lux erit. cornua in manibus eius:
l ibi abſcondita eſt fortitudo eius.
m Sophonias ſpeculator & arcano-
n rū domini cognitor, audit clamorem à porta piſcium & eiulatum
o à ſecunda, & cōtritionem à colli-
p bus. Indicit quoq; vlulatum habitatoribus pylę: quia conticuit
q oīs populus chanaā: 2 diſpſi ſunt
r vniuerſi qui inuoluti erāt argen- s to. Aggeus feſtiuus & lętus, q ſe-
minauit ī lachrymis vt ī gaudio t meteret, deſtructum tēplum ędi- u ficat, Deumq; patrem inducit loquētem. †Adhuc vnū modicum x & ego cōmouebo cęlū & terram & mare & aridā, & mouebo oēs gētes, & ueniet deſideratus cūctis y gentibus. Zacharias memor dñi z ſui: multiplex in prophetia, Ie- a ſum veſtibus ſordidis indutū & b

r *Diſperſi ſunt vniuerſi qui inuoluti erant argento*. Qui peribunt: quia tantas habēt diuitias vt eis putant ſe indutos & ſeptos. G

*Myſticè* Myſticè, per portam piſcium deſignatur curioſitas humana per ſecundam carnis cōcupiſcentia: per colles ſuperbia. per pylam, Hieruſalem, quæ erat euertenda propter oīa iſta.

*Aggeus* s *Aggeus feſtiuus & lętus*. Ad euidentiā iſtorum nota, quod ſicut ſcribitur in 2. Paralipo. vlt. Nabuchodonoſor rex caldæorū propter periurium Sedechię regis Iudæ q ab ipſo receſſerat, ipſum

*Naum* ſedechiam cum populo ſuo in Babyloniam duxit captiuum incenſo templo & deſtructa Hieruſalem. Mortuo autem Nabuchodonoſor, & Balthaſar filio eius interfecto, ſicut ſcribitur Dan. 5. g. Darius medus ſucceſſit in regnum Caldæorum, quo mortuo ſucceſſit Cyrus Rex Perſarum, qui in primo anno regni ſui miſit in Hieruſalē circiter quinquaginta milia Iudæorū, quibus præfecit Zorobabel & Ieſum filium Ioſedech, & præcepit vt ędificarent templum domini. Illi autē extru- *Templi reſtauratio*

cto altari fundamenta templi iecerūt. 1. Eſdræ. 3. a. Sed interea mortuo Cy- *AbacuK cap. 3. a*

ro Artaxerxes q dictus eſt Cābyſes illi ſuccedens, mādauit gentibus q̄ erant in circuitu Hieruſalē ne templū reędificari permitterent 1. Eſdræ. 4. & 5. remanſit itaque opus imperfectum vſq; ad annum ſecundum Darij filij Hyſtaſpis. *Sophonias* Hoc anno Aggeus & Zacharias Prophetæ, non timentes regis edictū, nec inimicitias circumadiacentiū populorum, hortati ſunt Zorobabel & populum ſuum qui cū eo erat, vt ædificarēt templum: quia iam tēpus erat, quo Hieremias prophetauerat templum eſſe reędificandum, ſcilicet poſt ſeptuaginta annos captiuitatis: Hieremiæ 29. c. Prophetat autem Aggeus H populi reuerſionem, templi reędifica- *Aggeus cap. 2. b*

tionem, ciuitatis renouationem, obſeruantiam ſacerdotalem, & exteriorum regnorum ſubuerſionem, & propter iſta dicitur feſtiuus & lætus iuxta nominis interpretationem.

t *Qui ſeminauit in lachrymis vt in gau. met.* Sumptum eſt de Pſal. 122. a. Deſtructum templum ædificat. 1. capit.

u *Deumq; patrem inducit loquentem.* Capitulo ſecundo. b. vbi ait.

x *Adhuc vnum modicumq; &c.* Interlinearis: Tempore paſſionis ſol obſcuratus eſt. Item gloſſa. marginalis: Quādo dedi primum teſtamentum in ſina, moui cęlum & terram & mare rubrū & deſertum, vt vobiſcum ponerem teſtamentum. Nunc au- *Zacharias*

tem polliceor quod adhuc ſemel mouebo cęlum & terrā, vt illis commotis moueantur omnes gentes, ſcilicet contrariæ poteſtates ſplendorē domini ſuſtinere non valentes.

y *Et veniet deſideratus cunctis gentibus*. id eſt ſaluator.

z *Zacharias memor domini ſui.* Sicut ait Hieronymus, Aggeus & Zacharias in ſecūdo anno Darij regis medorum prophetauerunt, Aggeus autem Zachariæ præponitur: quia duobus mēſibus præceſſit, ſicut patet in textu vtriuſq;. Aggeus enī incepit prophetare in ſexto menſe, Zacharias autem in octauo. Quòd autē Zacharias dr̄ memor dñi, exponit Iſid. *Zacharias* dicens in 7. Etymol. Zacharias interpretatur memoria dñi. Septuageſimo. n. anno deſolationis tēpli cōpleto: Zacharia prædicante memoratus eſt dn̄s populi ſui, iubente dn̄o reuerſus eſt populus, & reędificata eſt vrbs & templum. Item 1. Eſdræ. 5. legitur qualiter prophetauerunt Aggeus & Zacharias adiuuantes populum ad reędificandum templum.

a *Multiplex in prophetia.* Quia prophetat de reditu populi, & reędificatione templi, ſicut patet in primo & ſecundo capitulo, & de multis alijs.

b *Ieſum veſtibus ſordidis.* Propter ſqualorē captiuitatis, & ſic legitur de Ieſu filio Ioſedech, vel legitur de Ieſu Chr̄o carne ſimili peccatrici induto. Phi. 2. a. In ſimilitudinē hominū factus eſt, & habitu inuētus vt homo Ro 8. a. Deus filiū ſuum mittēs ī ſimilitudinē carnis peccati &c. Iſta veſtis ſordida apparuit in paſſione, ſicut ipſe teſtaī. Eſa. 63. a. Aſperſus eſt ſanguis eorū ſup veſtimēta mea, & oīa idumēta mea ingnaui.

r Di- a Et



A a *Et lapidem ocu. ſe.* i. Ieſum qui dr̄ lapis de mōte abſciſus. Daniel. 2. g. pro robore quo oīa conterit. Item Matt. 21. d. dr̄ lapis conterens inimicos Item dr̄ lapis angularis coniungens duos parietes in vnū: Epheſ. 2. d. Super quē lapidem ſeptem vel octo ſunt oculi, de quibus dr̄ Eſa. 11. a. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris domini.

b *Candelabrumq; &c.* Candelabrū eccleſia aureum pp ſpiritualē intelligētiam ſcripturarū. Lampas Chriſtus. Eſa. 62. Saluator eius vt lampas accēdatur, qui in eccleſia fulget. Septem lucernæ, & ſeptem infuſoria earū, gratiæ ſpiritusſancti, per quas oleū miſericordię Dei ſuſcipit eccl̄a. Duę oliuę, Moyſes, & Helias, i. lex & prophetæ q de Chriſti paſſione prædicabant. Vel oliuę: Euangelium quod à dextris, & lex quę à ſiniſtris.

*Equi ruſi, & nigri. Malac. 1. c* c *Vt poſt equos &c.* Iuxta gloſſam. Per equos rufos deſignantur Babylonij crudelitate terribiles. Per nigros, (quia ſic ordinatur textus) deſignantur Perſæ, mortē Iudęorum triſti nuncio p̄ferētes. Per albos, Macedones, ſub quorū rege antiocho, Machabęorū victoriam legimus Per varios, Romanorū reges quorū alij fuerunt clementes in Iudæos, vt C. Cæſar, alij perſecutores, vt Veſpaſianus. Quidā dicunt quatuor quadrigas, quatuor Euangelia, equos Apoſtolos, quorum alij Rufi martyrio, alij obſcuri & nigri, p̄funditate & cognitione myſterij, alij albi, gratia virginali alij varij *Eſaias. Ieremias.*

& fortes, gratiam curationum & diuerſarum virtutum habentes.

B d *Diſſipatas qua. ex ephraim.* Noſtra litera eſt, diſperdā quadrigā ex Ephraim, qđ exponit Hieronymus ī originali dicēs. Non erunt prælia, omnibus Chriſti aduentu & natiuitate pacatis. Porrò ſecūdū altiorem intelligētiam Ephraim ad hæreſum multitudinē refertur, qui interpretatur carpophoria. i. vbertas & *Ibi. 19. b* frugum abundantia. Pſalm. 77. b. Filij ephraim intendentes & mittentes ar. con. ſin. d. b. & alibi Hi in curribus & hi in equis, ſed equus eorum diſperditur de Hieruſalem, de quo Pſal. 32. d. Fallax equus ad ſalutem.

a & lapidē oculorū ſeptē, cādela-
b brumq; aureū cum totidē lucernis quot oculis, duas quoq;
c oliuas à ſiniſtris lāpadis cernit, & à dextris, vt poſt equos rufos, nigros, 1 varios, & albos, &
d diſſipatas quadrigas ex ephraī,
e & equū de Hieruſalem, pauperem regem vaticinetur, & prędicet ſedentē ſuper pullum fi-
f liū aſinę ſubiugalis. Malachias aperte & in fine oīm prophetarum, de abiectione Iſrael & vo
g catione gētiū. Non eſt mihi ait voluntas in vobis, dicit domi-
h nus exercituū, & munus nō ſu-
i ſcipiā de manu vr̄a. Ab ortu. n. ſolis vſq; ad occaſum, magnū eſt nomē meū in gētibus, & in
k omni loco ſacrificatur & offert
l noī meo oblatio mūda. 2 Eſa-
m iam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis poteſt vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere, ſed Euāgelium, Secundus virgam nuceā,
n & ollam ſuccēſam à facie aqui- o lonis, & pardū 3 expoliatum p ſuis colorib⁹, & quadruplex di q uerſis metris nectit alphabetū. r

ſtra litera eſt, virgam vigilantem ego video. Et hanc habēt C Aquila, ſymmachus, & Hieronymus. Septuaginta autem dicunt, baculum nuceum. Theodotion vero virgam amygdalinam. Et omnia iſta competunt Chriſto, qui dicitur virga *Chriſtus, ... comparatur.* in correctione malorum, numeri 24. c. Conſurget virga de Iſrael & percutiet duces Moab. Baculus dicitur in ſuſtentatione bonorum actiuorum. Pſalmo 22. b. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Virga dicitur in cuſtoditione contemplatiuorum. Pſalm. 120. a. Ecce nō dormitabit neque dormiet. Amygdalus dicitur in ſanatione ſpiritualium infirmitatum. Pſal. 106. b. Miſit ſermonem ſuum *1 Albos, & varios.* & ſanauit eos. Nux: quia patet dicitur in refectione perfectorum. Matt. 11 d. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.

o *Et ollam ſuccenſam*. Per ollam ſuccenſam intelligitur Rex Babyloniæ: qui bene dicitur olla ſuccenſa propter ambitionem, ſicut patet in principio Iudith, vel quia ex toto Iudæos in nihilum decoxit. vnde Hieremiæ 50. c Primus comedit eum Rex Aſſur, ſed iſte nouiſſimus Nabuchodonoſor exoſſauit eum. Aquilo dicitur quaſi aquas ligans, ven- *Aquilo.* tus gelidus & ſiccus, per quē ſignatur diabolus, à cuius facie olla ſuccenditur, cum peruerſæ ſuggeſtiones inſufflantur. Eſaiæ quinquageſimoquarto. d. Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas &c.

p *Et pardum expoliatum &c.* Hieremiæ decimotertio. d. eſt noſtra litera. Si mu- *2 Eſaiam.* tare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere cum didiceritis malū. quaſi dicat. Sicut ab æthiope non poteſt ſeparari nigredo: nec colorum varietas à pardo: ita vos eſtis inſeparabiliter obſtinati in malo. vnde Sapientiæ duodecimo. b. Nequam eſt natio eorum, & na- D turalis malitia ipſorum, ſcilicet ſtudio, non natura. Pardus beſtia eſt velociſſi- *Pardus. 3 Expoliatum.* ma, & præceps ad ſanguinem, & eſt variorum colorum, per quod notatur in Iudæis diuerſitas vitiorum.

q *Et quadruplex*. In threnis quadruplici *Threni.* plangit. ſ. alphabeto propter deſtructionem Hieruſalem quam futuram prædicauit, præſentem vidit, præteritam deploraūt: ſinguli autem verſus lamentionum ſecundum ordinem Hebraicarum literarum in idiomate ſumunt initium. Verbi gratia: primus verſus incipit ab Aleph, ſecundus a Beth, & ſic de alijs vſque ad finē alphabeti. Et poſtea repetitur alphabetū & quater in principijs verſuum ordinatur. In tertia autem repetitione ſingula elementa tripliciter repetūtur. Necto nectis nexi: vel nexui ne- *Necto.* ctere, plura ſignat, qua habētur per hūc verſum. Necto dat interere, coniungere, ſiue ligare. Ante to c veniens in xi to mutat & in ſum. Datq; xui peto pariter xi: ſic quoq; necto.

r *Diuerſi metri*. Vnde Hieronymus in quadam Epiſtola ad Marcellam, quæ incipit: Nudiuſtertius &c. ſic ait: Habes in *Lamentationes Hieremiæ.* Lamentationibus Hieremiæ quatuor alphabeta, ex quibus duo prima quaſi Saphico metro ſcripta ſunt: quia tres verſiculos, qui ſibi nexi ſunt, & ab vna tantum litera incipiunt. Heroicum Coma concludit. Tertium alphabetum Trimetrum, ſcriptū eſt trinis literis, ſed eiſdē trini verſus incipiūt, Quartū alphabetū ſimile eſt primo, & ſecūdo: ita dicit Iſidorus in 6. Etymologi. ſed aliquantulū lucidius dicens, q duo prima alphabeta, quaſi Saphico metro ſcripta ſunt, q tres verſiculi q ſibi inuicem nexi ſunt, ab vna tm̄ litera incipiunt, quos Heroicū Coma cōcludit. Intellige ſic, Saphicū *Saphicum metrum.* metrum dr̄ cuius inuentrix Sapho fuit, quale eſt illud: Vt queant laxis reſonare fibris: ecce vnus verſus. Mira geſtorū famuli tuorum, ecce ſcđs verſus. Solue polluti labij reatum, ecce tertius verſus. Et poſt tres verſus ſequiī Coma Heroicū. i. clauſula verſus Heroici, ſiue verſus hexametri, quo Heroum. i. virorum fortium facta deſcribūtur, cum dr̄ Sancte Ioannes. Iſte hymnus dicitur metrum Saphicum: Pentametrum Dactylicū. Saphicum: quia Sapho puella hmōi metrū inuenit Pentametrū: quia quilibet verſus metricus quinq; habet pedes Primo Trocheū, ſecundo Spondeū, tertio Dactylū, quarto Trocheum, quinto ſimiliter Trocheum. Da-

*Aſina ſubiugalis.* e *Pauperem regem &c.* Hanc prophetiā Euangeliſtæ dicunt eſſe completam, qn̄ dominus ingreſſus eſt Hieruſalem ſedens ſuper aſinum, & pullum aſinæ. Matth. 21. a. Mar. 11. a. Lucæ 19. e Ioh. 12. b. De iſta aſina dicitur in hiſtorijs q com munis erat pauperibus, qui propria iumenta non habebāt: cumq; aliquis in ea operatus fuerat, pabulū dabat ei & pullo, qui pariter ad opera communia nutriebatur, & ob eius ita commune obſequium quidam eam dictam putāt ſubiugalem: quaſi omni iugo & dominio expoſitam, ſed Grecum nomen eſt. aſina enim latinè, græcè ſubiugalis dicitur.

*Malachias.* f *Malachias aperte &c.* Totum iſtud ſcribitur in primo cap. Iſidorus in ſeptimo Etymolog. dicit q Malachias interpretatur Angelus domini, id eſt nūcius. Quicquid enim loquebatur: quaſi à domino eſſent mandata credebātur, & inde eius nomen ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt dicētes: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu Angeli eius.

g *Non eſt mihi voluntas in vobis.* Qui immundi offertis.

h *Et mu.* Sāguinē hircorū, aut taurorū, ſed thymiama orōnū.

i *Ab ortu enim ſolis &c.* Non in vna Iudæa vel Hieruſalem. vnde Ioh. 17. a. dicit Saluator: Pater manifeſtaui nomē tuū hominibus quos dediſti mihi.

K *Et offertur*. In cerimonijs chriſtianorum.

l *Oblatio munda.* Per hoc increpat ſacerdotes Iudæorum: qui offerunt non idonea ad immolandum, vt ſciant carnalibus victimis, ſpirituales victimas ſucceſſuras.

m *Et iam: Ieremiam*. Hieronymus exponit ſeipſum dicens in prologo ſuper Eſa. Ita enim vniuerſa Chriſti eccleſięque myſteria ad liquidum proſequutus eſt, vt nō putes eum de

*Texo.* futuro vaticinari, ſed de præteritis hiſtoriam texere. Texo texis texui texere. textum textu. dicitur telam facere, coopperire, ordinare, conſtruere. vnde hic textus textui, liber continens tractatum ſine literæ expoſitione.

n *Secundus vero virgam nuceam*. Nota quòd. 1. Hieremiæ noſtra



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a b Tertius principia 2 & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta: vt apud hebręos 1 ipſæ partes cum exordio geneſeos: ante annos trigin c ta non legantur. Quartus vero qui & extremus inter quatuor prophetas: tẽporũ conſcius, & totius mun d di 2 philohiſtoricus, lapidem præciſum de mõte ſine manibus & regna omnia ſubuertentem, claro ſer e mone p̱nunciat. Dauid Simonides noſter Pindarus & Alcęus, Flaccus quoq; Catullus & Serenus Chriſtũ lyra perſonat, & in decachordo pſal f terio ab inferis excitat reſurgẽtem. g

E ctylicum dicitur à pede prædominante in iſto metro in tertio pede, vbi vult ſemper habere dactylum: nam in ſecundo pede & in quinto indifferenter poteſt recipere trocheũ vel ſpondeum. Et ſubdit Iſidorus, tertium alphabetum trimetro ſcriptum eſt, & trinis literis trini verſus incipiunt. Concorda literam Iſidori cum litera Hieronymi: quæ ſupra poſita eſt, & gratia exẽpli accipiamus illa verba Boetij de conſolatione in ſecũdo libro: vbi loquitur de mutabilitate fortunæ. Hęc cum ſuperba verterit vices dextra, & ęſtuantis more fertur Euripi. Dudum tremendos ſęua proterit reges. Humilemq; victi ſubleuat fallax vultum &c. Hoc metrum eſt trimetrum iambicum, continuum: quia conſtat ex ſex iambis: vel tribus iambis, & alijs pedibus. Hæc cũ, ſpondeus, ſuper, iambus: ba ver, ſpõdeus, terit, iambus: vices, iambus: dextra, ſpondeus. hæc cum ſuper: ecce metrum ex ſpondeo & iambo, ba vertérit. ecce aliud metrum ex ſpondeo et iambo vices dextra. ecce tertium metrũ ex iambo & ſpondeo. Similiter potes videre p̱ ſequentes verſus. Iambicum dr̃ metrum à pede prædominãte, ſcilicet à iambo qui ſemper habet poni in ſecundo loco. Item hipponachticum dicitur ab inuentore. Item nota ꝙ dimetrum vel trimetrum vel tetrametrum in metris iambicis, trochaicis & anapeſticis per duplices pedes cõputare debes, in reliquis vero per ſimplices.

*1 iſte partes.* *2 Philiſtoros.* *Iambicum metrum.*

a *Tertius*. Hoc eſt contra nouellos magiſtros Sed de ſenectute mentis dicitur Sapiẽtiæ 4.b. Senectus venerabilis eſt: non diuturna, neque annorum numero computata. Cani ſunt ſenſus hominis, & ętas ſenectutis vita immaculata.

*Senectus mentis.*

b *Principia*. Cum dicit: plurale ponit pro ſingulari. In primo capitulo agit de Euangeliſtis valde obſcure. ab vndecimo vſque ad finem agit de templo: ita quòd vix poteſt eum aliquis intelligere: ita dicit Hieronymus ſuper Ezechielem: Ezechielis difficultatem hebręorum moſtrat traditio: Niſi enim quis apud Hebræos ſacerdotalis miniſterij ętatem: id eſt triginta annos impleuerit, nec principia Geneſeos, nec cantica canticorum, nec exordium Ezechielis, nec finem legere permittitur, vt ad plenam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat.

*Ezechiel difficilis.* F

c *Quartus vero qui & extremus inter quatuor prophetas &c.* Magna commendatio eſt quòd dicitur temporum conſcius, nono capitulo, vbi agit de hebdomadibus, vti ſcribitur in gloſa in principio Danielis. Sciendum nullum prophetam tam aperte ſcripſiſſe de Chriſto ſicut iſte ſcripſit, & ſpecialiter in nono capitulo. Nam & tempus notauit aduentus & reges per ordinẽ, & annos enumerat & manifeſta ſigna. vnde hic dicitur totius mundi philohiſtoricus, id eſt amator hiſtoriarum à philos, quod eſt amor, & Hiſtoria, à ſeptimo capitulo vſque ad decimumtertiũ excluſiue. Et per hoc ꝙ tam diligenter ſcribebat. ſ. determinando tempus. reges, & regna, veritatis hiſtoriarum probatur amator. Eſt autem hiſtoria narratio rei geſtæ: per quam ea quæ in præterito facta ſunt dinoſcuntur. Dicitur ab hiſtorin grecè, quod eſt videre, vel cognoſcere. Apud veteres enim nemo ſcribebat hiſtoriam, niſi his qui interfuiſſet, & ea quæ ſcribenda eſſent vidiſſet: prophetæ autem propter prophetiæ certitudinem quandoq; de futuris tanquàm de præteritis loquebantur.

*Danielis cõmendatio, quia philohiſtoricus.* *Hiſtoria.*

d *Lapidem præciſum de monte*. Dan.2.g. Et exponitur de Chriſto: qui dicitur lapis præciſus de monte ſine manibus, id eſt conceptus, & natus ſine humana operatione de beata virgine cæteris præeminente, qui ſubuertit omnia regna diaboli. De iſtis quatuor magnis prophetis dicit Iſidorus in ſeptimo Etymologi. Eſaias interpretatur Saluator mũdi. Saluatorem enim vniuerſarum gentium, eiuſdem ſacramenta, amplius quàm cęteri prædicat. Hieremias, excelſus domini, pro eo quod dictum eſt ei. Conſtitui te ſuper gentes & regna Hier. primo. c. Ezechiel fortitudo Dei, ſecundum Remigium. Confortauit me Deus: vnde Ezech. 3.d. Manus enim domini erat mecum confortans me. Daniel iudicium Dei, ſiue quia in presbyterorum iudicio ſententiam diuinæ examinationis exhibuit, ſiue quòd viſiones, & ſomnia ſagaci mente diſcernens aperuit.

*Eſaias.* *Hieremias.* *Ezechiel.* *Daniel.*

e *Dauid ſimonides noſter, pindarus &c.* Sicut ait Iſidorus in ſeptimo etymolog. Dauid interpretatur manu fortis: quia vtiq; fortiſſimus in prælijs fuit ipſe & deſiderabilis in ſtirpe, ſ. ſua de qua p̃dixerat Aggeus propheta: Veniet deſideratus cunctis gentibus. Quia vero Dauid lyrico metro pſalterium he

*Dauid.* *Aggei.2.b*

braicè

braicè ſcripſit teſte Arato: qui ait: Pſalterium lyrici compoſuere pedes. ideo hic quinq; poetarum lyricorũ nominibus appellatur: Dicitur autẽ lyricus qui lyrica ſcribit. Lyrica aũt à lyra, dicuntur carmina quæ lyra cantantur, ſicut ſunt carmina Horatij. Itẽ à lyrin quod eſt varietas vel diuerſitas dicuntur lyrica, quę continent carminum diuerſitatem & varietatẽ, ſicut patet in odis Horatij. Dicit ergo Dauid Simonides noſter, qui ſcilicet lyricè ſcripſit apud hebræos, ſicut Simonides apud Græcos, de quo dicit Iſidorus in primo Etymologi. Simonidia metra Simonides poeta lyricus compoſuit. Item in eodem: Threnos primus verſus Hieremias cõpoſuit, poſt hunc apud Græcos Simonides poeta lyricus. Item Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum prESbyterum. Ad poetas venio, Homerũ, Heſiodum, Simonidem & cæteros. Quidam dicunt Simphonides: qđ in veritate nihil eſt. Item Dauid pindarus. Iſte Pindarus Grecus fuit de quo legitur in ſexto libro Valerij Maximi, & primo prologo ſuper Iob. Itẽ Dauid noſter Alceus: de quo dicit Horatius in vltima epiſtola, vbi loqt̃ de poetis, qui mutuo ſe laudabãt: diſcedo Alcęus puncto illius, ille meo quis. Quis melius Callimacus &c. q.d. Diſcedo alcęus. i. alcęo in laude comparatus, puncto. i. iudicio illius laudatoris, & ille laudator quis diſcedit meo iudicio. i. quis diſcedit à me, niſi Callimachus qui fuit famoſus poeta. Item Dauid Flaccus noſter qui lyricè ſcripſit vt Flaccus. i. Horatius: de quo dicit Iuuenalis: Omnes vafer viriũ ridenti Flaccus amico Tangit, & admiſſus inter pręcordia ludit. Vafer vafra vafrũ dr̃ callidus, quaſi varia ferens: qui. ſ. varijs loquitur modis. Itẽ Dauid Catullus noſter & Serenus expone vt ſupra de alijs. Catullus fuit Veronenſis. vnde Ouidius in de ſine titulo in fine: Mantua Virgilio gaudet Verona Catullo. Pelignę gentis gloria dicor ego. Serenus forte à ſerenitate animi dictus eſt: qa ſerenus erat. i. clarus hilaris & tranquillus, ſicut Naſo dr̃ à magnitudine naſi. Et Ouidius quaſi ouum diuidens. Dauid inquam noſter cuius. ſ. Pſalmis vtimur: Chriſtũ lyra perſonat, id eſt laudat in carmine lyrico. vel lyra ad literam: quã tangendo decãtabat pſalmos ſuos. vnde 2. Reg. 6. c. dicitur qđ Dauid p̱cutiebat in organis armigatis. Itẽ primi Paralipome. 15. a. dixit Dauid principalibus leuitarum, vt cõſtituerent de fratribus ſuis cãtores in organis muſicorũ: Nablis videlicet & lyris, & cymbalis. Lyra dr̃ à lyrin. i. varietas vel diuerſitas, eo qđ diuerſitatẽ vocũ faciat. Et in decachordo pſalterio excitat ab inferis reſurgentẽ. i. excitandũ prædicat. Pſal. 3. b. Ego dormiui & ſoporatus ſum & exurrexi. Item alibi: Non derelinquas animã meã in inferno &c. Itẽ alibi: Eruiſti animã meã ex inferno inferiori, & in multis alijs locis. Decachordũ pſalteriũ inſtrm̃ eſt muſicũ cũ decẽ chordis, quo hebræi vſi ſunt p̱p numerum decalogi. Pſal. 143. b. in pſalterio decachordo pſallam tibi. Et dr̃ à deca, quod eſt decẽ, & chorda. Et dr̃ Nablum hebraicæ: pſalteriũ græcè: organum latine. Dr̃ autẽ Pſalteriũ à pſaltim græcè quod eſt tãgere latine: qa dum tangitur à ſuperiori reddit ſonũ, & ab illo inſtrõ dr̃ liber pſalteriũ: quia ad vocẽ illius pſalterij Dauid decãtabat Pſalmos, & hoc eſt qđ dr̃ hic, ꝙ cantando in decachordo pſalterio excitat &c. Vel dr̃ excitat: qa dr̃ in Pſal. 56. b. Exurge gloria mea. Et rñdet filius, exurgã diluculo. Quidã putãt ꝙ quia Hieronymus multũ adhęret antiquis hiſtorijs, loqt̃ hic de Dauid per ſimilitudinẽ Orphei, q vxorẽ ſuã Euridicẽ in talo à ſerpẽte vulneratã & mortuã & ad inferos iã deductã cũ cithara eſt ſecutus, vt eã ab inferis extraheret, qui illic veniẽs, tã dulciter citharizauit, ꝙ oẽs dij infernales dulcedine citharæ conuicti ei Euridicen reddiderunt. Vñ Theodolus, Euridicen monitis qui regna tenent acherontis: Cõditione graui iuſſit Proſerpina reddi. Et ſcđm hoc exponit.

G *Aratus.* *Lyrici.* *Simonides* *Ezechiel.* *Daniel.* *Pindarus.* *Horatius ſecunda epiſtola.* *Dauid.* *Iuuenalis prima ſatyra.* *Catullus.* *Ouidius in libris amorũ.* *Serenus.* H *Lyra.* *Ibid.15.c* *Ibid.85.c* *Pſalterium decachordũ.* *Orphei hiſtoria Virgil' in quarto Georg.* *Theodolus.*

f *In decachordo Pſalterio*. Cantando excitat, id eſt excitando præfigurat Chriſtum.

g *Ab inferis*. id eſt à morte. Vel ab inferis poſt ſpoliationem inferni, vbi vectes ferreos confregit. Vel excitat reſurgentem, id eſt excitandi deſiderium demonſtrat, in quo innuebat quãntum redemptionem humani generis affectabat. Iſidorus in ſexto Etymologi. ſic ait: Omnes Pſalmi apud Hebræos metrico carmine ſunt compoſiti: Nam more Romani Flacci, & Gręci Pindari, nunc alij iambo currunt, nunc alchaico p̱ſonant, nunc Saphico nitent, Trimetro vel Tetrametro pede incedẽtes, fortè p̱pter hoc

Hiero-



a Salomon pacificus & amabilis domini: mores corrigit: naturam docet: eccleſiam iungit & Chriſtum, ſanctarumq́; nuptia- b rum dulce canit epithalamiũ. c 1 Heſter in eccleſiæ thypo populum liberat de periculo: & interfecto Aman: qui interpretatur iniquitas: partes coniuij & diem d celebrem mittit in poſteros. Paralipomenon liber 1 inſtrumen e f ti veteris ἐπιτομὴ epitome: tantus g ac talis eſt: vt abſque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare: ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iuncturasq́; verborum & prętermiſſæ in regum libris tanguntur hiſtoriæ, & innumerabiles expli- h i cantur Euangelij quæſtiones. Eſdras & neemias adiutor vide- k licet & conſolator à domino: in vnum volumen coarctatur: in- l ſtaurant templum muros extruunt ciuitatis: omniſq́ue illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio ſacerdotũ, leuitarum, Iſraelis, proſelytorum, ac per ſingulas familias murorum ac turrium opera diuiſa: aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cer- m nis me ſcripturarum amore raptum, exceſſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui. Audiuimus tantum quid n noſſe, quid cupere debeamus, vt o p & nos quoque poſſimus dicere: † Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Cęterum ſocra- q ticũ illud impletur ĩ nobis. Hoc tm̃ ſcio quod neſcio. Tãgam & r nouũ breuiter teſtamẽtũ. Mat- s

A Hieronymus ponit hic Flaccum Pindarum & Alcęum.

a *Salomon pacificus & amabilis domini mores corrigit: naturam docet, eccleſiam iungit & Chriſtum, ſanctarumq́; nuptiarum dulce canit epithalamium.* Sicut dicit Iſidorus in gloſſa in principio eccleſiaſtes, tribus nominibus vocatus eſt Salomon. Primo pacificus: quia ſicut dicitur. 3. Reg. 4. c. Pacem habuit in regno ſuo ex omni parte in circuitu. Idida id eſt dilectus domini: quia ſicut 2. Reg. 12. f. Nathã vocauit nomẽ eius amabilis domino, eo quod dominus diligeret eũ. Itẽ Coeleth Hebraicè: eccleſiaſtes Grecè, concionator Latinè, quia eius ſermo non eſt ad vnum, ſed ad vniuerſos. Iuxta illa tria nomina tria compoſuit volumina. Prouerbia in quibus docet incipiẽtes vel paruulos. Eccleſiaſten, in quo docet proficientes & maturos. Canticacanticorum, quæ pertinent ad perfectos, de his plenius dicetur, cũ eorum ſpeciales prologi perſtringentur. In prouerbijs mores corrigit paruulorũ, vnde crebro loquitur ibi quaſi ad filiũ. In eccleſiaſte naturam docet, id eſt †natiuitatem quæ eſt terminus creatorũ, omnia docens breuia & caduca. vnde dicit: Vanitas vanitatum &c. In canticis canticorũ eccleſiam iungit & Chriſtum quia ibi docet eccleſiam virtutibus conſummatam, & veri ſponſi amplexibus copulatam, diligere ſolum Deum.

*Salomon.* *†alias vanitatem*

b *Epithalamium*. Dicitur cãticum quod cantatur ſuper thalamum, id eſt ſuper ſponſę & ſponſi cubiculum. Et dicitur ab epi quod eſt ſupra & thalamus. vñ Iſidor. Etym. primo. Epithalamia ſunt carmina nubentium, quæ decãtantur à ſcholaſticis in honorẽ ſponſi & ſpõſæ. hoc primo Salomon edidit in laudem Chriſti & eccleſiæ. dicit itaq;. Dulce canit epithalamium nuptiarum ſanctarum: ideſt coniunctionis Chriſti & eccleſiæ.

*Epithalamium.* *Eſdras. Neemias.* B

c *Heſter in eccleſiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman qui interpretatur iniquitas: partes conuiuij & diem celebrem mittit in poſteros*. De morte Aman legitur Heſter. ſeptimo d. Cætera quæ ſequuntur, & recitantur in nono.

d *Paralipomenõ liber inſtrumẽti veteris &c.* Sicut dicit Iſidorus in ſexto etymol. Paralipomenon Græcę dicitur quod nos prætermiſſorum vel relictorum dicere poſſumus: quia ea quæ in lege vel in Regum libris vel omiſſa vel non plene relata ſunt, in iſta ſummatim ac breuiter explicantur. Et nota quod paralipomenõ verbum gręcum eſt idem qđ prætermitto vel relinquo, & componitur à para quod eſt ſeorſum, & lipo quod eſt relinquere. Et inde paralipomenos participium paſſiuum præteriti temporis, cuius genitiuus pluralis eſt paralipomenon, id eſt pretermiſſorum vel relictorum, ſicut exponit magiſter Matthęus Vindocinenſis in tractatu de præpoſitionibus græcis. Secundum Hugu. dicitur à para quod eſt præter, & ypos quod eſt ſub & mene quod eſt defectus, quaſi prætermiſſorum ſupplens defectum: quia breuiter & ſummatim prætermiſſa comprehendit. vnde etiam dicitur:

*Paralipomenon.*

e *Epitome*. id eſt abbreuiatio veteris inſtrumenti, id eſt veteris teſtamenti, quod dicitur inſtrumentum quia inſtruit in doctrina fidei & morum. Nota quod hæc epitome epitomes, vel epitoma epitomatis, idem eſt quod abbreuiatio ſermonis, ab epi quod eſt ſupra, & tomos quod eſt ſectio vel inciſio, quaſi præſectio vel præciſio ſermonis. Hic autem ponitur abſolute pro abbreuiatione: quia breuiter colligit prætermiſſa.

*Epitome.*

f T*antus*. In ſententiarum capacitate, ac talis eſt in ſcripturarum dilucidatione.

g *Vt abſque illo ſi quis ſcientiam ſcripturarum ſibi voluerit arrogare.* i. arrogãter ſibi attribuere, ſeipſum irrideat. i. deludat & decipiat.

*Rogo.*

cipiat.

cipiat. Hic nota compoſitiones huius verbi rogo per hos verſus. Si rogat addideris con congregat, e dat, in infert. De minuit, ſub ſubſtituit, pro protrahit, inter Quærit, præ ſuperat, ab deſtruit, arq́; ſuperbit. C

h *Explicantur*. id eſt aperiuntur quaſi extra plicam ponuntur.

i *Innumerabiles quæſtiones*. ſ. de diuerſitate genealogię, vt in principio Matthęi. Cætera plana ſunt.

K *Eſdras & Neemias adiutor videlicet & cõſolator à domino, in vnum volumen artantur*. Quia primus liber Eſdræ cum verbis Neemiæ vnicus liber appellatur.

l *Inſtaurant templum muros extruunt ciuitati: omniſq́; illa turba populi redeuntis in patriam, & deſcriptio ſacerdotum, leuitarum, Iſraelis, proſelytorum, ac per ſingulas familias, murorum ac turrium opera diuiſa, aliud in cortice præferunt, aliud retinẽt in medulla*. Nota quod dicit Iſidorus in ſeptimo Etymo. Eſdras adiutor: Neemias conſolator à domino. Quędam enim pręſagio futuri nomina iſta ſortiti ſunt. Fuerunt enim in adiutorium & conſolationem omni populo redeunti ad patriam. Nam & templũ domini recędificauerunt, & murorum ac turrium opus reſtaurauerunt. Inſtaurant, id eſt reparant templum. primi Eſdræ quarto & quinto: quia intermiſſum fuit opus. Oiſq́; illa turba. &c. primi Eſdræ primo. c. Muros extruunt. tertio capitulo verborum Neemiæ vſque ad 7. & ibi ſimiliter ponit de turribus. In cortice literæ. In medulla, ſpiritualis intelligentiæ.

*Prouerb.* *Eccleſiaſtes. Canticorum.* *1. Eſdr.* *Eſdras Neemias Interpretamenta*

m *Cernis me ſcripturarum amore raptum, exceſſiſſe modum epiſtolæ, & tamen non impleſſe quod volui*. Sicut dictum eſt ſupra. Illa eſt quinta pars principalis in qua oſtendit Hieronymus difficultatem ſacræ ſcripturæ Et diuiditur in duas. In quarum prima oſtenditur eius difficultas particulariter. In ſecunda generaliter. Prima pars incipit ibi: Liber in Apocalypſi. Secunda ibi: Videlicet manifeſtiſſima eſt geneſis. Iſta diuiditur in tres partes in prima quæ vltimo expedita eſt, oſtendit veteris teſtamenti difficultatem: per libros ſingulos diſcurrendo. In ſecunda quæ hic incipit, oſtendit affectum ſuum ad ſacram ſcripturam, humiliter ſuam ignorantiam confitendo. In tertia innuit difficultatem librorum noui teſtamenti, eos breuiter perſtringendo. Et illa pars incipit ibi: Tangam & nouum teſtamentum & cætera. Iſta pars quam prę manibus habemus, ſubdiuiditur in tres partes: In quarum prima oſtendit, cur tantam in epiſtola fecerit digreſſionem, cum dicit: Cernis me ſcripturarum amore raptum &c. Quaſi dicat licèt tantam digreſſionem fecerim: nondum meo deſiderio ſatisfeci. In ſecunda oſtendit digreſſionis huius vtilitatem: cum dicit.

*Diuiſio* D *† Pſal.118.c*

n *Audiuimus tantum quid noſſe*. Quantum ad intellectum.

o *Quid cupere debeamus*. Quantum ad effectum. Et introducit autoritatem pſalmi quantum ad affectus excitationem, cum dicit.

p *Vt & nos quoque poſſimus dicere: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore*. Multum enim excitatur affectus in ſacræ ſcripturæ meditationibus. In tertia parte ne videatur quaſi iactare ſe de ſua ſcientia, humiliter ſe accuſat de ſua ignorantia, cum dicit:

q *Cæterum illud ſocraticum impletur in nobis*. id eſt me nihil ſcire. Sed quomodo potuit hoc dicere Socrates vel Hieronymus, cum eſſet falſum? Solutio: Nihil ſcit homo plene dum eſt in vita. vnde cum dicitur: Hoc tantum ſcio quod neſcio: idem eſt ac ſi dicatur: Scio quod nihil perfectè ſcio.

*Socrates quare nihil ſciuit.*

r *Tangam & nouum breu. teſt*. Diuiſio iſtius partis per ſe patet.

s *Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes*. Iſti quatuor.

*Diuiſio*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

thęus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & verú †Cherubin, quod interpretatur ſcientiæ i plenitudo: per totum corpus oculati ſunt: ſcintillæ emicant: diſcurrunt fulgura: pedes habent rectos: & in ſublime tendentes: terga pennata & vbiq; volitantia: tenent ſe mutuo, ſibiq; perplexi ſunt: & quaſi rota in rota voluuntur. & pergunt quocunq; eos flatus ſancti ſpiritus duxerit. Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias: octaua enim ad hebręos à pleriſq; extra numerum ponitur. Timothęum inſtruit ac Titum. Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: ſuper quo tacere melius puto, quàm pauca ſcribere. Actus Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam: & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum, † cuius laus eſt in Euangelio: animaduertemus pariter omnia verba illius animę languentis eſſe medicinã. Iacobus: Petrus: Ioannes: Iudas: ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas quàm ſuccinctas: & breues pariter ac longas. Breues in verbis. Longas in ſententijs: vt rarus ſit: qui non in earum lectione cæcutiat: Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis, multiplices latent intelligentiæ. †Oro te frater chariſſime, inter hæc viuere, iſta meditari, nihil aliud noſſe, nihil quærere. Nõne tibi videtur iam hic in terris regni cęleſtis habitaculum? Nolo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de induſtria ſic prolatæ ſunt, vt ruſticam concionem, eademq; ſententia aliter doctus, aliter audiret indoctus.

E a *Quadriga domini.* Quia per quatuor partes mundi portauerunt nomen domini.

b *Et verum Cherubin quod interpretatur ſcientiæ plenitudo.* Hic commendatur de plenitudine ſcientiæ. Et nota quòd Cherubin hic impropriè accipitur ſingulariter, cum ſit tantum pluralis numeri. Poſſet tamen dici cherubin: per m, quod inuenitur indeclinabile in numero ſingulari: & forte ſcriptorum vitio aliter hic ſcribitur:

†alias Cherub.

†alias Cherubim.

i Multitudo.

c *Per totum corpus oculati ſunt.* Quia declarant præterita, præſentia, & futura.

d *Scintillæ emicant.* Quia alios exemplo inflammant, & illuminant.

e *Diſcurrunt fulgura.* id eſt comminationes quibus à malo reuocant.

f *Pedes habent rectos, & in ſublime tendentes.* Pedes, ſunt amor Dei, & proximi. Recti ſunt per intentionem directam in Deum. In ſublime tendunt, per deſiderium ęternorum.

Allegorici pedes.

g *Terga pennata & vbique volitantia.* Per terga quæ ſunt partes poſteriores corporis, deſignantur exempla, quæ poſt ſe poſteris reliquerunt. Vel per terga quæ onera ſuſtentant, intelliguntur laborioſa opera: quæ propter Deum fecerunt.

h *Pennata.* Virtutibus.

i *Et vbique volitantia.* Abſque perſonarum differentia.

K *Tenent ſe mutuo ſibiq; perplexi ſunt.* Quia idem ſenſerũt, & idem dixerunt. Vnde vnus per alium exponitur.

2 Philemonem.

Euangeliſtarum concordia.

l *Et quaſi rota in rota voluuntur.* Quia ſi requiris quid Matthęus de incarnatione domini ſentiat: hoc nimirũ quod Marcus Lucas & Ioannes. Si quæras quid Ioannes de incarnatione domini ſentiat, & hoc nimirum quod Lucas, Marcus & Matthæus. Si quæras quid Mar-

F cus, hoc quod Matthæus, Lucas, & Ioannes. Si quæras quid Lucas, hoc quod Matthæus, Marcus, & Ioannes.

†2. Co 8. d Ecce rota in rota. Ecce reuolutio glorioſa.

m *Et pergunt quo ſuos eos flatus ſpiritus ſancti perduxerit.* Ferè omnia iſta ſumpta ſunt de primo cap. Ezechielis.

n *Paulus Apoſtolus ad ſeptem ſcribit eccleſias: octaua enim ad hebręos à pleriſq; extra numerum ponitur.* Horum opinio euellitur in gloſſa in principio epiſtolarum quæ dicit. Quorundam inania percutitur, dicentium epiſtolam quæ ad hæbræos ſcribitur non fuiſſe Pauli ſed Barnabæ, vel Clementis, vel Tertulliani, vel Lucæ. quos in hunc errorem occaſio duxit huiuſmodi: quia nec ſalutatio eius nomine intitulata præſcribitur: & longè facundiore, & ſplendidiore ſtilo quàm cęterę eſt edita. Quibus ſufficienter reſpõdetur hoc modo: quia ſi ideo non eſt dicenda Pauli, quia nomẽ eius in titulo non habetur: ergo nec Barnabæ nec alicuius prædictorum, cum nullius eorum nomine pręti͏tulata ſit. Nec ob id quoque Pauli non eſſe putanda eſt, quia diligentius eſt ſcripta: cum naturale ſit vnicuique, plus valere in ſua lingua quàm in peregrina, illam enim hebraicè: cæteras ſcripſit gręcè. Nomẽ verò ſuum ideo prætermittebat: quia Iudęis odioſus erat, cum legis deſtructorem arbitrantibus. Quo circa de legis atque cerimoniarum abolitione tractaturus, rectè nomen ſuum ſubticuit, ne præſcripti nominis inuidia: vtilitatem ſequentis excluderet lectionis. Eſt itaque illa Pauli ſicut & aliæ. Scripſit itaque ſeptem eccleſijs decem epiſtolas: ſcilicet ad Romanos vnam: ad Corinthios duas: ad Galatas vnam: ad Epheſios vnam: ad Philippenſes duas: ad Coloſſenſes vnam: ad Philemonem vnam: ad Teſſalonicenſes duas. Et cum his ſcripſit epiſtolam ad Hebręos.

Epiſtola ad Hebræos an Pauli.

†Cõcluſio coloſſenſibus data ad Laodicenſes.

Epiſtolæ Pauli quot.

G

Matthæus. Marcus. Lucas. Ioannes. Timothæus.

o *Timotheum inſtruit.* Cui ſcribit duas epiſtolas. Iſte Timothęus ordinatus fuit à Paulo epiſcopus Aſianus. vnde in prima epiſtola eum inſtruit de officio epiſcopali. In ſecunda monet ipſum ad diligentem executionem officij: & ad Palmam martyrij.

p *Ac Titum:* ſcilicet inſtruit, quem ordinauerat Cretenſem epiſcopum, & inſtruit eum, vt imperioſe ſuum exequatur officium.

Titus.

q *Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur.* Iſte Philemon Coloſſenſis erat nulla eccleſiaſticæ adminiſtrationis præditus dignitate: ſed erat vir laudabilis in plebe: cui familiares literas ſcribit Apoſtolus pro Oneſimo ſeruo ſuo: qui cum damno eius fugerat, ſed ab Apoſtolo, audito Euangelio, baptizatus fuerat.

Philemon.

Paulus Apoſtolus.

r *Super quo tacere melius puto: quam pauca ſcribere.* Quaſi diceret: non ſufficerem Pauli epiſtolas ad plenũ commendare.

s *Actus Apoſtolorum nudã quidem videntur ſonare hiſtoriam: naſcentis eccleſiæ infantiam texere.* id eſt tractare de exordio, & ſimplicitate incipientis eccleſiæ.

Actus Apoſtolorum.

t *Sed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe medicum cuius laus eſt in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animę languentis eſſe medicinam.* Litera plana eſt. Poſtea agit de catholicis & canonicis epiſtolis: quæ dicuntur catholicæ ſecundum Iſidorum in ſexto Etymologi. quia non vni tantum populo vel ciuitati, ſed vniuerſis gentibus generaliter ſcriptæ ſunt: ſecundum gloſſas dicuntur catholicæ: id eſt vniuerſales: à fide vniuerſalis eccleſiæ non diſcordantes. Dicuntur autem catholicæ à cata, vel catholicon græcè: quod interpretatur vniuerſale, vel commune. Vel dicuntur Canonicæ: id eſt regulares: à canon, id eſt regula. Et dicuntur ſic ad differentiam earum quas fecerunt pſeudo ſub nominibus Apoſtolorum. Vel dicuntur canonicæ: id eſt regulares: id eſt in fide & tolerantia paſſionum, plurimiſq; virtutibus eccleſiam regentes. Textus planus eſt.

Catholicæ epiſtolæ.

H

u *Iacobus: Petrus: Ioannes: Iudas: ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas quam ſuccinctas: & breues pariter & longas &c. cęcutiat.* Id eſt ignorantiæ cæcitatem ſentiat. Cęcutio cęcutis quartæ coniugationis verbum eſt: & ſignificat eſſe vel fieri cęcum: & ponitur pro inſanire. Sequitur de Apocalypſi.

Iacobus. Petrus. Ioannes. Iudas.

Cęcutio. Apocalypſis.

x *Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot verba. Parum dixi & cætera.* Apocalypſis græcè: reuelatio latine: quia multa occulta ibi reuelantur. Et componitur ab apo quod eſt re, & calypſis quod eſt velamentum: quaſi reuelamentum: vel reuelatio. Cætera plana ſunt.

y *Oro te frater chariſſime, inter hęc viuere, iſta meditari: nihil aliud noſſe, nihil quærere.* Vide diuiſionem præcedentem: Oro te frater chariſſime, inter hæc viuere &c. Vnde Eccleſiaſtici 1 d. Beatus qui in iſtis verſatur bonis: qui ponit illa in corde ſuo: ſapiens erit ſemper.

z *Nõne tibi videtur iam hic in terris regni cęleſtis habitaculum.* Quaſi diceret: per ſcripturarũ meditationẽ: manuduceris ad cõtemplandã cęleſtem habitationem. Eccleſiaſt 14. d. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & in iuſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.

a *Nolo ut offendaris in ſcipturis ſanctis: ſimplicitate, & quaſi vilitate verborum: quæ vel vitio interpretum &c.* Litera plana eſt.

a Non



Non ſum tam petulans & hebes vt hæc me noſſe pollicear: & eorum fructus carpere: quorum radices in cœlo fixæ ſunt: ſed velle fateor: † ſedenti me præfero: magiſtrum renuens, comitem ſpondeo. Petenti datur: pulſanti aperitur: quærens inuenit. Diſcamus in terris quorum nobis ſcientia perſeueret in cœlo. Obuijs te manibus excipiam: Et vt inepte aliquid ac de Hermagorę tumiditate †effutiam: quicquid quæſieris tecum ſcire conabor.

## CAP. VIII.

Habes hic amantiſſimum tui fratrem Euſebium: qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit: referens honeſtatem morum tuorum: contemptum ſeculi: fidem amicitiæ: amorem Chriſti. Nam prudentiã & eloquij venuſtatem, etiam abſque illo ipſa epiſtola præferebat. Feſtina quæſo te & hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præcide quam ſolue. Nemo renunciaturus ſeculo bene poteſt vendere quæ contempſit vt venderet. Quicquid in ſumptus de tuo tuleris, pro lucro cõputa. Antiquũ dictũ eſt: Auaro tã deeſt qđ habet quàm qđ

A a *Non ſum tam petulans &c.* Hic humiliter ſe excuſat quod quaſi ſciolus magiſterium nõ affectet: cum dicit: Non ſum tam petulans &c. Per hoc patet quod nõ eſt præſumptuoſus de ſcientia. Nota quod petulor, petularis, dicitur luxuriari vel importune petere & proprie coitum: & inde dicitur petulans luxurioſus & importune petens. hic ponitur pro importunus vel quaſi petens laudem põt etymologicari, vel quia petulai. luxurioſa animalia irrationabiliter mouentur ad coitum. Poteſt dici petulãs qui irrationabiliter mouetur ad aliquid agendum vel dicẽdum. vnde dicit: Nõ ſum tã petulãs i. tã importunus vel brutus vel petẽs laudẽ.

Petulor

b *Et hebes:* id eſt tam ineptus vel intellectu carens, & tam ſtultus vel obtuſus.

c *Vt hoc me noſſe pollicear.* Conſequenter oſtendit ſe non præſumere de vitæ eminentia cum dicit:

d *Et eorum fructus carpere.* Reſumere. Nõ ſum tam petulans & hebes: vt pollicear me poſſe carpere in terra Fructus: id eſt virtutes Eorum: ſcilicet ſanctorum virorum. Gal. 5. d. Fructus autem ſpiritus eſt charitas: gaudium: pax: patientia: lõganimitas: bonitas: benignitas: manſuetudo fides: modeſtia: cõtinẽtia: caſtitas.

e *Quorum radices.* id eſt affectiones.

f *In cœlo fixæ ſunt.* per intentionem.

g *Sed velle me fateor.* habere notitiã ſcripturarum, & imitari vitam Sãctorum. & non tantum volo: imo etiam ad hoc laboro. Vnde ſequitũ: Sed eniti me profiteor. Eniti: id eſt extra vel vltra alios niti, contra pigros qui reprehenduntur. Prouer. 21. d. Deſideria occidunt pigrũ noluerũt quicq̃ manus eius operari &c.

h *Sedenti* id eſt ocioſo. vel ſedenti ad audiendum.

i *Me præfero*: id eſt præ oculis illius fero, paratus ad conferẽdum, non ad magiſterium vſurpãdum. & hoc eſt quod

B ſequitur.

K *Magiſterium renuens* id eſt refutans.

l *Comitem ſpondeo.* Id eſt promitto. quaſi dicat, non quæro magiſterium: ſed exhibeo me tibi vt ſocium. Ponit autẽ Hieronymus multa allicitiua vt poſſit mouere Paulinum ad veniẽdum ad ipſum. Primum eſt ſtatus æqualitas: quod notatur cum dicit. Comitem ſpondeo. Secundum eſt proficiendi facultas: quod notatur cum dicit:

Allicitiua boni magiſtri.

m *Petenti datur, pulſanti aperitur.* Matthęi ſeptimo. a. Lucæ 11. b. Et Iacobi 1. a. ſcribitur: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo: qui dat omnibus affluẽter, & cætera. vnde petenti à domino, donum ſcientię datur pulſanti per meditationis exercitium: aperitur intelligentia ſcripturarum.

n *Quærens*, humiliter.

o *Inuenit*: affluẽter. Vel inuenit, in vſum venit eorũ q̃ humiliter q̃rit: Tertiũ allicitiuũ eſt ſacrę ſcripturę dignitas: vñ dicit.

p *Diſcamus in terris quorum nobis ſcientia perſeueret in cœlo.* Nec eſt contrarium illud quod dicitur primę Corint 13. c. Scientia deſtruetur: Quia hoc erit ſecundum modum & imperfectionem, ſed permanebit ſecundum ſubſtantiam. Sapientię tertio. d. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus: & quæ non concidat radix ſapientiæ. Contra illos qui amittunt tempus in vanis ſcientijs: ſemper diſcentes & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes: ſicut ſcribitur ſecundæ ad Timothæum tertio. Item Eccleſiaſtes octauo. d. Eſt homo qui diebus & noctibus ſomnum oculis non capit: intellexit quod omnium operũ Dei nullam poſſet homo inuenire rationem eorum quæ fiunt ſub ſole. Et quanto plus laborauerit ad quærendum: tanto minus inueniet. Horum ſcientia non permanebit. vnde primæ ad Corinthios primo. c. Perdam ſapientiam ſapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Quartum allicitiuũ eſt recepturi hoſpitis vrbanitas. vnde ſequitur.

An ſcientia ſit perpetua.

q *Obuijs te manibus excipiam.* Quintum eſt cooperandi voluntas: vnde ſubditur:

r *Et vt inepte aliquid ac de Hermagoræ tumiditate &c.* Ordina conſtructionem ſic: Et vt ego effutiam: id eſt dicam aliquid inepte: id eſt non apte. ac de tumiditate hermagorę: quaſi diceret: vt cum quadam præſumptione loquar.

C

s *Conabor ſcire tecum.* Id eſt quaſi ſciens reſpondere quicquid quæſieris. Hermagoras quidam fuit rhetor multum præſumptuoſus: qui multum reprehenditur in principio primæ rethoricæ, quia turpiter errauit in aſſignandis partibus controuerſiæ generalis. Sextum allicitiuum eſt amicabilis ſocietas: quod tangitur in principio octaui capituli: cum dicitur.

Hermagoras.

## CAP. VIII.

alias † ſedenti me profiteor.

t *Habes hic amantiſſimum tui fratrem Euſebium* qui erat religioſus: & multum diligebat Paulinum.

u *Qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit.* Id eſt literas a te miſſas: te commẽdando gratiores fecit: Duplicauit inquam: Referens honeſtatem morum tuorum: cõtemptum ſeculi. fidem amicitiæ: amorem Chriſti &c.

Matth. 7. a. Lucæ. 11. b.

x *Abſque illo.* Id eſt abſque illius commendatione.

y *Ipſa epiſtola præferebat:* id eſt prætendebat & manifeſtabat.

alias † effundam

z *Feſtina quæſo te &c.* Sicut dictum eſt ſupra: iſta totalis epiſtola diuiditur in tres partes: ſcilicet in partẽ ordinalem, narrationem & concluſionem. Expeditis duabus primis partibus, hic ſubditur tertia concluſio: in qua hortatur Paulinum, vt feſtinet exire de ſeculo: & inuitat ad duo, ſcilicet ad vitanda moræ pericula: & ad abijcienda mũdi retinacula. Primum notatur ſub metaphora nauiculæ: cui imminent pericula circunquaque: vnde dicit: Feſtina quæſo. Scilicet exire de ſeculo: in quo te multa circundant pericula.

Tertia pars epiſtolæ.

a *Et hærenti in ſalo nauiculæ funem magis præci. &c.* Funis cito præciditur: in ſoluẽdo mora cõtrahitur. vnde per hoc exẽplum ei innuit quod abſque mora hoc faciendum ſit. Hoc ſalum dicitur mare: & deriuatur à ſale: quia ſalſum & amarũ eſt. Vide verſus differẽtiales, in opuſculo de vocabulis bibliæ quos inuenies, vbi exponitur mare.

D

l. hærentis

b *Nemo renunciaturus.* Hic hortatur ad abijcienda mũdi retinacula. Eſt autem duplex retinaculum quod retardat ſeculo renunciaturum: ſcilicet Amor pecuniæ: & timor penuriæ. Amor pecuniæ conſideratur in tribus. In venditionis rerum retardante ſolicitudine: In contentioſa repetitione: & in alienandi voluntate. Retardantem vendendi ſolicitudinem excludit: cum dicit: Nemo renunciaturus ſeculo bene poteſt vendere. Id eſt honeſte vel ſine cupiditatis admixtione. Eccleſiaſtici vigeſimoſeptimo. a. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium emptionis & vẽditionis anguſtabitur peccatis: Nemo ergo poteſt bene vendere ea.

Retinacula mundi.

c *Quæ contempſit:* vt pro his proceſſu temporis vendendis, in ſeculo remanere velit. ſi enim remaneret, concupiſcentiæ ſignum eſſet. Ne autem Paulinus allegaret neceſſariam ſibi eſſe ſolicitudinem circa rerum venditionẽ: ſcilicet propter ſuam neceſſitatem: vel propter aliorum vtilitatem: vtrunque excludit. Quod non propter ſuam neceſſitatem oporteat eum hoc facere, oſtendit dicens:

d *Quicquid in ſumptus de tuo tuleris pro lucro computa.* Quaſi diceret: quicquid ſiue multum ſiue parum de tuo tuleris in ſumptus: id eſt propter ſumptus faciendos in via, computa pro lucro: id eſt pro magna acquiſitione: quia ſic vitabis moræ periculum, ſi iter feceris indilatum. Quod propter aliorum vtilitatem non oporteat eum hoc facere oſtendit infra vbi dicitur: Niſi tu ſemper procraſtinans & cætera. quod exponitur in loco ſuo. Quære reſiduũ diuiſionis ſupra: vbi currit in ordine ſuo: quapropter breuitate pertranſiens literam per ordinem exponere propono.

e *Antiquum dictum &c.* Tam & q̃ ponunt hic pro & quaſi diceret: nihil ei ſufficit. cum ſemper vellet plus habere. Eccl. 5. b. Auarus non implebit pecunia. & Prouer. 1. c. Alij diuidũt

propter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

propria,& ditiores ſunt:alij rapiunt non ſua: & ſemper in
E egeſtate ſunt. Tales retinet timor penuriæ,ſed non eſſet eis timendum,quia.

a *Creden*,cōſilijs diuinis de reliquendis terrenis: Totus mū dus diuitiarū eſt,cōtemptiuus ſcilicet, vel adminiſtratiuus. Vnde Lu.22.d. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt:nihil.Non eſt ergo metuenda penuria expenſarum, quia vbique habebunt neceſſaria qui reliquunt omnia propter Chriſtum.

*alias † minimis.* *† tanquam nihil.* *† victus & veſtitus diuitiæ Chriſtianorū.*

b *Infidelis &c.* Infidelis ſcilicet, qui nō credit Dei conſilijs.

c *Etiam obolo*:id eſt numis.Econtrario dicitur de credentibus. 2.Corint.6.d. Sicut egentes, multos autem locupletantes.& ibidem ſubditur:Hic.

d *Sic viuamus quaſi nihil habētes & omnia poſſidentes.* Sic patet ꝙ non timenda eſt penuria expenſarum.Et ſimiliter oſtēditur non eſſe timēda penuria victualium vel veſtiū, quia modica ſufficiūt his qui modeſte viuere volunt. Vnde dicitur hic.

e *Victus atque &c.Chriſtianorum*.i. Chriſtum ſequentium: Non dicit cibus & veſtimentum,quę ſonant ex abundātia, ſed victus & veſtitus, quæ ſonant ad ſufficientiā. 1.Tim.6 Habentes alimenta & quibus tegamur. his contēti ſimus.Et melius Matthei.6.c. Nolite ſoliciti eſſe dicentes: quid māducabibus,aut quid bibemus,aut quo operiemur?Et ſequitur Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius: & hæc oīa adijciētur vobis. Conſequēter excludit alienandi voluntatem dicens:

*† ſeipſam.*

f *Si habes in poteſtate &c.* id eſt aliena a te & expropriate.

g *Si non habes proijce*.i.quaſi vilem contēne.Nec eſt contrarium quod hic dicitur,huic quod ſupra dictū eſt: Nemo
F pōt bene vendere &c. quia ibi prohibetur vēditio retardans & impediēs, hic vero conceditur venditio indilata & expediens,de qua dicitur Matthæi. 19.c. Si vis perfectus eſſe, vade & vēde omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis theſaurum in cęlis,& veni ſequere me. Contentioſam ſuorum repetitionem excludit: cum dicit.

*Quæ venditio commendatur.*

a non habet. Credenti totus mun-
b dus diuitiarum eſt. Infidelis autē
c d etiam obolo indiget. Sic viua-
mus † quaſi nihil habētes, & om
e nia poſſidentes†. Victus atq; veſti
f tus, diuitiæ Chriſtianorum. Si ha
bes in poteſtate rem tuam, ven-
g h de: ſi non habes, proijce. Tollen-
ti tunicam & pallium relinquē-
i dū eſt. Scilicet niſi tu ſemp recra-
ſtinans, & diē de die trahēs cau-
te & pedetentim tuas poſſeſſiun-
culas vendideris,non habet Chri
ſtus vnde alat pauperes ſuos?
Totum Deo dedit qui † ſe obtu- k
lit. Apoſtoli nauem tantum & l
retia reliquerunt: Vidua duo ęra m
miſit in Gazophylacium,& pręfer- n
tur Crœſi diuitijs. Facile con- o
temnit omnia, qui ſe ſemper co-
gitat eſſe moriturum.

Finit epiſtola Hieronymi ad Paulinum.

In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, oſtēdit G ꝙ Deus non quærit noſtra,ſed nos,vnde dicit:

k *Totum Deo dedit:qui ſe obtulit.* Et propterea Deus magis acceptat affectum quàm datum: & hoc oſtendit per Apoſtolos: Viduam:& Cræſum.

l *Apoſtoli tantum nauem & retia reliquerunt.* Hoc dicit de Iacobo & Ioanne Matthæi.4.d.& Lucæ.5.c.

m *Vidua duo æra miſit.* Lucæ. 21.a. & Marci duodecimo.d.

n *Gazophylacium.* Communiter appellatur arca vel locus vbi ponitur pecunia ad ſeruādum. In Ezechiele Gazophilacia ponuntur pro exedris vel cameris.Prout hic accipitur,Gazophilacium dicitur arca deſuper foramē habens,poſita ad dexteram ingredientibus circa altare, in quam mittebatur pecunia offerentium ad Sartatecta tēpli reparanda:& ibi ſeruabatur. Et nota ꝙ gaza lingua Perſarum:dicitur pecunia,diuitiæ vel theſaur⁹.φύλαξ,Phęlaxe verbum Græcum idem eſt quod cuſtos: vnde à Gaza & phylaxe quod eſt ſeruare:dicitur gazophylaciū,quaſi gazam cuſtodiens.8.Ioannis c. ponitur pro porticu in qua gazophylaciū ſeruabatur. Vnde dicitur ibi:Hæc verba locutus eſt Ieſus in gazophylacio &c. Crœſus lydorum fuit ditiſſimus,per quem deſignāter diuites:qui mittebant munera in Gazophylaciū, quibus hæc vidua à domino eſt prælata. Quia vero ſeculum relinquētibus frequenter occurrunt inſultus tentationum: ideo contra inſultationes quaſlibet dat ſalubre remediū dicēs:

*Gazophilacium.* *2.Cor.6.b.* *Matt.5.g.* *Crœſus.*

o *Facile contemnit omnia,qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.* Sic patet expoſitio epiſtolæ ad Paulinum.

¶Finit expoſitio cuiuſdam clariſſimi viri ex ordine minorum in epiſtolam H beati Hieronymi ad Paulinum.

## *PROLOGVS Sancti Hieronymi in Pentateutichum Moyſi.*

DESIDERII mei deſideratas accepi epiſtolas:

## *Incipit expoſitio eiuſdem in prologum beati Hieronymi in Pentateuchum.*

DESIDERII mei. Iſtam Epiſtolam' ſcripſit Hieronymus Deſiderio epiſcopo familiari ſuo: qui cum rogauerat vt Pentateuchum Moyſi de Hebræo transferret in latinum. nondū enim tranſlatus erat niſi de Hebræo in Græcum,& de Græco in Latinum.Et quia tranſlationes illæ multas habebant corruptiones: tum propter falſitatem exemplarium, tum propter imperitiam tranſlatorum, Hieronymus Deſiderij precibus obtemperans,de Hebręo in latinum tranſtulit Pētateuticum: cui præpoſuit illum prologum. Nam ab eo in ſecundo libro contra Rufinum prologus appellatur. Epiſtolam autem ad Paulinum, quæ licèt in modernis Biblijs præſcribatur: nec Pentateucho præpoſuit, nec inter præfationes veritatis teſtamenti quarum omni ex parte exempla ſcribit: ſed in ſecundo libro contra Rufinum nominatur epiſtola ad Paulinum. Et nota quòd prologus,proęmium, præfatio,& argumentum idem ſignificant,ſcilicet prælocutionem in ſequens opus introductiuam. Eſt etiam tantum prologus in librum,qui.ſ.introductorius eſt in ipſum, vt eſt ille ante Apocalypſim.ſ. Omnes qui pie volunt viuere &c. & talis prologus non eſt de libro. Itē eſt prologus in libro qui eſt libri, vt eſt principiū Apoc ſ.Apocalypſis Ieſu Chriſti,quam dedit illi Deus.Et dicitur prologus à protos quod eſt primū,& logos ſermo:quaſi primus ſermo.i:pręfatio vel prælocutio.Vel dr̄ prologus quaſi p̄logus: quaſi ſermo præcedens.Proęmium dicit̄ a protos qđ eſt primū,& æmon vel ęmiū qđ eſt ſermo primus vel prima modulatio. Quòd aūt dicit̄ proęmiū quaſi pro ęmulis factū: vel quaſi proiuiū, q̄a prima via vel præcedens eſt ad librū:etymologia eſt. Præfatio.i.prælocutio,à p̄for præfaris dicit̄. Argumētū dicit̄ quaſi argute.i.callide inuentū.vnde apis argumētoſa.i. callida dr̄. Verſus: Eſt breuis argutus, eſt callidus atq; ſonorus.Argumentū habet alias ſignificationes,de quibus nihil ad p̄ſens.

*Proœmium.* *Præfatio.* *Argumentum.*

p *Deſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas.* Prologus iſte in quinque

h *Tollenti tunicam.*& inſuper: Et pallium relinquendum eſt: ſcilicet potius q̄ cum contentione repetatur. Iſtud ſumitur de Matthęi.5.f.vbi dicitur:Si quis vult tecum iudicio contēdere & tunicam tuam tollere:dimitte ei & pallium.Quibus & qualiter liceat ſua repetere,Nota per hos verſus:Expedit infirmis,licet abſq; dolo,ſine lite Prælatis licet,hoc non expedit anachoritæ. Non licet vt per eū ſint res in lite.Iſti verſus vrī ſumpti de Glo.j. ad Corinthios.6. Anachorita dicit̄ eremita: per quē viri perfecti deſignant̄. & dicit̄ ab ana qđ eſt ſurſum:& chore qđ eſt aula vel cor: & teneo tenes,quia ſcilicet debet tenere cor ſuum ad ſuperna.Vel ab ana quod eſt re,& chorus,quaſi remot⁹ à choro,i.à multitudine.Quia vero vt ſupra dictū eſt:Paulinus pōt dupliciter retardari circa venditionem rerum.ſ.propter ſuam neceſſitatē: aut propter aliorū vtilitatem. Primū excludit Hieronymus ſupra dicens:Quicquid de tuo &c. Secundū excludit hic cū dicit.

*Quibus licet ſua repetere & qualiter.*

i *Scilicet niſi tu ſemper recraſtinans: & diem de die trahens: caute & pedetentim tuas poſſeſſiunculas vendideris: Non habet Chriſtus vnde alat pauperes ſuos* quaſi dicat: Credis tu ꝙ Chriſtus non habeat vnde alat:i.nutriat pauperes ſuos, qui ſunt eius prouiſioni ſpecialiter de relicti:ſicut dicitur in Pſal.9.g. Tibi derelictus eſt pauper. Non habet inquam:Niſi tu ſcilicet recraſtinans. Id eſt de craſtino in craſtinum protelans propoſitum tuum.Et diem de die trahens: id eſt, de die in diem protrahens. Vendideris caute. Id eſt diſcrete, ne decipiaris in precio. Et pedetentim: id eſt paulatim vel progreſſiue:ne decipiaris interuallo. Poſſeſſiunculas tuas.quaſi dicat, ſtultum eſſet hoc credere. Caute per deriuationem deſcendit à Caueo caues. Pedetentim à pede & tento tentas. & tractum eſt à cæco: vel ab illo, qui in tenebris ambulat, qui paulatim viam pertentans,cauet ſibi ne pedibus oſtendat.Ne autem diceret Paulinus illud; quod ſcribitur Eccleſiaſtici. 7.a. In multi-

*Caute.* *Pedetētim.*



A quinque partes diuiditur principales. In quarū prima oſtēdit principale motiuum ad transferēdum pentateuchum: ſcilicet Deſiderij obſecrationem, cum dicit: Deſiderij mei deſideratas &c. vſq; obſecrantis. In ſecūda duplex aſſignat retractiuum.Primum operis grauitatem,cum dicit: Periculoſum opus &c.Secundū, detractorū malignitatem,ibi: Et obtrectatorum meorum latratibus &c.In tertia ſecūdariū ponit ſuæ trāſlationis motiuū, ſcilicet Origenis ſtudiū vel imitationem,ibi:Quod vt auderē Origenis me ſtudiū &c. In quarta parte ſe excuſat ꝙ non intendit damnare veteres per ſuam tranſlationē,ibi:Quid igitur dānamus veteres?Minime &c.In quinta petit deſiderij orōnē in ſubuentionē, ibi:Nūc te deprecor Deſideri chariſſime,vt qa me tantū &c. Subdiuiſiones patebūt in literæ proſecutione. In prima parte oſtēdit affectū ſuum ad primā obſecrationem, quā deſcribit tripliciter. Primo ex nomine cū pronomine affectum deſignante.Secūdo ex nominis præfiguratione. Tertio ex cōmunis vtilitatis amore. Primū notatur cum dicitur. Deſiderij mei: id eſt mei vel mihi dilecti, vel mei amici.Deſideratas accipi literas. Secundum notatur cum dicitur.

*Diuiſio*

a *Qui quodam præſagio futurorū &c.*quaſi dicat myſticum eſt ꝙ cum Daniele cōmunicat in nomine:Daniel.9.f.Daniel ab Angelo vocatus vir deſideriorum: ſicut iſte Deſiderius appellatus, quod vocabulum fuit præſagium,i. diuinatio ſiue præſciētia vel prænūciatio futurorum, vt per hoc ꝙ vocatus eſt deſiderius,ſignaret̄ deſiderabilis futuris, vel deſiderabilia poſtulaturus. Tertium notatur cum dicitur.

*Deſiderius.*

b *Vt tranſlatum in latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchum.*Pētateuchus
B ſupra exponitur in epiſtola ad Paulinum. 7. cap. In ſecunda parte notantur duo retrahentia à tranſlatione facienda. Primum eſt operis grauitas. quod notatur cum dicitur.

c *Periculoſum opus certe.*ſcilicet quia difficile eſt & arduū: vnde poſſet ibi homo deficere vel errare,& ideo dicit periculoſum. Secundū retrahens eſt detractorum malignitas quod notatur cum dicitur.

a qui quodam præſagio futuro-
rum cum Daniele ſortitus eſt no
b men: obſecrantis, vt tranſlatum
in latinam linguam de Hebræo
ſermone pentateuchum noſtro-
c rum auribus traderem. Pericu-
d loſum opus certe & obtrectato-
e rum latratibus patens, qui me
aſſerunt in ſeptuaginta interpre-
f tum ſuggillationem noua pro-
ueteribus cudere: ita ingenium
g quaſi vinum probantes,cum ego
ſæpiſſime teſtatus ſim, me pro
† vili portione in tabernaculo
Dei offerre quæ poſſim: nec h
opes alterius aliorum pauperta-
te fœdari. Quod vt auderem, Ori i
genis me ſtudium prouocauit, k
qui editioni antiquæ tranſlatio-
nem Theodotionis miſcuit:Aſte
rico & Obelo, id eſt ſtella & ve-
ru opus omne diſtinguens: dum
aut illuceſcere facit quę minus
ante fuerant, aut ſuperflua quęq;
iugulat & confodit: maxime-
quæ Euangeliſtarum & Apolo-
rum autoritas promulgauit.
In quibus multa de veteri teſta- l
mento legimus: quæ in noſtris m
codicibus non habentur: vt eſt n
illud:†Ex Ægypto vocaui filium
meum: &, quoniam Nazaræus o

id eſt quamuis mea reputatione ſit exiguum: tamen in ſa- C cra ſcriptura ad vtilitatē eccleſiæ offero quod poſſum. Vel ſecundum aliam literam. Pro virili portione:id eſt pro debita parte.Secundum leges:virilis portio dicitur quando hæreditas filij ęqualiter diuiditur,quaſi diceret virilem portionē hæreditatis expecto, pro qua ſicut poſſum in vinea patrisfamilias laborare volo.vnde Ouidius de pōto in principio ſecundi libri dicit ſic: Gaudia cęſareæ mētis pro parte virili,Sunt mea, priuati nil habet illa domus,id eſt pro magna parte:vel ſicut vnus de Romanis viris ſum. Nam in ea omnes Romani participant.

*Virilis portio.* *Ouidius ſecūdo de ponto.*

h *Nec opes alterius aliorum paupertate fœdari.* ſcilicet teſtatus ſum. quaſi dicat: Sicut oblatio diuitū non fędatur per oblationem pauperum, ſic nec per meam interpretationē fędatur tranſlatio ſeptuaginta interpretum.In tertia parte ponit ſecundum transferendi motiuum:quod eſt Origenis imitatio vel ſtudium.Vnde dicit:

i *Quod vt auderem:Origenis me ſtudium prouocauit.* ad transferendum per ſui imitationem.

*Alias † virili.*

k *Qui editioni antiquæ tranſlationem theodotionis miſcuit aſterico & obelo &c.promulgauit.*id manifeſtauit. Nam promulgare dicitur quaſi promptum.i. manifeſtum multis agere. Antiquam editionem appellat tranſlationē ſeptuaginta:quæ cęteris antiquior fuit,qui trāſtulerunt de Hebręo in Gręcum,ſicut dicit Iſidorus in 6.Etym. In opuſculo etiam de vocabulis Bibliæ:vbi exponitur interpres,inuenies quot fuerūt interpretes,& quibus temporibus interpretati ſunt.Et quia tranſlatio ſeptuaginta alicubi erat diminuta, alicubi habebat ſuperflua, Origenes miſcuit ei tranſlationem Theodotionis: adijciens ea quæ deerant, & ibi ponebat D aſtericum,i. formā aſtri per quod innuebat ꝙ per additionem iſtam illuceſcebant quæ prius deerant. Et dicitur Aſtericus ab aſtrum quod eſt ſtella & icon quod eſt imago vel ſignum. Et vbi erāt ſuperflua ponebat obelū, id eſt ſignum ſagittæ quaſi iugulantis & confodiētis falſitatem illam. Belos Gręce dicitur ſagitta.& per antepoſitionē huius literę o dicitur Obelos: quod apud latinos obelus dicitur. Et vt vtamur verbis Iſidori in j.Etymologia. Aſtericus apponitur in his quæ omiſſa ſunt:vt illuceſcant per eam notam, quæ deeſſe vidētur. Stella enim aſter dicitur Græco nomine vel ſermone: à quo Aſtericus eſt deriuatus. Obelus eſt virgula iacens: quæ apponitur verbis vel ſententijs ſuperflue iteratis, ſiue in his locis vbi lectio aliqua falſitate notatur: vt quaſi ſagitta iugulet ſuperuacua, atque falſa confodiat. Sagitta enim Græce obelus dicitur. Sic igitur iſtæ duæ notæ diſtinguebant totum opus. Aut tollendo ſuperflua cum Obelo. Aut ſupplendo diminuta cum Aſterico. Et maxime quæ Apoſtolorum & Euangeliſtarum autoritatibus pretermiſſa patebāt. Litera plana eſt.Iſta pars diuiditur in quattuor. In quarum prima quæ iam expedita eſt oſtēditur correctio ab Origine facta.In ſecunda oſtēditur neceſſaria: quia trāſlatio illa erat diminuta,ibi:

*Tranſlatio 70.* *Aſtericus.* *† Oſeę 11.* *Obelus.* *Diuiſio*

d *Et obtrectatorum latratibus patens.*Canibus comparat detractores cum dicit,latratibus, qui contra quemlibet ignotum quantuncunq; bonum oblatrant,dentibus lacerant.Similiter detractores irrationabiliter bene dicta deprauant,&detrahendo lacerant,quę ignorant.Et notatur hic triplex eorum malignitas, quia aut bene dictis oblatrant, ſicut iam dictum eſt, aut autoris peruerſam intentionem affirmant, quod notatur cum dicitur.

*Latratus obtrectatorū.*

e *Qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretum ſuggillationem.*Suggillatio ponitur hic pro condemnatione. Et dicitur à ſugillo, las.quod eſt condemnare,ſtrāgulare,ſuggerere,ſub gula capere.Cudere:id eſt facere.Cudo.is cre.dicitur fabricare,ferire, polire & ſculpere. Tertio notatur eorū malignitas:ꝙ veteres modernis magis ingenioſos æſtimant, & præponēdos iudicant: vnde & veteres tranſlationes plus quàm modernas approbant.quod notatur cum dicitur:

*Suggillare.* *Cudere.*

f *Ita ingenium quaſi vinum probantes.* Sicut enim vetus vinum melius eſt nouo:ſic dicūt ipſi, veteres ſubtilioribus ingenijs floruiſſe,quàm modernos, & veteres tranſlationes modernis eſſe meliores.Cum tamen dicat Priſcianus in principio maioris voluminis:Cuius autores quāto iuniores ſunt,tanto perſpicaciores & ingenijs floruiſſe: & valuiſſe diligētia, omni iudicio confirmantur eruditiſſimorum. Vel probantes ingenium modernorum plenum ſpuma ſuperbiæ,ſicut nouū vinum ſpumat,& eijcit quod habet immunditiæ.q.d. dicunt me & alios modernos ſuperbos eſſe: & quicquid facimus ex præſumptione procedere,& dicūt id eſſe præſumptuoſum & loquacitate plenum:ſicut nouum viuum inflatur,& magnum facit tumultum. contra quos oſtendit humilitatem ſuam & intentionis puritatem dicens.

*Priſcianus in prologo.*

g *Cum ergo ſæpiſſime teſtatus ſim:me pro vili portione in tabernaculo: Dei &c.* In tabernaculo: id eſt in eccleſia. Pro vili portione id eſt

l *In quibus*:ſcilicet Apoſtolis & Euangeliſtis.

m *Multa de veteri teſtamento legimus*: i. in tranſlatione ſeptuaginta quæ in noſtris codicibus non habentur.

n *Vt eſt illud:Ex Aegypto vocaui filium meum.*Oſeę 11.a.Et Matthęi.2.c.Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi dicit. quòd hæc eſt litera ſecundum Hebraicam veritatem.Quia puer Iſrael & dilexi eum: Ex Aegypto vocaui filium meū.Pro quo ſeptuaginta tranſtulerunt:Quia paruulus eſt Iſrael, & ego dilexi eum. & ex Aegypto vocaui filios ſuos.

o *Et quoniam Nazaræus vocabitur.* Oſeę 11.a. Et Matthæi.2.c. Hieronymus in eadē epiſtola id qđ in Euāgeliſta ſcribit̄: Et veniens habitauit in ciuitate quæ dr̄ Nazareth, vt impleret̄ quod dictum eſt per Prophetā,quia Nazaræus vocabit̄. Reſpōdeant rogo Dedali & faſtidioſi & ęſtimatores oīum tractatorum & vbi legerint dicant. Nā in eo loco vbi nos legimus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Eſa.11.a. mus atque tranſtulimus: Exiet virga de radice Ieſſe, & flos E de radice eius aſcendet. In Hebræo iuxta linguæ illius idioma ita ſcriptum eſt, Exiet virga de radice Ieſſe, & Nazarę̨us de radice eius creſcet.

a *Et videbunt in quem compunxerũt.* Zacharię.12.c. Ioãnis.19.b. & Apo.1.h. In modernis Biblijs literæ †Zachariæ.11.c. Zachariæ eſt, Aſpicient ad me quem confixerunt. Litera Euangelij. Viderunt in quẽ tranſfixerũt. Litera Apocalypſis: Videbit eũ omnis populus, & qui eum pupugerũt. Sed Hieronymus ſupra dicta epiſtola ſic ait: Veniamus ad Zachariæ teſtimonium, quod 1 aſcenderunt. Ioannes Euangeliſta ſumit iuxta Hebraicam veritatem: Viderũt in quem compunxerũt. Pro quo tranſlatio ſeptuaginta in latinum verſa habet: Et aſpicient ad me pro his, quæ illuſerũt ſiue inſultauerunt.

b *Et flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ.* Io.7.f. Quidã dicunt ꝙ Prouer.5.c. vbi nos habemus: Deriuentur fontes tui foras, Hebræi habent. Flumina de vẽtre eius &c. Et hoc bene videtur, quia hæc autoritas eſt ibi interlinearis.

c *Et quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit.* Eſa.64.b. Et 1. Corin.2.b. Secundum Hieronymũ in ſupradicta epiſtola, litera Apoſtoli eſt: Quod oculus non vidit, nec auris au- 2 hiberas. diuit, nec in cor hominis aſcenderũt: 3 autenticis. quę preparauit Deus his qui diligunt illum. In Eſaia autẽ iuxta Hebraicam veritatem legitur: A ſeculo non audierunt, neq; auribus perceperunt: oculus non vidit Deus abſq; te: quæ præparaſti expectãtibus te. Hic ſeptuaginta multo aliter tranſtulerunt. A ſeculo nõ audiuimus, neq; oculi noſtri viderũt Deus abſq; te opera vera, & facies expectantibus te miſericordiã. In- F telligimus vnde ſumptum ſit teſtimoniũ: & Apoſtolus nõ verbum expreſſit è verbo, ſed periphraſticos eũdem ſenſum alijs ſermonibus indicauit.

d *Et multa alia* ſcilicet non habẽtur in noſtris codicibus: ſed ſeptuaginta.

e *Quæ proprium ſyntagma deſiderant.* Syntagma Græcum eſt, & ſecundũ Hug. ſyntagma. idem eſt quod dogma. Alij dicunt ꝙ taſſo verbum Græcum eſt idem quod ordino & inde taſſus, vel hic taxus, & hoc tagma idem eſt quod ordo vel or- 4 autor. dinatio. Vnde ex ſyn præpoſitione & tagma componitur ſyntagma, & idẽ eſt quod coordinatio. & certe in præ- 5 ariſtęus. dicta epiſtola ad Pammachiũ multa talia inuenies coordinata. In tertia parte tertiæ partis principalis oſtenditur vnde ea quæ Origenes addidit ſint aſſumpta, & quid mali accidit ex horum ignorantia ibi:

f *Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint. & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee. 11.a. Secundum in Eſaia. 11.a. Tertium in Zacharia. 12.c. Quartum in Prouerbijs. 5.c. vel. x.b. Quintum æque in Eſaia. 64.b.*

Apocryphus. g *Quod multi igno. Apocryphorum.* Apocryphus.a.um. dicitur ſecretus & occultus. Et dicitur ab apos quod eſt de, & Criſis quod eſt ſecretũ, quaſi de numero ſecretorum: Vel dicitꝰ ab apo quod eſt longe, & criſis quod eſt iudicium: quaſi lõge à iudicio, quia nõ poteſt de eo haberi certum iudicium. Apocryphum proprie dicitur ſcriptum cuius autor & veritas ignoratur: & licèt multa vera contineat, vitatur tamen Delyramentum. propter falſa quę intermiſcentur. Delitamentum dicitur fatuitas: dementia: diſcordia: vel deuiatio à rectitudine, & ita accipitur hic. Vide vbi exponitur Delyramẽtum in opuſcu- Iberis. lo de vocabulis Bibliæ. Iberis fluuius eſt, à quo Hiſpania Ibe- Iberæ neniæ. ria nominatur. Et inde Iberus.ra.rum. Gentile nomẽ. Vnde Nenia. Iberas Nenias dicit fabulas ab Hiſpanis inuentas: vel apud Hiſpanos vulgatas. Hęc Nenia. huius neniæ. dicitꝰ cantilena quæ fit ſuper mortuũ vel ſuper cunas puerorũ: & eſt nomẽ Onomatopę̨ion, i. fictitiũ à ſono, quia imponitur à ſono. ſ. ne ne. Item neniæ dicuntur fabulæ viles: & ſic accipitur hic. Et ſic oſtendit ꝙ per ignorantiã ſequũtur fabulas & errores. In quarta particula huius tertiæ partis principalis dicit quòd non

a vocabitur: † videbunt in quem b cõpunxerunt: & flumina de ven- c tre eius fluent aquæ viuæ: & quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis 1 aſcendit d quæ præparauit Deus diligenti- e bus ſe: & multa alia quæ propriũ f σύνταγμα ſyntagma deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint: & cum dicere nõ potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee. Secundũ in Eſaia. Tertiũ in Zacharia. Quartum in Prouerbijs. Quintum æque in Eſaia. g Quod multi ignorantes, apocryphorum delyramenta ſectantur: & 2 Iberas venias libris 3 autenticis præferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iu- h dæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio, ne Prolemę̨us vnius Dei cultor etiam apud Hebrę̨os duplicem diuinitatem deprehẽderet. Quod maxime idcirco faciebant: quia in Platonis dogma cadere videbatur. Deniq; vbicunq; i ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de patre & filio & ſpirituſancto, aut aliter interpretati ſunt: aut omnino tacuerunt, vt & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis k primus 4 autor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit: quibus diuiſi eadem ſcriptitarint: cũ 5 Ariſtæus eiuſdẽ l

ꝙ non intẽdit ponere errorum rõnem, ſed ſufficit ei Iudę̨orum recitare opinionem. vnde dicit. G

h *Cauſas erroris non eſt &c.* Sic excuſant Iudæi ſeptuaginta, ꝙ vbicunq; veritas Hebraica facit mentionem de Patre & Filio & ſpirituſancto, aut de induſtria tacuerũt, aut aliter om- Septuaginta excuſant Iudæi. nia interpretati ſunt, ſ. propter Ptolemę̨ũ cognomento Philadelphũ, regẽ Aegypti vnius Dei cultorẽ, qui nondũ potuit capere myſterium Trinitatis, & pręcipue ne hoc magis Platonicum ꝙ theologicũ videretꝰ. Plato enim locutus eſt de Noy & Thugathon & anima mundi, & vt quidã dicũt Noy appellauit patrẽ, Thugathon vero primũ intellectũ, i. filiũ: animã mundi ſpiritum ſanctũ, qui replet orbem terrarũ. Sed melius eſt vt dicatꝰ anima mũdi quædã vis regeneratiua, etiã inter cauſata alias † in creatura, ſed nõ ſpiri- alias † increata. tuſſancti, quia in hoc tertio ſigno defecerũt phililoſophi per rõnes naturales. & ſi concedatꝰ eſſe ſpirituſſanctus, tñ intelligendũ eſt, ꝙ nõ intellexit ibi Plato vnitatẽ eſſentiæ: Vnde quia tres Deos in diuerſitate eſſentię ponere videbatur, & qꝛ Ptolomæus erat vnius Dei cultor, ideo timebant hoc ſeptuaginta, ne ꝗ ſic cadere videretꝰ in dogma Platonis ponentis tres Deos, hoc etiã ita eſſe crederet apud Hebrę̨os, ſicut patet ex verbis Hieronymi, hic, & ex verbis Auguſtini ſuper epiſtola ad Colloſſenſes. Nunꝗ per illa verba intellexit Plato diſtinctionẽ perſonarũ in Trinitate. Videtꝰ tamen in epiſtola Ptolemæus Philadelphus. ad Paulinum ſentire contrarium, ſed ſibi ſoluitꝰ cõtrarietas. Iſte Ptolomæus de quo fit hic mentio: fuit ille vir ſtudioſus, & librorũ cupidus, qui ad petitionẽ Ariſtæi de quo hic fit mẽtio: libertati reſtituit plus ꝙ centũ milia Iudæorum, qui ſeruierant in regno ſuo, H dans dñis eorum pro vnoquoq; capite cẽtũuiginti drachmas argẽti. Et ſignificauit Eleazaro ſummo põtifici, ꝙ gentẽ ſuam ſic reſtituerat libertati, rogãs enim ꝙ mitteret ei viros ſeniores: qui Bibliothecam de Hebræo in Græcum ei ſcirent interpretari. Tunc Eleazarus de vnaquaque tribu elegit ſex ſeniores legem ſciẽtes, & miſit ei. Hi ſunt ſeptuaginta interpretes: ꝗ 70. interpretes. licet ſeptuagintaduo fuerint, tamen more ſacræ ſcripturæ ſeptuaginta dicuntur, quæ modicum numerũ ſi ſupra aliquam ſummam ſuperexcreſcit ſępe ſubticet. De his inuenies diffuſius in Ioſepho libro 12. capitulo 2. a quo accepit magiſter in Hiſtorijs, & de his ſubditur hic.

i *Denique vbicunque ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de Patre & Filio et ſpirituſancto &c.* Iſtud iam ſupra eſt expoſitum, quia vero de hoc fecerat mentionem, incidenter oſtẽdit ꝙ Lxx. nõ ſingulatim in ſingulis cellulis interpretati ſunt, ſed in vna Baſilica pariter contulerunt. Et in oſtenſione huius ſatis immoratur. Vnde dicit.

k *Et neſcio quis &c. ſcriptitarint*, vel ſcriptitarent, melior litera.

l *Cũ Ariſtæus.* Auguſtinus in ſecũdo libro de doctrina Chri- Vbi tranſlatio.70. facta. ſtiana. Non videtur mendaciũ ꝙ Hieronymus reputat pro mẽdacio. Sed forte opinio Hieronymi præualet, nõ eſt eñ in ſuo teſtimonio ſingularis. Dicit enim Ioſephus in libro 2. loquens de iſtis ſeptuaginta: ꝙ Demetrius cõſiliũ fecit in domo prope littus ſtãte, & apta a ſecretis ad cogitationem negotiorum, vbi eos producens, petebat oĩa quibus opus habebant ad legis interpretationẽ. Cumq; laborioſe tantã interpretationem facerẽt vſq; ad horam nonam in hoc ſedentes: ad curam corporis vertebantur. Mane autem ad eũdem locũ redibãt, & ita legis interpretationi vacabant. Ita tranſcripta lege & opere interpretationis ad effectũ, poſt ſeptuagintaduos dies tranſactos congregans Demetrius Iudæos oẽs ad locũ, in quo leges tranſlatæ fuerant, præſentibus interpretibus legit eas &c. Vnde & Hieronymus dicit eos in vna Baſilica contuliſſe. Baſilica eñ domus regia dicitur à Baſileos quod eſt Rex vel Imperator. Ariſtæus autem Baſilica. Ariſtæus. de quo fit hic mentio, ſicut dicitꝰ in duodecimo lib. Ioſephi amicus



A amicus regis neceſſarius fuit. Vnde dicitꝰ Hyperaſpiſtes Grę- Hyperaſpiſtes. ce quod eſt protector latine: & cõponitur ab hyper prepoſitione Græca, & aſpiſtes. Spizo enim verbũ Græcũ eſt: idẽ eſt quod extẽdo, inde aſpizo, quod eſt in circularem formã Aſpis. voluo. Vnde dicitur aſpicis ſerpens, qui in modũ circularis ſcuti ſe gyrat. Et ſimiliter aſpis ſignificat ſcutum circulare: vnde aſpizo idẽ eſt quod ſcuto protego, & inde cõpo- † non nitur hyperaſpizo & hyperaſpiſtes. Et iſte Ariſtę̨us erat vnus de cuſtodibus corporis regis, de quo Ptolemæus loquens, Eleazaro Principi ſacerdotum dicit in 12. libro Ioſephi. Trãſmiſi qui deberent vobiſcũ de his diſputare Andream primatem, mei corporis cuſtodem & Ariſtæum mihi dilectiſſimos. Dicit ergo Hieronymus ꝙ Ariſtæus ptolemei hyperaſpiſtes id eſt ꝓtector, qui eiuſdem Ptolemæi facta fideliter expoſuit, & Ioſephus qui multo poſt tempore geſta illius deſcripſit, non tacuiſſent: ſi diuiſi per cellulas, ſine mutua collatione, eadem ſcripſiſſent. Si enim hoc modo, indifferentia dixiſſent, vates potius & prophetæ quàm interpretes dicendi eſſent, quod non conuenit.

a *Aliud eſt enim vatem:* id eſt prophetã.

b *Aliud eſt interpretem*, quod patet.

c *Ibi ſpiritus ventura prædicit* ſcilicet quãdo quis vaticinatur vel prophetat.

d *Hic*, ſcilicet interpretatione.

e *Eruditio &c.* Quaſi dicat, aliud eſt ꝓpheta, aliud interpres.

f *Niſi forte*, aliquis incipiẽs velit aſtruere idem eſſe vatẽ & interpretẽ. Quod ſi conceſſum fuerit hoc ridiculum: ſequitur ꝙ Tullius qui quoſdam rhetoricos libros de Græco in latinum trãſtulit, rhetorico afflatus ſpiritu eos trãſtuliſſe dicatur: Et hoc eſt quod dicit: B Niſi forte putãdus &c. Hos libros traſtulit Tullius de Græco in latinum: ſci- Tullius quos traſtulit libros. licet Oeconomicum xenophontis: id eſt diſpẽſatorium. Oeconomus enim idem eſt quod diſpenſator. Secũdum Græcam ſcripturam nõ ſcribitur Economus per e: ſed oyconomicus per oy diphtongon. Et deriuatur ab oycos, i. domus: quia diſpenſat, id eſt ordinat domum: id eſt propriam familiã. Vel dicitur ab echo, quod eſt redditiuus ſonus aeris vel vallium: vel rupium, vel montium: quia ad ſonum & ad vocem eius tota familia debet ordinari. æconomicõ. Dicitur ergo æconomicum xenophõtis liber quem xenophon compoſuit de officio diſpẽſatoris. Iſte xenophon diſcipulus fuit Socratis: vir magnæ facundiæ, ſicut patet in 5. libro Valerij maximi. Et Platonis Pythagoram: id eſt librum quem Plato compoſuit Py- Pytagoras. thagoræ nomine intitulatum, ſicut dicitur Timæus Platonis: Plato enim ſolebat libros ſuos intitulare à nominibus diſcipulorum ſuorum: vel eorum quos introducebat loquentes. Et demoſthenis pro ctesiphonte id eſt orationem quam Demoſthenes quidam rhetor compoſuit pro defenſione cteſiphontis contra Aeſchinem. Iſtam hiſtoriam quære ſupra in Epiſtola ad Paulinum 2 capitulo. Quidam dicunt Procteſiphonte eſſe vnam dictionem, ſed errant: ſicut patet inſpicientibus Hiſtoriam. Dicatur ergo verius pro cteſiphonte, vt ſint duæ dictiones, ſicut cũ dicitur: Cicero ꝓ Deiotharo, pro deiotharo diuiſæ ſunt dictiones. Dicamus ergo demoſthenis pro cteſiphõte, ſubintelligentes librũ pro cauſis cteſiphõtis, ſicut dicitꝰ Tullius pro deiotharo, i. ꝓ cauſa deiothari regis: Cætera plana ſunt. Sic igitur ſi ſeptuaginta interpretes, vates, vel Prophetas dicimus ꝙ interpretes fuerũt: neceſſe eſt vt Tulliũ quoq; vatem & prophetam dicamus: quia interpres fuit.

g *Aut etiam aliud inconueniens ſequitur.* Si eos ſpirituſancto locutos aſſerimus: ſ. eundẽ Spiritumſanctũ aliter per iſtos: Aliter per Apoſtolos fuiſſe locutũ, ſibiq; contrariũ, per quẽ videlicet

ptolemę̨i ὑπερασπιστὴς hyperaſpiſtes: † multo poſt tempore Ioſephus nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica congregatos, contuliſſe a ſcribant: non prophetaſſe. Aliud b eſt enim 1 vatem: aliud eſſe inter- c d pretem. Ibi ſpiritus ventura præ- e dicit: hic eruditio & verborũ co- f pia ea quę intelligit transfert. Niſi forte putandus eſt Tullius œconomicum Xenophõtis: & Platonis† Pythagoram: & Demoſthenis pro Cteſiphonte afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut ali- g ter de eiſdem libris per ſeptuaginta interpretes: aliter per Apoſtolos ſpirituſſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt: hi h ſcriptum eſſe mentiti ſunt. Quid i k igitur? Damnamus veteres? Minime: Sed poſt priorum ſtudia in domo domini quod poſſumus laboramus. Illi interpretati ſunt l ante aduentum Chriſti: & quod neſciebant, dubijs protulere ſententijs: nos 2 poſt paſſionem & reſurrectionem eius: non tam prophetiam ꝗ hiſtoriam ſcribimus. Aliter enim audita: aliter viſa nar- m rantur. Quod melius intelligi- n mus: melius & proferimus. Au- o di igitur æmule: obtrectator au- p ſculta. Non damno, non reprehẽdo ſeptuaginta: ſed confidenter q cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſo- r nat: † quos ante prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos le- s t go: in quibus vltimum penè 3 locum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperito- u rum animos contra me cõcitas? x y Sicubi tibi in tranſlatione videar errare, interroga Hebræos: diuerſarum vrbium magiſtros conſu- z

cet aliter ſcriptũ eſſe falſo teſtati ſunt, qđ illi omnino tacuerunt. Hoc eſt illud inconueniens, quod tangitur cũ dicitur: Aut aliter &c. texuit. id eſt ordinauit ſpirituſſanctus. C

h *Vt quod illi &c.* Litera plana eſt. Sic oſtẽdit ſeptuaginta interpretes nõ diuino, ſed humano ſpũ fuiſſe locutos: Sequitꝰ.

i *Quid igitur.* Hic incipit quarta pars Diuiſio. principalis, in qua ponit ſuam excuſationem, ꝙ non ad aſpernationem veterum nouam faciat tranſlationem. Et facit hic tria. Primo ſuam innocentiam indicat cum dicit. Quid igitur ſ. intẽdo nouam tranſlationẽ faciendo.

K *Damnamus veteres &c.* Arrogantiam deuitat: vel ſignanter dicit quod poſ- 1 eſſe vatẽ. ſumus: quaſi diceret, plenius nobis liquet veritas, & ideo licentior datur transferendi facultas: & hoc eſt quod ſequitur.

l *Illi interpretati ſunt &c.* Nõ ſcribimus prophetiam, quę eſt futurorum prę̨latio, ſed hiſtoriam quæ eſt rei geſtę narratio: Vnde dicitur ab hiſtoria, quod eſt videre, quia apud veteres nullus †alias, pythagoram. ſcribebat hiſtoriam niſi is qui ſcribendis interfuiſſet, & ea vidiſſet: & huic expoſitioni hiſtorię alludit litera ſequẽs.

m *Aliter enim audita: Aliter viſa narrantur:* id eſt magis certitudinaliter, & magis ſecundum ordinem hiſtoriæ narrantur viſa quàm audita: Et certe.

n *Quod melius &c.* & melius transferre poſſumus. Secũdo, Apoſtolis autoribus: obtrectatores confutat, ibi:

o *Audi igitur æmule: &c.* Auſcultare di- auſcultare. cit quaſi aures ſono calcare: vel quaſi auribus ſonos celare, & eſt compoſitio vel etymologia: Nec eſt diphtongus in prima ſyllaba, ſicut quidam ponunt habentes reſpectum ad componentia: non attendentes ꝙ obedio, licet componatur ab ob & audio, cauſa Euphoniæ mutat au in e. Et ſimili- 2 vero poſt D ter cauſa Euphoniæ dicimus auſcultare, non aſcultare. Audi itaque quod aſcultare. ſequitur.

p *Non damno &c.* ſcilicet ex toto, ſed in quibus, teſtibus Apoſtolis, diminutos conuinco.

q *Sed confidenter cunctis illis &c.* Licèt enim Apoſtoli ſint pauciores numero, eorum tamen teſtimonia prę̨ferenda decerno: Nec mirum quia.

r *Per iſtorum os &c.* Hoc chariſma: atis. dicitur gratia vel donum gratiæ. Et dicitur à charis Græcè, quod eſt gratia latinè. Vnde ſpiritualia chariſmata appellat Hieronymꝰ diuiſiones ſiue do- † 1. Corin. 12.d. na gratiæ. de quibus ait Apoſtolus primæ Corinthiorum, duodecimo.

s *In quibus vltimum &c.* Pene, id eſt pe- 3 gradum. nitus, vltimum enim locum tenent. ſicut patet inſpicienti textum primæ Corinthiorũ duodecimo. d. Dicit tamẽ penè, quod eſt comparatiuum, ad innuendum, ꝙ nõ ex toto prout poſſet accuſat tranſlationem ſeptuaginta interpretum. Tertio infallibilẽ ſuæ tranſlationis veritatem probat ibi.

t *Quid liuore torqueris.* Liuor dicitur in- Liuor uidia vel nigredo, quæ remanet ex percuſſione. Et dicitur à liueo es. quod eſt inuidere, vel liuidum: id eſt nigrum ex percuſſione fieri. Torqueo es. torſum vel tortum, dicitur Torqueo. cruciare, flectere, emittere, vel iaculari. In prima ſignificatione hic ponitur. Dicit ergo: O æmule quid liuore torqueris? id eſt cur inuides meę tranſlationi, cuius non potes contradicere veritati?

u *Quid imperitorum animos contra me concitas?* Cum ſcilicet ſit irrefragabilis veritas: quod oſtendit cum dicit.

x *Sic vbi.* id eſt ſi alicubi, aduerbium loci.

y *Tibi in tranſlatione videor errare: interroga Hebræos.* Si eſt ita vt dico, & non ſolum in vna ciuitate.

z *Diuerſarum vrbium magiſtros conſule.* id eſt peritos in lege, & quid lucraberis ex hoc, quia tunc ſenties mecum, quia.

a Quod

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ª le. Quod illi habent de Chriſto: ᵇ tui codices nõ habẽt. Aliud eſt, ſi ᶜ cõtra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia probauerunt: ᵈ & emẽdatiora ſunt exẽplaria latina q̃ Gręca: & Gręca q̃ [1] Hebræa. Verũ hæc contra inuidos. ᵍ Nunc te [2] precor Deſideri chariſſime: ʰ vt quia tãtum opus me ſubire feciſti, & à Geneſi exordium capere: orationibus iuues: quò poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in latinum eos transferre ſermonem.

Finit præfatio.

E a *Quod illi:* ſcilicet Hebræi habent de Chriſto.

b *Tui codices:* ſcilicet ſeptuaginta non habent. & ſic patet ꝙ noſtra tranſlatio eſt veracior & completior: Sed forte aliter excuſabis, dicens ꝙ illa teſtimonia non fuerunt ab initio in Hebraica veritate, ſed ſunt ab Hebræis ſuperaddita: poſtq̃ falſo ab Apoſtolis ſunt aſſumpta, & ſic latina, exẽplaria veraciora ſunt, quàm Græca: Græca quàm Hebraica, & hoc eſt quod dicitur hic.

c *Aliud.* excuſationis genus eſt, ſcilicet ſi dixeris quod Hebræi probauerint teſtimonia prædicta.

e *Ab apoſtolis &c.* i. falſo cõtra Hebręos aſſumpta, & cõtra vſũ veritatis rapta:

d *Poſtea.* ſcilicet poſtquã ſeptuaginta editionẽ ſuam fecerunt, & tamen ea libris ſuis poſtmodum addiderunt.

*1 Hebraica.*

f *Et emendatiora ſunt exemplaria latina.* Sed iſta excuſatio nihil habet probabilitatis, Apoſtolorũ enim cura fuit falſa deſtruere. Vnde falſa teſtimonia nullatenus aſſumpſerũt: propterea nõ veriſimile eſt ꝙ Hebręi libris ſuis ſuperaddiderint, quæ ſibi cõtraria cognouerũt: quin potius negarent ſi poſſent. Demum quicquid veritatis & latina & Gręca exemplaria habẽt, de fonte Hebraicæ veritatis exhauſerunt.

*2 deprecor.*

G g *Verum hæc contra inuidos.* ſ. diximus quibus per omnia cõtraria ſentimus, qui meam tranſlationem volunt reprehendere, quia immediate ſumpta eſt ab Hebraica veritate tanquam à puro fonte.

h *Nunc te precor.* Hæc eſt vltima pars principalis iſtius præfationis, in qua facit tria. Primo enim orationum ſuffragia implorat cũ dicit. Nunc te precor Deſideri chariſſime, vt me orationibus iuues. Secundo aſſignat rationem, cur orare debeat. Cum dicit. Quia me tantũ opus ſubire feciſti: & à Geneſi exordium capere. Tertio finẽ orationis inſinuat: ſcilicet vt pẽtateuchum fideliter transferat. Vnde dicit: Quo poſſim eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri, in latinum eos transferre ſermonem. *Diuiſio.*

¶ Expoſitio in prefationem Pentateuchi fratris Britonis de ordine Poſtillatoris finit, ad quẽ in principio operis ſui in præfatione, quæ incipit: Vidi in dextra, ſuper quorũdam prologorum elucidatione, tãquam per eundem ſufficienter expoſitus: poſtillator (vt patuit) ſeſe exonerando remiſit.

# PROTHEMATA GLOSSÆ ORDINARIÆ.

CVM omnes diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorũ intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & ſanitate catholicæ fidei muniuntur: potiſſimũ id deligamus quod certum apparuerit, eum ſenſiſſe, quẽ legimus. Si autem hoc latet, id certè, quod circunſtantia ſcripturæ nõ impedit, & cum ſana fide concordat. Si autem ſcripturæ circunſtantia tractari, & diſcuti non põt, ſaltẽ id ſolũ, quod fides exigit ſana, vel pręſcribit. Aliud eſt enim, quid potiſſimũ ſcriptor ſenſerit, non dignoſcere: aliud à pietatis regula errare. Si vtrumque vitetur, perfectè ſe habet fructus legentis. Si verò vtrumque vitari non poteſt, etiam ſi voluntas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei congruam nõ inutile eſt eruiſſe F ſententiam. Auguſti. In rebus obſcuris, atq; à noſtris oculis remotiſſimis, ſi qua in ſcriptura etiam diuina legimus, quæ poſſunt ſalua fide alijs parere ſententijs, in nullam earũ nos præcipiti affirmatione ita projeciamus: vt, ſi fortè diligẽtius exquiſita veritas eam labefactauerit, corruamus. Non pro ſententia diuinarum ſcripturarum, ſed pro noſtra dimicantes, ita vt eam velimus ſcripturarum eſſe, quæ noſtra eſt, cũ potius eam, quæ ſcripturarũ eſt, noſtrã eſſe velle debeamus. *In rebus obſcuris nõ eſt facile eligere vnã, aut certam partem, cui ſit habenda fides.*

Notandum, ꝙ hæc ſcriptura ita allegoricis verbis texitur, vt allegoricum ſenſum contineat: & hiſtoricam fidem rerũ geſtarum nõ amittat. Dicitur autem Geneſis à ſuo principio, ſecundum morem Hebręorũ, qui ex principijs maximè nomina libris imponunt: ſicut Matthæus euangelicam ſuã hiſtoriam librum generationis appellat. Cum multa vtraque ſcriptura in ſequentibus contineat, in quibus nulla generationis mentio fiat. Introducit quippe hęc hiſtoria primum hominem futuri formam, vt pote de terra virgine conditũ, per quem generandi terreni erãt in vitam tranſitoriam: ſicut Euangelium ſecũdum nouũ hominem inducit de matre virgine genitum, qui filios generaret in vitam ęternam. In hac ergo ſcriptura figuræ ſunt futurorum. In euangelio verò manifeſtatio completorum. Liber iſte more Hebræorum à principio Geneſis appellatur, quia in eo de cœli, & terræ generatione agitur, licèt alia multa ſequantur: ſicut Euangelium Matthæi: Liber generationis Ieſu Chriſti. Inducit enim Moyſes primum hominem formam futuri de terra virgine conditum, qui generaret terrenos in vitã tranſitoriam: ſic & Euangelium ſecundum hominem, ſcilicet Chriſtum, de matre virgine genitum: qui generaret cœleſtes in vitam ęternam. Hic ergo figura: in euangelio veritas. Hieronymus. In principio creauit Deus cœlum, & terram. Plerique autumant, ſicut Tertullianus, & Hilarius, in Hebræo haberi: In filio fecit Deus cœlum, & terram. Lxx. verò, & Symmachus, & Theodotion: In principio, trãſtulerunt. Et in Hebræo dictum eſt Bereſcit: quod Aquila interpretatur, in capitulo. Magis igitur ſecundum ſenſum, quàm ſecundum verbi tranſlationem, de Chriſto accipi poteſt, qui in ipſa fronte Geneſeos (quæ caput omnium librorum eſt) & in principio Ioannis, cęli & terræ conditor approbatur, vnde Pſalmus xxxix.b. In capite libri ſcriptum eſt de me, id eſt, in principio Geneſeos: In principio, ſcilicet creauit Deus cęlum, & terram. & in principio Ioannis: Omnia per ipſum facta, ſunt, &c. Apud Hebræos quoque hic liber Bereſcit appellatur, qui voluminibus ex librorum principijs nomina imponunt. Quatuor ſunt regulæ ſacræ ſcripturæ, id eſt, Hiſtoria, quæ res geſtas loquitur, Allegoria, in qua aliud ex alio intelligitur, Tropologia, id eſt, moralis locutio, in qua de moribus ordinandis tractatur, Anagoge, id eſt ſpiritualis intellectus, per quem de ſummis, & cęleſtibus tractaturi, ad ſuperiora ducimur. His quatuor quaſi quibuſdam rotis tota diuina ſcriptura voluitur, verbi gratia: Hieruſalem ſecundum hiſtoriam eſt ciuitas, allego. eccleſiam ſignificat, ſecundum tropologiam, id eſt moralitatem, animam cuiuſlibet fidelis, quæ H ad pacem æternam anhelat, ſecundum anagogen, celeſtium omnium vitam, qui reuelata facie vident Deum. *Quatuor regulæ ſacræ ſcripturæ.* Diuina ſcriptura aliquando æterna intimantur, vt eſt: In principio erat verbum. *Ioan.1.a.* Aliquando facta narrantur, vt: Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, &c. Aliquando, quæ agenda ſunt, præcipiuntur, vt: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Et eſt bipartita diuina ſcriptura. Quia alia ſunt quæ ſecundum figuram dicuntur, vt eſt: Audiuit Adam vocem domini deambulantis in Paradiſo. Alia ſecundum rerum geſtarum fidem, vt eſt, quòd populus exiens de Aegypto per mare pedibus ambulauit. Alia ſunt, quæ vtroque dicta ſunt modo, vt eſt tranſitus maris rubri, & miracula, quæ dominus in Euangelio fecit. Tribus modis ſignificat hæc ſcriptura generationem ſeculi eſſe factam. *Generatio ſeculi facta quotupliciter.* Aut enim ſola voluntate aliquid dicitur factum, vt: In principio creauit Deus cęlum, & terram. Aut voluntate ſimul, & voce præceptiua, vt: Fiat lux. Siue deliberatiua, vt: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Aut voluntate, voce, & diffinitione, vt: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, &c. Et ea, quæ ſola voluntate, & voce dicuntur, nouitate facta ſunt. Quæ verò per diffinitionem, hæc ſunt ſimilia illis, quæ nouiter facta ſunt: & hæc ſunt, quæ poſt ſeptimum diem vſque in finem operatur Deus, & ex illa diffinitione proueniunt. Quidam tria principia poſuerunt, Deum, exemplar, & materiam: eaque increata, & ſine initio. Deumque, non tanquam creatorem materiæ, ſed quaſi artificem ad exemplar de præiacenti materia mundum feciſſe. *Principia rerum quotuplicia ſecundum quoſdam.* Alij duo principia putauerunt, materiam & ſpeciem: & cum his tertium, quod operatorium dicitur, mundumque ſemper fuiſſe, & futurum eſſe. His & huiuſmodi erroribus obuians Moyſes, in vno ſpiritu, in vno principio temporis mundum à creatore Deo factum narrat, tanta velocitate, vt effectu ſenſum temporis præueniret, vt videlicet Deum cognoſcens initium vniuerſorum æternum intelligere dedit, & omnipotentem: ex tanta celeritate operis, vt nec dum primum naſcentis mundi momentum tranſactum dicatur, quando mundus creatus dicitur his verbis: In principio



A In principio creauit Deus cęlum, & terram. Strabus, In principio, &c. Moyſes in vno principio temporis à Deo creatore mundum factum refert, vt ſenſum temporis pręueniret effectu voluntatis, vt Deum ſciamus † tpis initium, & ipſum eſſe initium omnium. Plato.n. tria initia, vel principia exiſtimabat, Deum, exemplar, & materiam, & ipſa increata, ſine principio, & Deum quaſi artificem, non creatorẽ. Ariſtoteles duo, materiam, & ſpeciem: & tertium operatorium dictum: Mundũ verò ſemper eſſe, & fuiſſe. Contra hæc ergo, & huiuſmodi dr̃: In principio creauit Deus cęlum, & terram. *alias † eſſe ante temporis initium. Principia rerum ſecundum Pla. & Ariſ. quæ & quot ſint.* Auguſtinus: Sicut Paulus per reuelationem didicit Euangelium, ita Moyſes docente ſpiritu ſancto conditi mũdi exordium. Beda. Moyſes in hoc libro de inferiori mundo ad inſtructionem hominis agit, & quia homo præponẽdus erat mundo viſibili, primum regnum paratum deſcribit, poſtea rectorem inducit, cui ſeruiat plenitudo regni. Dicit ergo: In principio creauit Deus cęlum, & terram. Cęli, & terræ nomine, quicquid Deus fecit, ſimul factum eſſe materialiter poteſt intelligi: ſed informiter, ſiue ſpirituale, ſiue corporale ſit. Deinde proſequitur, quõ Deus ſingulorum formas fecerit, & operum diſtinctiones: & quia nondũ erant diſtinctæ formæ, addit de terra: Terra autem erat inanis, & vacua. his. ſ. quæ de ipſa erant, proceſſura: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Per abyſſum cætera elementa poſſunt intelligi, quæ adhuc confuſa, & incerta erant, quas formas eſſent habitura. Quatuor modis operatur Deus. *Quot modis Deus dicitur operari.* Primò in verbo. Secundò in materia informi. Vnde Eccl.18.a. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. Tertiò per opera ſex dierum varias diſtinxit creaturas. Quartò ex primordialibus ſeminibus non incognitę oriuntur naturę, ſed notę ſæpius, ne pereant, reformantur. Iſidorus, & Beda, Myſticè. *Myſtica comparatio ſex dierum ad ſex ætates mundi.* Primordia generis humani, quibus ipſa luce frui cępit, bene comparantur primo diei, quo Deus lucem fecit. Et hæc ætas tanq̃ infantia putanda eſt ipſius vniuerſi ſeculi, quod tanquam vnus homo ætatem agit infantiam. Hæc protenditur ab Adam vſq; ad Noe generationibus decem. Quaſi veſpera huius Dei fit in diluuio, quia & infantia noſtra tanquã obliuionis diluuio deletur. Incipit mane ſecundæ diei à temporibus Noe tanq̃ pueritia, & tenditur hæc ætas vſq; ad Abraham generationibus decem. Et bene comparatur ſecundo diei, quo factum eſt firmamentum, inter aquam, & aquam: quia & arca, in qua erat Noe cum filijs ſuis, firmamentum B erat inter aquas inferiores, in quibus natabat, & ſuperiores, quibus compluebatur. Hæc ætas diluuio non deletur: quia nec pueritia noſtra obliuione tollitur de memoria. Meminimus.n. nos pueros fuiſſe, infantes non meminimus. Huius veſpera eſt confuſio linguarum in eis, qui turrem faciebãt. Et fit mane ab Abraham. Sed nec iſta ætas ſecunda generauit populum Dñi, quia nec pueritia apta eſt ad generandũ. Incipit mane diei tertiæ ab Abrahã, & ſuccedit tertia ætas ſimilis adoleſcentiæ. Et bene comparatur diei tertio, in quo ab aquis terra ſeparata eſt. Ab omnibus.n. gentibus, quarũ error inſtabilis, & vanis ſimulacrorum doctrinis, quaſi ventis omnibus mobilis (quod bene ſignificatur maris nomine) fidelis populus ſecernitur. Ab hac ergo gentium vanitate, & huius ſeculi fluctibus, ſeparatus eſt populus Dei per Abraham, tanq̃ terra enim apparuit arida.i. ſitiens imbrem diuinorum mandatorum. Qui populus vnum Deum colendo, tãquam irrigata terra, vt fructus vtiles poſſet afferre, ſanctas ſcripturas, & prophetias accepit. Hęc.n. ętas iam potuit generare populum Dei, quia & tertia ætas.i. adoleſcentia, iam filios habere poteſt. Et ideo ad Abraham dictum eſt Gen.16.a. Patrem multarum gentium poſui te, augebo te nimis valde, & ponã te in gentes, & reges ex te erunt. Et ponam teſtamentum meũ inter me, & ſemen tuum poſt te, generationes eorũ in teſtamẽtum æternum, vt ſim tibi Deus, & ſemini tuo poſt te, & dabo tibi & ſemini tuo poſt te terram, in qua habitas: omnem terram Chanaã in poſſeſſionẽ æternam, & ero illis Deus. Hæc ætas porrigitur ab Abrahã vſq; ad Dauid, quatuordecim generationibus Huius veſpera eſt in peccatis populi, quibus diuina mandata p̃teribant, vſq; ad malitiam peſſimi Saulis. Deinde myſticè fit mane quartæ diei, regnum. ſ. Dauid. Hæc ætas ſimilis eſt iuuẽtuti. Et reuera inter omnes ætates regnat iuuentus, & ipſa eſt ipſum firmamentũ omniũ ætatum: & ideo bene comparatur quarto diei, in quo facta ſunt ſidera cęli in firmamẽto. Quid enim euidentius ſignificat regis eminentiam, q̃ ſplendor ſolis? & plebis obtemperantiam, lunæ ſplendor oſtendit, tanquam ſynagogam ipſam: & ſtellæ principes eius, & omnia fundata in ſtabilitate regni, tanq̃ in firmamẽto. Huius quaſi veſpera eſt in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari. Fit deinde mane quintæ diei, trãſmigratio in Babylonẽ, cum captiuitate populus † leuiter in peregrino otio eſt collocatus. *alias † leniter.* Et porrigitur hæc ætas vſq; ad aduentum Chriſti, ideſt quinta ætas, ſecundũ quam eſt declinatio à iuuentute in ſenectutem. C Nondum quidem ſenectus, nec iam iuuẽtus: quia ſenior ætas eſt, quæ Græcis γῆρας, geras dr̃. Senex enim apud eos γέρων, geron, & πρεσβύτης, prebytes appellatur. Et re vera ſic iſta ætas à regni robore eſt inclinata, & fracta in populo Iudæorum, quemadmodum homo à iuuentute fit ſenior. Et bene comparatur illa diei quinto, in quo facta ſunt animalia in aquis, & volatilia cęli: poſtea q. ſ. inter gentes, tanq̃ in aquis cęperunt viuere, & habere incertã ſedem, & inſtabilem ſicut aues volantes. Sed planè ibi erant cetè.i. magni homines, qui magis dominabantur fluctibus ſeculi, q̃ ſeruirent in illa captiuitate. Non.n. ad cultum idolorum aliquo errore deprauati ſunt. Vbi ſanè animaduertendũ ꝙ benedixit Deus illa animalia, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris, aueſq; multiplicentur ſuper terram. Quia re vera gens Iudęorum (ex quo diſperſa eſt per gentes) valde multiplicata eſt. Huius diei, hoc eſt huius ætatis, quaſi veſpera, eſt multiplicatio peccatorũ in populo Iudæorum: quia ſic excæcati ſunt, vt Deum, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum non poſſint agnoſcere. Myſticè. *Myſticè.* Mane ſextæ diei fit prædicatio Euangelij per Ieſum: & finito die quinto, ideſt quinta ætate, incipit ſexta. ſ. ſenectus veteris hominis: in qua homo minus potens eſt, & quaſi ad extremum vitæ tendit. Et hoc etiam apparet, quia illud carnale regnum iam eſt vehementer attritum, quando & templũ Dei deiectum eſt, & ſacrificia ceſſauerunt. Et nunc ea gens: quantum ad regni vires attinet, quaſi extremam vitam trahit. In iſta tamen ætate, tanquam in ſenectute veteris hominis homo nouus naſcitur, qui iam ſpiritualiter viuit. Sexta enim ætate, ſiue die, dictum eſt: Producat terra animam viuentem. Nam quinta die non dictum erat: producãt aquæ animam viuentem, ſed reptilia animarum viuarũ. Quomodo.n. corpora ſunt reptilia, ſic tunc adhuc etiam corporali circunciſione, & ſacrificijs, tanq̃ in mari gentium populus ille ſeruiebat. Iſtam verò animam viuam dicit, quia vitam iã incipiunt æternam deſiderare. Serpentes ergo & pecora, q̃ terra producit, gentes ſignificant iam ſtabiliter credituras euangelio: de quibus dicitur & illud, quod Petro demonſtratum eſt in actibus Apoſtolorum, Act.10.b. Macta, & mãduca. Et cum ille immunda diceret: reſpõſum eſt illi: Quod Deus mundauit, tu commune ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, ſicut in iſta ætate ſexta naſcitur in carne dominus noſter, de quo dictum eſt per Prophetam: D Et homo eſt, & quis cognoſcet eum? Et quemadmodum in illa die maſculus & fęmina coniuncti ſunt: ſic & in iſta Chriſtus & eccleſia. Et præponitur homo illa die pecoribus, ſerpẽtibus, & volatilibus cęli. Sic & in iſta ætate Chriſtus regit animas ſibi obtẽperantes, quæ ad eccleſiam eius, partim de populo Iudæorum, & partim ex gentibus venerunt, vt ab eo domitæ manſueſcerent, homines. ſ. vel carnali concupiſcentiæ dediti, ſicut pecora, vel tenebroſa curioſitate obſcurati, quaſi ſerpẽtes, vel elati ſuperbia, quaſi aues. Et ſicut in illa die paſcitur homo, & animalia quæ cũ ipſo ſunt, herbis ſeminalibus, & lignis fructiferis, & herbis viridibus: ſic in iſta ætate homo quicũq; bonus eſt miniſter Chriſti, & eũ bene quantũ poteſt imitatur, cum ipſo populo ſpiritualiter paſcitur ſanctarum ſcripturarũ alimentis, & lege Dei: partim ad concupiſcendum fęcunditatem rationum, atq; ſermonũ, tanq̃ herbis ſeminalibus, partim ad vtilitatem morum & conuerſationis humanæ, tanq̃ lignis fructiferis, partim ad vigorem fidei, ſpei, & charitatis in vitam æternã, tanq̃ herbis virentibus, quæ nullo æſtu tribulationum poſſunt areſcere. Sed ſpiritualis ſic paſcit̃ iſtis alimentis, vt multa intelligat. Carnalis autem.i. paruulus in Chriſto, tanquã pecus Dei, vt multa credat, quæ intelligere nondũ poteſt, tamen eoſdem cibos omnes habent. Huius aũt ætatis veſpera eſt, de qua dominus ait Lu.18.b. Putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſt illã veſperam fiet mane, cum ipſe dominus in claritate venturus eſt. Tunc requieſcent cum Chriſto ab omnibus operibus ſuis ij, quibus dictum eſt Matt.5.g. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cęleſtis perfectus eſt. Tales.n. faciunt opera bona valde: poſt talia.n. opera ſperanda eſt requies in die ſeptimo, qui veſperam non habet. Nullo ergo modo poteſt dici, quemadmodum fecerit Deus cęlum, & terram. & omnem creaturam, quã condidit. Sed iſta expoſitio per ordinem dierum ſic indicat quaſi hiſtoriam rerum factarum, vt prędicationẽ futurorum maximè obſeruet. Si autem aliquem mouet, ꝙ in iſtis ætatibus ſeculi duas ætates primas denis generationibus aduertimus explicari, tres aũt conſequentes ſingulæ quatuordecim generationibus contexuntur, ſexta vero iſta nullo generationum numero diffinita ſit, facile eſt videre etiam in vnoquoq; homine duas primas ætates, infantiam, & pueritiã, corporis ſenſibus inhærere, qui ſenſus corporis quinq; *Anthypophora.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# Prothemata gloſſæ ordinariæ in Geneſim.

E quinq; ſunt, viſus, auditus guſtus, olfactus, & tactus. Quinarius aũt numerus duplicatus (quoniam duplex eſt ſexus humanus, vnde generationes tales exiſtunt, maſculinus, & fœmininus) denariũ numerum facit. Iã vero ab adoleſcẽtia, & deinceps, vbi ratio incipit in homine ꝓualere, accedit quinque ſenſibus cognitio, & rõ, quibus vita regitur, & adminiſtratur, vt iã ſeptenarius numerus eſſe incipiat, qui ſimiliter duplicatus, quatuordecim generationibus eminet, & apparet. Quas habẽt tres ætates conſequẽtes, adoleſcentis. ſ. iuuenis, & ſenioris. Senectutis vero ætas ſicut in nobis nullo ſtatuto annorũ tpe definitur, ſed poſt illas quinq; q̃tum quiſq; vixerit, ſenectuti deputat̃: ſic in iſta ætate ſeculi non apparent generationes definitæ, vt occultus ſit vltimus dies, quẽ vtiliter dñs latere oportere demonſtrat.

*Myſticè.* Myſticè: Igitur perfecti ſunt celi, &c. Quia poſt illorum quaſi ſex dierũ opera bona valde, ſperet homo quietẽ perpetuã, & intelliget quid ſit: Requieuit Deus ſeptima die ab omni opere ſuo. Quia & ipſe in nobis hæc bona operatur, qui vt operentur iubet. Et rectè ipſe requieſcere dr̃, quia poſt hæc omnia opera noſtra requiem nobis præſtabit. Quo modo rectè paterfamilias dr̃ ædificare domũ, cum vt ædificent operarij ſui iubet, & requieſcere, cum poſt perfectionẽ fabricæ, illis, quibus imperabat, permittit, vt vacent, & iucundo otio perfruantur.

*Moraliter.* Iſid. Mora. Habet vnuſquiſq; noſtrum in rectis operibus, & recta vita tanq̃ diſtinctos iſtos ſex dies, poſt quos debeat q̃etem ſperare. Primo die lucem, qñ primũ viſibilibus credit, ꝑ quam fidem dñs viſibiliter apparere dignatus eſt. Secundo die factum eſt tanq̃ firmamentum diſciplinæ, qđ diſcernit inter carnalia, & ſpiritualia opera, ſicut firmamẽtum inter inferiores aquas, & ſuperiores. Tertio die, quo mentem ſuam ad proferendos bonorũ operum fructus pręparat, & erigit: ſeparata. n. labe, & fluctibus tentationum carnaliũ. tanq̃ aridam habet mẽtem, videlicet, tanq̃ à perturbationibus maris, vt iam poſſit dicere: Mente ſeruio legi Dei, carne aũt ſeruio legi peccati. Rom. 5. d.

*Myſticè.* Idem Myſticè. In principio creauit Deus cęlum, & terram. Spirituales. ſ. qui cęleſtia meditantur, & terram. i. carnales, terrenum hominẽ imitãtes. Terra autem erat inanis & vacua. Hoc eſt caro noſtra anteq̃ doctrinæ accipiat formam. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: quia peccati obſcuritas, & ignorantiæ cæcitas tegebat corda noſtra. Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas: hoc eſt ſuper cor tenebroſum, & fluidum, vt in

F ſpiritu ſubſiſtentes requieſceremus, & flatu eius viuificaremur, cuius vnda abluimur. Dixitq; Deus fiat lux: i. appareat illuminatio fidei. Primo. n. die lucem fidei dedit, quia prima eſt in conuerſione fides. Vnde primum mandatum eſt: Dominus Deus tuus vnus eſt. Deut. 6. a. propter hanc fidem Chriſtus viſibiliter apparuit, preſentia ſua diuidens lucem, ideſt filios Dei, & lucis à tenebris. ideſt peccatoribus. Hos appellauit diem, illos noctem. Vnde Eph. 5. b. Fuiſtis aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino. Die ſecunda poſuit firmamentum: ſanctas ſcilicet ſcripturas in eccleſia. De quibus dicitur: Cęlum ſicut liber plicabitur. Hoc firmamentũ diſcernit aquas. ideſt populum angelorum, quibus non eſt neceſſe, vt in lectione audiant verbum Dei. Sed illud firmamentum poſuit in ſublimi ſuper infirmitatem inferiorũ populorum, vt ſuſpicientes in eum cognoſcant, qualiter diſcernent inter carnalia, & ſpiritualia, quaſi inter aquas ſuperiores, & inferiores. Die tertia congregauit inferiores, & ſalſas, infideles. ſ. concupiſcentiarum, & tẽtationum fluctibus ſeſe quatiẽtes, & ſegregauit ab eis aridam. i. fideles fontem fidei ſitientes. Infideles verò coercuit, ne iniquitatis ſuæ fluctibus aridam. i. animam ſitientem Deum, conturbent: ſed liceat ei germinare fructus bonorum operum, & diligere proximum, vt habeat in ſe ſemen ſecundum ſimilitudinem ſuã, vt. ſ. ex ſua infirmitate compatiatur alij indigenti, producat lignum forte, & fructiferum, ideſt, beneficium, eripiẽdo oppreſſum, & præbendo ei protectionis vmbraculum. Die quarta micuerunt luminaria in firmamento cęli, ideſt legis doctores, ſcripturæ ſanctæ inhærentes, & inferioribus lumẽ ſapientiæ demonſtrantes. Prodijt quoq; ſiderum turba, ideſt, virorum doctorum, & legiſperitorum numeroſitas, qui in huius vitæ nocte fulgentes diuidant ſcripturæ ſenſibilia, & intelligibilia, quaſi inter lucem perfectorum, & tenebras peccatorum, facientes ſigna virtutum, & miraculorũ, quæ ſunt in tempora, & annos, quia proprijs temporibus viuũt, & tranſeunt, verbum autem domini in æternum manet. Bene autem terra germinauit primò, & poſtea facta ſunt luminaria, quia poſt bona opera venit illuminatio, quia videtur ſpecies ſupernæ veritatis. Die quinta facta ſunt in aquis reptilia animarum viuarum, ideſt homines in vitam reuocati per ſacramẽtum baptiſmi. Facta ſunt volatilia: ideſt, animæ volantes ad ſuperna. Sexta die produxit terra animam viuam, quando caro noſtra ab operibus mortuis abſtinens, viua virtutum germina parit, ſecundum genus ſuum. i. vitã G imitando ſanctorum. Vnde Phil. 4. d. Imitatores mei eſtote, &c. Secundum genus noſtrum viuimus, quando ſanctos quaſi proximos imitamur. Producit terra beſtias. ideſt, homines ferocitate ſuperbientes: & pecora. ideſt, ſimpliciter viuentes: & ſerpentes, aſtutos ſcilicet, & bonum à malo diſcernentes, & quaſi reptando ſcrutantes terrena, per quæ intelligant cęleſtia. Poſt hæc fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, virum ſcilicet perfectum, qui ipſam veritatem contemplando operatur iuſtitiam. Hic accipit poteſtatem piſcium maris, & volatilium cęli, pecorũ, ferarum, atq; repentium: quia ſpiritualis ſimilis Deo factus omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Maſculum & fęminam creauit eos, quia ſicut viro mulier, ſic ſpirituali, & perfecto viro minus perfectus obedire debet. Dicitur enim eis: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. In ſpiritualibus. ſ. donis, vt ratio dominetur carni, quaſi inſenſato animanti, & perturbationibus eius. Per herbam ſeminalẽ, & lignum fructuoſum in eſcam hominibus datum intelligimus oblationes ſanctorum. Vnde Paulus 1. Cor. 9. b. Seminauimus ſpiritualia vobis, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus.

Auguſtinus. Cum in diuina ſcriptura de paucis verbis plures intellectus veri, & catholici habentur, illum deligamus maximè, quem conſtat ſcriptorem ſenſiſſe, vel quem non impedit circumſtantia ſcripturæ, ſi conuenit cum ſana fide, aut ſaltem, quem ſana fides pręſcribit. *Nota.* Auguſtinus. Si qua obſcura legimus, quæ poſſunt ſanè varijs exponi ſentẽtijs, nullam pręcipitanter affirmemus, ne fortè velimus eam eſſe ſcripturæ ſententiam, quæ noſtra eſt: cũ potius ſcripturæ ſententiam debeamus facere noſtram. Aug. In narratione rerum geſtarum non omnia ſecundum figuralem tantũ intellectum accipiuntur, ſed quędam ſecundum fidẽ rerum geſtarum aſſerenda, & defendenda ſunt. Quærendum eſt ergo, quõ præter allegoricam, ſignificationem dictum ſit: In principio creauit Deus cęlum, & terram. *In principio quomodo.* In principio: ſcilicet, temporis. Vel quia primò facta ſunt. Vel: In principio. ideſt, in Dei filio, qui ait Ioan. 8. d. Ego ſum principium, qui & loquor vobis. Cęlum, & terram: ſpiritualẽ, corporalemq; creaturam intelligunt: vel corporalem tantum, per cęlum ſuperiorem, per terram inferiorẽ. Vel vtriuſq; informis materia dicta eſt cęlum, & terra. Spiritualis. n. vita, ſicut in ſe eſt, non conuerſa ad creatorem, informis eſt. Conuerſa verò ad eum, formatur. Corporalis autem, per priuationẽ omnis corporeæ qualitatis, quæ apparet informata materia. H Vel cęlum eſt creatura ſpiritualis, q̃ ab exordio, quo facta eſt & perfecta, & beata ſemper eſt. Terra verò corporalis materies, adhuc imperfecta, quia terra (inquit) erat inuiſibilis, & incompoſita: &c. Vbi vr̃ informitatem ſignificare corporalis ſubſtantiæ. Vtriuſq; tamen informitas hic ſignificari poteſt. Corporalis in eo, qđ dictum eſt: Terra aũt erat inuiſibilis, & incõpoſita. Spiritualis autem in hoc: Et tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi. Vt abyſſum tenebroſam naturã vitæ informem intelligamus, niſi ad creatorẽ conuertatur, in quo ſolo formatur, & illuminat̃, ne ſit tenebrę, vel abyſſus.

*Quomodo Deus cuncta ſimul condidit.* Greg. Quærendũ eſt quõ Deus cuncta ſimul condidit, dum idem Moyſes ſex dierum mutatione variante diſtinctè creata deſcribit. Sed rerũ materia ſimul creata eſt, ſimul verò formata per ſpecies non eſt, & qđ ſimul extitit per ſubſtantiã materiæ, nõ ſimul apparuit per ſpeciẽ formæ. Cum. n. ſimul factũ cęlũ, terraq; dr̃, ſpiritualia, & corporalia, & q̃cq̃d de terra producitur, ſimul facta indicant̃. Sol, luna & ſidera quarto die in cęlo facta perhibẽtur. Sed quod quarto die proceſſit in ſpecie, primo die in cęli ſubſtantia extitit per conditionẽ. Primo die terra creata dr̃, tertio arbuſta condita, & cũcta terræ virentia deſcribunt̃. Sed qđ die tertio in ſpeciem prodijt, prima die in ipſa terræ ſubſtãtia conditũ fuit. Hinc Moyſes diſtinctè per omnes, vel ſingulos dies, omnia cõdita retulit, & tamen omnia ſimul creata ſubiungit, dicens: Iſte ſunt generationes cęli, & terræ: quando creatæ ſunt, in die, *Gen. 1. a* quando fecit Deus cęlum, & terram, & omne virgultum agri, anteq̃ oriretur in terra, omnemq; herbã regionis, &c. Qui. n. diuerſis diebus creatum cęlum, terram, virgultũ, herbamq; narrauerat: hic vno die facta manifeſtat, vt oſtenderet, ꝙ omnis creatura ſimul per ſubſtantiam extitit, quæ nõ ſimul per ſpeciẽ proceſſit. Vnde: Et creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. *Gen. 1. a* Ad imaginem Dei creauit illũ. Maſculum, & fęminã creauit eos. Fęmina nondum erat facta, iã homo maſculus, & fęmina perhibet̃. Sed quia ex latere Adę erat proceſſura, in illo iam cõputatur per ſubſtantiã, à quo fuerat producenda per formã. In minimis quoq; licet hæc conſiderare. Herba. n. cum prodit, & formatur, nondũ in illa fructus, nec dum fructus ſui ſemen oſtenditur: ineſt tñ ei fructus, & ſemen quia ſimul ſunt in radice ſubſtantiæ, quæ non ſimul prodeunt per tp̃is incrementa.

In



# POSTILLA NICOLAI DE LYRA SVPER GENESIM.

## Caput I.

A *IN PRINCIPIO. Tota ſacra Scriptura diuiditur in duas partes, in vetus, & nouum teſtamentum. Nam licet tota ſacra ſcriptura ſit de Deo, tanquam de ſubiecto, tamen prima pars principaliter eſt de Deo, tanquam creatore & gubernatore: ſecunda verò de Deo, tanquam redemptore & glorificatore. Prima pars videlicet veteris teſtamenti, diuiditur in quatuor partes: in libros Legales, Hiſtoriales, Sapientiales, & Prophetales. Et quia* Ezech. 1. d *vetus teſtamentum & nouum ſe habent ſicut rota in medio rotæ, Ezech. Ideo nouum teſtamentum conſimiliter diuiditur: quia legi, in nouo teſtamento correſpondet Euangelium: Libris ſapientialibus correſpondent epiſtolæ Pauli, & aliorum Apoſtolorum: Libris hiſtorialibus correſpondent actus Apoſtolorum: Libris Prophetarum correſpondet Apocalypſis. Circa primam partem veteris teſtamenti, quæ continet libros legales, videlicet quinque libros Moyſi, conſiderandum, quòd lex non datur vni perſonæ, ſed communitati populi adunati: ideo primò deſcribitur adunatio fidelis populi ſub cultu vnius Dei, quod fit in libro Geneſis. Secundò deſcribitur legislatio populo adunato: & hoc fit in Exo. & duobus libris ſequentibus. Tertiò ponitur prædictæ legis repetitio, & explicatio: & hoc fit in Deut. Prima diuiditur in duas, quia primò Moyſes oſtendit naturæ humanæ productionem: Secundò* Gene. 4. c *ipſius propagationem. Gen. Vt ſic procedat ad electionem fidelis populi, & diſtinctionem eius ab infideli populo per ſucceſſiones generationũ, vt patebit infrà. Circa primum conſiderandum, quòd tota corporalis creatura facta eſt propter hominem. Nam elementa ſunt propter mixta, & mixta inanimata propter mixta animata, & imperfecta propter perfecta, vt plantæ propter animalia, animalia verò propter hominem, quantum ad eius nutritionem, & iuuamentum. Corpora etiam cæle-* Deut. 4. c *ſtia facta ſunt propter hominem, ſecundùm quod dicitur Deutero. Ne forte oculis eleuatis ad cœlum, videas ſolem, & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quę creauit dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus. Et ideo primò deſcribit corporalis creaturæ productionem generaliter. Secundò hominis formationem ſpecialiter, ibi: Et ait: Faciamus hominem &c. Circa primum*

B *tria facit ſcriptura: Quia primò exponit opus creationis: Secundò opus diſtinctionis, ſeu formationis, ibi: Dixitq; Deus: Fiat lux: Tertiò opus ornatus, ſeu diſpoſitionis, ibi: Dixit autem Deus; Fiant luminaria. Opus creationis deſcribitur ante omnem diem. Opus diſtinctionis, primis tribus diebus. Opus autem ornatus alijs tribus diebus ſequentibus. Et ſeptimo die requieuit Deus à nouis creaturis condendis. Secundũ verò ſententiam Hieronymi, in epiſtola ad Paulinum presbyterum, de omnibus ſacrę ſcripturę libris, Principium Geneſis eſt tan-* Hierony. ad Paulinum. *tis obſcuritatibus inuolutum, vt ante triginta annos apud Hebręos non legatur: & huiuſmodi obſcuritates ſatis apparent ex varijs & multiplicibus expoſitionibus tàm doctorum Hebręorum, quàm Catholicorum. Et quia confuſio eſt tàm intelligentiæ quàm memorię inimica, intendo uitare talem multitudinem expoſitionum, illarum maximè quę à ſenſu litterali remotę videntur: cui ſenſui intendo inſiſtere ſecundum gratiam* Tres expoſitiones ſolemnes Geneſ. *à domino mihi datam. Igitur circa principium Geneſis ſunt tres expoſitiones ſolemnes, ad quas alię videntur reduci. Prima eſt ipſius Auguſtini qui illos ſex dies exponit, non prout important ſucceſſionem temporis, ſed prout dicunt cognitionem angelicam relatam ad ſex* Cognitio angelica dupl. *genera rerum conditarum. Iſta autem cognitio angelica duplex eſt. Vna eſt rerum in genere proprio, & hęc dicitur veſpertina: quia omnis creatura ad Deum comparata qui eſt lux per eſſentiam, tenebra eſt. Alia eſt cognitio in verbo, & hęc dicitur matutina. Et ſic exponit, Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus, inquantum angeli cognouerunt lucem productam & à tenebris diuiſam in genere proprio, & hęc dicitur veſpere. Et rerum in verbo, & hęc dicitur mane. & eodem modo de alijs diebus ſequentibus. Sed iſta expoſitio videtur nimis longinqua a litterali ſenſu, maxime, quia ſecundum alios ſanctos, & doctores, Moyſes rudi populo loquebatur, qui non poterat capere ſpiritualia: ſed tantum corporalia, & craſſa: & ideo de productione angelorum non fecit expreſſam mentionem. Et iterum quia populus ille pronus erat ad idololatriam, ſi feciſſet mentionem de creaturis ſpiritualibus, & inuiſibilibus, coluiſſet eas tanquam Deos: & ideo iſta expoſitio quę longinqua videtur à littera dimittatur. Aliæ autem duæ expoſitiones videntur propinquæ litteræ: & ideo intendo eas proſequi: & procedunt ſecundum varias opiniones de natura materię poſitas a philoſophis: & ideo primò videndum eſt de hoc. Nec mirum ſi circa hoc diutius immoremur: quia ex hoc dependet intellectus operationis ſex dierum, quę hic deſcribuntur multum obſcurè. Igitur circa naturam* Opinio. tres de materia corporũ cæleſtium. *materię corporalium tres ſunt opin. ſolemnes. Dicit enim Commentator libro de ſubſtantia orbis quòd in corporibus cæleſtibus non eſt materia propriè dicta, quę eſt pars ſubſtantię compoſitę. Cuius ratio eſt, quia materia propriè dicta, quæ eſt in genere ſubſtantię, eſt potentia contradictionis ad eſſe, & ad non eſſe ſimpliciter: talis autẽ potentia non eſt in corporibus cæleſtibus, quę ſunt incorruptibilia, vt ab omnibus ſupponitur tanquam verum. ergo &c. & ideo ſi aliquando in corporibus cæle-ſtibus à philoſophis dicatur eſſe materia, hoc eſt largè accipiendo inquantum ſubiectum accipitur pro materia: quia eſt ibi ſubiectum motus localis, & potentia ad vbi.* C

*Secũda opi.* *Alij autem dicunt quòd in corporibus cæleſtibus eſt materia, quæ eſt pars ſubſtantię compoſitę: alioquin corpora cæleſtia eſſent formę actu intelligibiles, quia eſſent à materia ſeparatę. Item, quia ibi eſt quantitas quæ ſequitur materiam, ſicut qualitas formam; ſed eſt alterius rationis quàm materia corporum elementorum, & mixtorum: quia in ipſa eſt tantum potentia ad formam quam habet, & ad nullam aliam, ſicut materia ſolis eſt ſolum in potentia reſpectu formę, quam habet, & non alterius. & ſic eſt de alijs corporibus, cæleſtibus, propter quod corpora cęleſtia ſunt incorruptibilia. Materia verò elementorum, & corporum mixtorum eſt in potentia ad plures formas, quę non poſſunt ſimul eſſe in materia: & ideo quando eſt ſub vna forma, eſt in potentia ad aliam, qua caret, & ſic habet priuationem annexam, propter quod prædicta corpora ſunt corruptibilia, quia priuatio ſemper machinatur ad maleficium: Phyſic.* 1. Phy. t. 8. *Tertia opin.* *Alij verò dicunt, quòd in corporibus cęleſtibus eſt materia: & quòd eſt eiuſdem rationis cum materia generabilium & corruptibilium. Cuius ratio eſt, quia materia ſubſtantiatur per ſuum poſſe (ſecundum commentatorem, & Philoſophum) & ideo circunſcripta omni forma, materia, quę eſt in genere ſubſtantię, & eſt pars compoſiti, non poteſt intelligi niſi pura potentia. Cum igitur actus ſit qui diſtinguit, & per meram potentiam nulla poſſit eſſe diſtinctio, videtur quòd circunſcripta per intellectum omni forma corporum corruptibilium, & incorruptibilium, non remaneat aliquid vnde hæc materia poſſit diſtingui ab illa: ſed remanet vnius ſimpliciter rationis in corporibus cæleſtibus, & corruptibilibus. Item ſecundum Auguſtinum lib. confeſſio.* Aug. lib. cõfeſſion. *Materia eſt propè nihil, ita quòd nihil poteſt excogitari intermedium. Si autem in corporibus cœleſtibus eſt materia alterius rationis quàm in elementis, oportet quòd iſta ratio ſit nobilior, quia ignobilior non poteſt eſſe, ergo magis recedit à nihilo: & per conſequens perdit rationem materię, & accipit rationem formæ. Veruntamen licet in ipſis ſit materia eiuſdem rationis, tamen corpora cæleſtia ſunt incorruptibilia, inferiora autem corruptibilia. Cuius* D *ratio eſt: quia ſecundum philoſophum libro de ſenſu, & ſenſato: Ignis* Ariſ. de ſenſu, & ſenſato. *& terra non agunt & patiuntur adinuicem inquantum huiuſmodi, ſed ſolum inquantum contrarietatem habentia: ideo corpora elementaria, & mixta, quorum formæ ſubſtantiales habent annexas contrarias qualitates actiuas & paſſiuas, agunt & patiuntur adinuicem paſſione propriè dicta, quæ eſt cum abiectione contrarij: ideo tranſmutantur, generantur, & corrumpuntur. Formę autem ſubſtantiales corporum cæleſtium non habent annexas tales qualitates actiuas, & paſſiuas, & per conſequens non eſt in eis paſſio quę magis facta contraria abijcit ab ipſa ſubſtantia: & per conſequens remanent incorruptibilia, licet habeant materiam eiuſdem rationis cum corporibus corruptibilibus, accipiendo materiam preciſè, prout eſt pars compoſiti in genere ſubſtantię, quæ diſtinguitur à priuatione. Phyſic.* 1. Phyſ. *Et ſecundum iſtos, materia corporum cæleſtium non eſt priuationi adiuncta, quia materia non habet priuationem adiunctam proprie loquendo, niſi prout eſt informata forma ſubſtantiali habente annexas qualitates, habentes contrarietatem ad qualitates annexas alteri formæ ſubſtantiali incompatibili in eadem materia: ſicut forma ſubſtantialis ignis habet annexas, caliditatem, & ſiccitatem: forma ſubſtantialis aquæ habet annexas frigiditatem, & humiditatem, quæ ſunt generationis & corruptionis cauſa, vt ſuperius expreſſum eſt. Quæ autem iſtarum trium opinionum ſit uerior, non eſt præſentis ſpeculationis inquirere, nec per conſequens multitudinem rationum ad hoc inducere, cũ (ſicut prędictum eſt) intendam inſiſtere expoſitioni litterali propter quod intendo litteram quę eſt in principio Geneſis, ſecundum prędictas opiniones variè exponere, & rationes ad vtramque partem inductas ſoluere; quibus ſolutis alię quę poſſent induci, de facili poterunt ſolui, ſicut credo. Et ſic lector eligat expoſitionem quam tenere voluerit, vel utranque (ſi voluerit) proſequatur. Prima expoſitio eſt, quòd omnes partes mundi principales, videlicet corpora cæleſtia omnia, & quatuor elementa, per opus creationis a principio fuerunt producta in formis ſuis ſubſtantialibus diſtinctis; & totum opus diſtinctionis, ſeu formationis in tribus dieb. ſequentibus, & etiam opus ornatus corporum cæleſtium, quod factum eſt in quarta die, intelligitur quantum ad qualitates & proprietates accidentales ſuperadditas, vt patebit magis in particulari proſequendo iſtam expoſitionem. Et procedit iſta expoſitio ſecundum duas primas opiniones de natura materiæ ſuprà poſitas. Illi enim qui dicunt, quòd in corporibus cæleſtibus non eſt materia, non poſſunt dicere, quòd materia omnium corporalium ſit producta ſub vna forma communi, et poſtea ſecundum diuerſas ſui partes per formas ſubſtantiales ſpecificas diſtincta; cum ſecundum eos in corporibus cæleſtibus non ſit materia: et ideo conſequenter habent dicere, quod omnia corpora cæleſtia, à principio ſunt producta in formis ſuis ſubſtantialibus diſtinctis. & conſimiliter dicunt de elementis, quę ſunt partes integrales mundi principales: quòd in ſuis formis ſubſtantialibus ſimul ſunt producta, licet*

c 5 non

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E N *Principio creauit &c.* Non dixit: In principio dixit Deus, fiat cœlum & terra. Sed dixit: Fiat lux, & facta eſt lux: quoniam vniuerſaliter nomine cęli, & terrę comprehendendũ erat qcquid fecit Deus. Deinde per partes explicandum quõ fecit. Vnde ſeqtur: Dixit Deus: Fiat,i. per verbũ ſuum fecit. Vel quia cum primũ fiebat informis materia ſpiritualis,vel corporalis,non erat dicendum:dixit Deus,Fiat.Incongruũ enim erat a Deo dici,Fiat,quia formã verbi non imitatur imperfectio, niſi cum generis ſui conuerſione ad creatorẽ ſit perfecta creatura;vt cũ dicit: dixit Deus,fiat, intelligamus eũ ad ſe imperfectionem creaturæ reuocare. Cũ ergo dr̃: in principio fecit Deus cœlum, & terram cõmemoratio filij fit, quia principium eſt. Sed cum dr̃: Dixit Deus,fiat, commemoratur qa verbũ eſt. Per principium notat exordium creaturę exiſtentis ab illo: p verbum, perfectionẽ creaturæ ab illo ad ipſum reuocatæ,vt formetur imitando formam verbi incommutabilem. Non enim habet vitam informem verbum Dei, cui eſt eſſe quod viuere, immo idem viuere, quod beatè viuere. Creatura verò ſpiritualis habet informem vitam cui non eſt hoc eſſe quod viuere, nec viuere quod beatè viuere: quia auerſa à ſapientia Dei, ſtultè, & miſerè viuit.

† De conſec diſ.2.c. quia tps. verſi. ergo ſicut & ca. panis eſt i alta. De pœ.diſ. 2.c.§. ergo De ſa.Tri. cap.1. *Prolep̃is.* Beda i expoſi Ge. in prin. crea. c.1.to.4.

*a In principio creauit Deus cę.& terram.* *Beda* Creationem mũdi inſinuans ſcriptura, primo verbo, æternitatem & omnipotentiam Dei oſtendit. Quem enim in principio temporũ mundum creaſſe, eundem ante tempora æternaliter ſignificat extitiſſe. Et quem in conditionis initio cęlum & terrã creaſſe narrat,tanta celeritate operationis, omnipotentem eſſe declarat, cui voluiſſe facere eſt. Bene ergo dicitur: In principio creauit &c. Vtrumque,ſ.ſimul, quamuis vtrumq; ſimul ab homine non dicatur. Vnde propheta terram in initio factã oſtendit,dicens Pſal. Initio tu domine ter.fun. &c. *In principio creauit Deus cælum & ter.* Cęlum non viſibile firmamentum, ſed empyreum,i. igneum,vel intellectuale; qđ non ab ardore,ſed à ſplendore dr̃; quod ſtatim repletum eſt angelis. vnde Iob: Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina &c. Et nota tria hic commemorari elementa. Nomine cęli,aerem intelligimus. Nomine terræ, ipſam & ignem,q in ea latet. Quarti, id eſt aquæ in ſequentibus fit mentio. *Alcui. In principio.* Filio,quo humanato patuit, qui eſſent cęleſtes, qui terreni. Cęlũ creatura ſpiritualis ab exordio perfecta,

Beda Hexameron. c.1.to.4. — F — Pſal. 101.d — Iob 38.a — Vide Bed. in q. ſuper Gen.to. 8. fo.119.

# LIBER GENESIS
## HEBRAICE DICTVS
## בראשית BERESIT.
## IDEST IN PRINCIPIO, GRAECE ΓΈΝΕΣΙΣ,
## IDEST GENERATIO.

## Cap. I.

a ¶ Tẽporis, vel ante cętera. vel in filio ſuo. b ¶ Tanquam omnium creator.

† a I N[a] PRINCIPIO Cre[b]auit[a b]

a ¶ Pater. b ¶ .i.ſpirituales qui cœleſtia meditantur. c ¶ Carnales, ſ. qui terrenum hominem nec dum depoſuerunt. ¶ .i.ſpiritualem & corporalem creaturam. ¶ Omnem,ſ. creaturam corporalẽ, ſuperiorẽ & inferiorẽ. d ¶ Noſtræ carnis. Corporalis ſubſtantia.

b De[a]us Cœl[b]um, & terr[c]am. T[d]erra [c d]

a ¶ Priuſquam doctrinę formam acciperet. ¶ Informis, imperfecta. b ¶ His quę de ipſa erant formanda. c ¶ peccatorum. ¶ Ignorantię;cecitatis. ¶ Spiritualem naturam ſignificat: quę conuerſa ad creatorem formatur, & illuminatur ¶ Quia non erat lux, quæ ſupereſſet, & ſuperfunderetur.

autem erat in[a]anis & v[b]acua, & t[c]e- [e f]

a ¶ Humani cordis.

e nebræ erant ſuper faciem [a]abyſ- g

fecta,& beata.Terra,corporalis materies adhuc imperfecta. Cęlum informem materiam ſpiritualis vitæ, ſicut in ſe põt exiſtere nõ conuerſa ad creatorem in quo formatur. Terrã, corporalem ſine omni qualitate, q̃ apparet in materia formata. Scriptura ait. Qui feciſti mundum de materia informi. Materia facta eſt de nihilo. Spẽs mundi de materia informi. *Bed.* Proinde duas res fecit Deus ante oẽ tempus, angelicam creaturam, & materiam informem:quamuis Salo.dicat. Qui viuit ĩ ęternũ, creauit oĩa ſimul. Eccl. ſm Origenem tamen,informis materies antecedit formatam ſpeciẽ. Itaq; mundum,& angelos, & animã de nihilo fecit Deus,hominẽ, & creaturas cęteras de aliquo. *Bed.* Septem ſunt cęli. quorum hęc ſunt nomina, aer,ęter,olympus,ſpatium vel igneũ, firmamentum,cęlum angelorum, & Trinitatis. *Hier.* autem dicit cœlum Trinitatis primum, ſecundum angelorum, tertium firmamentũ. *Myſticè.* In principio creauit Deus cęlum,eos ſcilicet, qui cęleſtis imaginem portauerunt.& terrã, i. eos qui poſtea ſupbiendo terram, i. terreni hoĩs imaginẽ portantes, ſe fecerunt deformes. Terra aũt erat inanis: quia depoſuerat formam bonã,& vacua,boni operis fructu. & tenebrę erant, veri,ſ. luminis priuatio. ſuper faciem abyſſi, corda ſcilicet ſuperborum.

G — Sapiẽ.11.e — In expoſit. Geneſ.c.1. to.4. — Eccle.18.a — In expoſitione Ge. c.1.vt ſup. to.4. — † Eccl.18.a In q. Heb. c.1.to.8. — *Myſtice.* — *Terra.*

*b Terra autem erat inanis &c.Bed.*Quod vel quale cęlum in principio cũ terra factũ eſt,oñdit.Hoc.n. de terra ſubdit, qđ de cęlo intelligi voluit. Hoc.n.ſuperius cęlum qđ à volubilitate mundi ſecretum eſt, mox vt creatũ eſt,ſanctis angelis eſt impletum: quos in principio cũ cœlo & terra conditos teſtatur dñs dicens Iob: Vbi eras cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent oẽs filij Dei? Aſtra matutina eoſdem angelos, & filios Dei vocat. De cęlo.n.in quo poſita ſunt luminaria, qũo, vel qñ factũ ſit poſtea dicit. *Stra.Ina.& va.*Inutilis,ſ.& infructuoſa,& incompoſita. Omnia enim elementa commixta, & confuſa,& totum hoc aeris ſpatium aquis plenum: non quales nunc ſunt, ſed ſicut nebulæ tenues erant quales adhuc ſupercęleſtes ſunt.

*c Et tene.erant ſuper fa.aby. Aug.* Quia,ſ.non erat lux, quæ ſi eſſet,ẽt ſupereſſet & ſuperfunderet, qđ fit in creatura ſpũali, cũ ꝯuertit ad incõmutabile lumẽ qđ Deus eſt. *Bed. Tene. &c.* Non ſunt audiẽdi qui reprehendendo,dñt Deũ prius creaſſe tenebras q̃ lucẽ: qa nullas in aqua,vel aere fecit tenebras, ſed diſtincto ordine prouidentię, prius aquas cũ cęlo creauit, & terra has cũ voluit lucis gratia venuſtauit. Et notãdũ qđ cũ cęlo duo elemẽta mũdi creata sũt,qb.alia duo inſerta ſunt aqua,ſ.& terra,qb.inſunt ignis & aer. aquę aũt totã ſuperficiẽ terrę tãta altitudine tegebant, vt ad illos quę locos per-

Beda vt ſupra in expo.Ge.c.1. to. 4. — Iob 34.a — H — De Gene. ad lit.li.3. tom. 3. — Beda,vt ſupra.

## NICO. DE LYRA.

¶ *non ita neceſſariò ſequatur de elementis ad dictum eorum de natura materiæ: ſicut ſequitur de corporibus cæleſtibus in quibus non ponunt materiam. Eodem modo dicendum eſt illis, qui tenent opinionem ſecundam de materia ſuprà poſitam: quia ſi materia cuiuslibet corporis cæleſtis eſt ſolum in potentia ad formam ſubſtantialem, quam habet: non poteſt dici quòd materia corporum cæleſtium, & elementorum ſit producta ſub vna forma communi, & poſtea per formas ſubſtantiales diſtincta, nec etiam quòd materia corporum cæleſtium per ſe ſit producta ſub vna forma communi: & poſtea diſtincta per formas ſubſtantiales ſolis & lunæ, & aliorum corporum cæleſtium, quia ad vtrumque iſtorum ſequitur oppoſitum dicti ſui: videlicet quòd materia corporis cæleſtis non ſolum ſit in potentia ad vnam formam, ſed ad plures. Secunda autem expoſitio litteralis quam tenent Strabo. & Beda & aliqui alij Doctores,eſt quòd materia omnium corporalium, & elementarium per opus creationis producta eſt ſub vna forma communi in genere ſubſtantiæ, vtpotè corporeitatis, & diebus ſequentibus ſit diſtincta ſecundum diuerſas ſui partes per formas ſpecificas, tam cæleſtes, quàm elementares. Conſiderandum verò quòd ſi in qualibet particula littera exponeretur ſecundum vtramque opinionem prædictam ſucceſſiuè, talis frequens mutatio, & tranſitus de vna expoſitione ad aliam confunderet intellectum: propter quod intendo exponere totã litteram à principio capituli vſque ad opus quartæ diei incluſiuè. Primò ſecundum primam opinionem, & ſecundò quantum ad ſecundam. Littera autem quæ ſequitur opus quartę diei ſecundum vtranque opinionem vniformiter poteſt exponi. Primò igitur exponitur opus creationis cũ dicitur.*

a In principio. *Et ſic deſcribitur factum ante omnem diem; ſed illud ante, ſecundum iſtam expoſitionem non accipitur duratione, ſed natura tantum, ſicut ſonus præcedit vocem: dicit igitur. In principio, ſcilicet temporis, vel productionis rerum.*

b Creauit Deus. *Id eſt de nihilo produxit. quod eſt proprium ipſius Dei. &c.*

c Cœlum. *Id eſt corpora cæleſtia omnia in ſuis formis ſubſtantialibus diſtincta,licet adhuc in aliquibus proprietatibus accidentalibus eſſent informia, vt patebit infrà.*

d Et terram. *In ſua forma ſubſtantiali diſtinctam, & aliquib. proprietatibus formam ſubſtantialem neceſſariò concomitantibus: quia tamen adhuc quantum ad aliqua erat informis, ideo ſequitur.*

e Terra autem erat inanis. *Id eſt inuiſibilis: quia erat vndiq; aquis cooperta.*

f Et vacua. *Quia non erat adhuc, plantis & herbis ornata. Sequitur.*

g Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. *Id eſt ſuper faciem elementorũ. Abyſſus ἄβυσσος, enim grecè,eſt vorago latinè: & importat immenſam aquarum profunditatem.Importat ẽt confuſionem quandam* ¶ *& commi-*

Moraliter. In morali. lib.6. ca. 8. to.1. Marc.vl. d

✻ *Moraliter. a In prin.crea.De.cæ.& ter.* In hoc cap.mundi creatio deſcribitur, per quam bene hominis recreatio deſignatur, eo ꝙ homo minor mundus dicitur a philoſophis, & etiam à Sanctis. Greg.enim exponens illud Mar. Prædicate euangelium omni creaturæ,dicit; omnis creaturæ nomine ſignatur homo: mundus enim & vniuerſitas creaturæ idem penitus ſignificant, igitur primò deſcribitur hoĩs perfectio in eſſe naturæ,cum dr̃: *In prin.cre.Deus cæ.* i.ſpiritum humanum, qui cœlum dr̃, eo quod à Deo cęlitus donaẽ.

*d Et terram.* Id eſt carnem humanam, quæ dicitur terra, eo ꝙ eſt terræ à dominio. Caro verò hominis lapſi non habet ex ſe aliqđ bonum.Ro. Non habitat in me,i.in carne mea,bonũ;ꝺ ſubdiẽ.

*e Terra autem erat &c. Et vacua.* Scilicet à bono moris.

*g Et tenebræ, &c. abyſſi.* Nomine abyſſi poteſt anima humana ſignificari propter ſui profunditatem. vnde Hieremia: Pra- ✻ uum

Rom.7.a — Hier.17.b



A pertingerent, vbi nunc vſq; ſuper firmamentũ partim reſident.Ipſa aũt terra,& aqua informis dicunẽ materia,qa oĩa quæ videmus,vel ex iſtis ſumpſerũt exordiũ,vel ex nihilo,& priuſquã in lucẽ venirent, non erat vnde formam haberẽt.

*a Et ſpiritus domini ferebatur uper aquas. Aug. Hiſt.* Siue totam corporalẽ materiã aquã appellauit, vt inſinuaret vnde facta, & formata ſunt oĩa quę ex humida natura p ſpecies varias in terra formari videmus; Siue ſpiritualẽ vitã ante cõuerſionis formam quaſi fluitãtem. *Spiritus Dei ſuperferebatur.Beda*: Quia ſubiacebat bonæ volũtati creatoris,qđ formandũ & pficiendũ inchoauerat.dictum eſt ẽt: Spũs dñi ferebaẽ ſup aquas.Ne faciẽdo opera potius p neceſſitatem indigẽtiæ, q̃ per abũdãtiã beneficentię Deus amare putareẽ.Cõmodè.n. prius inſinuaẽ aliqd inchoatũ,cui ſuperferreẽ: nõ loco, ſed oĩa ſuperante potẽtia. *Et Spiritus domini ferebaẽ &c.Hier.* In heb. habet מרחפת merahephet.i.incubabat vel fouebat, more volucris oua calore aĩantis. Intelligimus ergo non de ſpũ mundi dici,vt putant multi,ſed de Spirituſancto,qui & ipſe eſt omniũ viuificator. Si aũt viuificator,& conditor.Si conditor,& Deus. Pſalmo. Emitte(ait)ſpiritũ tuum & creab. *Et ſpiritus.* In quo ſubſiſtẽtes requieſceremus flatu eius viuificati, & vnda baptiſmi abluti. *Et Spiritus domi.fere.ſuper aq.&c.* Sicut Deus.ſ.& cõditor pręerat fluitãti & cõfuſæ materiei,vt diſtingueret qñ vellet. Tota ergo Trinitas hic operata intelligitur, Deus pater.ſ.principium filius.ſpiritus Dei,ſpirituſanctus. *Et ſpiritus.Iſi.Myſticè.* Corda.ſ.fluctuantia,quæ mentis quietem amiſerãt,quia eis ſpiritus non innitebatur,ſed ſuperferebatur,quaſi potẽs naturã à confuſione in melius reuocare.Deinde per totum huius ſcripturæ textũ ſex quaſdã operoſas ætates videmus, licet quaſi proximis limitibus diſtinctas,vt in ſeptima quies ſperetur, & eas habere ſimilitudinem ſex dierum,quibus ea B facta ſunt,quę Deum feciſſe ſcriptura cõmemorat.Primordium.n.generis humani quo iſta luce frui cœpit, cõparatur primo diei quo lucem Deus fecit.Hæc ætas tanquàm infantia eſt totius ſeculi,quod tãquam vnum hominem proportione magnitudinis ſuæ cogitamus.Homo.n.cũ primo naſcitur in lucem infantiam agit primam ætatem,quæ tendit ab Adã vſq; ad Noe generationib.decẽ.diluuiũ quaſi veſpera huius diei eſt, qa infantia nr̃a obliuionis diluuio deletur.

*b Dixitq;. Alcu.* perfecit,poſuit,vt celeritatẽ, vel facilitatem operis Dei oſtenderet. *Dixitq; Deus:Fiat lux. Aug.* Lux primo die facta:ſpiritualis vel corporalis intelligitur. Si ſpiritualis: nõ illa patri coæterna,per quã facta ſunt omnia.Sed de qua dicitur Sap. Prior omnium creata eſt ſapiẽtia, id eſt intellectualis & angelica vita,quæ informiter fluctuat:niſi ad creatorem conuerſa,quæ poteſt eſſe prima creatura, & cœlũ dicta,cum dicitur,In principio creauit Deus cœlũ, & terram. Sed ad creatorem cõuerſa cum dicitur. Fiat lux, & facta eſt lux.In qua luce ſpirituali forte diuiſio lucis à tenebris,diſtinctio rei intelligitur iã formatæ ab informi. Appellatio diei & noctis, ſignificatio diſtributionis, qua ſignificatur nihil Deum inordinatũ relinquere nec profectus creaturarũ, ſine

*Hiſtoricè.* De octo dubijs.q. lib.1.q.8. to 4. — Gen.c.1. — † *Spiritus Dei.* — *Spiritus domini.* — Pſ.103.d — *Myſticè.* — *Comparatio ſex dierum ad ſex ætates mundi, & hominis.* — De Gene. ad litterã lib.1.c.17. to.3. — Sap.7.d.

a ¶ Spirituſſanctus. ¶ Bona uoluntas creatoris cui ſubiacebat quod formandum erat. ¶ Tanquam dominus. b ¶ Syra lingua: fouebat ſicut auis oua. ¶ Sicut ſapientia artificis ſuperfertur fabricando operi. c ¶ Informem ſed ductilem materiam. ¶ Totam corporalem machinam,quia ex humida natura formantur, quę videmus in ſpecies uarias. ¶ Vel ſpiritualẽ uitã quaſi fluitãtẽ ante conuerſionis formã. ¶ Cor tenebroſum,& fluidũ.

a ſi,& ſpirit[a]us†dñi fer[b]ebaẽ ſup [c]aquas [a]

a ¶ non temporaliter,non ſono uocis, ſed in uerbo ſibi coæterno. a ¶ Hic incipit diſtinguere opera. ¶ Angelica natura, vel corporalis lux. ¶ Illuminatio fidei, ſcilicet appareat. ¶ Lux a luendo,id eſt purgando tenebras. b ¶ Bene ab ęterna luce prius fit temporalis lux,ut per eam cætera uiderentur. ¶ Angelica natura Dei uiſione illuſtrata.

b c * Dixitq; Deus: Fi[a]at lux,& fac[b]ta eſt [b]

ne ſupplemento vniuerſi decoris eſſe.Veſpera in triduo antequàm fierẽt luminaria,conſummati operis terminus. Mane futuri inchoatio.Si aũt primo die corporalis lux facta eſt congruè mundi ornatus a luce inchoatur:vnde cætera quæ creãda erãt,videbanẽ. Si aũt quæriẽ, vbi eſt facta, cũ abyſſus oẽm terræ altitudinẽ tegeret? patet, quòd in illis partibus, quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux. Nec mirũ lucẽ in aquis poſſe lucere, cũ etiã nautarũ operatione ſępius illuſtrenẽ,q in profundo merſi,miſſo ex ore oleo,aquas ſibi illuſtrãt: quæ tũc multo rariores quàm ſint modo, fuere in principio, quia nõdum cõgregatæ in vno loco. *Dixitq; Deus:Fiat lux. Aug.Hiſt.* Nõ tpaliter.Si.n.tpaliter, & mutabiliter. Si mutabiliter,& p ſubiectã creaturã.Si per ſubiectã creaturam,nõ eſt lux prima creatura.Sed forſitã,qa iã dictum erat:In principio fecit Deus cœlũ &c. poterat per cęleſtem creaturã vox iſta temporaliter fieri:Fiat lux. Quod ſi ita,iſta corporalis lux facta eſt p ſubiectã creaturam,quã ante fecerat, dicẽte dño:Fiat lux. Qũo p ſpiritualis creaturæ occultũ motũ dici potuit diuinitus. Non.n.corporaliter ſonuit vox Dei, ſicut illa Mar. Tu es filius meus &c. Qua enim lingua ſonaret,cum linguarũ diuerſitas nõdũ eſſet,nec lingua erat vna,& ſola quæ loqueretur, nec erat quẽ oporteret audire, & intelligere:Benè ergo accipitur vox Dei verbũ, qđ in ſono vocis intelligitur.Ad naturã.n.verbi: per quod oĩa facta ſunt hoc ipſum ptinere dr̃.Æternũ ergo eſt, qđ dixit Deus: Fiat lux,qa verbum Dei patri coęternum. Cum enim audimus, & dixit Deus: Fiat, intelligimus in verbo eſſe, vt fieret. Cũ verò addit:Et factũ eſt,ita intelligimus factam creaturam nõ exceſſiſſe præfixos in verbo terminos generis ſui, Cum verò dicitur: vidit Deus quòd eſſet bonum, intelligimus in benignitate ſpiritus eius,non quaſi cognitum poſtquàm factum eſt placuiſſe, ſed eadem bonitate placuiſſe, vt factum maneret, in qua placuit vt fieret. Ideo enim diligit Deus creaturam ſuam, vt ſit, & vt maneat.

*c Fiat lux. Aug.Hiſt.* ea cõditione.ſ. qua cũcta ſubſiſtũt intẽporaliter in Dei ſapientia priuſquàm in ſeipſis. Et facta eſt lux.i.angelica & cœleſtis ſubſtantia,in ſe tpaliter, ſicut erat in ſapientia, quãtum ad eius incõmutabilitatẽ æternaliter. Vel notatur huius creaturę informitas.ſ.& imperfectio antequàm formaretur in amore conditoris.Formatur.n.cum conuertitur ad incommutabile lumen uerbi. *Fiat lux. Aug.* Si corporaliter lux facta eſt,quæ nam illa eſt, quam cum ſol occiderit,videre non poſſumus?quia nec luna erat,nec erãt ſtellæ. Sed forſitan in ea parte cœli eſt,in qua ſol, non ſolis lux: ſed ſic ei iuncta,vt diſcerni non poſſit.vel fortè in parte lucem Deus fecerat,in qua hominem facturus erat,vt cum ab illa parte lux diſceſſiſſet, veſpera diceretur. Sed quare factus eſt ſol in poteſtatem diei,ſi lux illa faciẽdo diei ſufficiebat? Sed fortè lux prior ſuperiores tãtum partes illuſtrabat, & ad illuminationẽ inferiorum ſolẽ fieri oportebat. Poteſt quoq; dici auctum eſſe fulgorẽ diei ſole addito. Emiſſionẽ verò cõtractionẽq; illius lucis, ſi noctẽ & diẽ intelligimus q̃ cã reddeẽ?Nõdũ.n.erant aĩalia qb.hic viciſſitudo exhiberẽ. Et vidit

C — *Quomodo aquæ illuſtrentur.* — *Hiſtoricè.* De Gene. ad litterã lib.1.c.2. to.3. — Mar.1.b. — *Vox Dei.* — D — *Hiſtoricè.* De Gene. ad litterã li.imperfe. c.5.to.3. — De Gene. ad litt. li.1. c.11. to.3. *Nota de luce & ſole.* — *Quæſtio.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *& cõmixtionẽ: totum aũt quod eſt infra circulũ lunæ erat cõfuſum: quia licet elementa eſſent producta in ſuis formis ſubſtãtialibus, nõ tamẽ adhuc habebãt oẽs proprietates accidentales debitas vſq; ad tertiã diẽ, in qua ſunt diſtincta elementa, & ideo vſq; tunc aqua ipſa non habuit debitã denſitatem, ſed quaſi vaporaliter eleuabatur per totum ſpatium aeris, & ignis, cooperiebat enim terram, & ſic quædam confuſio,& commixtio erat in elementis, & ideo hoc vocabatur abyſſus.*

a Et ſpiritus &c.aquas. *id eſt ſuper illam congeriẽ,& commixtionem elemẽtorum prædictam.& vocatur nomine aquarum,quia ſicut dictum eſt, ipſa aqua cooperiebat terram, & alijs duobus elementis commixta erat modo prædicto: & accipitur hic ſpiritus Dei, id eſt voluntas,quæ ferebatur ſuper illam congeriem elementorum,ſicut voluntas artificis ſuper materiam,quam formare,& ornare intendit.*

b Dixitq; Deus &c. *Hic incipit opus diſtinctionis, & primò ponitur diſtinctio diei & noctis. Scđò diſtinctio corporũ cęleſtiũ,ibi: Dixit quoque Deus. Tertiò diſtinctio elementorũ,ibi:Dixit verò Deus &c. Circa primum cõſiderãdũ,ꝙ dies, & nox diſtinguũtur p lucẽ,quæ eſt quoddã poſitiuũ:& p tenebras,quæ importãt priuationẽ lucis: & ideo opus diſtinctionis incipitur à luce,& hoc cõuenienter. Primò,quia eſt qualitas cõis,in qua corpora cæleſtia cõicant cũ inferioribus,vtpote cum igne,& cũ aliqb.corporib.mixtis quæ lucida ſunt. & quia ſm iſtã expoſi.diſtinctio rerũ accipitur ſm qualitates,et pprietates accidẽtales, iõ cõuenienter inchoaẽ à luce, q̃ eſt qualitas cõis ſicut in gñatione naturali incoatio fit à cõiorib.formis,qa ſm philoſophũ embryo prius viuit vita plãtę:poſtea aĩalis,poſtea hoĩs,vel leonis:& hmõi. Et 1.phyſ.dicit philoſophus,ꝙ à cõiorib.eſt incipiẽdũ via doctrinæ,ſicut pueri in principio vocãt oẽs viros pr̃es,& oẽs fœminas matres,poſtea diſtinguũt. Scđò,qa diſtinctio nõ apparet niſi p manifeſtationẽ,oĩa aũt p lucẽ manifeſtantur,& ideo diſtinctio incipit à luce. Tertiò,qa dies nõ põt eſſe ſine luce,ideo lucẽ oportuit fieri prima die. Dicit igitur:*Dixitq;.D. *Iſtud dicere Dei non importat aliquã vocẽ ſenſibilẽ,ſed intelligere Dei practicũ, qđ includit ipſum velle,quia ſm formam ſuæ diſpoſitionis,& voluntatis ſequitur effectus.*

c Fiat lux. *Iſta lux eſt lux ſolis,quæ eſt qualitas accidentalis,à qua luce* ¶ *alia cœli*

*Spiritus.* — *Opus diſtinctionis.* — *Diſtinctio diei & noctis.* — *Quare à luce incipiat.* — *Dicere Dei*

## MORALITER.

✻ uũ eſt cor hominis,& inſcrutabile. Alia trãſlatio habet:Profundũ eſt cor hominis &c. Nec obſtat quòd ſpiritus hominis,qui eſt idem quod aĩa, ſ. per cœlũ ſignificatur. Nã vnum & idẽ propter diuerſas ſui proprietates per diuerſas res figuratur, vt ſupra dictũ eſt in prologo. Nam anima in ſua creatione caret ſcientiarum luce, vt habetur.3.de anima. propter quod bene dr̃ de ipſa: Et tenebrę erant ſuper faciem abyſſi.Sed qm̃ ſcire naturaliter deſiderat,ideo ſubditur. Et

*a Et ſpiritus domini.* id eſt ſpiritus hominis qui conuenienter dici poteſt domini ſpiritus,eo quòd eſt à domino creatus. *Ferebatur ſuper aquas.* id eſt naturaliter deſiderans ſcientias, quę nomine aquarum deſignantur. Prouer. 5.c. In platęis aquas tuas diuide, docendo,ſcilicet publicè.

*b Dixitq; Deus: Fiat lux*: Scilicet rationis naturalis, quæ eſt quædam impreſſio diuini luminis in nobis. Pſal.4. b. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui &c.

Prou.5.c — Pſal 4.b.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et vidit Deus luc.&c. Aug.* Non quaſi incognitam lucē laudauit: ſed iam factā dignam laude declarauit. Sed quia non E totas mundi tenebras luce expulit, rectè ſubditur.

vt ſup.

b *Et diuiſit lucem à tene.* Diuiſit enim nō ſolum qualitate: ſed & locorum diſtantia, diffundendo lucem in ſuperiori parte, inferiori in tenebris remanente.

De Gene. contra Manichæos. lib.1.c.9. to.3.

c *Appellauitq; lucem &c. Augu.* Nulla lingua hæc appellatio facta eſt, quia apud Deum purus intellectus eſt ſine ſtrepitu linguæ. Sed appellauit .i. appellari fecit, quia ſic diſtinxit, vt diſcerni poſſent, & nominari. *Et diuiſit lum.&c. Aug.* Hoc factū eſt ex quo lux facta eſt. Sed non potuit ab homine ſimul dici, ſicut a Deo fieri. Diſcretio autem lucis à tenebris, diſtinctio eſt inter perfectum cuiuſq; rei ſtatum, & quē habet ex ſe defectū. Diē quippe in ſpecie rei cōditæ intelligimus. Noctē vero in eius rei priuatione, vel defectu quæ rebus temporaliter conditis ex ſe ineſt, ēt ſi deſit effectus. Veſpera, in oīb. perfectæ cōditionis terminus eſt. Mane, exordiū incipientis. Oīs.n.creatura certis initiis, & terminis cōtinetur. Nondū.n.erant ſolares dies, vt ortus ſolis dies, occaſus veſpera diceretur, quod quarta die factum eſt, cū luminaria primū in firmamento ordinata ſunt. *Strab.* Lucem, & tenebras fecit Deus vnde Dan. Benedicite lux & tenebræ domino: cum omnis creatura ad benedicendum inuitatur. *Iſido. Moraliter.* habet quiſque in operibus, & recta vita, diſtinctos ſex dies, poſt quos requiem ſperet. primo die lucē fidei, quādo primò inuiſibilibus credit, propter quā fidem dñs apparere dignatus eſt.

De Gene. ad litt. li.1. c.16. to.3. Beda in Gene. c.1. vidit De⁹. to.8.

I vnus, i. primus.

Firmamenta vox Hebræa. יקר quia ſonat extenſionem & expanſionem.

Dan.3.f

Moraliter.

d *Factumq; eſt veſpere. Aug.* Occidente luce paulatim, & poſt F ſpatium diurnæ lōgitudinis inferiores partes ſubeunte, factum eſt veſpere, ſicut nunc vſitato circuitu ſolis ſolet fieri. Factum eſt autem mane eadem ſuper terram redeunte, & alium diem inchoante, & dies expletus eſt vnus. 24. horarū. Notandum uero ꝙ nox in illo triduo omnino tenebroſa fuit, quæ poſt creata ſidera aliqua luce claruit: decebat etiā vt dies à luce inciperent, & in mane ſequētis diei tenderēt, vt opera Dei à luce inchoata, & in lucē cōpleta eſſe ſignarētur. *Factūq; eſt veſp.&c. Greg.* Nequaq̄ in hac vita p exercitationē iuſtitiæ peccatū deſerit, vt in ipſa incōcuſsè maneat, qa ſi culpā rectitudo eliminat, cogitationis nr̄ę forib. aſſidens, vt ſibi apiat pulſat. Vñ ait Moyſes: Facta eſt lux. & paulopoſt: factum eſt veſpere. Creator.n.humanæ culpæ præſcius: tūc expreſſit in tpe, quod nunc verſatur in mente. Lumen nāq; rectitudinis ſequitur vmbra tētationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, non nox, ſed veſpera facta memoratur: quia tentatio lumen iuſtitiæ abſcondit, nō interimit. *Aug.* Notandum, ꝙ cæteræ creaturæ, quæ infra lucem ſunt ſpūalem, ſine eius cognitione nō ſiūt. Ideo idem dies vbiq; repetitur, vt eius repetitione tot fiāt dies quoties diſtinguuntur genera rerū creatarū pfectione ſenarij termināda, ita. ſ. vt veſpera primi diei ſit ſui cognitio, non ſe. ſ. eſſe quod Deus eſt. Mane aūt poſt hāc veſperā, quo claudiť primus dies, & inchoatur ſecundus, cōuerſio eius, vt ꝙ creata eſt,

Hiſtorice Veſpere quomodo facta.

Nota. De Gene. ad litt. lib. 1. cap.10. to.3. to.1.c.182. Moraliter.

Nota. vt ſup.

† Id eſt videri voluit. Id eſt placuit ei in ſua eſſentia, quod prius placuerat in ſapientia.

a lux. Et † uidit Deus lucem quòd eſ- a

a Id eſt filios lucis. Rem formatam. In qua operentur homines.

b ſet bona, & diuiſit lucem à te- b

a Informitatem. Peccatores. In quibus quieſcerent. Tenebras a tenendo dictas, tenent enim oculos. b Perfectionem rei.

c nebris, appellauitque lucem diem, c

a Defectum ſcilicet.

d & tenebras noctem. Factumque e

a Perfectæ rei terminus. Perfectio boni operis. b Exordium. Initium fidei. c Prima diuinorum operum diſtinctio.

eſt ueſpere & mane dies I unus.

† Verbo domini cœli firmati ſunt &c. b Diuinæ ſcripturæ de qua dicitur Eſai. 34. a Cœlum ſicut liber plicabitur. Intranſgreſſibilis terminus.

e † Dixit quoq; Deus. Fiat firmamen- f g

a Quarum ſuperior pars in modum cryſtallini lapidis congelata eſt, inferior in ma ricem redacta. Vaporaliter ſuſpenſarum & per te am labentium. b Superiores. Populos angelorum, qui non indigent firmamento ſcripturæ.

tū i medio aquarū: & diuidat aquas

eſt, ad laudē referat creatoris, & cognitionē creaturæ perci- G piat de verbo Dei: q̄ poſt ipſam fit .i. firmamēti, qđ pri⁹ p verbū in eius cognitione fit: poſt in natura ipſius firmamenti: deinde fit veſpera huius lucis: cū firmamētū nō tā in verbo Dei ſicut ante, ſed in firmamēti natura cognoſciť, q̄ cognitio qa minor eſt, veſpera vocať. Poſt fit mane, quo claudiť ſcđs, & incipit tertius. In quo ſimiľr mane cōuerſio lucis eſt .i. huius diei, ad laudandum Deū, qui fecit firmamentū: & ad percipiēdū de verbo eius cognitionem creaturæ poſt firmamentū faciendę: & ſic vſq; ad mane poſt veſperā ſextæ diei. Multum enim intereſt inter cognitionem rei in verbo Dei, & cognitionem eius in natura, vt illud. ſ. ad diem pertineat: hoc ad veſperam.

e *Fiat firmamentum &c. Greg.* Angelicę virtutes quæ in Dei amore perſtiterunt, hoc in retributione acceperūt, vt in contēplatione cōditoris perēni fœlicitate maneāt, & in hoc, qđ conditæ ſunt æternaliter ſubſiſtant. Vnde apud Moyſen, cœlū factū dicitur, & idē poſtea firmamētum vocať, qa angelica natura prius ſubtilis eſt in ſuperioribus condita, & poſt, ne vnquā cadere poſſit, mirabilius confirmata. *Fiat firmamentū &c. Aug.* Quæriť vtrū illud cęlū nūc fiat qđ excedit aeris ſpatia: an ipſe aer voceť firmamētū? Aſſerūt.n. aquas ſup cęlū ſidereū eſſe non poſſe, cū earū pōd⁹ exigat hoc: vt ſ. terrā fluāt, vľ ferant vaporaľr in aere. Nec qſquā dicat fieri hoc oīpotētia Dei. Qūo.n. Deus naturas rerū fecerit q̄riť? Nō ꝙ ex eis ad miraculū potētię opeť. Qui verò negāt aquas ſup cęlū eſſe poſſe, non tm̄ locis, ſed & qualitatib. diſtinguūt elemēta, p qb. ſortiant ppria loca, vt ſit aqua ſup terrā, aer ſup aquā, cęlū ſup aerē. Vnde colligiť ꝙ ſi aer ſup cęlū maneret, ex pōdere ſuo caderet: H & ſic aqua ſup cęlū eſſe nō poſſet. Vñ qdā conanť demōſtrare, aquas eſſe ſup cęlos, aerē hic cęlū, & firmamētū accipientes, pp hoc tm̄, qa interuallū eius diuidit inter quoſdā vapores aquarū, & aquas q̄ ſunt in terris. *Fiat firm. Aug. Hiſto. &c.* Notandū ꝙ firmamētū nō pp ſtationē, ſed pp firmitatem, & intranſgreſſibilē terminū ſuperiorū & inferiorū aquarū appellatū eſt. Siue cęlū intelligimus aeriū, ſiue quod excedit ſpatia nubiloſi aeris, q exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & p ſubtiles minutias ſuſpendit, & poſt corpulētius conglobatas pluuialiter refundit. Si verò pōt aqua ſicut videmus ad tātas minutias peruenire, vt ferať vaporaliter ſup aerē aquis naturaliter leuiorē, cur nō credamus, & ſuper illud leuius cœlum, minutioribus guttis & leuioribus immanare vaporibus? Sed quoquomodo ibi ſint, ibi eſſe nō dubitamus. *Fiat firmamētū in medio. Beda &c.* Cœli in quo fixa ſunt ſidera creatio deſcribitur, quod conſtat eſſe in medio aquarum. Nam ſuppoſitæ ſunt ei aquæ in aere, & in terra, ſuperpoſitæque; de quibus dicitur Pſalm. Qui tegis aquis ſuperiora eius. In medio ergo firmamentum eſt ſidereum cęlum, quod de aquis eſſe factū credi poteſt. Cryſtallus enim lapis cuius magna firmitas, magna perſpicuitas, de aquis factus eſt. Si quē mouet, quomodo aquæ natura fluidæ & in ima

to.2.c.20. 616.

De Gene. ad litterā. lib.2.c.1. to.3. Quæſtio.

Beda in Gene. c.1. fiat fir. to.8

Hiſtorice. De Gene. ad litt. lib. imper. c.8.

Firmamentum, ſiue cælum.

Pſal. 135.a Hier. 14.b Beda Hexameron. c.1. to.4. Pſal. 103.b Cryſtallum.

## NICO. DE LYRA.

¶ alia cœli luminaria illuſtrantur, propter quod. 2. de anima dicitur quòd ſol eſt pater uirorum, Deorumq;, quia reliqua cęli luminaria, quæ ab antiquis vocabantur Dij recipiunt lumen à Sole.

a Et vidit Deus lucem ꝙ eſſet bona. *Quia vtilis eſt ad multa, vt patebit infra in opere quartæ diei. Aduertendum tamen, quòd iſta lux ſolaris, quæ facta dicitur prima die, adhuc fuit informis quantum ad aliqua, vſque ad quartum diem, ſecundum quòd dicit Diony. c.4. de diuinis nominibus: qualiter autem fuerit formata quarta die, patebit infra.*

b Et diuiſit luc. a te. *Iſta diuiſio eſt per motum Solis, quia quādo mouetur ſuper vnum hemiſphærium, fiunt tenebræ in oppoſito hemiſphærio propter opacitatem terræ, quæ eſt in medio.*

c Appellauitq; lucem diem. *Quia dies eſt latio Solis ſuper terram.*

d Et tenebras noctem. *Quia ſicut per pręſentiam Solis efficitur dies, ita per ſuam occultationem efficitur nox. Notandum enim quòd cum dicitur, Appellauitque lucem diem, loquitur de die artificiali; cum autem ſubditur,*

Diuiſio lucis a tenebris.

e Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. *Loquitur de naturali: quæ eſt. 24. horarum, & complectitur diem, & noctem: & ideo dicit: Factumq; eſt veſpere, & mane dies vnus. in veſpere enim completur dies artificialis, qui eſt prima pars diei naturalis, & in mane diei ſequentis completur nox, quæ eſt ſecunda pars diei naturalis, & ideo præponit veſpere ipſi mane, vt oſtendat completionem diei naturalis, exprimendo terminos diei artificialis, & noctis: quæ ſunt partes integrantes diem naturalem.*

f Dixit quoq; Deus, *Hic deſcribiť opus ſcđæ diei in qua facta eſt diſtinctio corporū cęleſtiū ab elemētis. Ad cuius intelligentiā cōſiderandū ꝙ præter cœlū empyreū (de quo dubitauerūt doctores, vtrū ſit aliqs locus corporalis an nō, pp qđ de ipſo hic nō fit mentio ſm̄ iſtā expoſitio. quam nunc proſequor) eſt cœlū cryſtallinū, quod ēt dr̄ aqueum propter ſimilitudinē quam habet cū aqua in diaphaneitate, & ſub ipſo cœlo cryſtallino eſt firmamentum: ſub quo noīe intelligitur octaua ſphæra, quæ magis propriè dr̄ firmamentū, & ſphæræ ſeptē planetarū, quæ continentur ſub octaua ſphæra: videlicet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ: ita quòd ſphæra Saturni eſt ſuperior, exiſtens immediate ſub octaua ſphæra. Sphæra autem lunæ inferior, cui immediatè coniunguntur elementa. Ex quibus patet, ꝙ firmamentum prout includit ſphæram ſeptem planetarū, mediū eſt inter cœlum cryſtallinum & elementa, quæ nomine aquarū deſignantur, vt prædictū eſt, & hoc eſt quod dr̄.*

Nota. Opus 2. diei.

Cœlum cryſtallinum.

Sphæræ planetarum.

g Fiat fir. &c. aquas ab aquis. *id eſt cœlum cryſtallinum ab elementis.*

¶ Et fecit

Moraliter. ✠ c *Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.* Cognitio enim, lux eſt; & ignorantia, tenebra. Sequitur.

f *Fiat fir.* i. cognitio primorum principiorū indelebilis & firma.

† In

† *In medio aquarum.* Id eſt ſciētiarū, quarū aliquæ ſunt ſub iſto firmamento, quia deductæ ſunt ex primis principiis, & aliquæ ſupra firmamentum, quia ſunt à Deo per reuelationem datæ. Sequitur:

✠ Congregentur



ima labiles ſuper cęlū pñt cōſiſtere, cuius figura rotūda vide A tur eſſe? de quo ſcriptum eſt meminerit Iob. Qui ligat aquas in nubib. ſuis &c. Qui.n. infra cœlū ligat aquas ad tēpus vaporibus nubiū retentas, pōt ſuper cœli ſphærā ne labantur, nō vaporis tenuitate, ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere, qui etiam terræ molem appendit in nihilo. Quales autem & ad quid vtiles, nouit ipſe qui condidit.

Iob 26.c

a *Et fecit Deus firm.&c. Beda.* Quæritur quare cū dixiſſet, fiat firmamentū, & factum eſt ita, poſtea addidit, & fecit Deus firmamētū: cū in creatione lucis additū non ſit? In quo demonſtratur, primo die quo facta eſt lux, cōditionē ſpūalis creaturæ .i. ſanctos angelos per lucē ſignificari. Ideo nō repetitur poſtq̄ dixit, facta eſt lux, quia non primò nouit rationalis creatura formationē ſuam, & poſt formata eſt, ſed in ipſa ſua formatione cognouit. Conditio.n. lucis in eis eſt, prius in ſapientia, poſt in cōditione ſua: illic genita, hic facta .i. ex informi formata. vnde fiat lux: & facta eſt lux, vt quod erat in verbo, eſſet in opere. Cętera prius fiunt in ſapientia, poſt in angelorum cognitione, tandem in proprio genere. Cum ergo audimus: Dixitq; Deus fiat lux, intelligimus ad ſapientiā Dei ſcripturam recurrere. Cum audimus, factū eſt, intelligimus in creatura ſpirituali factam cognitionē faciēdæ creaturæ. Cū additur, & fecit Deus: fieri intelligimus ipſam naturam in genere ſuo: Nec toties dixit Deus, Fiat, quoties ſcriptura dicit, quia vnū verbū genuit, in quo oīa dixit, p quod ſingula facta. Sed ſcriptura condeſcendēs paruulis, in vnoquoq; gn̄e creaturæ reſpicit in verbo Dei æternā rōnem dicēs: Dixitq; Deus: fiat &c. *Aug.* Super aerē purus ignis dr̄ eſſe cœlū, vnde ſidera, & luminaria facta cōiectant, illius. ſ. igneæ lucis cōglobata diſpoſitaq; natura in eas formas quas in cœlo cernimus. Quidam etiā noſtri aquas non eſſe ſuper cœlū B ſidereū, qualitatibus, & meatibus cōuincere volunt, aſſerentes tm̄ ſtellam Saturni eſſe frigidiſſimā. Quæritur ergo ab eis, vnde frigida ſit? quæ tanto debet eſſe ardentior, quāto ſublimior, & cœlo propinqor. Cū.n. rotūda moles circūagitur, interiora tardius, & exteriora eius moueņť celerius, & ideo feruentius: debuit ergo magis eſſe calida, q̄ frigida. Facit ergo frigidā aquarum ſuper cœleſtium vicinitas. *Aug.* Notandum verò ꝙ prima die cū facta eſt lux, dictū eſt tm̄, fiat lux, & hoc in verbo, & facta eſt lux in opere, ſtatimq; adheſit increatæ luci lux creata, vt vicinior, & oī creatura capacior. In ſecunda die quædam mora eſt, & verborum multiplicatio, fiat: & fecit Deus, & factū eſt ita: vt intelligamus iſtas naturas ad deficiēdum pronas, & ad obediendum minus aptas. *Hiero.* Notandū ēt, ꝙ huius diei ſecūdi opera ſm̄ Hebręos non dicuntur bona, cum bona ſint ſicut cætera: qđ fit ppter binarium

In Gen. c.1. fiat fir. to.4 Quæſtio.

De Gene. ad lit. li.2. c.10. to.3.

Saturni ſtella quomodo frigida.

Nota. vt ſupra.

to 5.189.a Notandum.

a Inferioribus. Populis hominum qui indigent. b Cauſaliter. c In cognitione angelorum. Scripturæ. Moraliter, vt per ipſum firmamentum ſcripturæ ſcilicet inter carnalia, & ſpiritualia quaſi inter ſuperiores, & inferiores aquas diſcernat.

a ab aquis. Et fecit Deus firmamen- a

a Vaporaliter imminatas. Angelos. b Sidereū cęlum.

tū, diuiſitq; aquas q̄ erāt ſub firma-

a Denſioribus aquis. Hominibus. b Sidereo cęlo.

mento ab his quæ erant ſup firma-

a Actualiter ſcilicet.

mentum, Et factum eſt ita. Vocauitq; Deus firmamentum cœlum.

b Et factum eſt ueſpere, & mane c

a Auguſtinus. Diuinorum operum ſecunda diſtinctio. b Verbo ſeparauit.

c dies ſecundus. Dixit uero Deus: d

binarū principem alternitatis, qui prior ab vnitate diſcedit: C & in figura bigamiæ ponitur, & multorū reprehēſibilium. Vnde quę bina ingrediūtur in arcā immūda ſunt, impar numerus mūdus. Vel ideo bona non dicūtur, qa in hoc opere diſtinctio aquę nō ſit pfecta, quę in pximo ſit vbi dicit: Cōgregentur aquæ, vt ibi dicetur. *Aug.* Quæri ſolet, cuius figurę ſit cęlū? Sed Spiritusſanctus quāuis auctores nři ſcierint, p eos docere noluit, niſi qđ proſit ſaluti. Quæriť ēt, ſi ſtet an moueat cęlū? Si moueť, inquiūt, qūo eſt firmamentū? Si ſtat, qūo ſidera in eo fixa circumeūt? Sed firmamentū nō propter ſtationē, ſed pp firmitatem, aut terminū aquarū intranſgreſſibilem dici pōt. Si aūt ſtat, nihil impedit moueri, & circumire ſidera. *Moraliter.* Secundo die factū eſt tanquā firmamentū diſciplinæ, quod diſcernit inter carnalia, & ſpiritualia, ſicut inter inferiores, & ſuperiores aquas. *Iſido.* Die ſecunda poſuit firmamentū ſanctas. ſ. ſcripturas in eccľia: de quib. dr̄ Eſa. Cœlū ſicut liber plicabitur. Hoc firmamento diſcernit aquas ſuperiores, id eſt populum angelorum: quibus nō eſt neceſſe, vt in lectione audiant Dei verbum. Sed illud firmamentum poſuit ſuper infirmitatē inferiorū populorū, vt ſuſpicientes in eo cognoſcant qualiter diſcernat inter carnalia, & ſpiritualia, quaſi inter aquas ſuperiores, & inferiores. b *Et factū eſt veſp.&c. Miſt.* incipit mane ſcđę diei à Noe, tanq̄ à pueritia: & tēdit vſq; ad Abrahā, alijs gn̄ationib⁹ decē. Et bn̄ cōparať ſcđo diei, quo factū eſt firmamētū inter aquas. Sicut arca Noe inter aquas inferiores, in qb. natabat, & ſupiores qb. cōpluebať. Hęc ętas nō diluuio deleť, qa pueritia nr̄a obliuione de memoria nō deleť. Meminimus.n. nos pueros fuiſſe, infantes nō meminim⁹. Hui⁹ veſpa eſt cōfuſio linguarū i eis q turrē faciebāt: & fit mane ab Abrahā. Sed nec ętas ſcđa gn̄auit populū Dei, qa nec pueritia apta eſt gn̄ationi. c *Dixit verò Deus. Aug.* In hoc die factū vř, vt duo tm̄ inferiora elemēta ſecernerenť. De aeris tm̄ formatione intelligi pōt, q tūc primū notā nobis formā accepit, cū aqua, q̄ aeris, & terræ ſpatiū occupabat, in vnā terræ partē ſeceſſit. Ita in ſcđo, & tertio die quatuor elemēta in pprias formas videntur eſſe diſtincta. Et quoniā per enumerationem dierum ex informibus formata numerantur, & ex corporali materia iam factū cœlū Moyſes dixerat, cuius multū à terrenis ſpecies diſtat, qđ ex ea formādū in infima parte reſtabat, noluit inſolitis verbis inſerere, vt diceret, fiat, qa infirmiorē, & informitati pximā ſuſcepturū erat ſpeciē, vt his verbis: Congregentur aquæ, & appareat arida, intelligamus hæc duo proprias formas accepiſſe nobis notas, & tractabiles, aquam ſcilicet mobilem, terram immobilem. Vnde aqua congregatur, terra apparet. aqua enim labilis, & fluxa, terra ſtabilis & fixa.

Congregentur

De Geneſ. ad litt. li.2. c.10. to.3. Cuius figuræ ſit cœlū.

Moraliter.

Eſa. 34.a. Vide Be. in queſtio. ſuper Ge. to.8.119.

Myſtice.

De Gene. ad lit. c.10. to.3. D

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et fecit Deus firm. &c. *Iſtud fieri non intelligitur quantū ad formam ſubſtantialē: quia ſic factū eſt per opus creationis ſecundū iſtā expoſitionē, vt prędictū eſt: ſed intelligitur ſecundū aliquā qualitatem ipſius firmamenti. quę aūt ſit illa qualitas, in textu non exprimitur: ſed dicit Ra. Sa. Hebræus ꝙ eſt ſoliditas, de qua dr̄ Iob. Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ęre fundati ſunt. et propter hoc ipſum cœlum tunc vocatum eſt firmamētum, à firmitate dictū. Alij autem dicunt, ꝙ iſta qualitas eſt quędam virtus ad influendum ſuper elementa ad ipſorum conſeruationem, & gubernationem: propter quod dicitur. 1. Metheo. ꝙ mundus, qui eſt circa terram, id eſt elementa, contiguus eſt ſuperioribus actionibus, vt omnis ipſius virtus gubernetur inde. Quod aūt in ſcriptura ſacra, res aliqua fieri dicatur, ſecundū acquiſitionem alicuius diſpoſitionis accidentalis, probat idem Ra. Sa. per illud quod habetur Deuter. De muliere gentili captiua apud Hebręum virum, de qua dicitur ibidem, quòd ſi uoluerit habere eam uxorem, radet cęſariem ſuam, & circumcidet vngues ſuos, ſecundum tranſlationem noſtram: ſed textus hebraicus habet & faciet vngues ſuos. Ex quo patet manifeſtè quòd fieri vnguiū, ibi accipitur pro diſpoſitione accidentali ipſorū. Poſſumus etiā ad hoc ponere exēplum ſecundum tranſlationē noſtram Dan. vbi dixit Nabuchodonoſor Rex Babylonis: Nonne hęc eſt Babylon ciuitas magna, quam ędificaui? Et tamē certū eſt, quòd no fecit primò illā ciuitatē, quia multi reges fuerunt ante eū in Babylone, imo etiā illa ciuitas videtur fundata, & ędificata ſatis citò poſt diluuium, vt habetur Geneſ. Sed quia Nabuchodonoſor eam ampliauit, & fortificauit, ideo dicitur eam ędificaſſe, ſeu feciſſe, & eodē modo dicitur hic: Et fecit Deus firmamentum, quia ſecūda die dedit ſibi qualitatem accidentalem, vt prędictū eſt.*

Iob 37.c

Deut. 21.a

Dan. 4.f

Gen. 11.a

b Diuiſitq; aquas &c. *Hic aquę dicuntur ęquiuocè, ut patet ex prędictis, quia iſtę quę ſunt ſuper firmamentum, ſunt de natura cœleſti: illę autem quę ſub firmamento, de natura elementari.*

d *In genere ſuo. Aug.* Hæc forſitã ſecũdũ genus dicunt̃, qa ita orta, ut ex eis naſcant̃ alia, & originis formã ſucceſſione cõſeruẽt. De hoĩe aũt hoc dictũ nõ eſt, qa unus fiebat, de quo & femina facta. Non. n. multa gñ̃a hoĩum facta ſunt, ſicut herbarũ, & lignorũ: vt dicat̃ ſ̃m genus ſuũ, ac ſi diceret̃ gñatim, ut inter ſe ſimilia, atq; in unã originẽ ſeminis ptinẽtia diſtinguerent̃ à cæteris. *Augu.* De quibuſdã minutis aĩalibus q̃ſtio eſt, vtrũ in primis cõditionibus creata ſint, an ex rebus ꝑductis? Pleraq;. n. de humidorũ corporũ vitiis, vel exhalationibus, uel cadaueribus, gignuntur. Quædã ẽt de corruptione lignorũ, & herbarum, & fructuũ, & Deus auctor oĩum eſt. Põt ãt dici, minutiſſima q̃ ex aquis & terra naſcunt̃, tũc eſſe creata, in qbus, & illa intelligunt̃, q̃ naſcunt̃ ex eis, q̃ terra germinãte orta sũt. Quæ uerò de corporib. aĩalium maximè mortuorũ, abſurdũ eſt dicere cũ aĩalib. ipſa creata eſſe, niſi ꝙ potẽtialiter in ipſis, & materialiter erãt p̃ſeminata. *Aug.* De venenoſis & pnicioſis q̃rit̃, vtrum poſt peccatũ hoĩs ad vindictã creata ſint: an potius creata innoxia pc̃tõribus nocere cęperũt? Potuerunt ergo, creata nil nocere ſi cã nõ fuiſſet, vel terrendorũ puniendorũq; vitiorũ, vel probandę & perficiendę virtutis, qa & exẽpla virtutis & patiẽtię aliis danda, & hõ tẽtatus certius ſibi innoteſcit, & iure ſalus illa turpiter ꝑ voluptatem amiſſa, per dolorem fortiter eſt recuperanda. Beſtiæ tñ̃ beſtiis nocẽt, quæ H pc̃tũ non habent, ut nec uindicta dicat̃, nec tali exercitio recipiãt virtutẽ. Sed alię ſunt cibus aliarũ, nec ideo rectę nõ eſſent quib. alię veſcunt̃. Habent. n. oĩa q̃diu ſunt mẽſuras, numeros, ordineſq; ſuos, quæ cuncta meritò cõſiderata laudantur. *Aug.* Illud ẽt mouet. Si aĩalia noxia viuos lædũt pœnaliter, exercent ſalubriter, aut ignorãter docent, cur in eſcas mortuos lacerãt? Quaſi quicq̃ interſit caro iã exanimis per quos iam tranſitus eat, quæ mirabili potentia eſt reformanda. Quãuis & hinc doceat̃ pp inanes curas exanimatorum corporum ſuorum nulla genera mortis eſſe horrẽda. *Auguſt.* Sic q̃uis & hinc fiat quædam prudentibus admonitio, vt ita ſe commendent creatori omnia maxima, & minima occulto nutu adminiſtranti, cui etiam noſtri capilli numerati ſunt, ne propter inanes curas exanimatorum ſuorũ corporum vlla genera mortis perhorreſcant, ſed piæ fortitudinis numeros ad omnia præparare non dubitẽt. *Augu.* Quæritur quare hic non ſit additum, quod dictũ eſt de animalibus aquarum. Benedixitq; eis Deus dicẽs: Creſcite & multiplicamini, &c? Fortè quod de prima creatura animæ viuentis dictum erat, de ſecũda ſubintelligendum reliquit, maximè quia ĩ huius diei operibus alia plura dicturus. Herbas aũt atq; ligna, quia non habẽt generandi affectum: huius benedictionis forſitan indigna iudicauit. Qđ neceſſario repetitum eſt in homine: ne quis putet, in officio gignendi filios eſſe peccatum, ſicut in fornicatione ſine coniugio.
e *Beſtias terræ &c. Beda.* Ordinis ẽ mutatio. Nec curãdũ ĩ nr̃a loquela, qd prius creaturarũ ordine nominemus, cũ Deus creauerit omnia ſimul. *Myſticè: Beda: Iſidorus.* Sexta die producit

(Margin: Myſticè. — Moraliter. — Myſticè. — Beſtiæ, reptilia, iumenta. — Hiſtoric. De Gene. ad literã. c. 11. & 12. to. 3. — vt ſupra. — vt ſupra. An minuta animalia primo creata. — Venenoſa & pernicioſa animalia. — Quæſtio. — Quæſtio. — Hexameron. c. 1. t. 4 — Myſticè.)

a ¶ Quæ uel de aquis, vel de terra viuunt.

maris, aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animã uiuentem in genere ſuo, iumẽta, & reptilia, & beſtias terræ ſecundũ ſpecies ſuas. Factumque eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas: & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et uidit Deus

(Interlinear: a ¶ Auguſtinus. quinta diſtinctio. — a ¶ Infimæ partis ornamenta. b ¶ Cato abſtinens ab operibus malis. c ¶ Germina uirtutum. — a ¶ Augu. uitam imitando ſanctorum quaſi proximorum. b ¶ Be. humanos uſus iuuantia. c ¶ Scrutantes terrena per quæ intelligant cæleſtia. ¶ Quæ ungue lædunt, uel dente. — a ¶ Augu. ferocitate ſuperbientes. — a ¶ Beda. ne homo uacuam domum intraret. — ¶ Simplices. — ¶ Be. Præparatis quæ hominibus famulentur.)

## NICO. DE LYRA.

¶ *Non eſt in plantis & herbis, ideo in productione earum non fit mentio de tali benedictione earum.*
a Dixit quoque Deus. *Hic deſcribitur opus ſextæ diei, in qua ornata eſt terra animalibus. Et hoc eſt quod dicitur.*
b Producat terra &c. *id eſt animalia uiuẽtia, quæ ſignificãtur p aĩam, quia res denominatur à forma, & conſequenter magis ſpecificat dicens.*
c Iumenta. *Quantum ad animalia, quæ veniũt ad vſum hominis, quæ generali nomine dicuntur iumenta, quaſi iuuamenta.*
d Et reptilia. *Quantũ ad aĩalia pedibus carẽtia, & quantũ ad habẽtia pedes breues, ut lacertæ, et cõſimilia. pp qđ ſe vidẽtur trahere ſup terrã.*
e Et beſtias terræ. *Quantum ad animalia ſylueſtria, ideo dicuntur beſtiæ, quaſi vaſtiæ.*
f Et vidit Deus ꝙ eſſet bonũ &c. *Poſtquàm Moyſes deſcripſit creationem eorũ, quæ facta ſunt quodãmodo propter hominẽ, vt prædictum eſt, hic cõſequenter deſcribit hoĩs formationem: Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribit hoĩs formationẽ, ſecũdò eius lapſum, & tranſgreſſionẽ, 3. c. ibi: Sed ſerpens. Prima in duas, quia primò deſcribit hoĩs formationẽ: Secundò eius ſtatũ, & conditionẽ. 2. c. ibi: Igitur &c. Prima adhuc in duas, quia primò deſcribit hoĩs formationẽ, ſecundò eius cõſeruationẽ, ibi: Benedixitq; illis Deus. Circa primũ conſiderandũ ꝙ aĩa intellectiua, quæ eſt forma hominis, non eſt ex ſemine per generationẽ, ſed à Deo per creationẽ, & ideo in formatione hoĩs nõ dicitur: producat terra, vel aliquid horũ ſimile, ſed faciamus hoĩem. Et dicunt Hebræi, ꝙ eſt verbũ Dei ad angelos: ſed hoc vr̃ falſum, quia angeli nõ cooperãtur Deo in creatione aĩæ, in qua conſiſtit imago ipſius Dei. & ideo dicendũ ꝙ dicit. Faciamus in plurali: ad denotãdum pluralitatem perſonarũ in diuinis, verũtamen quia iſta pluralitas ſtat cũ unitate ſimplicis eſſentiæ, ideo* ¶ *poſtea ſubditur*

(Margin: Diuiſio. — Aĩæ principium. — Verbũ Dei, ad angelos. Faciamus hominem.)

## MORALITER.

✠ b *Producat terra &c.* Per beſtias, & iumẽta intelligi poſſunt artes mechanicę, quę ſunt quędam hominis iumenta in corporali vita. Acquiruntur etiã p motũ corporis, propter qđ dicuntur produci de terra. Poſt formationem hoĩs in eſſe naturę, conſequenter ponitur eius formatio in eſſe gratię, ſecũdũ virtutes theologicas, cũ dicitur; ✠ *Faciamus hominem*



producit terram animã viuam, qñ caro noſtra ab operibus A mortuis abſtinẽs viua virtutũ germina parit ſecundũ genus ſuum, i. vitã imitando ſanctorũ. vnde Corin. Imitatores mei eſtote &c. Secundũ genus noſtrũ viuimus, qñ ſanctos quaſi proximos imitamur. Producit terra beſtias, i. homines ferocitate ſuperbientes: Et pecora, i. ſimpliciter viuentes: Et ſerpentes, aſtutos ſcilicet, & bonum à malo diſcernentes, & quaſi reptando ſcrutantes terrena, per quæ intelligant cœleſtia.
a *Faciamus hominem ad &c. Aug.* Inſinuatur pluralitas perſonarum. p. f. & ſ. & ſtatim vnitas deitatis. cũ dicitur: Et fecit Deus hominẽ ad imaginem Dei, non pater ad imaginem tñ̃ filij. Non. n. verè diceretur ad imaginem noſtram, ſed ita dictũ eſt: Fecit Deus hoĩem ad imaginẽ Dei, ac ſi diceret̃ ad imaginẽ ſuam. Cum autem dr̃ ad imaginem Dei, cum ſuperius dictum ſit ad imaginẽ noſtrã, ſignificatur ꝙ non hoc agit pluralitas perſonarũ, vt plures Deos credamus, ſed & patrẽ, & filiũ, & Spiritũ ſanctũ vnũ Deũ accipiam°. *Be. Faciamus ho. ad ima. et ſi. &c.* Apparet, quare dictũ ſit vt cætera fierent, iuxta genus ſuũ, & ſpecies ſuas. Erat enim homo creãdus, q non ſolũ generi ſuo, & ſpeciei congrueret, ſed ad imaginem creatoris fieret, cuius dignitatis magnitudo oſtẽditur, cum quaſi conſilio creatur. Nec ſimpliciter dr̃, ſicut de cæteris fiat homo, ſed, faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtrã. In quo vnitas trinitatis oſtenditur, & commendatur. Trinitas. n. in præcedentibus inſinuatur cum dr̃: Dixit Deus, fiat, & fecit Deus, & vidit Deus ꝙ eſſet bonum. ſed manifeſtius cum dr̃. Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram. Dum. n. qui doceretur nõ erat, occulta fuit prædicatio deitatis. Vbi creari cœpit homo, fides, & dogma veritatis emicuit. In eo. n. quod dr̃ faciamus, vna operatio trium perſonarũ oſtenditur. In hoc verò ꝙ ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtram, vna & æqualis ſubſtantia trinitatis. Angelis enim à Deo non dr̃: Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimi- B litudinẽ noſtrã. Dei. n. & angelorũ nõ eſt vna, & eadem imago vel ſimilitudo. Non autem ſecundũ corpus, ſed ſ̃m intellectũ mentis ad imaginem Dei creatus eſt homo, quãquam in corpore quandam proprietatẽ habeat, quæ hoc indicet, quia eſt erecta ſtatura, ſ̃m quam corpus animæ rõnali congruit, quia in cęlum erectũ eſt. Quæritur quomodo immortalis factus ſit homo præ alijs animãtibus, & cum illis communẽ acceperit alimoniã? Sed alia eſt immortalitas carnis, quam in Adam accepimus, alia quam in reſurrectione per Chriſtum ſperamus. Ille factus eſt homo immortalis, vt non poſſet mori ſi non peccaret; moreret̃ aũt ſi peccaret. Filij verò reſurrectonis æquales angelis, nec poterunt vltrà peccare nec mori. Caro ergo noſtra poſt reſurrectionẽ nõ eget ciborũ refectione, qa nec fame, nec laſſitudine, nec alia infirmitate adeſt defectio, vel poterit corrumpi. Caro Adæ ante peccatũ ita immortalis creata eſt, vt per alimoniam adiuta, eſſet mortis, & doloris expers, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatẽ, quæ cõditori placeret, multiplicata progenie ipſo iubẽte ſumeret ẽt de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, cibi vlterius adiumẽta nõ requireret. Sic er- C go immortalis, & incorruptibilis condita eſt caro hoĩum, ut ſuã immortalitatẽ, & incorruptionẽ per cuſtodiã mandatorũ Dei coſtodirẽt. In quibus & hoc erat, vt de illis lignis conceſſis mãducarent; ab hoc interdicto abſtinerẽt. Per horum eduliũ immortalitatis dona cõſeruarent, illius tactu mortẽ inuenirẽt: Sic verò icorruptibilis, & immortalis erit in fine caro noſtra; vt ſicut angeli, in eodẽ ſtatu ſemper maneat, & corporalibus cibis (q ibi nõ erũt) egere non poſſit. Nam ꝙ angeli cũ Patriarchis manducauerunt, non indigentia, ſed benignitate factũ eſt, vt hoĩbus familiarius cõgruerent. Chriſtus quoq; poſt reſurrectionẽ mãducauit, nõ vt cibo indigeret, ſed vt verã poſt mortem ſe carnem recepiſſe monſtraret.
b *Et præſit. Augu.* Notandum ẽt, quia cum dixiſſet, ad imaginem noſtram, continuo ſubiunxit, Et præſit piſcib° maris, & volatilibus cęli, ut. ſ. intelligamus, in hoc factũ hoĩem ad imaginẽ Dei, in quo irrõnabilib. añcellit. Id aũt eſt rõ, vel mẽs, vel intelligẽtia, vel ſi alio nomine commodius vocet̃: in quo. ſ. contẽplandæ veritati inhæret.
c *Et creauit Deus ho. &c.* Qui nõ quẽlibet ſanctorũ imitãdo, ſed ipſã veritatẽ intuẽdo opat̃ iuſtitiã, vt ipſam veritatẽ intelligat, & ſequat̃. Hic accipit ꝑtatẽ ſuper oĩa, qa ſp̃ũalis quiſque effectus, & Deo ſimilis oĩa iudicat, & ipſe à nemine iudicat̃. *Et creauit De. &c. Aug.* Notandũ ꝙ ſicut in creãda luce dr̃: Fiat lux, & ſtatim ſeqtur, & facta eſt lux. Si cũ dr̃: Faciamus hoĩem, infert̃, Et fecit Deus hoĩem ad imaginẽ Dei: qa iſta natura intellectualis eſt, ſicut illa lux: & hoc eſt ei fieri, quod agnoſcere verbũ p qđ fit. Si. n. diceretur, Et factũ eſt ita: & adderet̃, & fecit Deus, quaſi prius intelligeretur factũ in cognitione rõnalis creaturę, & tãdẽ in creatura, quæ rõnalis non eſſet. Q̃uõ aũt homo immortalis factus ſit, & alimoniã, vel eſcã cum alijs aĩalibus acceperit herbam afferentẽ ſemen &c. difficilè eſt dicere. Si. n. mortalis peccato effectus eſt, ante nõ indigebat his cibis, qa nõ poſſet fame D corrũpi. Quod. n. dictũ eſt: Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, quãuis niſi per concubitũ poſſe fieri nõ videatur, (vnde hinc quoq; mortaliũ corporũ extitit indiciũ) potuit tñ̃ eſſe alius modus in corporib. immortalibus, vt charitatis affectu, nulla corruptionis cõcupiſcẽtia filij naſcerẽtur, nec mortuis parẽtibus ſucceſſuri, nec ipſi morituri, donec terra hoĩb. impleret̃. & ſic inſtituto ſancto pplo, qualẽ poſt reſurrectionẽ futurũ credimus, naſcẽdi ẽt mod° fieret. Quidã ſuſpicati sũt, nũc interiorẽ hoĩem factũ; corp° aũt cũ ait, Et finxit Deus hoĩem de limo terræ, nec attẽdũt maſculũ, & feminã ſ̃m corpus tñ̃ fieri potuiſſe. Ne putaretur. n. ſolũ ſpiritũ eſſe factũ, quãuis ſ̃m eũ ſolũ ad imaginẽ Dei ſit factus, additur: Maſculũ, & fœminã crea. eos, vt corpus factũ intelligat̃. Rurſus ne in vno hoĩe vterq; ſexus deputaretur, ſicut quos ἀνδρογύνους vocant: pluraliter ſubiecit: fecit eos: quãuis mulier nondum eſſet à viro diuiſa, ſed materialiter præſeminata.
d *Maſculum & feminam creauit eos. &c. Augu.* Poſtea plenius & vnde, & q̃uõ hoĩes facti ſunt, exponitur. Sed nunc breuiter creati referuntur, vt ſexti diei operatio, & ſeptimę dedicatio cum

(Margin: 1. Cor. 4. d — Beda. Gene. c. 1. faciamus ho. to 4. — Hexame. c. 1. to. 4. — Quomodo ad imaginẽ Dei homo creatus. — De Gene. ad lit. lib. 3. c. 20. to. 3. — Nota. — † Infra 5. a 1. Mat. 10. a Eccl. 17. a. 40. dil. cap. Iud. 33. q. 5. hæc. ſ. ſi... diſt. 15. — De Gen. ad lit. c. 20. — Nota. — De Gene. ad lit. li. 3. c. 20.)

a ¶ Trinitatem ſignificat.

quòd eſſet bonum & ait. Faciamus hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, & præſit piſcibus maris, & uolatilib. cęli, & beſtiis, vniuerſæq; terræ, oĩq; reptili qđ mouet̃ in terra. † Et creauit Deus hoĩem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã, ad imaginẽ Dei creauit illũ, maſculũ, & feminam

(Interlinear: a ¶ Facta & ornata habitatione mundana, homo tanquam habitator, & dominus oĩum erat creãdus. b ¶ Vnitatẽ trinitatis inſinuat. ¶ In æternitate. ¶ Rõnalẽ immortalẽ. ¶ Morum ſanctitate, & iuſtificatione. ¶ Innocentiæ, & iuſtitiæ. — a ¶ Trinitatis omnium inferiorum. b Irrationa'i creaturæ, dominus — a ¶ Quia ſpiritualis quiſque effectus & Deo ſimilis omnia indicat, & ipſe a nemine iudicatur. primæ Cor. 2. d. b In ratione qua contemplandæ veritati inhæret. — a ¶ Repetit, vt confirmet, & quales facti ſimus diligentius inculcet. b ¶ Id eſt ſuam ¶ Non patris, non filij. — a ¶ Spirituales doctores erat mulier formata. b ¶ Prolepſis. nondum ¶ Obedientes.)

## NICO. DE LYRA.

¶ *poſtea ſubditur in ſingulari.* Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. *Imago autẽ Dei conſiſtit in anima quantum ad proprietates naturales, ſcilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem. ſimilitudo autem in gratuitis: & ideo ſimilitudo eſt quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam. Iudæi aũt in glo. ſuper Pſal. ponunt imaginem in aĩa quantum ad quaſdam alias proprietates. Primò, quia ſicut anima replet totum corpus, ita Deus totum mundum. Hier. Cęlum et terrã ego impleo dicit dominus. Item quia ſicut Deus vnicus eſt in ſuo ſęculo, ſic aĩa vnica in ſuo corpore. Itẽ ſicut Deus nõ inquinatur ſordibus orbis, ſic nec anima ſordibus corporis. Item ſicut Deus uidet omnia & non videtur, Exo. Non videbit me homo &c. ſic anima videt exteriora & non videtur. Item ſicut Deus non dormit, Pſal. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael &c. ſic anima nõ dormit in corpore. Sed iſta aſſignatio imaginis videtur multum accidentalis. prędicta autem eſt magis propria, quia ponitur in illis potentijs animę per quas efficitur capax ipſius Dei per cognitionem, & amorem.*
a Et præſit pi. ma. *Scilicet quandiũ ſtabit ſubditus Deo, quia talis fuit homo in ſtatu naturę conditę, vt quãdiũ ſtaret in obedientia ipſius Dei, inferiora obedirent ei, & iſtud dominiũ eſt homini naturale. Primò, quia imperfecta ſunt propter perfectiora, vt plantę propter animalia, et animalia propter hominem. & ideo ſicut plantę vtuntur aqua & terra ad ſui nutrimentum, & animalia plantis, ita homines animalibus. & ideo iuſtè pręeſt eis. Secundò, quia perfectiora gubernant imperfectiora, vt angeli homines. regimen verò eſt p prudentiã, quę propriè eſt in homine, in quo eſt prudentia generalis. in animalibus verò ſunt quędam prudentiæ particulares tantum, vt in aranea ad faciendum telam, & ſic de alijs. & ideo animalia ſunt homini ſubiecta. Tertiò, quia homo factus eſt ad imaginẽ Dei, ideo iuſtè obediũt ei inferiora ſecundum naturã inſtitutam: ſed in pœnam peccati iſta obedientia eſt ei ſubtracta, ſicut & obedientia virium inferiorum reſpectu rationis, & corporis reſpectu aĩę. Sequitur.*
b Maſcu. & fœmi. &c. *Ex iſta litera dixerunt aliqui Hebręi, ꝙ à prima formatione natura humana formata eſt in vtroque ſexu: verumtamen corpora viri, & mulieris ita erant coniuncta in lateribus, ꝙ faciebant vnum continuum, ſed poſtea ſeparata ſunt virtute diuina. Sed quia contra hoc videtur illud quod infra dicitur: Tulit vnã de coſtis eius & ædificauit eã in mulierẽ. Itẽ quod ibidem dicitur: Repleuit carnẽ pro ea. talis aũt repletio nõ eſſet neceſſaria. ſi fuiſſent tñ̃ corpora ſeparata: ideo ad hoc reſpondent dicentes, ꝙ iſtud vocabulũ zela צלע quod hic accipitur pro coſta, hic in hebræo eſt ęquiuocũ, quia ſignificat coſtã & latus, &* ¶ *de hoc*

(Margin: Imago animæ ſecũdum hebræos. — Hier. 23. c — Exo. 33. d — Pſal. 120. a — Quomodo homo præſit animalibus. — Quomodo vir & mulier primo creati.)

## MORALITER.

✠ *Faciamus hominem ad imaginem & ſi. no.* Per imaginẽ fides congruè deſignatur. Greg. ſuper Eze. Facies itaq; ad fidem pertinet. Per ſimilitudinem verò charitas, quæ transformat amãtem in amatum. *Et inſpira-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tio cum cæteris explicetur. Maſculum vnum, & fœminam E vnam in principio creauit Deus, non vt cætera animantia, quæ in ſingulis generationibus creauit Deus plura, vt huma num genus firmiori copula cōſtringeret, cum ſe ex vno ortum meminiſſet, vnde cum ſubiungeret: Maſculum, & fœminam creauit eos, noluit addere, ad imaginem Dei, quod vnitate cōiunctionis etiam in fœmina intelligendum reliquit. Benè autem in hoc loco creati dicuntur, & ſi modus creationis nō explicatur, vt cōgruè inducat diuina bñdictio, qua dr: Creſcite & multiplicamini: Multiplicatio .n. hominum cōiunctione maris & fœminæ perficitur. Nō igitur damnandæ nuptiæ, quas ad propagationem ſuperna benedictio inſtituit, & ſi virginitas præferatur. *Iſidorus. Myſticè.* Poſt hæc fecit Deus hominē ad imaginem & ſimilitudinē ſuam, virum, ſcilicet perfectū, qui ipſam veritatem contemplando, operatur iuſtitiam. Hic accipit poteſtatem piſcium maris, & volatilium cœli, pecorum, ferarum, atque repentium: quia ſpiritualis ſimilis Deo factus, omnia iudicat: & ipſe à nemine iudicatur. Cor. Maſculum & ſeminam creauit eos, quia ſicut viro mulier, ſic ſpirituali & perfecto viro minus perfectus obedire debet: dicitur enim eis: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram.* In ſpiritualibus. ſ. donis, vt ratio dominetur carni quaſi inſenſato animāti, & perturbationibus eius. Per herbam ſeminalem, & lignum fructuoſum in eſcam hominibus datū, intelligimus oblationes ſanctorum. vnde Paulus. Seminauimus ſpiritualia vobis, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Corinth.

Beda Hex. c.1. — Homini non gignendi dat Deus ... — Myſtice. Super Geneſ. c.1. Prouidentia Dei de viola. — 1. Cor. 2. d — † 24. q. 3. c. quidam. b. Floriani. — 1. Cor. 9. b

a ¶ Non ſimul in tempore, ſed in præſcientia.

crea auit eos. Benedixitq; illis Deus, a

a ¶ Fœcunditatem ſexus accipite. ¶ Spiritualis intelligentiæ gradibus.

& ait: Creſcite a, & multiplicamini, b

a ¶ Nuptiæ replent terram, virginitas cœlum. b ¶ Neceſſarijs vſibus.

& replete terra a m, & ſubiicite b eam,

a ¶ Vt ratio dominetur omni carnali perturbationi quaſi inſenſibili animanti.

a & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animātibus, quæ mouentur ſuper terram.

b Dixitque Deus: Ecce dedi uobis c d

¶ Vt de oblationibus ſubditorum viuant prælati.

omnem herbā afferentē ſemē ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, vt ſint uobis in eſcam, & cūctis animantibus terræ, omniq; uolucri cœli, & uniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima uiuens, ut habeant ad ueſcen-

a ¶ Id eſt in eſum ſibi conceſſa cognouit homo.

c d dum. Et factum eſt ita. † Viditq; e

¶ Non commendat hominem ſpecialiter ſicut cætera. quem ab ordine receſſurum præſciebat.

Deus cuncta, quæ fecerat, & erant

qua vtilitate homo dominatum inter cætera animātia per- G cepit & ad quos vſus, quęve ſolatia ſunt hæc creata homini ſi non peccaret. Non enim ad eſcam, ſed herbæ tantū, & arborum fructus primò cōceſſa ſunt. Sed fortè quia peccaturum præſciebat Deus hominem, & ſic futurum mortalem, quem creauerat immortalem, ea primordialiter inſtituit, quib⁹ ſe iā mortalis poſſet tueri, habens .ſ. ex his alimentum, & indumentum, & laboris adiumentum. Poſtquam autem conditori ſubiectus eſſe noluit, iure dominium perdidit. In teſtimoniū verò primæ creationis legimus aues viris ſanctis ſeruiſſe, & rictus beſtiarum, & ſerpentum venenum ceſſiſſe.

b *Ecce dedi &c. Be.* patet ꝙ ante peccatū hominis, terra nihil noxiū protulit, non herbam venenatā, non arborem ſterilē. Omnis enim herba, & ligna data ſunt hominibus, & volatilibus, & animantibus terræ in eſcam. Vnde patet, ꝙ tunc animalia animalium eſu non viuebant, ſed cōcorditer herbis, & fructibus veſcebantur.

c *Et factum eſt ita. Aug.* Notandum ꝙ vbi datur poteſtas homini herbas, & fructus edēdi, ſubinfertur, & factum eſt ita: in quo ſignificatur quod hoc dicente Deo, hæc ſibi in eſum cōceſſa cognouit homo, non quod ſtatim ederit. Si enim ad omnia ſupradicta referimus quod ait, & factum eſt ita, conſequens erit, vt dicamus eos iam multiplicatos ſexta die: quod poſt multos factum eſt annos.

d *Viditq; Deus &c. Aug.* Quæritur cum ſingillatim cætera bona dicātur, cur homo ad imaginem Dei factus cum cæteris hoc dicatur? Sed fortè præſciebat Deus eum peccaturū, nec in perfectione imaginis manſurum. Qui .n. ſingillatim bonus eſt, magis cū omnib. ſed nō cōuertitur. Cautū eſt ergo, vt diceretur, ꝙ in preſenti verū eſſet, & preſciētiā futuri ſignaret. Deus aūt ſic oīa ordinauit, vt ſi qua ſingillatī fuerīt delinquēdo deformia, ſp tñ cū eis vniuerſitas ſit formoſa. H

vt ſupra Eccl. c. 1. — Mouentia reptant. Vt hab... ad veſcend. Omnis generis herbæ viridis erunt in eſcam. — De Geneſ. ad litt. li. 3. c. 23. & 24 to. — Nota. — vt ſupra. Quæſtio.

a *Et dominamini piſc. &c.* Quod prius quaſi conſulendo dixerat de eis, nunc dicit imperans, vt habeāt, ſcilicet, dominium F omnium creaturarum in inferiori parte mundi. Quod per ſingula exequitur: *Et dominamini piſcibus maris. Beda.* Quæritur qua

In queſtio. ſuper Gen. to. 8.

Et factum

## NICO. DE LYRA.

*de hoc habentur plura exempla in Biblia hebraicè ſcripta, quæ pertranſeo. & ſimile eſt in gallico, vbi coſta & latus eiſdem litteris ſcribantur: & modicum differunt in prolatione. vbi ergo tranſlatio noſtra habet, Tulit vnam de coſtis eius, dicunt quòd debuit dicere iuxta vim vocis* V⁚ *zela. Tulit vnum de lateribus eius, quia illius totius corporis continui, vnum latus erat corpus mulieris: & aliud latus erat corpus viri, vt prædictum eſt: ſeparando autem corpus mulieris à corpore viri, tulit vnum de lateribus. Ad ſecundam dicunt, & verum eſt, quòd vbi tranſlatio noſtra habet, Et repleuit carnem pro ea, litera hebraica habet, Et clauſit carnem in loco ſuo, ſcilicet extendendo cutem ſuper carnem in loco ſeparationis. Sed non obſtantibus illis, adhuc videtur dicta expoſitio irrationabilis: quia talis coniunctio duorum corporum pertinet ad monſtra, ſicut legitur in chronica Guil. Quòd tempore Philippi Regis Franciæ, qui fuit nonus ante iſtum Carolum qui modo regnat: Anno domini 1322. in confinio Normandię, & Britanniæ, natæ fuerunt duæ mulieres in vno corpore, ita tamen quòd omnia ſuperiora vſque ad vmbilicum erant duplicia, inferiora autem erant ſimplicia; & quòd eſſent verè duæ mulieres, apparuit per hoc; quòd aliquando vna triſtabatur, & alia gaudebat; & aliquando vna dormiente, alia vigilabat; & vna fuit mortua plus quàm per annum ante aliam; ſecunda tamen ex pondere, & fetore cadaueris mortua eſt. Monſtra autem per accidens contingunt in natura, & ideo non eſt rationabile quòd in prima rerum inſtitutione artifex omnium inciperet ab illis quæ ſunt per accidens: quia talia non cadūt ſub arte, & maximè in natura humana, quæ nobilior eſt. Item videtur contra veritatem litteræ, quia infrà dicitur quòd formatis cunctis animantibus, dominus adduxit ea ad Adam, & quòd in illis non inueniebatur adiutor ſimilis illi; propter quod proceſſit ad formationem mulieris de coſta viri. Item ibidem dicitur: Et ædificauit coſtam quam tulerat de Adam in mulierem. Si autem non eſſet ibi coſta, ſed latus quod ſeparaſſet dominus ab alio latere modo ſupradicto, per talem ſeparationem non magis ædificata fuiſſet mulier quàm vir. Propter quod Ra. Sa. hanc expoſitionem non tenet, ſed illam quæ ſequitur, ſcilicet ꝙ natura humana primò ſit formata in ſexu maſculino tantum, & poſtea mulier ſit formata de coſta viri. Quod autem hic dicitur, Maſculum, & ſeminam creauit eos, hoc eſt per anticipationem, quia ſtatim volebat facere mentionem de multiplicatione humanæ naturæ, quæ fit per commixtionem maris, & fœminæ, cum ſubdit, Creſcite & multiplicamini. Sed poſtea ſecundo capitulo furiosè explicat modum formationis mulieris de coſta viri. Et ideo tenendum eſt quòd natura humana primò fuit producta in vno indiuiduo, & in ſexu virili tantum, vt ſic eſſet primus homo principium omnium indiuiduorū naturæ humanæ, & per conſequens totius ſpeciei ſuo modo, ſicut Deus eſt principium totius vniuerſi, vt in hoc eſſet quædam ſimilitudo hominis ad Deum propter dignitatem humanæ naturæ. vnde Act. Deus fecit ex vno omne genus hominum. Secundò vt vir magis vxorem diligeret, & ei inſeparabilius inhæreret dum cognoſceret eam ex ſeipſo productam eſſe. vnde dicitur infra, De viro ſumpta eſt, Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ: & hoc fuit maximè neceſſarium in ſpecie humana, in qua mas: & fœmina ſecundum dictamen rationis rectè habent ſimul manere per totam vitam, quod non contingit in alijs animalibus. Tertiò quia mas & fœmina coniunguntur in hominibus, non ſolum propter generationem, vt in alijs animalibus, ſed etiam propter domeſticam vitam, in qua ſunt aliqua propria opera viri, & aliqua fœminæ, in qua vir eſt caput mulieris, propter quod conuenienter ex viro formata eſt, ſicut ex ſuo principio. Quartò eſt ad hoc ratio ſacramentalis, figuratur enim per hoc quòd eccleſia ſumpſit principium à Chriſto, vnde dicit Apoſtolus Epheſijs. Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto, & eccleſia.*

Monſtrum gemellorum contigit in Normadia. — Act. 17. — Epheſ. 5. g

a Benedixitq; illis. *Hic conſequenter deſcribitur humanæ naturæ iam formatæ conſeruatio, & primò quantum ad ſpeciem, ſecundò quantum ad indiuiduum, ibi:* Dixitq; Deus. *Circa primum conſiderandum, quòd ſpecies humana cōſeruatur per generationem, maximè poſt lapſum, per quem incurrit neceſſitatem moriendi. & hoc eſt quod dicitur.* Benedixitq; illis. *Iſta benedictio eſt Dei ordinatio ad multiplicationem indiuiduorum in natura humana per generationem. ideo ſubditur.*

Species humana quomodo conſeruatur.

b Creſcite & multiplicamini &c. *Cætera patent ex prędictis.*

c Dixitque Deus. *Hic deſcribitur cōſeruatio quantum ad indiuiduum, quæ fit per nutritionem. & hoc eſt quod dicitur,*

d Ecce dedi vobis omnem herbam affe. &c. *Non eſt ſic intelligendum, quòd herbę, & fructus arborum darentur in eſcam hominibus, beſtijs, & auibus communiter; ſed ſingula ſingulis ſecundum conditionem naturę ſuę, vtpotè fructus arborum hominibus, vt dicitur infra, Ex omni ligno paradiſi comedetis. Herbę autem & ſemina herbarum, animalibus & auibus diuerſę tamen diuerſis animalibus ſecundum conuenientiam naturę ſuę. aliqua tamen animalia, & aliquę aues fructibus arborum veſcebantur: eſus autem carnium & piſcium non eſt laxatus, ſiue permiſſus hominibus, niſi poſt diluuium: vt habetur infra 9. a. vbi dicitur ſic. Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.*

e Viditq; Deus &c. *Hęc eſt cōcluſio pcedētiū. Licèt .n. quelibet ſpēs entis bona ſit ī ſe, ex vniuerſis tñ partib. vniuerſi ordinatis ad ſe inuicē, et vlterius ad Deū ſicut ad Ducē, admirabilis pulcritudo, et bonitas cōſurgit.*

Eſus carniū non ante diluuiū fuiſſe.



a *Et factum eſt veſp. & ma. Myſticè. Iſidorus.* Mane ſexti diei fit A prædicatio euangelij per Chriſtum. finito vero quinto incipit ſextus in quo veteris hoīs apparet ſenectus. Hac enim ætate vehementer attritum eſt illud regnum, quando templum deiectum eſt, & ſacrificia ceſſauerunt; & nunc gens illa quantū ad vires regni quaſi vitam extremā trahit. In hac tñ ætate tanquam in veteris hoīs ſenectute naſcitur nouus homo. qui ſpiritualiter viuit. Sextò .n. die dictum eſt: Producat terra aīam viuentē &c. quia in quinto die dictum erat: Producant aquæ non animam viuam, ſed reptilia animarū viuarum. Quō .n. corpora ſunt reptilia, ſic corporali circunciſioni, & ſacrificijs tanquam in mari gentiū populus ille ſeruiebat. Iſtam verò animam viuā dicit, quia vita iam incipit æterna deſiderari. Serpentes verò, & pecora, quæ terra producit, gētes ſignificāt euāgelio ſtabiliter credituras, de quibus dicitur Petro. Macta, & māduca. & cum illa immunda diceret audiuit: Quæ Deus mundauit, tu immunda ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei. Sic in ſexta ætate naſcitur Chriſtus de quo dr̄: Et homo eſt, & quis cognoſcit eum? Et ſicut in illa die maſculus & fęmina, ſic in iſta ætate Chriſtus & eccleſia. In illa die præponitr̄ homo pecoribus, & ſerpentibus, & volatilib. cęli, & in hac ętate Chriſtus regit animas ſibi obtemperātes quæ partim de gentibus, partim de Iudæis venerunt, vt ab eo domitæ manſueſcerēt, carnali. ſ. cōcupiſcētiæ dediti ſicut pecora: vel tenebroſa curioſitate obtenebrati quaſi ſerpētes: vel ſuperbia elati quaſi aues. In illa die paſcitur homo & aīalia, quę cum ipſo ſunt, herbis ſeminalibus lignis fructiferis, & viridibus herbis. In iſta quoque ætate homo ſpiritualis quicunque C bonus miniſter eſt Chriſti, & eum pro poſſe imitatur, cum ipſo populo ſpiritualiter paſcitur ſcripturæ alimentis & diuinę legis: partim ad concupiſcendam fęcunditatem rationum, atque ſermonum tanquam herbis ſeminalibus: partim ad vtilitatem morum, & humanæ conuerſationis tanquam lignis fructiferis: partim ad vigorem fidei, ſpei, & charitatis in vitam ęternam tanquā herbis viridibus, id eſt vigentibus, quæ nullo æſtu tribulationum areſcant. Sed ſpiritualis ſic paſcitur, vt multa intelligat. Carnalis autem, id eſt paruulus in Chriſto tāquam pecus Dei, vt credat, & ſi non intelligat. eoſdem tamen cibos omnes habēt. Huius ætatis veſpera eſt de qua dominus ait. Putas veniēs filius hominis inueniet fidē in terra? Poſt illā veſperam fiet mane cū Chriſtus veniet in claritate; tunc requieſcent cū Chriſto ab omnibus operibus ſuis quib. dicitur. Eſtote perfecti ſicut, & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Hi enim faciunt opera valde bona, poſt quę requieſceant in die ſeptimo, qui veſperam non habet. *Moraliter.* Sexto die producit terra animam viuam, id eſt, homo de ſtabilitate ſuæ mentis vbi habet fructus ſpirituales, id eſt bonas cogitationes, omnes motus animi ſui regit, vt ſit in illo anima viua, id eſt rationi, & iuſtitiæ ſeruiens nō terrenitati, & peccato. Ita fit homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei maſculus, & fęmina, id eſt intellectus, & actio; quorum copulatione ſpiritualis fetus terram impleat. i. carnē ſubijciat &c. quæ iam in hominis perfectione dicta ſunt. In iſtis nāq; dieb. veſpera eſt: eſt ipſa perfectio ſingulorum operum, & mane inchoatio ſequētium.

Myſtice. — Eccl. 49. c. Mat. 7. d. — Act. 10. b. — Lucæ 18. b — Matth. 5. g — Moraliter.

a ualdè bona. Et factum eſt ueſpere & mane dies ſextus.

a ¶ Auguſtinus. ſexta diſtinctio

## ADDITIONES BVRGENSIS IN POSTILLAM NICOLAI DE LYRA.

B CIRCA *expoſitionem literalem huius primi capitu. Geneſ. quæ valde difficilis eſt: & varie à doctoribus traditur, tam Grecis, quàm Latinis, & Hebræis: quædam videntur præſupponenda ad hoc, vt ex multiplicitate ſenſuum aliquod planum ſaltem ſimpliciter capientibus extrahatur. Primū præſupponitur quòd in hac expoſitione dictum Auguſt. maximè eſt attendendum: qui ſupra Geneſim ad litteram de hac materia tractās ſic dicit: In huiuſmodi quęſtionibus duo ſunt obſeruanda. Primum, quod veritas ſcripturæ inconcuſſè teneatur. Secundum, quod cum ſcriptura diuina multipliciter exponi poſſit, nulli expoſitioni aliquis ita præciſe inhæreat, quod ſi certa ratione conſtiterit hoc eſſe falſum, ſecūdùm ſenſum ſcripturæ hoc aſſerere præſumat. ex hoc enim ſcriptura ab infidelibus derideretur, & eis præcluderetur via credendi: Hæc ille. Ex quo ſequitur quod veritas, quę in ſcriptura planè traditur, inconcuſſè tenenda eſt, non obſtāte quòd philoſophi aliter ſentiant tenendo circa hoc varias, ſeu contrarias opi. Licèt enim ea quæ per rationem demonſtratiuam habentur eſſe falſa, non ſint attribuenda alicui auctoritati ſacrę ſcripturę: eo quòd talia certa ratione conſtat eſſe falſa: tamen illa quę non demonſtratiuè, ſed opinatiuè, & probabiliter habentur non conſtant tanta certitudine, vt veritas plana ſcripturę propter talem debilem certitudinem formidoloſam, & opinatiuam omittatur, nec ob hoc eius plana expoſitio varietur ſeu diſſoluatur: & hoc ſonat planè auctoritas Auguſt. prędicta. Et inde eſt quod licet philoſophi pagani communiter opinentur mundum fuiſſe ab ęterno: non tamen catholici variant ex hoc expoſitionem huius dicti, In principio creauit Deus cælum, & terram, Sic vt ex ipſo non intelligant mundum à Deo per creationem incepiſſe. Non enim de perpetuitate mundi à parte ante demonſtratiuam rationem philoſophi habent, vt in prima parte Sancti Tho. queſt. 46. argum. 2. ſed ſolum opinatiuas et probabiles. Ex quo pręſuppoſito infertur quòd poſtillator minus conuenienter ſe habet circa proceſſum introductorium expoſitionis literalis huius capituli. Dicit enim quòd ex varietate opinionum de natura materiæ à philoſophis poſitarum dependet intellectus operationis ſex dierum: quod videtur inconuenienter dictum. Conſtat enim quòd philoſophi in hoc non demonſtratiuè procedunt, aliàs non contingeret eos diuerſimodè, vel contraria opinari: ſicut nec in geometricis & huiuſmodi, ſed ſolum procedunt opinatiuè. vnde non debet ſenſus ſcripturę propter hoc variari: & ideo ſancti Doctores modicum curauerunt de huiuſmodi opinionibus varijs in hac materia: ſicut nec etiam refert ad articulum creationis credendæ, Vtrum cæli ſint immateriales, vel habeant materiam eiuſdem rationis cum his inferioribus, vel alterius rationis. Secundò præſupponitur quòd non eſt inconueniens multiplicare expoſitiones in hoc loco dum tamen à veritate ſcripturę plano modo intellectę non deuient: & cum hæc non aſſerendo, ſed quaſi proponendo dicantur, hoc patet per auctoritatem Auguſt. ſuperius inductam. Magiſter etiam in ſecundo diſtinctio. 12. de hac materia tractans dicit: Quidam ſanctorum patrum qui verba Dei, atque arcana excellenter ſcrutati ſunt ſuper hoc, quaſi diuerſa ſcripſiſſe videntur; Hęc ille. Vbi notanda ſunt verba magiſtri quòd non dixit: diuerſa aſſeruiſſe videntur: hoc enim eſſet periculo- D ſum, ſed ſcripſiſſe tantum, ſcilicet ſine aſſertione: taliter enim expoſitiones multiplicare non eſt periculoſum etiam ſanctis, & perfectis viris, quorum doctrina locum auctoritatis habet: & multo fortius poteſt conuenire ſimplicibus ſcriptoribus: quorum dicta nullam habent auctoritatem niſi quantum veritas literę ſacræ, vel ratio efficax eis tribuit. Nihil igitur temerariè aſſerendo, nec aliquam veritatem à ſanctis patribus traditam excludendo, nec in aliquo diminuendo ad expoſitionem litteralem eorum, quæ in hoc capitulo continentur, ſpecialiter vſque ad opus quartæ diei incluſiuè procedam: & principaliter ſecundum primum ſenſum litteralem, de quo prius in additione ſuper prologum dictum eſt. Et quandoque de ſecundario ſenſu etiam litterali quędam tangentur: & hoc omiſſa recitatione variarum, ſeu diuerſarum expoſitionum ſimiliter, & curioſitate diſtinctionum ſecundùm ordinem litterę planè proſequendo. In primis igitur quoddam ſummarium totius diuinę operationis ſeu creationis in toto ſpatio † ſex dierum contentum Moyſes videtur proponere, cum dicit: In principio creauit Deus cælum, & terram. In his enim verbis ſecundùm Chryſoſto. prémittitur ſummariè, & compendiosè totum opus diuinum circa creationem, diſtinctionem, & ornatum mundi, in omnibus ſex diebus primis ſucceſſiuè factum: Sicut ſi quis dicat, talis artifex ædificauit hanc domum. & poſtea ſubdatur. primo fecit fundamenta, ſecundo erexit parietes, & tertio ſupra poſuit tectum, & huiuſmodi. Secundum quam expoſitionem, cum dicitur Deum creaſſe cælum, & terram, intelliguntur omnia cęleſtia, & terrena eſſe à Deo creata, quæ in proceſſu ſex dierum fuerunt creata, ſeu producta: & hoc videtur ſentire Baſil. in Hexam. qui ſuper hoc verbum: Creauit cælum, & terram, ſic dicit: Ex duobus autem quę extrema ſunt, totius exiſtentiam ænigmaticè ſignificat: & ſic non oportet per cælum in hoc loco intelligi empyreum tantum, vel ſidereum ſeu firmamentum & huiuſmodi: ſed ſimul omnia cæleſtia in hoc intelligenda ſunt. Similiter per terram in hoc loco non ſolum intelligenda eſt arida, ſeu elementum terrę, ſed tota ſubſtantia generabilium, & corruptibilium, tam elementorum, quàm mixtorum in prędictis ſex diebus à Deo productorum. Veritas huius expoſitionis patet ex modo loquendi ſacrę ſcripturę communiori, & frequentiori: ſimiliter ex doctrina ſanctorum Apoſtolorum. Primum patet: nam infra Gen. ſuper illud verbum: In die qua fecit dominus cælum, & terram. Glo. his igitur paucis verbis inſinuata eſt omnis creatura. Legitur etiam Exod. circa obſeruationem ſabbathi: ſex diebus fecit Deus cælum, & terram, & in die ſeptimo requieuit. In quo loco manifeſtum eſt, quòd cælum accipitur pro quacunque cæleſti creatura, & terra ſimiliter pro quacunque terreſtri, modo ſupradicto. Si .n. hic accipitur cælum, pro aliquo cælorum tātum: & terra, pro aliqua terrarum tantū: cætera terrena, & cæleſtia viderentur excludi ab operibus ſex dierum, quod eſt manifeſte falſum. Similiter & Deuter. Scias hodie quod*

Nota dictū Auguſtini. — Quod mundus creatus. — Expoſitiones multiplicare — Summarium diuinæ operationis. — † ... vſus eſt Moyſes. — Gen. 2. — Exo. 31. d — Cælum. — Deut. 4. f.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E quod dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum: & non eſt alius: intelligendum eſt vniuerſaliter, ſcilicet quod in cœleſtibus, & in terreſtribus nullus alius Deus eſt. Similiter Hierem. vbi propheta intendens aſſerere Deum eſſe vbique dicit: Nunquid non cœlum, & terram ego impleo dicit dominus: quod habet intelligi de totius mundi integritate. Eodem modo pſalmus dicit: Initio tu domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Idem patet de alijs innumerabilibus locis ſacræ ſcripturæ; licet enim in nonnullis locis ſacræ ſcripturæ, quandoque cum prædictis, ſcilicet cum cœlo & terra, mare vel aqua exprimantur, hoc tamen eſt in paucis præter modum, & ſtylum communem ſupradictum. Secundo hoc idem patet ex doctrina, ſeu modo loquendi apoſtolorum, quibus ſenſus ſacræ ſcripturæ perfectius fuit apertus: iuxta illud Lucæ. Aperuit eis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Hi enim circa articulum creationis mundi nihil amplius expreſſerunt fuiſſe à Deo creatum, niſi cœlum, & terram; dicentes in ſymbolo: Credo in vnum Deum creatorem cœli, & terræ. Vbi manifeſte tanquam doctiſſimi in ſcripturarum intelligentia nos docent, quòd in hoc quod profitemur Deum creaſſe cœlum, & terram, cuncta cœleſtia, & terrena, à Deo fuiſſe creata teſtantur. Nullus enim ſani intellectus diceret, quòd Apoſtoli articulum creationis mundi imperfecte tradidiſſent. In ſymbolo autem patrum hæreſibus inſurgentibus ſpecialiter Manichæorum: qui dicebant vnum Deum eſſe bonorum, & alium malorum, & alijs ſimilibus, fuit additum in hoc articulo, de creatione mundi, quaſi exponendo, viſibilium omnium, & inuiſibilium: ad denotandum quòd in hoc quod dicitur in primo ſymbolo: Creatorem cœli & terræ, intelliguntur cœleſtia, & terreſtria, non ſolum viſibilia, ſed etiam inuiſibilia. Secundum igitur hanc expoſitionem conſonam veritati, tanquam fundatam in planiori, & communiori modo loquendi apoſtolorum, & prophetarum, non reſtat locus inquirendi de quo cœlo ſcriptura hic loquitur, cum non ſolum de cœlis quibuslibet, ſed etiam de quibuſcunque rebus cœleſtibus creatis, ſicut de angelis intelligi debeat. Similiter non eſt inquirendum de aere elementari, vel igne in qua particula ſacræ ſcripturæ in hoc loco ſpecialiter intelligantur, cum non ſolum de terra elementari, ſed de tota natura generabilium, & corruptibilium in primis ſex diebus creatorum ſeu productorum intelligitur, cum dicitur: Creauit Deus terram. Circa ſenſum verò ſecundarium ſeu vlteriorem ad ſenſum litteralem pertinentem huius verbi: In principio creauit Deus cœlum, & terram, multa traduntur à ſanctis doctoribus, & alijs quodammodo inenarrabilia: inter quæ videtur expoſitio ſancti Thomæ in prima parte. quæſt.46.artic.3.in cor. quæſt. compendioſa, & recta literæ, & orationi conſonans.

F Dicit enim ſic, quòd hoc dictum: In principio creauit Deus &c. tripliciter exponitur ad excludendum tres errores. Quidam enim poſuerunt mundum ſemper fuiſſe: & tempus non habere initium, & ad hoc excludendum exponitur, in principio, ſcilicet temporis. Quidam vero poſuerunt duo eſſe creaturarum principia, vnum bonorum, & alium malorum. Et ad hoc excludendum exponitur: In principio, id eſt in filio: Sicut enim principium effectiuum appropriatur propter potentiam patri, ita principium exemplare appropriatur filio propter ſapientiam: vt ſicut dicitur: Omnia in ſapientia feciſti, ita intelligatur Deum omnia feciſſe in principio, id eſt in filio: ſecundum illud Apoſtoli ad Coloſſenſ. In principio, id eſt in filio condita ſunt vniuerſa. Alij vero dixerunt corporalia eſſe creata à Deo mediantibus creaturis ſpiritualibus, & ad hoc excludendum dicitur: In principio creauit Deus cœlum & terram, id eſt ante omnia: Hæc ille. Quæ quidem tres expoſitiones intelligendæ ſunt non disiunctiuè, ſed copulatiuè, ſic ſcilicet, quòd ſcriptura in hoc loco intendit quemlibet iſtorum trium errorum excludere, & non vnum eorum tantum. Si enim disiunctiuè intelligerentur iſtæ expoſitiones: tunc non excluderetur pluſquam vnus error, & forte nullus: quia ex vna propoſitione tres cauſas veritatis habente, ex qualibet earum non poſſet concludi veritas vnius cauſæ earum determinatè. Sed videndum eſt, quomodo qualibet illarum trium expoſitionum ex littera ſanè intellecta conſurgat, vt ſic qualibet illarum dicenda ſit litteralis. Ad quod ſciendum quòd cum hæc dictio, principium: communiter intelligatur relatiuè reſpectu principiati: idcirco in ſacra ſcriptura communiter vbi principium ſeu initium legitur: in eodem contextu adiungitur aliud, ſignificans illud reſpectu cuius dicitur tale principium ſeu initium, ſicut dicitur infra Geneſ. Fuit principium regni eius Babylon: vbi in hoc quod adiungitur regni eius, exprimitur reſpectu cuius dicitur principium: & ſic communiter in alijs locis. Cuius ratio eſt. Nam niſi ſic exprimeretur, remaneret quaſi ignotum, quid ſignificaretur per illud principium, niſi ſubintelligeretur ex præcedentibus ſeu ſubſequentibus immediate adiunctis. Et quia in hoc loco nõ exprimitur determinate in littera ad quid referatur hoc quod dicitur: In principio, ſed quaſi abſolute nominatur, oportet quòd referatur ad illud quod ſibi adiungitur. Vnde primo occurrit referendum ad hoc quod dicitur ſtatim: Creauit, id eſt in principio creationis, ſeu in principio illius quod creauit, & ſic intelligunt multi Doctores hebræorum, ſicut Rabbi Abenhazra, & Rabbi Salo. & alij. Et iſte modus loquendi cõcordat cum tertia expoſitione prædicta, ſecundum quam intelligitur, in principio, id eſt ante omnia: vt prædictum eſt. Secundo referri poſſet ad hoc quod ſubditur: Deus, ſic quòd intelligatur hoc principium eſſe aliquid cum quo, ſeu per quod Deus fecit omnia, quod conuenit filio, ſicut cum dicitur: Omnia in ſapientia feciſti: & ſic intelligit Ra. Moy. gerunden. quòd per hoc quod dicitur: In principio, ſignificatur aliquid pertinens ad naturam diuinam: licet hoc quaſi balbutiendo exprimat: & hoc concordat cum ſecunda expoſitione prædicta.

Marginalia: Hiere.23.e · Pſal.101.d · Luce 24.d · Secundarius ſenſus · Principia rerum. · Coloſ.1.b · Principium in ſcriptura. · Gen.10.b · Pſal.103.c

G Tertiò poſſet referri hoc quod dicitur, In principio, ad hoc quod dicitur cœlum, & terram, quæ ſunt res ſucceſſioni ſubiectæ: & ſic intelligitur expoſitio, ſcilicet in principio temporis, hoc eſt in primo nunc, quod præcedit omnem ſucceſſionem temporum: vel omnium rerum cœleſtium & terreſtrium ſucceſſionem. Quartò poſſet referri hoc quod dicitur, In principio, ad totum proceſſum primæuæ creationis, ſeu productionis rerum, qui in hoc cap. Geneſ. continetur, vt ſic intelligatur: In principio creauit Deus, id eſt in primis ſex diebus: de quibus agitur in toto proceſſu huius capi. Creauit Deus cœlum, & terram: & ſic intelligit Chryſoſto. vt prædictum eſt: & quia abſolute, & ſine aliqua expreſſa determinatione dicitur hic in principio: idcirco referendum eſt ad litteram ad omnia ſignata per quatuor modos prędictos: inquantum quilibet eorum ex adiacentia, ſeu continuatione litterę intelligitur, vt dictum eſt. Item attendendum, quòd ſecundum vlteriorem ſenſum litteralem ex hoc quòd dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram, intelligitur ad litteram ſecundum Hebraicam veritatem pluralitas in diuinis, prout magiſter allegat in prima parte: diſtinct. ſecunda, quod patet ex hoc, nam vbi nos dicimus, Deus, hebraica veritas habet elohim, quod eſt plurale huius nominis ſingularis hel. & ſic exponit in hoc loco expreſſe Rabbi Abenhazra licet ex hoc non veram concluſionem eliciat, ſed extortam. Vult autem intelligi, quòd hoc, non ſignificat pluralitatem in diuinis: ſed pluralitatem virtutum, ſeu potentiarum à Deo procedentium; in cuius ſignum allegat ipſe, & ſui ſequaces, quòd in ſcriptura quandoque etiam iudices dicuntur elohim, propter eorum virtuoſam potentiam in iudicando. vt Exod. vbi dicitur, Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Sed hęc cauillatio eſt valde irrationabilis, quod patet ex duobus. Primo enim Hebręi nobiſcum conueniunt in articulo creationis mundi, pręſertim in hoc quòd ſolus Deus mundum creauit, & eum immediate produxit, intantum quòd ipſi tradunt angelos fuiſſe creatos in feria ſecunda, ne ſi in prima fuiſſent creati, crederetur de Angelis quòd fuiſſent cooperatores Dei in mundi creatione. Si igitur hoc, quod dicitur, elohim, intelligatur de virtutibus procedentibus à Deo, aut tales virtutes ſunt aliquid creatum, aut quid increatum. Si primo modo, ſequitur quod aliud quod non eſt Deus, creauit mundum, vel ſaltem cooperatum eſt in creatione mundi. Si ſecundo modo, ſequitur quod in diuinis eſt aliud increatum à Deo procedens, quod eſt intentum. Nam cum Deus etiam ab illis concedatur eſſe ſumme ſimplex, quicquid eſt in Deo Deus eſt.

H Secundò hęc cauillatio videtur irrationabilis ex eo, quod Moyſes pręcipuè intendebat informare populum de vnitate Dei, & excluſione pluralitatis deorum; vt cum dicitur. Audi Iſrael, dominus Deus vnus eſt: & Deuteron. Videte nunc quod ego ſum, & non eſt alius Deus mecum: & ſic de multis alijs. Cum igitur Moyſes dixiſſet: Creauit elohim, manifeſte dediſſet occaſionem credendi populo pluralitatem, quam intendebat excludere, ſecundum eos etiam potius debuiſſet dicere hel, quod nullam pluralitatem ſignificat, & ex quo nullum inconueniens ſequeretur. Item quod allegat pro parte ſua quòd quandoque iudices vocantur elohim, hoc manifeſte facit contra eos: nam vbi elohim accipitur pro iudicibus ſeu Dijs opinatiuis, vel falſis, ſemper conſtruitur cum verbo, vel adiectiuo pluralis numeri. vnde Exod. vbi dicitur. Ad Deos vtriuſque cauſa perueniat. ponitur ibi elohim: & ſtatim ſequitur ibi verbum plurale ſic, ſcilicet & ſi illi iudicauerint. Et in Pſalmo. Omnes dij gentium dęmonia, vbi dicitur elohim: & tamen ibi non dicitur dęmon, ſed dæmonia. Similiter in Pſal. vbi dicitur, ego dixi elohim eſtis, id eſt Dij: non dicit: Ego dixi elohim es, & ſic de multis alijs: ſed in hoc loco, & in alijs vbi elohim ponitur pro vero Deo, ſemper adiungitur verbum ſingularis numeri. Non enim dicitur hic: In principio creauerunt dij, ſed creauit: quod quidem verbum includit ſubſtantiuum, ſcilicet fuit creans, ad denotandam vnitatem eſſentiæ. Ex quibus patet manifeſte, quod Moyſes intendit inſtruere populum ſpecialiter quantum ad doctos, quod in Deo qui cœlum, & terram creauit, eſt pluralitas perſonarum, inquantum dixit elohim. Similiter & vnitas ſecundum eſſentiam, inquantum dixit creauit, & hoc notanter inſinuat Moyſes in prima propoſitione totius ſacræ ſcripturæ, in qua continetur articulus creationis, vt innueret hoc myſterium in primo exordio fidei eſſe attendendum. Quod autem hęc pluralitas attribuenda ſit perſonis, ſeu ſuppoſitis, habetur etiam ſecundum ſenſum litteralem vlteriorem in hoc loco, vbi innuitur aliqua inſtructio de diuinis perſonis. Nam cum dicitur: In principio, intelligitur in filio, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum cauſæ exemplaris, vt dictum eſt: & per conſequens cum dicitur Deus, intelligitur pater, cui attribuitur cauſalitas creationis per modum efficientis. Cum autem dicitur: Spiritus domini ferebatur, intelligitur perſona Spiritusſancti, prout plenius declarabitur infra. Non tamen eſt intelligendum, quòd creare ſit proprium alicuius perſonæ diuinæ, & non commune toti trinitati, hoc enim eſſet erroneum: cum omnia opera trinitatis ad extra ſint indiuiſa, ſed quia Deus eſt cauſa rerum per ſuum intellectum, & voluntatē, ſicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per verbum in intellectu conceptum, & per amorem ſuæ voluntatis ad aliud relatum operatur, vnde ſimiliter Deus pater operatus eſt omnem creaturam per verbum ſuum quod eſt filius, & per ſuum amorem qui eſt Spiritusſanctus, & ſecundum hoc proceſſiones perſonarum ſunt rationes productionis creaturarum, inquantum includunt

Marginalia: Gen.1. · Vlterior ſenſus litteralis · Exod.22.d · Conuenientia Hebræorum cu Chriſtianis. · Deute.6.f · Deut.32.f · Exo.24.b · Pſal.81.b · Pſal.95.b



A cludunt eſſentialia attributa quę ſunt ſcientia, & voluntas, vt patet in prima parte. q.45.ar.6. Sequitur litera. Terra autem erat inanis &c. Vbi Moyſes poſtquã ſummariè tradidit totũ opus diuinũ circa creationem mundi in primis ſex diebus ſucceſſiuè productum: hic explicat illud per particularia. Circa quod primo oſtendit ſtatum, ſeu conditionem quarundam rerum creatarum in prima ſui creatione, ſeu productione. Secundo procedit ad alia quæ creata ſeu producta ſunt in prędictis ſex diebus ſucceſſiue, ſecunda ibi: Dixitq; Deus, fiat lux. Circa primum ſciendum, quòd cum Moyſes rudi populo loqueretur, vt omnes Doctores tenent, qui non ſolum ſpiritualia veraciter non capiebant, ſed etiam de corporalibus illa communiter tantum apprehendebant, quę viſui corporali ſubiacent, vt in prima parte. quæſt.67. artic.4. Idcirco licet in generali viſibilia, & inuiſibilia cœleſtium, & terreſtrium creaturarum ſub quodam ſummario (vt dictum eſt) comprehendat, attribuens ea diuinæ creationi, ita vt nihil in rerum natura excluderetur à creatione Dei: loquens tamen poſtea in particulari, vt imbecillitati rudium, ſeu ſimplicium audientium condeſcenderet, prętermiſſis inuiſibilibus tam cœleſtium, quàm terreſtrium, de viſibilibus tantum mẽtionem facit: vnde de cœleſtibus prętermiſit empyreum, & angelicam naturam: & de terreſtribus prætermiſit duo elementa; ſcilicet aerem, & ignem, eò quod non ab omnibus percipiantur. Multi enim etiam philoſophorum elementum ignis non cognouerunt vſque ad tempus Ariſtotelis. Similiter & aerem nihil dicebant: adeo vt loca plena aere vacua exiſtimarent. Vnde in prima rerum productione de tribus uiſibilibus principaliter facit mentionem; ſcilicet de infimo fundamento vniuerſi ſenſibilis, & de ſummo tecto eius, & de quodã medio inter vtrunque, quæ ſunt principales partes integrales cuiuſcunque ędificij, quorum duo ſe habent ad totum vniuerſum viſibile, ſicut centrum & circunferentia ad corpus ſphericum, quę complent totam eius rationem plaſmaticam. In quo quidem ſcilicet corpore ſpherico, centrum ſe habet, vt fundamentum, & circumferentia ſicut ſummũ tectum, et alia inter vtrumque contenta ſe habent, vt medium inter vtrumque, ſcilicet inter centrum, & circumferentiam. Primum oſtendit cum dicit: terra autem. Terra enim ſecundum Philoſophos, & aſtronomos ſe habet ad vniuerſum corporale, vt centrum: Secundum autem, & tertium oſtendit, cum dicit: Super faciem abyſſi. Abyſſus enim ſecundum grammaticos multitudinem aquarum impenetrabilem ſignificat, quæ quidem impenetrabilitas ideo poteſt intelligi non ſolum ex magna eius profunditate, ſed etiam ex hoc quòd ex eius confuſione non poteſt abyſſus penetrari, per quod intelligitur aqua elementaris, quæ ante eius congregationem in vna permixtione confuſa erat cum alijs duobus elementis, ſcilicet aere & igne. Prout magiſter ponit in 2. lib. diſtin.13. quod totum

B vocatur abyſſus ſecundum æſtimationem ſimplicium, ſeu rudium, quibus loquebatur: qui aerem & ignem elementarem propter eorum inuiſibilitatem (vt dictum eſt) non percipiunt: Quæ quidem abyſſus totam terram vndiq; cooperiebat & vſque in altum porrigebatur, quouſque nunc ſummitas corporeæ naturæ pertingit: ſicut quibuſdam videtur prout magiſter ponit diſtinct. ſupradicta. Intelligatur tamen hæc ſummitas naturę corporeæ circa cœlum cryſtallinum, quod per ſuperficiem abyſſi intelligendum eſt, & hoc eſt primum corpus mobile, quod ſe habet ad omnia corpora naturalia, ſicut ſuperficies ad corpus ſphericum, quæ totam eius ſoliditatem continet. Vnde notandum eſt, quòd non dicit ſcriptura: tenebræ erant in terra. nec in abyſſo, neque ſupra abyſſum, ſed ſupra faciem abyſſi. Cuius ratio eſt. Nam illa multitudo aquarum impenetrabilis, & profundiſſima in prima ſui productione erat turbida: & quaſi opaca ex eius confuſa permixtione, ſeu compoſitione, intantum quòd non erat capax lucis, ſicut nec terra, & ſic non erant in terra nec in abyſſo tenebrę proprie loquendo, ſicut nec in ligno dicitur eſſe cęcitas licet non videat (ſuper faciem abyſſi) quod eſt primum mobile (vt dictum eſt) ex ſua pura, & impermixtibili natura eſt diaphanum, & fuit ſemper capax lucis, ſed quia nondum lux facta erat, ideo proprie loquendo tenebræ erant pro tunc ſupra faciem abyſſi, id eſt in primo cœlo mobili. Conuenienter igitur in primordiali rerum viſibilium productione fit expreſſa mentio de terra quod eſt centrum, & quaſi fundamentum vniuerſi ſenſibilis & de circumferentia, quod eſt ſummum tectum, ſcilicet primum mobile eo modo quo dicitur. Manus enim mea fundauit terram, & dextera mea menſa eſt (alias tetendit) cęlos, Et loquitur ad modum formantis circulum cum circino, qui primo ponit vnum pedem in centro quod eſt fundamentum: & alium tendit circũducendo circumferentiam. Sequitur in littera: Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: quæ quidem verba proprie, & notabiliter exponuntur a Hieron. de hæbraicis quæſtionibus ubi ſic dicit: Pro eo quòd in noſtris codicibus ſcriptum eſt: Spiritus Domini ferebatur: in Hæbreo habetur מְרַחֶפֶת Merahephet, quod nos appellare poſſumus incubare, in ſimilitudinem volucris oua calore animantis. Ex quo intelligimus non de ſpiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, ſed de Spirituſancto, qui & ipſe uiuificator omnium a principio dicitur, de quo pſal. Emitte ſpiritũ tuũ, & creabuntur: Hæc ille. Quæ quidem viuificatio poteſt recte intelligi ſecundum motum primi mobilis. Nam motus ſecundum Philoſophum. 8. Phyſic. eſt vita rerum naturalium: & cum inter omnes motus rerum naturalium motus primi mobilis ſit primus & præcipuus, & a quo omnes motus corporales regulantur, & menſurantur tanquam a prima omnium motuum menſura, & à Deo tanquam à primo mouente principaliter cauſatus. Idcirco in primordio creationis rerum naturalium: de hoc primo motu tanquam de vita rerum naturalium fit mentio attribuendo ipſum motum Deo in

Marginalia: Intentio Moyſis. · 4. Phyſ. · Abyſſus. · Nota · Eſa.48.c · Pſal.111.d

perſona Spiritusſancti, cui appropriatum eſt viuificare. Et ex hoc tollitur quædam inconuenientia, quę quodammodo animum pulſat, ſcilicet quod inter primo creata fit mentio de tempore cum dicit: Dies vnus, dies ſecundus, & huiuſmodi. Sed de motu nulla videtur fieri mentio, cum tamen motus ſit prior ipſo tempore naturaliter. Vnde ſecundum prędictam expoſitionem prędicta tollitur inconuenientia, quia de motu fit mentio antequam de tempore, vt patet ex prædictis. Sed contra prędicta quædam dubia breuiter poſſunt moueri inquiſitiue, ex quorum ſolutione veritas magis elucidatur. Primum: Poſſet rationabiliter quæri prout Auguſtinus quærit ſuper Geneſim, ad literam. Cur non ſcriptum eſt: Dixitq; Deus fiat terra, & facta terra eſt. Fiat aqua, ſeu abyſſus, & factum eſt, ſicut dicit de luce, & de firmamento & huiuſmodi. Secundo poteſt quæri: Si abyſſus hic accipitur, vt dictum eſt pro aquarum multitudine impenetrabili terram undiq; circundante, cur non hoc proprie declarauit Moyſes dicens: Multitudo aquarum erat ſuper terrã; cum aqua ab omnib. quantumcunq; rudib. ſit perceptibilis; & de aqua in hoc capitulo frequenter fiat mentio, non autem de abyſſo in hoc loco? Tertium: Si facies abyſſi accipitur in hoc loco pro primo mobili, vt dictum eſt, cur ſtatim ipſum nominat aquas cum dicit: Ferebatur ſuper aquas, ſecundum iſtam expoſitionem? Quartum: Cum ſpiritus Domini, ſeu ſpiritus Dei; pluries in ſacra ſcriptura accipiatur pro aere, ſeu vento: Flauit ſpiritus eius & fluent aquę, & in alijs: vnde ergo cogimur, vt in hoc loco accipiatur pro Spirituſancto, vt dictum eſt? Quintum: Si Spiritus Dei in hoc loco accipitur pro Spirituſancto vt dictum eſt, cum Spiritusſanctus ſit Deus, inconuenienter dicitur quod ferebatur ſuper aquas, cum Deo non competat localiter ferri, nec ſitum habere. Ad primum igitur dicendum quod ex verbis Auguſt. vbi ſupra, apparet quod in hoc quod dicitur: Terra erat inanis & vacua, & tenebrę ſuper faciem abyſſi, intelligitur materia omnis informis. Dicit enim in 12. confeſſ. Quid enim in omnibus mundi partibus reperiri poteſt propinquius informitati omnimodę quam terra, & abyſſus? Et infra ſubdit. Illud aũt totum † proprie nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat: Hęc Aug. Ex quo patet, quod ſecundum ipſum ideo prætermiſſum eſt dicere: fiat terra ſeu abyſſus: Similiter et factum eſt ita: & vidit Deus quòd eſſet bonum, ſicut dicitur in alijs: propter informitatem omnimodam materię quę in prędictis verbis ſignatur, & eſt ratio, quia cum dicitur: Dei perfecta ſunt opera, Ideo inconuenienter de natura omnino informi diceretur: Dixit Deus, fiat hoc. Similiter & vidit Deus quod eſſet bonum. Ambroſius autem, & alij ſancti Doctores non concordant cum Auguſtino in hoc, ſcilicet quòd cum dicitur: Terra autem erat inanis & vacua, intelligatur materia informis, ſed ipſum elementum terrę: Secundum quos ſanctos doctores aliter ab Auguſtino opinantes dicendum eſt, quòd alię tres informitates attribuuntur creaturę corporali in primordio productæ, propter quas non decebat ut de creatura ſic informi diceret, fiat &c. Vel: vidit Deus quod eſſet bonum, & huiuſmodi; deerat enim corpori diaphano, ſcilicet primo mobili pulchritudo lucis. vnde dicitur quòd tenebrę erant ſuper faciem abyſſi. Deerat etiam terræ duplex pulchritudo: Vna quam habet ex hoc quod eſt aquis cooperta, & quantum ad hoc dicitur quòd terra erat inanis, ſcilicet inuiſibilis. Alia vero quam habuit cum non eſſet ornata herbis & plantis; & ideo dicitur quòd terra erat vacua. Vnde in hoc loco Moyſes intendit exprimere informitates creaturę corporalis, tam cœleſtis, quàm terreſtris in primordio productę, & ideo non oportebat in hoc loco dicere. Dixit Deus, fiat terra & huiuſmodi, ſicut in alijs creaturis, quę in prima ſui productione tales informitates minime habuerunt. Si autem contra hoc dicatur, quòd lux in prima die facta etiam videtur imperfecta, ſeu informis reſpectu lucis luminarium, quod patet ex excellentia proprietatum luminarium, quę in opere quartæ diei exprimuntur, quę non pertinent ad lucem in prima die factam, vt infra patebit, & tamen de ipſa luce dicitur: Fiat lux &c. & vidit Deus lucem quod eſſet bona: & ſic ſimiliter potuiſſet dici de terra, non obſtantibus informitatibus prædictis. Ad hoc dicendum, quòd lux in prima die facta licet non eſſet ita perfecta ſicut lux ſolis, habebat tamen perfectionem ſibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit, ſcilicet diuiſionem noctis, & diei, ut patet in littera. Sed terra fuit facta à Deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus iuxta illud; Non in vacuum creauit eam, ſcilicet terram, ſed vt habitaretur etc. Et quia hęc perfectio ad quam ordinata eſt terra, ſibi deerat in primordio ſuę creationis. Idcirco non erat conueniens, vt de ea dicerentur verba prędicta, quę de alijs creaturis; quę in prima ſui productione perfectiones ad quas productę ſunt attigerunt. Idem de abyſſo dicendum, quę propter eius commixtionem confuſam ſupradictam, nondum habebat perfectionem ſufficientem ad producendum generabilia. Superficies autem abyſſi in hoc loco non intelligitur per ſe, niſi reſpectu ipſius abyſſi cuius dicitur eſſe ſuperficies, & ideo non oportebat vt de ipſa ſuperficie fieret mentio ſeorſum in huiuſmodi creatione. Vtrum autem ex auctoritatibus Sanctorum, & ſpecialiter Baſilij, Ambroſij, & Chriſoſt. intelligatur, quòd omnimoda informitas materię tempore pręceſſit formationem eius, omitto cauſa breuitatis: vide tamen in prima par. q.46. artic. primo veritatem huius quęſiti à ſancto Doctore determinatam. Ad ſecundum faciliter reſpondetur ex dictis: Abyſſum enim hoc loco non nominat aquam ſolam, ſed aquam cum aliorum elementorum permixtione confuſam, vt dictum eſt: prętermiſit tamen expreſſam mentionem de alijs elementis cum aqua permixtis, propter ruditatem eorum quibus loquebatur, qui pro maiori parte ea, quę non ſubiacent viſui non cognoſcebant, vt iam dictum eſt.

C · D

Marginalia: Quæſtio. · Pſal.147.b · Aug. reſpõ. · † prope · Deut.32.a · Amb. reſpõ. · Duplex pulchritudo terræ. · Eſa.48.c · Reſponſio ad ſecundam q.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E Ad tertium dicendum quòd primum mobile in hoc loco nominatur diuerſimodè propter diuerſitatem eorum quæ ſibi competunt de quibus in propoſito agitur. Competit enim primo mobili, omnia corpora naturalia, & mobilia continere, ſicut ſuperficies corpus continet cuius eſt ſuperficies: & ex hoc nominatur facies abyſſi, id eſt ſuperficies abyſſi, de qua continentia hic eſt agendum, tanquam de loco vniuerſali omnium corporum naturalium; competit etiam ei diaphaneitas ſecundum ſuæ naturæ puritatem. Similiter & prima mobilitas corporalis, de qua diaphaneitate in hoc loco eſt agendum tanquam de prima capacitate lucis, quæ quidem lux in corporibus primum locum tenet ſecundum Auguſt. de lib. arbit. Similiter & de prima mobilitate eius hic eſt agendum, tanquam de prima vita, vel de primo effectu vitæ corporum naturalium. quæ duo, nulli earum creaturarum (de quibus ſcriptura mentionem facit) inter primo creata ſic competunt ſicut aquis. Aqua enim inter viſibilia corpora maximè eſt obediens motori, & eſt perſpicua. Et hæc eſt ratio quare primum mobile in hoc loco his diuerſis nominibus appellatur. Hæc expoſitio de primo mobili, & de primo motu videtur rationabilis, conſiderando quod in prima rerum productione fieri debet mentio de ſummo loco vniuerſali corporum naturalium. Similiter & de primo motu, & de primo mobili, & etiam de tempore quæ ſunt menſuræ omnium rerum naturalium.

Reſponſio ad tertiam q. Primum mobile nominatur diuerſimodè.

Ad quartum, dicendum quod dicere quòd ſpiritus domini in hoc loco intelligatur pro aere elementari eſt valde irrationabiliter dictum propter tria. Primum, quia ſi in hoc loco ſpiritus domini accipitur pro aere elementari, prout Rabbi Moyſes, & quidam alij volunt dicere, quòd ſcriptura in hoc loco nominat quatuor elementa; Terram ſcilicet cum dicit: Terra autem; Aquam verò cum dicit: Super aquas; Aerẽ cum dicit: Spiritus domini; Ignem verò cum dicit: Et tenebræ erant: Et hoc quia ignis vt dicunt in loco proprio non lucet: ſecundum hanc poſitionem nulla eſſet ratio propter quam aer, qui dicitur ſpiritus magis appropriaretur ſic Deo, vt nominaretur ſpiritus domini, quàm elementum aquæ, ſeu terræ, vel ignis, quorum nullum in hoc loco tali modo nominatur, vt dicatur: aqua domini: terra domini: Secundum, quia vt ex ſerie literæ patet, ſpiritus domini de quo hic agitur, ferebatur ſuper aquas ante earum diuiſionem: quæ facta fuit ſecunda die per firmamentum: diuidens aquas ab aquis, & ſic ferebatur indiſtinctè ſuper aquas, non ſolum inferiores, ſed etiam ſuperiores: nulla enim diſtinctio aquarum legitur in prima die. Ex quo ſequitur quod huiuſmodi ſpiritus adhuc facta diuiſione, ferretur ſuper aquas ſuperiores: cum in ſcriptura nulla fiat mentio de hoc, quòd huiuſmodi ſpiritus domini congregaretur, ſeu attraheretur ad hoc, vt poſt aquarum diuiſionem ferretur ſuper aquas inferiores tantum: quod tamen eſſet valde inconueniens, & contra mentem Ra. Moyſi, & aliorum ſequentium,

Reſponſio ad quartam quæſtionem.

F qui ſpiritum in hoc loco dictum accipiunt pro aere elementari tantum, cui nullo modo competit eſſe ſuper aquas, quæ ſuperiores ſunt cælo ſidereo. Tertium, quia vt ex prædictis patet, Moyſes in toto proceſſu ſex dierum nunquam nominauit aerem: etiam in loco vbi fuiſſet congruum aerem nominari, ſicut cũ dicitur, producant aquæ volatile ſuper terram, vbi congruum fuiſſet dicere producant aquæ, & aer: ſimiliter & dicere, vt volitent in aere, & non ſolum ſub firmamento, cum volucres pro maiori parte participent naturam aeream, plus quàm aqueam, vnde in aere viuunt, & nidificant pro maiori ſui parte, vnde earum volatus principaliter ad ornatum aeris pertinet: vt dicit Magiſter 2. ſent. diſtinc. 15. Et tamen in hoc loco nullam mentionem facit de aere propter eius inuiſibilitatem, & propter imbecillitatem: vt ſupra dictum eſt. Non enim dicit de auibus, vt volent in aere, ſeu in ſpiritu, ſed ſuper terram, & ſub firmamento cæli, prætermittens totaliter nominationem aeris. Vnde eadem ratione cum hic dicitur: Spiritus domini non eſt intelligendum de aere, de quo nunquam fecit mẽtionem in proceſſu ſex dierum, vt dictum eſt. Si autem contra hoc dicatur quòd ſpiritus domini, non poteſt hic intelligi de aere propter eius inuiſibilitatem, eo quòd ille populus inuiſibilia non percipiebat: ſequeretur à fortiori, quòd non debet intelligi de Spirituſancto, qui incomparabiliter eſt magis inuiſibilis oculis corporalibus, quàm aer cum ſit penitus incorporeus, & immaterialis. Ad hoc dicendum quòd quantumcunque populus ille rudis fuiſſet, & incapax ſpiritualium, nihilominus neceſſe erat vt eis proponerentur primo, & ſupponerentur quędam penitus inuiſibilia, ſicut Deum eſſe, quia ſine hoc in uanum inſtruerentur de fide, ſecundum quam accedenti ad Deum, oportet credere, quia eſt. Similiter licet anima ſit inuiſibilis de ſui natura: tamen proponendũ erat eis de ea inquantum ſecundum illam principaliter homo eſt capax remunerationis diuinæ, quod eſt principium in his quæ credibilia traduntur. Vnde Apoſtolus cum dixiſſet: Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, ſtatim ſubiunxit: Et inquirentibus ſe remunerator eſt. & ideo de anima humana circa formationem hominis expreſſam ſcriptura fecit mentionem dicens: Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Gen. 2. b: De inuiſibilibus ergo nulla mẽtio fit in proceſſu ſex dierum, niſi tantum de Deo, & de anima humana, quorum cognitio ſaltem ænigmatica neceſſaria eſt cuicunque fideli: vnde ſpiritus domini non inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipſo Deo, licet inuiſibilis ſit. De alijs verò inuiſibilibus quorum cognitio non eſt explicite neceſſaria omnibus fidelibus, ſicut eſt natura angelica, vel aer elementaris, & huiuſmodi, prætermittitur mentio expreſſa in hoc loco ratione iam dicta. Si autem obijciatur de primo mobili quod eſt inuiſibile, & tamen ſecundum prædictam expoſitionem de eo fit mentio, cum dicit: Super faciem abyſſi, vt dictum eſt. Dicendum quòd primum mobile ſatis eſt viſibile per ſuum effectum, qui eſt motus diurnus ſolis, & aliorum corporum cæleſtium. Notandum etiam, quòd antiqui expoſitores hebræorum

vt ad Heb. 11. b

Gen. 2. b

Nota.

G hebræorum notabiliſſimè & compendioſè expoſuerunt prædictum verbum: Spiritus domini. in illo libro qui dicitur Bereſchith Rabbaa. i. Geneſis magna: vbi ſic habetur interrogatorie: Quid eſt quod dicitur: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas? Ad quod reſpondet: nil aliud eſt, niſi ſpiritus Meſſiæ de quo legitur, Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini Eſa. 11. a
Ex quo dicto manifeſtè datur intelligi, quòd ſpiritus domini, hic intelligitur Spirituſanctus, qui eſt ſpiritus Meſſiæ, inquantum ſecundum catholicam veritatem procedit à patre, & filio, qui quidem filius eſt verus, & benedictus Meſſias. Ad quintum dicendum, quòd per hoc quòd in hoc loco dicitur, Ferebatur; non debet intelligi aliquid paſſiuè in ſpiritu domini; nec hæc dictio, merahephet, quod in hebraico in hoc loco ponitur, eſt verbum paſſiuum, ſed merè actiuum; ſignificans quòd ſpiritus domini fouebat, & viuificabat aquas, ad ſimilitudinem gallinæ incubantis, & vitalem virtutem his quæ fouentur tribuentis: quæ quidem viuificatio in hoc loco intelligitur per primum motum qui eſt præcipuè viuificatiuus corporum naturalium, vt dictum eſt: vnde ſimile verbum omnino habetur Deuter. vbi dicitur: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos &c. quod eſt propria ſimilitudo ad propoſitum. Nam ſicut auis mouet pullos ſuos ad volandum, & ſicut eos fouet, & viuificat, ſic Deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales: licet enim ſit aliqua intelligentia immediatè mouens primum mobile, de quo hic agitur, tamen prima cauſa, & principalis huius motus Deus eſt, in quo omnes creaturæ viuunt, mouẽtur, & ſunt. Allegoricè etiã ſequendo concordantiam antiquorum hebræorum prædictam, qui ſpiritum domini qui hic ſuper aquas ferebatur, exponunt eſſe ſpiritum Meſſiæ, de quo dicitur. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, vt dictum eſt, notabiliter dici poteſt quòd ſicut ſpiritus domini viuificabat aquas, ſcilicet corpora naturalia, vt dictum eſt, ſic idem ſpiritus dat vitam ſpirituałẽ per aquã baptiſmi, de qua. Io. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto &c. Sequitur in litera. Dixit Deus: Fiat lux, qualiter autem intelligatur quòd dicitur: Deus dixit, Ambroſ. in Hexa. declarat dicens: Non per organa vocis, nec quòd aerem iſtum quidam verborum ſtrepitus verberaret, ſed vt voluntatis ſuæ æternam cogitationem proderet in operationis effectu. Continuatur autem productio lucis ad prædicta ſic: nam cum præmiſſa fuerit circa creationem corporalem multiplex informitas: Vna ſcilicet cum dicitur: Terra autem erat inanis & vacua. Alia cum dicitur: Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi; Conueniens ergo fuit, vt informitas tenebrarum primo remoueretur per lucis productionem: Tum quia lux eſt qualitas primi corporis: Tum quia inter cæteras qualitates corporeas lux eſt ſpiritualior: vnde Auguſt. in lib. de li. arbit. dicit quod lux in corporibus primum tenet locum: Tum propter communitatem lucis in qua inferiora cum ſuperioribus communicant. Sed quę ſit iſta lux variè traditur à doctoribus.

Reſponſio ad quintã quæſtionem.

Deut. 32. b

Vt Act. 17. f

Eſa. 11. a

Eſa. 11. a.

Ioan. 3. a

Dicere Dei.

H Quidam enim dicunt illam lucem fuiſſe quandam nubem lucidam, quæ poſtmodum facto ſole in materiam præiacentem redijt, vel adhuc remanet ſoli coniuncta imperceptibiliter, vel ex illa nube formatum eſt corpus ſolis; quæ quidem tres poſitiones non ſolum ſunt improbandæ per rationem: vt in prima parte. q. 57. artic. 4. in reſponſione ad ſecundum argum. ſed etiam ex ſerie ſententiæ literæ non videntur ſtare; Tum quia lux ſignificat qualitatem tantum: nubes autem lucida non eſt lux: licet ſit corpus luminoſum vel luminare & huiuſmodi, ſicut album non eſt albedo: vnde in tali lucidæ nubis productione, debuiſſet exprimi ſubſtantia cum ſua qualitate, dicendo: Fiat nubes lucida: vel quid luminoſum, & huiuſmodi. Fieri enim, ſicut & eſſe, principaliter pertinet ad ſubiectum, ſeu ſubſtantiam. Accidentium enim prout in metaphyſica traditur, non eſt eſſe, ſed ineſſe. Nec etiam videtur literæ conſonum, nec rationi, quòd illa lux fuerit lux ſolis, ſed adhuc informis, prout poſtillator dicit: Tum quia ſi ſic, debuiſſet dicere, producatur, ſeu procedat lux; vel producat ſol, ſeu cælum lucem, ſicut dicitur in hoc capitulo in his; quæ ab alijs procedunt: Tum quia ſecundũ hoc diuiſio lucis à tenebris in prima die facta fuiſſet per circularem motum ſolis, vt etiam poſtillator dicit: ſicut in quarta die, & tamen ſcriptura in hoc loco attribuit hanc diuiſionem Deo, dicens: Et diuiſit Deus lucem à tenebris. In quarta autem die attribuunt hanc diuiſionem luminaribus, dicẽtes, vt diuidant lucem à tenebris: Tum quia maximè inconueniens uidetur, dicere, quòd accidens, ſeu motus alicuius rei ſingularis ſit in rerum natura, antequam ſuum ſubiectum in eſſe producatur. Ex quibus patet, quod lux in prima die facta differt à luce ſolis, de qua fit mentio in quarta die, non ſolum quantum ad particulares effectus, ſed etiam quantum ad eſſentiam. Vnde poſitio Baſil. in hoc loco videtur literæ concordare, & rationi non diſſentire: dicit enim in Hexame. ſic: Poſt ſolis creationem dies eſt, cum à ſole illuminatus eſt aer in eo, quòd ſuper terram eſt in hemiſpærio relucens, & nox vmbra terrę occultato ſole. Tunc autem ſcilicet in primis tribus diebus, non ſecundum motum ſolarem, ſed refuſo principali lumine illo: & rurſus contracto ſecundum determinatam à Deo menſuram, dies generabatur & nox reducebatur. Hęc Baſili. Vnde ſecundum eum hęc lux non fuit corpus, ſeu ſubſtantia corporea, ſed quędam qualitas formaliter illuminatiua, non procedens ab aliquo corpore luminoſo, ſed ſolum à voluntate diuina per creationem, prout ipſa litera plano modo ſignificat, cum dicit: Fiat lux: quę quidem lux non habebat per ſe motum, & ideo non poterat de ſe diuidere lucem à tenebris, ſed hoc faciebat per emiſſionem, & contractionem luminis virtute diuina determinatam, & ideo dicitur hic: Diuiſit Deus lucem à tenebris. Sed in quarta die, vbi de luminaribus agitur, expreſſè dicit: Vt diuidant lucem à tenebris: quia luminaria per motum proprium ſibi connaturalem hãc faciunt diuiſionem, ſecundum quam poſitionem Baſi. quę valdè videtur conſonare literę, non eſt inquirendum,

Quæ ſit lux prima.

Baſilius in Hexam.



A inquirendum quid factum fuit de illa luce prima poſt creationem ſolis: nam adueniente prouiſione naturali, rationabiliter ceſſat prouiſio miraculoſa, ſicut & legitur Ioſue. Defecit mãna poſtquam comederunt de frugibus terræ. Obijcitur autem contra poſitionem Baſil. primo ex hoc, quòd pro tunc; animalia & homines non eſſent; ideo iſta viciſſitudo lucis & tenebræ non habebat aliquam neceſſitatem ſeu vtilitatem. Secundò ex hoc quòd hæc contractio, & emiſſio non eſſent naturales, ſed miraculoſæ: quod (vt dicunt) non habet locum vbi agitur de inſtitutione naturæ. Sed reſpondetur ad primum, quòd hæc obiectio eſt communis, etiam contra ponentes quòd hæc lux fuiſſet lux ſolis. Sed dicendum, quòd hæc viciſſitudo deſeruiebat diſtinctionibus ſex dierum, ad hoc, ſcilicet quòd in ſex diebus perficeretur opus creationis, prout in propoſito diuino ab æterno fuerat diſpoſitum; & etiam vt per hos ſex dies præfigurarentur ætates mundi, & traderentur alia myſteria ſecundum doctores. Ad ſecundum dicendum quòd in hoc capitulo nonnulla miraculoſè facta traduntur, ſicut productio herbarum & plantarum antequam luminaria & ſtellæ eſſent, quod eſt manifeſtè miraculoſum, quia excedit facultatem naturalem creaturarum, & etiam eſt penitus inſolitum: quæ duo perficiunt rationem miraculi. Idem dicendum eſt de congregatione aquarum facta in ſecunda die: & ideo nil mirum ſi productio huius primæ lucis, & eius contractio & emiſſio ſit miraculoſa. Cætera autem exponantur prout in poſtilla vſque ibi, Factum eſt veſpere & mane dies vnus, Scilicet naturalis. Circa quod attendendum, quòd Hebræi per veſpere, intelligunt noctem, quæ incipit à veſpera & terminatur in mane ſequenti; & per mane intelligunt diem artificialem, quæ incipit ab ipſo mane, & terminatur in veſpere ſequenti, & ſic dicunt quòd dies naturalis incipit à principio primæ noctis, & terminatur in principio noctis ſequentis: quod intendunt probare per hoc, quòd in primordio rerum, tenebræ quæ à Deo nox vocantur (vt patet in littera) præceſſerunt lucem in ordine temporis: nam poſtquam dixit, Tenebræ erant &c. conſequenter dixit, Fiat lux. Ex quo videtur quòd nox naturaliter debet præcedere diem in computatione dierum. Hoc etiam confirmat ex eo quòd legitur in Exod. A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbatha veſtra. Sed licet hoc habeat locum ex hac authoritate in feſtiuitatibus antiqui teſtamenti: eo quòd feſtiuitates eorum habuerunt initium à feſto paſchali in quo agnus ad veſperam immolabatur: tamen in ordine computationis dierum naturalium, tenendum eſt cum doctoribus noſtris, ſcilicet vt computentur dies à mane vſque ad mane, prout Magiſter ponit reddens ad hoc rationem myſticam, ſcilicet eo quòd homo à luce per peccatum corruit in tenebras ignorantię, & peccatorum. Sed poteſt hic ſumi alia ratio naturalis ex hoc quòd res denominantur à termino ad quẽ, non à termino à quo, Phyſ. & ideo dies artificialis debet denominari à

Ioſue. c. 5. c

Hebræi per veſpere, intelligunt noctem.

Exo. 12. c

2 diſt. 13.

In 2. Phyſ.

B veſpera, in quã terminatur: & nox denominari à mane in quo terminatur, & ſic per hoc quod dr̃, Factũ eſt veſpere, intelligendus eſt dies artificialis, cuius terminus ad quẽ eſt veſpera ſiue nox. Et conſequenter cũ dr̃, Et mane, intelligẽda eſt nox, cuius terminus ad quẽ eſt mane: et ſic prima pars diei naturalis eſt dies artificialis, & ſecunda nox ſequens. Nec valet quod dicunt quòd in primordio tenebræ pręceſſerunt lucem, nam illæ tenebrę non erant dicendæ propriè nox; nã ſicut dies (proprie loquendo) eſt latio lucis, ſeu ſolis ſuper terram; ſic & nox eſt occultatio talis lucis, ſeu ſolis ſub terra: quod non competit tenebris quæ fuerunt in primordio antequam aliqua lux corporalis produceretur. Circa opus ſecundæ diei duo ſunt principaliter conſideranda. Primum, quod cęlum ſit illud quod dicitur firmamentum. Secũdum, qualiter hoc intelligatur quod dicitur, Vt diui. aquas ab aquis. Circa primum omiſſa varietate opinionum & ſequendo poſitionem Chryſ. quę magis videtur planiori ſenſui litterę concordare, vt iam dictum eſt, videtur dicendum quòd hoc firmamẽtum de quo hic agitur eſt cęlũ ſydereum, quod diuiditur in octauam ſphęram quę eſt ſtellarum fixarum, & in ſeptem planetarum orbes; de quibus etiam ſtellis, & planetis legitur planè infra in opere quartæ diei, Poſuit eas Deus (ſcilicet luminaria, & ſtellas) in firmamento cęli. Nec obſtat quod dicitur in prima die, In principio creauit Deus cælum, quia ibi ſummariè includitur totum opus ſex dierum, vt ſupra dictum eſt. Et quia in prima die mentionem fecerat de primo mobili, & eius motu, vt ibi fuit expoſitum; Nunc autem in ſecunda die de firmamento in quo ſydera fuerunt poſita mentionem facit, oſtendens quòd hoc firmamẽtum fuit productum de nihilo in ſua propria ſpecie per creationem: quod conſonat huic quod dicitur, Fiat firmamentum, non exprimendo aliquid de quo tale firmamentum fieret. Si enim de abyſſo, vel de aliqua parte eius firmamentum fuiſſet formatum, vt quidam dicunt, dixiſſet vtique, Fiat abyſſus, vel fiat de abyſſo firmamentum, ſicut dixit de herbis, & plantis, quæ de terra fuerunt productæ, exprimendo, Germinet terra herbam & cæt. conſequenter dicit, Protulit terra herbam. Similiter in quinta die dicit, Producant aquæ reptile. & in ſexta, Producat terra animam viuentem. Ex quo ſequitur quòd illa vbi non exprimitur materia, ſed ſolum dicitur, Fiat: non debent intelligi fieri ex materia præiacente, ſed in ſua propria ſpecie totaliter ex nihilo per creationem produci; & ſic intelligendum eſt, cum dicitur: Fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria. Si autem contra hoc dicatur quòd ſi ſic, ſcriptura debuiſſet vti in illis verbo creationis, vt intelligerentur talia de nihilo fieri ſeu produci; Dicendum, quòd hoc non requiritur ſecundum opinionem Chryſ. ſupradictam quã hic ſequimur: nam in hoc quod dicit, Creauit Deus cælum, & terram, intelliguntur omnia cæleſtia, & terreſtria in proceſſu ſex dierum à Deo immediatè creari, pręterquam illa de quibus in littera aſſignatur ipſorum materia, vt iam dictum eſt. Si autem quęratur de hoc quod ſequitur, Et fecit Deus firmamentum, quomodo habeat

Opus ſecundæ diei.

An cælum ſit idẽ cum firmamento.

Quæſtio

C intelligi, cum enim dicitur de Deo in Pſal. Ipſe dixit & facta ſunt, cum dixiſſet. Fiat firmamentum, ſtatim debuiſſet dicere, et factum eſt ita, ſicut in luce prima. Dicendum quòd quia fieri quandoque importat acquiſitionem alicuius diſpoſitionis accidentalis in re facta, prout in poſtilla deducitur, idcirco vt denotaret ſcriptura firmamentum in ſua prima productione fuiſſe à Deo ſecundum omnes ſuas qualitates accidentales perfectum, ideo ſubdit: Fecit Deus firmamentum. Idem eſt dicendum de luminaribus, cum dicit: Fecitq; Deus duo luminaria magna, de luce autem non ſic. Nam licet lux in prima die eſſet facta perfecta quantum ad hoc quòd Deus per eam diuideret diem à nocte, non ſimpliciter tamen fuit perfecta ſicut lux luminarium, vt infrà patebit: & ideo de ea non dicitur, Et fecit Deus lucem ſicut dixit, Fecit Deus luminaria. Circa ſecundum principale attendendum eſt, quòd licet de aquis ſuperioribus multæ ſint opiniones ſanctorum doctorum: ſemper ſalua auctoritate proſequendo in hoc loco, quæ ſupradicta ſunt, dicendum eſt, quòd corpora diaphana ſub nomine aquarum intelliguntur, propter conformitatem perſpicuitatis: vnde, & primum mobile eadem ſimilitudine aqueum dicitur ſeu cryſtallinum. Vnde magiſter in litera de aquis ſuperioribus dicit, q̃ non vaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate ſuſpenduntur ne labantur: ſed quia primum mobile, & cætera corpora cæleſtia maximè obediunt motori, ſicut aqua inter omnia corpora viſibilia mixta hoc habet, idcirco potius nominatur nomine aquæ in ſcriptura quàm nomine cryſtalli, iuxta illud Pſal. Qui tegis aquis ſuperiora eius. Non ergo merè æquiuocè ſuperiores, & inferiores aquæ dicuntur, ſed quodammodo quaſi analogicè. Et notandum quòd huiuſmodi firmamentum, ſcilicet cælum ſydereum diuiſit aquas ſuperiores ab aquis inferioribus, non ſolum ſecundum locum, ſed etiam ſecundum quaſdam proprietates eſſentialiter conſequentes motum earum, prout magiſter Bonauentura, hic videtur dicere. Aquæ enim ſuperiores, ſcilicet cælũ cryſtallinum, ſeu aqueum eſt primum mobile, quòd vniformiter, & continuè vnico motu mouetur, ſecũdum quem reuoluitur totum cælum motu diurno, maximè vniformi. Aquæ verò inferiores, ſcilicet elementares mouentur multipliciter, & diſformiter ſecundum quodlibet genus motus, ſeu mutationis, & alterationis & huiuſmodi. Firmamentum verò, ſcilicet cælum ſidereum participat proprietatem primi mobilis, inquantum eſt immune ab alia mutatione quacunque, præterquam ſecundum ſitum, imperfectè tamen attingit vniformitatem motus primi mobilis, eo quòd cælum ſidereum ſecundum diuerſos orbes quos continet, motum variabilem habet. Participat etiam hoc firmamentum quodammodo proprietatem inferiorum aquarum, non formaliter, ſed effectiuè: inquantum habet virtutem cauſandi diuerſitatem generationis, & corruptionis, & cuiuſcunque alterationis, ſeu mutationis per acceſſum & receſſum; per diuerſas ſtellarum ſeu conſtellationum influentias: vnde hoc firmamẽtum ſic intellectum quaſi medium inter prædictas aquas, & quodammodo participans vtriuſque ſimilitudinem extremorum, diſtinguit aquas ab aquis.

Pſal. 148. a

Vt diuidant aquas ab aquis.

Diaphana ... intelliguntur.

Pſal. 103. a

Nota.

Super 2. diſtin. 13.

D Alij verò dicunt, ſcilicet quòd firmamentum die ſecunda factum, intelligitur illa pars aeris quæ condenſatur in nubes, & dicitur firmamentum, propter ſpiſſitudinem aeris in parte illa. Sed quia hæc expoſitio licèt ab Augu. ſuper Geneſi commendetur inquantum nihil dicit contra fidem, & quod proponit prompto documento credi poteſt, quia tamen remota videtur à planiori ſenſu literali: ſecundum quem traditur planè, quòd in quarta die poſuit Deus luminaria, & ſtellas in firmamento cæli; idcirco prima expoſitio videtur verior. Quod autem ſequitur. Vocauit Deus firm. cælum. Intelligendum eſt ſecundum Ra. Moy. quòd vbi iſta uocatio Dei habetur intelligendum eſt eſſe aliquid aliud, quod hoc nomine principalius vocatur, ſed appropriatur ad minus principale, propter vſum cõmunem hominum. Sicut dies principaliter dicitur ſpacium. 24. horarum prout ibi. Factum eſt veſpere, & mane dies vnus, ſed communius in vſu, latio lucis, ſeu ſolis ſuper terram, dies dicitur, vnde Deus vocauit lucem diem. Similiter in hoc loco cælum principalius ſignificat omnes orbes, ſcilicet nouem ſphæras, & etiam empyreum, & cælos inferiores, prout ibi: In principio creauit Deus cęlum, & terram, vt ſupra expoſitum eſt; ſed communiori modo cælum dicitur ſidereum tantum; & ideo vocauit Deus firmamentum, cælum. Similiter non ſolum arida, ſed totum terræ elementum principaliter dicitur terra, prout ibi: Terra autem erat inanis, & vacua: ſed communiori modo loquendi arida dicitur terra: & ideo vocauit Deus aridam terram. De opere tertiæ diei qualiter intelligatur hoc, Congregatio aquæ in vno lo. non modicam videtur habere difficultatem, cum enim terra ſecundum ſuæ naturæ grauitatem abſolutam vndique debeat eſſe aquis cooperta, non videtur aliquis locus ſuper terram ad quem, ſeu in quo aquæ naturaliter ſint congregatæ, ſic vt terra diſcooperiretur. Ad quam difficultatem tollendam diuerſi variè ſcripſerunt. Quidam enim dicunt, quòd terra præbuit aliquas partes concauas, in quibus aquæ confluentes ad partes terræ: quæ nunc eſt diſcooperta reciperentur. Sed hoc non videtur poſſe ſtare. Nam elementum aquæ eſt multò rarius quam terra, ſicut & aer multò rarior eſt aqua, vt patet ad ſenſum: nam modica quantitas aquæ in vaporem aereum per operationem ignis reſoluta, multo maiorem quantitatem aeream facit. Vnde quidam philoſophi dicunt elementum aquæ in decupla quantitate eſſe maius terra: Similiter & elementum aeris, in multo maiori proportione excedere quantitatem elementi aquæ, prout ſatis patet conſideranti loca propria elementorum, quæ quanto magis recedunt à centro verſus circunferentiam, tanto ſunt multo maioris capacitatis: Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in concauitatibus ſuis tantam quantitatem aquę, quanta erat ſuper totam terram habitabilem, quę eſt quarta pars ferè totius orbis terrę ſecundum aſtronomos. vnde alij dixerunt,

Vocauit Deus firmamentum cælum.

Opus tertiæ diei.

Quomodo aquæ congregatæ in vnũ locum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

alias † depreſſata.

rum, quòd aqua ante eius congregationem erat valde nebuloſa, quæ poſt congregationem † denſata eſt, idcirco minorem occupat locum, quod etiam non videtur valere: Tùm quia littera non dicit: Condenſentur aquæ, ſed congregentur: Tùm, quia ſenſibiliter videmus, quòd aquę receptę in concauitatibus terræ non ſunt magis condenſatæ, quàm alię: Tùm, quia quantitas elementi aquæ ſemper excedit quantitatem elementi terræ, propter aquæ raritatem in magna proportione vt dictum eſt, & ſic idem inconueniens ſequitur ſicut prius, ſcilicet quòd capacitas terræ non ſufficit ad tantam aquæ quantitatem in concauitatibus ſuis recipere. Vnde aliter dicitur ab alijs, ſcilicet quòd aquę in loco vbi nunc ſunt congregatæ, in maiorem ſunt eleuatæ altitudinem. Nam vt dicit Baſil. experimento compertum eſt in mari rubro, mare eſſe altius terra, quæ quidem reſponſio adhuc non totaliter videtur ſufficere: Tùm, quia pluries in ſcriptura, euntes ad mare

Pſal. 106. b
Ionæ 1. a

deſcendere dicuntur Pſ. Qui deſcendunt mare in nauibus: & in Iona, De Iona eunte in mare dicitur, Et deſcendens in Ioppen inuenit nauem &c. Tùm, quia aqua cum de ſui natura ſit fluida, non poteſt habere in ſe partes montuoſas, ſcilicet cęteris altiores ſicut in terra propter ſui ſoliditatem hoc contingit. Tùm, quia rotunditas aquę poteſt demonſtrari phyſicè, ſicut & terrę rotunditas: quod patet. Nam quælibet partes aquę habent æqualem inclinationem naturaliter ad centrum, eleuatio etiam poli in diuerſis partibus maris, ſimiliter & diuerſitas in ortu, & occaſu ſolis, & ſtellarum, vniformiter ſe habet ſicut in terra, & vbicunque ſunt nauigantes in mari Oceano, ſeu Mediterraneo tempore tranquillitatis ſemper vident hemiſpheria plana abſque montuoſitate, ſeu altitudine in aliqua ſui parte, ſicut fit in planiſſima terra in qua nulli montes, ſeu colles reperiuntur: Et ideo (ſaluo ſemper meliori iudicio) vlterius videtur de hoc aliquid dicendum.

Nota de terra.

Pro quo attendendum eſt, quòd ſicut terra ſecundum aſtronomos, & Philoſophos eſt in medio vniuerſi, tanquam eius centrum, & eſt rotunda, ſeu ſphęrica, cuius centrum eſt idem centro vniuerſi: prout demonſtratiuè probatur in vtraque ſcientia prędicta, ſic elementum aquę ratione pari de ſui natura eſt rotundum, ſeu ſphęricum, cuius centrum eſt idem in ſua prima productione cum centro terrę, ſeu vniuerſi: ſed oportuit terram eſſe diſcoopertam ab aquis ſecundum aliquas partes ſui propter neceſſitatem finis, ſcilicet propter habitationem animalium, & huiuſmodi. Sapientia autem diuina (quę diſponit omnia ſuauiter) ſic diſpoſuit, vt elementum aquę ſeruando ſuam rotunditatem naturalem haberet centrum ſeparatum à centro terrę, & vniuerſi, ſicut ſecundum aſtronomos qui motus ſiderum diligenter inueſtigarunt centrum quorundam orbium

F

Pto. lib. 4. Almag.

planetarum eſt ſeparatum à centro vniuerſi, vnde apud eos tales orbes dicuntur ecentrici, ſeu egreſſę cuſpidis, ut in Almageſto, & in alijs locis illius libri pertractatur. Quę quidem diuerſitas, ſeu diſtantia vtriuſque centri, ſcilicet terrę & aquę, ab inuicem ſic à Deo fuit diſpoſita, & vt inde ſequerentur quinque ad propoſitum pertinentia. Quorum primum, quòd licet ſint multę congregationes aquarum in diuerſis locis, tamen omnes aquę quę ſub cœlo ſunt, ſunt ad vnum locũ congregatę prout Deus diſpoſuit: nam quęlibet aqua habet ęqualem inclinationem ad centrum elementi aquę, ſicut quęlibet pars terrę ad centrum terrę, & ſic habetur verus intellectus illius quod dicitur, Congregentur aquę ad locum vnum, hoc eſt dicere, Inclinentur aquę omnes quæ ſub cœlo ſunt ad vnum locum, ſcilicet ad vnum centrum ſeorſum à centro terræ, ad quod centrum congregentur aquæ ſicut partes terræ ad centrum terrę.

Congregari aquas pro inclinari.

Quæ quidem congregatio veritatem etiam habet in omnibus congregationibus aquarum, ſiue in fluminibus, ſiue in ſtagnis, ſiue in ciſternis, & huiuſmodi. Nam omnes aquæ vbicunque ſint habent inclinationem ad centrum aquæ ad quod fluunt ceſſante impedimento, ſicut partes terræ etiam ſi ſint in aere, & extra terram ſuſpenſę, ſemper habent inclinationem ad ſuum centrum. Secundum quòd ſequitur ex prædicta diſtantia eſt, quòd aqua non totam cooperiat terram, ſed aliquam partem dimittat diſcoopertam prout requirit talis diſtantia centrorum ab inuicem, & de hoc dicit in littera, Et appareat arida. Sequitur tertium ex huiuſmodi diſtantia centrorum, quòd hæc congregatio fuit à Deo facta per certam legem, ſeu diſpoſitionem in gyro uallantem abyſſos, ſcilicet multitudinem aquarum, prout littera ſonat Prouerb. Quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos.

Prouer. 8. c

Quartum ſequitur ex prædicta diſtantia: quòd licet in ripa maris communiter terra, & aqua ſint æqualis altitudinis, tamen procedendo in mari per elongationem à terra, mare ſemper eſt altius terra: vnde Pſal. Veni in altitudinem maris: Et intantum quandoque proceditur, quòd mare eſt altius, quàm montes in terra: & ſic intelligitur illud Pſal. Super montes ſtabunt aquæ: quia altiores ſunt aquæ Oceani præſertim procedendo verſus medium quàm montes terræ.

Pſal. 68. a
Pſal. 103. a

Sequitur quintum ex prędicta diſtantia quòd incedentes per terram, ad mare deſcendentes debent dici ſicut in auctoritate pręallegata, & in alijs quamplurimis habetur. Similiter quòd mare dicitur eſſe ſeu fundari ſuper terram, prout legitur Pſal. Ipſe ſuper maria fundauit eum. Et vt prædicta clarius intelligantur, ponitur hęc figura quę repreſentat hęc elementa: ſcilicet terram, & aquam, tam in prima eorum productione, quàm poſt aquę congregationem. In qua figura licet corpus mathematicè conſideratum non poſſit in ſuperficie plenè repreſentari, tamen ſatis ſufficit rectè imaginanti.

Pſal. 23.

Sequitur figura.




G

Rectæ lineæ deſeruiunt 4. intento.

IN hac figura ſit. a. centrum terræ, quod eſt etiam centrum vniuerſi & ſit ſphæra terrę. b. d. g. e. ſuper centrum. a. & ſit ſphęra aquę antè eius congregationem. m. n. o. ſuper centrum. a. ſupradictum quod eſt centrum vniuerſi. Nam aqua ex ſui primęua natura ęqualiter habebat circundare terram, cum quęlibet pars aquę ęqualiter haberet inclinationem ad centrum terrę, quod eſt centrum vniuerſi. Diſpoſuit autem Deus quòd hęc ſphęra aquę congregaretur ad vnum locum, ſic vt arida appareret. Sit ergo ſphera aquę ſecunda. ſ. poſt huiuſmodi iuſſionem congregatę: vbi nunc eſt ſphęra. c. h. i. quę quidem ſphęra eſt ęqualis primę ſphęrę aquę. ſ. m. n. o. Sit etiam centrum ſphęrę aquę poſt eius congregationem. f. quod eſt ecentricum, vt dictum eſt, eo quòd diſtat ſeu egreditur à centro. a. quod eſt cẽtrum vniuerſi. Interſecet ergo hęc ſphera aquæ ſpheram terræ in duobus punctis, ſeu locis ſcilicet. d. e. Patet igitur in hac figura primum intentum, ſcilicet quòd omnes aquæ vbicunque fuerint ſub cœlo, ad ſphæram aquæ ſunt virtualiter congregatæ; & per conſequens ad vnum locum.

Primũ intentum.

Nam quælibet aqua habet æqualem inclinationem naturalem ad ſphęram, ſeu centrum ſui elementi, ſcilicet aquæ quod eſt. f. etiam ſi ſint ſeparatæ in locis alijs, vbi impediantur ne poſſint fluere ad locum ſuum: ſicut etiam partes terrę vbicunque ſuſpendantur, ſeu detineantur, ad ſphęram terrę ſeu ad centrum terrę habent inclinationem naturalem: & hoc eſt quod dicitur, Congregentur aquæ ad vnum locum: vbi notanter dicitur, Quæ ſub cœlo ſunt, ad excludendum aquas ſuperiores, quę non intelliguntur ſub hac ordinatione.

H

Patet etiam in hac figura ſecundum intentum, ſcilicet quòd aqua non totam cooperiat terram, ſed aliquam eius partem dimittat diſcoopertam. nã arcus. e. b. d. qui eſt in ſphęra terræ eſt diſcoopertus ab aquis, vt patet in hac figura: quod ſecundum coſmographos eſt ferè quarta pars terræ cęteris partibus ipſius terrę remanentibus ſub aqua coopertis: vnde notanter dicitur, Vocauit Deus aridam, terram, ad differentiam terrę coopertę aquis, quę non dicitur arida.

Secundum intentum.

Patet etiam in hac figura tertium intentum, ſcilicet quod hæc congregatio fuit a Deo facta per certam legem, ſeu inſtitutionem, qua Deus vallauit, id eſt circũmuniuit in gyro, hoc eſt in circumitu abyſſos, ſcilicet aquarum multitudinem; nam per gyrum, ſeu per circumitum ſphæricum, ſcilicet. c. h. i. vallauit totam multitudinem aquarum virtualiter, ſic quòd quælibet aqua quæ ſub cœlo eſt, ad hunc gyrum ex certa lege diuina habeat inclinationem connaturalem: & ſic habetur verus ſenſus huius dicti, Certa lege & gyro vallabat abyſſos. Similiter & huius quod dicitur, Circundedi mari terminum ſuum: & ſimilium.

Tertiũ intentum.

Patet etiam quartum intentum in hac figura. ſ. q licet in ripa maris terra & aqua in eodem loco concurrant, vt puta in d. procedendo tamen in mari per elongationem à terra: mare ſemper eſt altius terra, quod ſic patet; nam ſi procedatur à loco. d. in quo concurrunt terra, & mare (vt dictum eſt) per elongationem à terra vſque ad aliquem locum, vt putà ad locum. c. qui eſt in ſuperficie maris: tunc. c. eſt locus altior quàm. d. nam ſi protrahatur linea ab. a. quod eſt centrum terræ ſeu vniuerſi vſque ad. c. talis linea interſecabit ſuperficiem terræ in aliquo loco, & ſit verbi gratia in g. & cum a. d. & a. g. ſint æquales: quia procedunt à centro ad circunferentiam, ſequitur quòd linea. a. c. eſt maior quàm linea. a. d. & per conſequens. c. locus eſt altior. d. quia magis ad circunferentiam vniuerſi quàm. d. Et quia diameter elementi aquæ eſt in magna quantitate maior diametro terræ, vt putà in decuplum, vt dictum eſt: ſequitur quòd tantum poſſet procedi per elongationem à terra, quòd ſit mare ibi altius quàm montes in terra: nam montes quantumcunque alti nullam proportionem perceptibilem habent per comparationem ad orbem terræ, vt patet in eclipſibus lunaribus, in quibus ex quantitate vmbrę à terra cauſatę, commenſuratur certitudinaliter quantitas eclipſis: nulla mentione facta de vmbra montium, ratione prædicta. Idem etiam patet in commenſuratione dierum & noctium, in qua non fit aliqua mentio de altitudine montium, acſi eſſet terra ſphærica penitus, & ſic intelligitur illud Pſal. ſuper montes ſtabũt aquæ, ſcilicet quod altiores ſunt aquæ Oceani procedendo verſus medium, quàm montes terræ.

Quartum intentum.

Pſal. 103. a

Sequitur quintum intentum, ſcilicet quòd incedentes per terram ad mare deſcendere dicuntur, ſicut patet in auctoritate præællegata, & in alijs quod ſic patet: nam aſſignetur aliquis lo-

Quintum intentum.

A

quis locus in ſuperficie terræ diſcoopertæ circa ripam: & ſit. b. & ſic protrahatur linea à centro aquæ quod eſt f. vſque ad punctum b. tunc talis linea interſecabit ſuperficiem aquæ in aliquo loco: & ſit verbi gratia in puncto a. & tunc conſtat quòd linea f. b. eſt maior quam linea f. a. & per conſequens locus b. reſpectu f. quod eſt centrum aquæ: eſt altior quã locus d. vbi eſt ripa: vt patet manifeſte. Et ſic patet ratio quare aquę vbicunque ponantur in terra naturaliter deſcendendo fluunt ad mare, niſi impediantur: iuxta illud Eccleſ. Oĩa flumina intrant in mare.

Eccl. 1. b

Et ex hoc ſequitur quòd incedentes per terram ad mare, deſcendentes debent dici, vt ſupra allegatum eſt: nam de communi modo loquendi, loca terrę à quibus aquę fluunt dicuntur ſuperiora reſpectu locorum ad quę fluunt. Patet etiam in hac figura quòd terra dicitur fundari ſuper mare, vt in Pſal. Quia ipſe ſuper maria fundauit eã. Terra enim habitabilis. ſ. d. b. e. ſuper elementum aquę fundatur: altior enim eſt reſpectu. f. quod eſt cẽtrum aquæ, quàm tota ſphęra aquæ poſt eius congregationem: & eadem ratione dicitur eſſe terra ſuper flumina: nam flumina à terra deſcendunt in mari vt dictum eſt tanquàm à ſuperiori loco ad inferiorem.

Pſal. 23. a

Ex quibus bene conſideratis poteſt haberi verus intellectus ſcripturarum quæ de comparatione aquę ad terram quo ad ſitum tractãt, quę diuerſimode ab aliquib. expoſitorib. exponuntur. Patet etiam ex ſupradictis quod terram eſſe diſcoopertam ſecundum aliquam partẽ ab aquis modo prędicto, nulli poteſt attribui, niſi poteſtati et ordinationi diuinę, vt ſcriptura in multis locis teſtatur, vnde Hierem. Me ergo non timebitis ait dominus, & à facie mea non dolebitis, qui poſui arenam terminũ mari.

Hier. 5. e

Ex quo patet hoc pertinere ad omnipotentiam diuinam ſolum. Similiter & ad eius ineffabilem prouidentiam, quę diſponens omnia ſuauiter, locum dedit aquis miro modo connaturalem, ne vlterius terram cooperirent, iuxta illud Pſalm. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, nec conuertentur operire terram, & hoc eſt ſatis manifeſtum, nam licet exiccatie ſuperficiei terræ aliquo modo poſſit cauſari ex actione ſolis deſiccantis & huiuſmodi: mutatio tamen, ſeu ſeparatio centri aquę à loco ſibi in prima productione debito, ad alium locum diſtantem, non poteſt cauſari: niſi à Deo qui ſolus eſt inſtitutor naturæ.

Pſal. 103. b

In hoc enim q Deus dixit, Congregentur aquæ &c. modo prędicto, dedit aquis aliam naturalem inclinationem ab illa quam in primordio habuerant, vt ſupra expoſitum eſt, & ideo rationabiliter huiuſmodi congregatio aquarum fuit facta antequam ſol fieret, vt innueret terram eſſe diſcoopertam: non per exiccationem ſolis, (vt quidam erroneè putant) ſed iuſſione diuina. Idem patet ex modo loquendi ſcripturæ in hoc loco. Non enim dixit: deſiccentur aquę quę ſunt ſuper terram, vt appareat arida: ſed dixit: Congregentur aquæ. Quanta autem ſit diſtantia vnius centri ab altero, valde difficile eſſet humanitus inueſtigare, ſed ſufficit quòd tanta eſt illa diſtantia, quanta requiritur ad hoc vt prędicta inde ſequantur: Poteſt etiam probabiliter opinari, non tamen certitudinaliter, q centrum aquæ elementaris ſit idem cum ecentrico lunæ, eo quòd elementum aquæ prout experimur, ſequitur motum lunæ ſecundum fluxum, & refluxum.

B

Opus quarta diei.

De opere quartæ diei. Circa productionem luminarium, & ſtellarum variæ ſunt opiniones, ſicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta: ſecundum tamen expoſitionem quam ſequor, luminaria & ſtellæ fuerunt quarta die producta à Deo per creationem in ſuis proprijs & perfectis formis, quas formas ſequuntur proprietates & virtutes quæ exprimuntur in littera: & aliæ quæ ibi non ſunt expreſſæ, cùm ſacra littera in hoc loco non tradat niſi illa quæ viſui ſeu ſenſui hominum communiter ſubiacent vt dictum eſt. Huic enim ſententiæ littera valde conſonat, cum dicit, Fiant luminaria, eo modo quo dixerat: Fiat lux. Non enim dixit, Producant cœli luminaria, vel nubes lucida producat ſolem: vel aliquid huiuſmodi: in quo denotarentur ipſa fuiſſe ex aliquo facta; nec etiam dicit in eis eſſe aliquid informe quod perficeretur; ſed ſimpliciter in primo eorum fieri explicat eorum proprietates, vt littera plane teſtatur.

Luminariũ proprietates

Circa proprietates autem eorum attendendum, quòd non omnes proprietates luminarium & ſtellarum (etiam ſenſibilium) hic exprimuntur, ſed illæ quæ humanæ vtilitati manifeſte deſeruiunt; in quibus etiam differentia inter lucem primo die factam, & lucem luminarium innuitur: vnde de prima proprietate dicit. Diuidant diem à nocte: in quo oſtenditur quędam differentia inter hanc diuiſionem diei & noctis, & illam de qua fit mentio in prima die; nam ibi non dicitur quòd lux diuideret inter diem & noctem, ſeu lucem à tenebris, ſed quòa Deus diuidit, eo quòd illa lux non habebat proprium motum de ſe, ſed per diffuſionem & contractionem à Deo factam, dies diuidebatur à nocte, vt dictum fuit ſecundum Baſilium, ſed luminaria quæ habent motum à ſe ſecundum naturam à Deo ſibi collatam propriè diuidunt inter diem & noctem. vnde dicit, Fiant luminaria &c. & diuidant diem ac noctem.

Nota de die

Et notandum, quòd licet dies ſit propriè latio ſolis ſuper terram, tamen quilibet planeta, & ſtella habet ſuum proprium diem, ſcilicet cum ipſa ſuper terram fertur, & noctem econuerſo; & ideo non † ſimpliter dicit de ſole, vt diuidat diem ac noctem, ſed etiam de omnibus dicit vt diuidant.

Alias † ſingulariter. Secũda proprietas.

Secunda proprietas eſt cum dicit, Sint in ſigna quod communiter exponitur inquantum ex luminaribus cœli accipitur ſignificatio pluuioſi temporis, vel ſereni, quæ ſunt apta diuerſis negocijs: quod non ſic intelligendum eſt, ut per luminaria & ſtellas communiter accipiantur ſigna ſerenitatis, vel pluuiæ cuiuslibet temporis ſequentis: quia hoc pertinet ad aſtrologos, qui de his prognoſticationibus intendunt, non autem ad populum pręſertim rudem cui Moyſes loquebatur. Et etiam ipſi aſtrologi ſępe falluntur in prognoſticando, ſed hoc intelligi debet ſecundum quandam generalitatem ſignificandi, vt cum cognoſcitur quòd ſole exiſtente in parte ſeptentrionali, ſeu in ſignis, ſeu menſibus, huiuſmodi calor viget vt in pluribus, & pluuię diminuuntur. & econtrà de meridionalibus: & hoc communiter intelligitur à popularibus, qui communiter dicunt talem menſem eſſe calidum, & talem temperatum eſſe & huiuſmodi: quod veritatem habet in pluribus, quę quidem notitia eſt magnę vtilitatis in cultura terræ, vt eſt manifeſtum.

C

Si autem intelligatur per hoc quod dicitur, ſigna, quòd de huiuſmodi luminaribus & ſtellis poſſint accipi ſigna aliorum euentuum, talis intellectus, & ſi forte aliquid contineat veritatis, non tamen ſecundum primam ſignificationem litteralem, quæ de primaria ſignificatione litterę ſecundum communem modum intelligendi accipitur; & de talibus ſignis intelligitur illud Hiere. A ſignis cœli nolite metuere quę gentes timent. Et patet quod hęc proprietas non pertinebat ad lucem prima die factam.

Hiere. x. a

Alia proprietas luminarium ad vtilitatem hominum exprimitur, cum dicit, Vt ſint in tempora. Pro quo attendendum, quòd non dicit, Vt ſint in tempus: vt ſic intelligeretur de tempore ſimpliciter ſumpto, quod factum eſt cum primo motu in prima die, vt dictum eſt: ſed dicit in tempora, vt intelligatur de viciſſitudine temporum ex qua faſtidium tollitur. Vnde in hymno: Et temporum dans tempora, vt alleues faſtidium; & valitudo etiam conſeruatur, & neceſſaria victui oriuntur, vt patet per experientiam, quod etiam ad lunam videtur pertinere, quę ſecundum quatuor aſpectus quos habet ad ſolem, diuerſas influentias etiam ſenſibiles cauſat: Vnde Pſal. Fecit lunam in tempora.

Tertia proprietas.

Alia proprietas ad vtilitatem hominum, eſt menſuratio durationis rerum temporalium, & negociorum, de quo dicit, Et in dies & an. Per hoc enim quęlibet duratio temporalis, menſurabilis eſt tàm pręterita quàm futura ſecundum certitudinem, vel ſaltem ęſtimationem: quod non pertinet ad lucem prima die factam; pręſertim cum non durauit niſi per tres dies.

Pſal. 103. c
Quarta proprietas.

Alia vero proprietas maxime vtilitatis eſt, Vt illu. ſuper ter. Quod eſt neceſſarium quantum ad viſum, qui eſt directiuus in operibus, & maximè vtilis eſt ad cognoſcendas rerum differentias. Metaph. Quod non pertinebat ad lucem prima die factam, quę non legitur illuminaſſe terram, quia ex ſui tenuitate non poterat ad hoc attingere. Et ex hoc etiam ſequitur illam lucem non habuiſſe alias utilitates prędictas, quę omnes proueniunt mediante illuminatione luminarium & ſtellarum ſuper terram.

1. Meth.
Quinta proprietas.

Et vt ſummarie includeret alias proprietates luminarium, & ſtellarum quæ eſſent quodammodo inenarrabilia dicit, Vt præeſſet diei & no. Scilicet per poteſtatem influendi ſuas proprias impreſſiones: Vnde in Pſalm. De hac materia dicitur, Solem in poteſtatem diei, lunam & ſtellas in poteſtatem noctis: quia enim mediantibus radijs influunt, & ideo poteſtas diei præcipue attribuitur ſoli, cuius radij in die cęteros obumbrant, poteſtas verò noctis lunę & ſtellis attribuitur, quę de nocte clarius irradiant.

Pſal. 135. b

Et notandum quòd Moyſes in hoc loco cauſam productionis luminarium aſſignat ſolum ſecundum quòd ſunt facta ad vtilitatem hominum: Vnde Deute. de eis dicitur: Quæ creauit dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus: ſed ex hoc non tollitur ipſa fuiſſe facta propter totum vniuerſum, & finaliter propter gloriam Dei ad quam omnia producta, ſeu creata ordinantur. Vnde in Prouerb. Omnia operatus eſt Deus propter ſemetipſum.

Nota.
Deute. 4. c
D
Prou. 16. a

In eodem cap. 1. Gene. vbi dicitur in poſtilla, Maxime quia ſecundum alios ſanctos Doctores Moyſes, &c.

## ADDITIO II.

¶ Licèt verum ſit, quòd expoſitio Beati Auguſt. in hoc loco ſit valde longinqua à plano litterali ſenſu, non tamen ex hoc quòd Moyſes rudi populo loquebatur: qui ſpiritualia capere non poterat, ſed tantum corporalia, poſſet ſumi ratio contra expoſitionem Aug. ſed potius videtur facere pro eo: quia propter ruditatem populi & pronitatem ad idololatriam, oportebat quòd Moyſes de angelica natura & eius cognitione quaſi parabolice loqueretur per ſimilitudinem veſpere & mane &c. Vnde ſenſus litteræ in hoc loco ſecundum Aug. ſi proprie intelligatur eſt parabolicus, qui ſub ſenſu litterali continetur, qui quidem modus exponendi neceſſarius eſt & vtilis in multis locis ſacræ ſcripturæ, prout ſupra in quæſtione ſuper prologum in reſponſione ad quartum argumentum plenius continetur.

In eo. c. 1. vbi dicitur in poſtilla, Hic quæritur quare in ſecunda die non dicitur, Et vidit Deus, q eſſet bonum &c.

## ADDITIO III.

¶ In hoc loco videtur Poſtillator à rectitudine in tribus deuiare; quia primo auctoritates Doctorum non mediocrem auctoritatem inter Catholicos habentium irreuerenter tractat. Secundò quia irrationabiliter dicta eorum improbat: Tertiò quia expoſitionis litteralis auctoritatem, quam noſtri Doctores primo inuenerunt. Ra. Sa. Hæbręo attribuit.

Culpatur Poſtillator in tribus.

Primum patet: nam reſponſio quam ipſe vocat truffaticam, eſt illius magni Doctoris Rabani, qui in hoc loco ad hanc quæſtionem ſic reſpondet: Niſi forte, ſicut quidam patrum exponunt non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab vnitate diuidit & præfigurat fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noè omnia animalia quæ bina ingrediuntur immunda ſunt, & impar numerus mundus eſſe oſtenditur; Hæc ille.

Rabanus cõmendatur.

Magiſter etiã reſpondens ad hanc quæſtionem ſic dicit; Sacramẽtum aliquod hic commendatur; ideo enim fortaſſe non hoc dicit: quod tamen in alijs factum eſt, quia binarius principium eſt alteritatis, & ſignum diuiſionis ab vnitate:

2. diſt. 14.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ab vnitate: Hæc ille. Non igitur modica irreuerentia eſt tantorum doctorum ſeu patrum expoſitionem truffaticam vocare. Secundum patet, nam motiuum poſtillatoris ad reprobãdum huiuſmodi expoſitionem doctorum, quod ſumitur ex hoc quòd in ſacro euangelio binarius numerus eſt laudabilis: ad quod allegat Grego. modici valoris eſt apud ſanè intelligentes. Cuius ratio eſt: nam in expoſitionibus myſticis, per vnam & eandem rem ſecundum diuerſas ſui qualitates, ſæpe oppoſita deſignantur. Sicut & cælum empyreum ratione ſplendoris per ignem poſſet deſignari, vnde & igneum dicitur: Infernus autẽ quia deuoratiuus eſt, & maximè offuſcatus: de eo legitur Iob. Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur. Similiter & de binario numero eſt dicendum: quia ſi conſideretur prout in eo ratio charitatis primo ſaluatur, ſic eſt laudabilis, & in bonũ ſonat: & ideo binariũ intelligit iſto modo Greg. ſuper Lucã. Inquantũ aũt binarius numerus ab vnitate primo diſcedit principiũ ſeu ſignum diuiſionis eſt, & per conſequens non bonam habet ſignificationem, & iſto modo accipitur à doctoribus in hoc loco. vnde prædictorum doctorum expoſitio & ſi non ſit literalis, non tamen eſt truffatica, ſed verè expoſitio myſtica: & ideo interpoſuerunt aduerbium dubitatiuum, ſcilicet fortè, ſeu fortaſsè, ad deſignandum quòd ex ea non poteſt ſumi efficax argumentum, ſicut nec ex alijs myſticis expoſitionibus. Tertium patet, nam reſponſio litteralis quam attribuit ipſi Ra. Sam. inuenitur prius in Gloſ. noſtra vbi ſic dicitur, Vel ideo non additur, quia in hoc opere diſtinctio aquarum non eſt perfecta quæ in proximo fit, vbi dicit, Congregentur aquæ in locum vnum; & ideo ibi addendum reſeruatur: Hæc in Glo. potius igitur erat attribuenda auctoritas huius expoſitionis Gloſ. noſtræ quàm Ra. Sa. prout oſtenſum eſt in 4. art. q. ſuperadditæ in prologo.

Iob 20.d

Binarius numerus quando laudabilis & quando non.

Super Lu. 10.to.2.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in poſtilla, Quæ diſtinctio facta eſt per hoc, quòd aqua prius producta in forma ſubſtantiali. &c.

ADDITIO IIII.

¶ Congregatio aquarum de qua hic agitur non eſt intelligenda per denſitatem aquarum, nec per earum receptionem in concauitatibus terræ, prout aliqui voluerunt: ſed per alium modum rationabiliorem, prout littera ſonat ſicut plenius in additione ſupradicta in opere tertiæ diei declaratur. vide ibi.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in poſtilla, Et protulit terra, intelligitur

F paſſiuè, quia virtute diuina actiuè protulit &c.

ADDITIO V.

¶ Ex hoc quòd diuina virtute terra protulit herbam, non tollitur quin terra actiuè protulit prædicta. vnde Aug. in hoc loco; cauſaliter dictum eſt produxiſſe terram herbam & lignum, id eſt producendi accepiſſe virtutem. Hæc Auguſt.

In eod. Gen. c. 1. vbi dicitur; Stellæ autem fixæ &c.

ADDITIO VI.

Octaua ſphæra.

¶ Octaua ſphæra vbi ſunt. 12. ſigna & ſtellæ fixæ, motum habet proprium diſtinctum à motu firmamenti, qui quidem motus dicitur apud aſtronomos motus acceſſus & receſſus.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in poſtilla, Nec valet qnod contra hoc obijcit frater Thomas &c.

ADDITIO VII.

1. par. q. 57. artic. vlt. in reſpon. ad 2. arg. De prima luce.

¶ Si verba S. Thomæ tractantis de luce in prima die producta. rectè intelligantur, improbatio poſtillatoris nullum habet locum. Verba enim ſua in hac materia loco allegato hæc ſunt in forma. Quidam dicunt lucem illam fuiſſe nubem quandam lucidam: quæ poſtmodum facto ſole in materiam præiacentem redijt: Sed iſtud non eſt conueniens, quia ſcriptura in principio Geneſis, commemorat inſtitutionem naturæ quæ poſtmodum perſeuerat: vnde non debet dici, quòd aliquid tunc factum fuerit, & poſt modicum eſſe deſierit: Et ideo alij dicunt, quòd illa nubes lucida adhuc remanet, & eſt coniuncta ſoli, vt ab eo diſcerni non poſſit: Sed ſecundum hoc illa nubes ſuperflua remaneret: nihil autem eſt vanum in operibus Dei: & ideo alij dicunt, quòd ex illa nube formatum eſt corpus ſolis: Sed hoc etiam dici non poteſt, ſi ponatur corpus ſolis non eſſe de natura quatuor elementorum: ſed eſſe incorruptibile per naturam, quoniam ſecundum hoc materia eius nõ poteſt eſſe ſub alia forma: & ideo dicendũ &c. Hæc ille. Ex quibus verbis manifeſtè patet, quòd Sanctus Tho. non improbat tertiam poſitionem, quæ dicit ſolem eſſe factum de illa nube lucida. per hoc quòd in prima rerum productione non eſt dicendum, quòd aliquid ſit productum ſatis cito corrumpendum, prout poſtillator eidem imponit; ſed ſanctus doctor improbat hanc poſitionem per aliud medium & conditionaliter, ſcilicet ſi ponatur corpus ſolis eſſe incorruptibile per naturam, quia ſecundum hoc materia eius non potuit eſſe ſub forma nubis lucidæ, ſeu alia forma quacunque diſtincta à forma ſolis quæ nunc eſt. Primam autem poſitionem, quæ dicebat illam nubem lucidam poſtmodum facto ſole in materiam præiacẽtem rediſſe, improbat Sanctus Tho. per hoc quòd non eſt dicendum quòd aliquid in prima rerum productione ſit productum ſatis cito corrumpendum. Quæ quidem improbatio eſt manifeſta quo ad iſtam poſitionem primam. nam ſi nubes illa lucida in materiam præiacentem rediſſet, certum eſt ipſam corruptam fuiſſe ſecundum perfectam rationem corruptionis, non enim tranſmutabatur in melius. Vnde in hoc loco videtur quòd poſtillator, aut non legit verba S. Thomæ prędicta, aut voluit inuoluere ſententias eius, vt eum irrationabiliter reprehenderet. Quod autem ſubiungit poſtillator de S. Thoma quòd incidit in illud quod improbat, eo quòd in opere quintæ diei dicit, quòd aues & piſces facti ſunt ex quatuor elementis &c. nihil rationis videtur continere: nam S. Tho. non improbat ꝙ ex aliqua natura in principio Gen. commemorata ſecundum aliquid ſui produceretur aliqua alia natura, ſicut herbæ, vel plantæ ex terra, & aues & piſces ex aqua, ſeu ex quatuor elementis, ſed dicit eſſe inconueniens quòd aliquid tunc factũ fuerit & poſtmodum eſſe deſierit. ſ. ſecundum totum, vt quòd totum elemẽtum aquæ, vel huiuſmodi nũc perſeueraret, ſed poſt modicum deſineret eſſe: quod eſſet contra conſtitutionẽ naturæ quæ perſeuerãs eſt. G

In eo. c. 1. vbi dicitur in poſtilla, Conſiderandum etiam quòd aues & piſces &c.

ADDITIO VIII.

¶ Dicendum eſt hic ſicut ſupra ſuper illud verbum, Et protulit terra, ſcilicet quòd ex hoc quòd piſces & aues fuerunt producti à Deo actiuè, non ſequitur quòd non fuerint producti ex elementis actiuè. Cauſa enim prima non ſemper excludit actionem cauſarum ſecũdarum: vt dictũ eſt.

In eod. cap. 1. vbi dicitur in poſtilla, Ex quo patet Iudæos cecidiſſe in errorem Saracenorum.

ADDITIO IX.

¶ Sicut inter Chriſtianos fuerunt aliqui hæretici, vt Arriani, Neſtoriani, & huiuſmodi quorum errores non ſunt imponendi veris Chriſtianis, H
ſic inter Iudæos fuerunt aliqui habentes erroneas opiniones, quæ non approbantur à Iudæis communiter: Vnde licet in aliquibus opuſculis eorum appareat quòd in alia vita ſint corporales delectationes, communitas tamen eorum hoc omninò reſpuit: Eſt enim contra illud Eſa. A ſeculo non audierunt, nec auribus perceperunt, oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectãtibus te. Ex quibus verbis manifeſtè habetur, quòd remuneratio præparata iuſtis ſuperat omnem ſenſum: vnde determinatio communis apud eos, prout Ra. Moy. dicit, quòd in alia vita non eſt cibus, nec potus, nec actus venereorum, ſed iuſti delectantur ex ſplendore diuinæ gloriæ. Quapropter attribuere iſtum errorem Iudæis in communi non eſt vtile ad eorum reductionem: credunt enim quòd nos fingimus mendacia contra eos, quod non modicum impedimentum præſtat ad hoc, vt reddamur eis credibiles.

Eſa. 64. b

Remuneratio in alia vita, quæ & qualis ſit, ſecundum Iudæos.

In eod. Gen. c. 1. vbi dicitur in poſtilla, Imago autem Dei conſiſtit in anima &c.

ADDITIO X.

¶ Hæc expoſitio poſtillatoris de imagine & ſimilitudine, ſatis congrua eſt, & ponitur à Magiſtro. Sũt tñ alij modi exponendi, vt ibidẽ habetur, quorũ ratio differentię ſecũdũ Th. pōt ſic ſumi: Nam ſimilitudo aut cõſideratur vt præambulum ad imaginem inquantum eſt cõior, quam imago (omnis .n. imago eſt ſimilitudo & nõ econtra) vel poteſt conſiderari, vt ſubſequens ad imaginem inquantum ſignificat quãdam imaginis perfectionem. Dicimus enim imaginem alicuius eſſe ſimilem ei cuius eſt imago, inquantum perfectè repręſentat ipſum. Vnde ſimilitudo, ſi diſtinguatur ab imagine, primo modo prout eſt præambula ad ipſam, ſic ſimilitudo attenditur ſecundum ea, quæ ſunt cõmuniora proprietatibus intellectualis naturæ: & ſecundum hoc ad imaginem Dei mẽs pertinet, ſecundum Auguſtinum. Cætera autẽ hominis, ſcilicet quæ pertinet ad partes inferiores animæ, vel etiam ad ipſum corpus, ad ſimilitudinem facta eſſe dicuntur: Si autem diſtinguantur ſecundo modo ſcilicet prout ſimilitudo ſignificat imaginis perfectionem: ſic habet locum expoſitio poſtillatoris.

2. diſt. 15.

1. par. q. 93. art. 8.

Imago & ſimilitudo quomodo differant.

Lib. 83. q. to. 5.





# TRACTATVS M. MATTHIÆ DORING, Ordinis Minorum, quem intitulauit

## CORRECTORIVM CORRVPTORII BVRGENSIS.

In quo dicta Poſtillatoris contra Burg. defenduntur.

A POST Prologum Burgenſis ad litteram accedẽs dicit ſe velle aliqua ſupponere ex quib. trahi debeat aliquid planum pro ſimpliciter capientib. Et hoc faciens inuoluendo ſententias, circa primum capitulũ replet totum vnum ſexternum, & ſuis inuolutionibus peroptime penſatis: videri poterit ꝙ primum capitulum remanet plus dubium in multis quã explanata Poſtillatoris expoſitione. In qua digreſſione reprehendit aliquando Poſtillatorem: Primò, dicens ꝙ minus ſufficienter ſe habuit circa proceſſum introductorium primi capituli, in eo ꝙ dicit intellectum operationis ſex dierũ depẽdere ex varietate opinionum de natura materię à Philoſophis poſitarum. Vbi dico ꝙ Burg. non bene reprehendit Poſtillatorem: Nam Poſtillator dicit duas ſollemnes expoſitiones litterales Doctorum eſſe, quæ procedunt varie, ſecundum opiniones varias de natura materię à Philoſophis poſitas: & excludit admirationem eorum qui ægrè ferre poſſent eum dicta Philoſophorum opinabilia tractare in expoſitione litterali dicẽs, Ex illarum pertractatione dependet intellectus operis ſex dierum, non directe & per ſe, ſed inquantum exponitur varie a diuerſis: Non igĩ vult ꝙ ſenſus litteralis ſit ſumendus ex opinionibus Philoſophorum, ſed ꝙ videri poſſit, quę Doctorum expoſitio innixa & fundata ſuper huiuſmodi, ſit rationabilior & ſenſui litterali propinquior: non igitur inconuenienter eſt dictum, vt putat Burg. Rationes igitur ſuę reprehenſionis nõ valẽt. Non prima: quia ex diuerſitate opinionum non ſumit ſenſum ſcripturę, ſed ſolum inquirit ex eis quæ ſententia Doctorum ſit aptior. Nec ſecunda, quia articulum creationis non inquirit ex præfatis opinionibus, ſed conuenientiam expoſitionum adductarum: intẽdit enim ſolum expoſitionum varietatem, & obſcuritatẽ declarare; à quo etiam ipſe Burg. non abſtinet ſi reprehenſibile eſt. Nam diuerſitatẽ inter B. Aug. & Ambr. ſumi de informitate materię pertractat in ſolutione primę quæſtionis quam mouet, quare, ſcilicet ſcriptum nõ ſit, Fiat terra, ſicut, Fiat lux. &c. Nec puto ſine intellectu opinionum de natura materię, expoſitionẽ Bedę, Strabi, Linconienſis, & cęterorũ de prima forma corporali quemquam poſſe intelligere: quamuis ad verum ſenſum litteralem huius paſſus, etiam ſine eorum expoſitione quis poſſit peruenire. Item eadem digreſſione improbat Burg. rationes per Poſtillatorem adductas, ad oſtendẽdum aggregationes aquarum in vnum locum vt appareret arida videlicet condenſationem elementi aquę, & receptionem multarum partium eius in concauitatibus terræ: quas rõnes improbando Bur. improbat, non modo Poſtillatorem, ſed & B. Aug. qui aſſerit has rationes ſuper Gen. Sicq; Burgen. ad reuerentiam ſanctorum non reſpicit, quod ſupra in Poſtillatore valde reprehendit, ſed fruſtra. Rationes nanq; ipſius Burg. contra B. Aug. & Poſtillatorem modicę ſunt apparentię. Nam prima fundatur ſuper falſa imaginatione, quaſi tota ratio ſiccitatis terrę, ſit receptio aquę in concauitatibus terræ, quod falſum eſt. Sed ex condenſatione eius facta eſt, cum in prima creatione aqua fuiſſet rara ad modũ nebulę, & ex multis pugillis nebulę factus eſt unus pugillus aquę, ſicut patet ad ſenſum. Sicq. condenſatione facta, pars recepta eſt in concauitatibus terræ: Et illę ſunt duę cauſæ partiales ſiccitatis terrę, vt vult B. Aug. vt ſup. Nec ſecunda ratio Burgen. valet cum dicit in littera dici, Congregentur aquæ, non condenſentur: Nam congregatio ſimul & condenſatio: eſt partium propinquior poſitio, & ita illa difficultas potius eſt uocalis quàm realis. Similiter quod tertio adducit, fundatur ſuper falſa imaginatione: Imaginatur. n. ꝙ aquæ in terra receptę ſint denſiores, quod verum non eſt q̃tum eſt de ratione aquæ: quia toto elemento condenſato, pars eius vna recepta eſt in terræ viſcerib. Et per ea quæ dicta ſunt patet, ꝙ non valet illud quod quarto adducit, quia condenſatio, & receptio ſunt ambæ cauſæ partiales ad vnũ effectum ariditatis terræ. Præter has potior ratio ariditatis huius poteſt addi diuina voluntas, quæ legem poſuit aquis ne tranſirent fines ſuos. Item in eadem digreſſione, reiectis modis dicendi B. Aug. & aliorum, Burg. imaginatur aquam quæ in principio creationis fuit cõcentrica terræ & vniuerſo, factam ecentricam terræ & concentricam lunæ, vt apparere poſſet arida. Sed quanquam ſua imaginatio ſit valde inuoluta,

B

Gen. c. 12.

Aquarum congregatio ſiue condenſatio.

Ratio ariditatis terræ.



C uoluta, ad ſenſum tamen litteralem modicum conferre videtur, nec fundat eam ſuper aliqua auctoritate ſacri canonis, ſanctorum Doctorum, vel alicuius Philoſophi. Et multa huic imaginationi contingunt inconuenientia. Primũ quia ſecundum illam & aer & ignis ponerentur neceſſario elementa ecentrica, per egreſſionem enim aquæ neceſſe eſt aerem egredi, cum non habeat in ſua ſphera ſoliditatem reſiſtendi, & idem arguitur de ſphera ignis. Secundum, quia ſic ordo elementorum à prima creatione inſtitutus, & inclinatio naturalis ad centrum vniuerſi omnib. elementis indita, ſecundum B. Augu. & ipſummet Burg. citò ceſſaſſent: qđ eſt contra Burg. & ſuum magiſtrum præcipuum S. Tho. qui ideo reputat inconueniens lucem prima die factam, ſole facto quarto die redijſſe in pręiacentem materiã, quaſi in prima rerum productione aliquid fuerit productum ſatis cito corrumpendum, vt S. Thom. Nec videatur modicum incõueniens ordinem illum, quo ad naturam elementarem ſpecialiter aquæ, fore corruptum, cum multi ponderis ſit ordo ille, in quo etiam fęda in ſe, viderentur pulchra, & valde bona, vt inquit B. Aug. Tertium: quia ſic videreẽ natura aquæ corrupta. Proprijs. n. paſſionib. & naturalib. inclinationib. immutatis, neceſſe eſt naturam immutari, ceſſante enim inclinatione motus ſui ad centrum vniuerſi, iam ceſſaret eſſe grauis, ceſſante grauitate ceſſaret eſſe frigida & humida, & per conſequens ceſſaret eſſe aqua. Nec valet inſtantia de aqua quæ eſt ſupra firmamentum, quæ non eſt mobilis ad cẽtrum, quia ſecundum Burg. in eadem digreſſione, Illa dicitur quaſi æquiuoce aqua per quandam analogiam ratione diaphaneitatis, non ratione grauitatis. Eſt. n. appetitus naturalis grauis, motus ad centrum intrinſecus, & naturalis, D
vt docet B. Aug. ſuper Gen. Propter hęc & alia multa, imaginatio ſua non videtur poſſe ſtare: Sed & mirum eſt ꝙ nullus Philoſophorum (qui de naturis rerum & earum cõnexionem multa ſcripſerunt) huiuſmodi ecentricitatem videre nõ potuerint, quia de huiuſmodi nulla ſcripta reliquerunt. Et manifeſtum ſignum ꝙ ſphęra aquæ non ſit ecentrica, ſed potius terrę & vniuerſo concentrica videtur eſſe tale, quia ceſſante lege quam Deus poſuit aquis, & gyro vallante abyſſos, aqua naturaliter aridam abſorberet, vt patet in diluuio; de quo cap. octauo, inf. vbi etiam Burg. ſibijpſi conditionem dicit: cum aqua ſit naturaliter fluida, oportet ꝙ tempore diluuij orbiculariter ſe habuerit circa centrũ id eſt terram. Congregationis igitur aquarum vt appareret arida (prout ſupra dictum eſt) principalis cauſa eſt diuina voluntas, quæ terminum poſuit aquis, ne traſirent fines ſuos: Nec aqua per poſitionem talis legis detinetur violenter, qa quamuis illa detentio ſit contra inclinationem naturalem grauis ad centrum, non tamen obedientialem, ſecundum quam Deus poteſt facere quodlibet ex quolibet. Itẽ in eodem c. Burg. quęrens occaſionem contra Poſtillatorem, dicit eum recedere à B. Aug. in hoc ꝙ dicit ad litteram per cęlum non intelligi angelicam naturam: Vbi dico ꝙ nec beatus Aug. ad litt. ſic videtur exponere, ſed ꝙ Burg. dicit talem acceptionem eſſe parabolicam, non videtur verum: Nam ſecundum Britonem parabola differt à metaphora & paradigmate; quia ſecundum Donatum (vt eum allegat Brito.) Parabola eſt rerum genere differentium comparatio: & ſic ponitur ſemen pro verbo Dei, leo pro Chriſto &c. In propoſito, B. Aug. quia talem comparationem exponendo nõ facit vt videtur, non eſt expoſitio eius comparabolica quæ ſolum habet locum in his vbi res ſignificant: non voces ad autoris intentum: & in illo caſu parabolicus ſenſus non continetur ſub litterali, ſed eſt verè literalis, quia à ſpirituſancto intentus, imo ſenſus parabolarum ſecundum ſignificationem vocum ſæpe falſus eſt, vt patet de lignis in conſilium conuenientibus, & de electione regis loquentibus: & ſic de alijs paſſibus ſacræ ſcripturę. Ex quo bene infertur, ꝙ Burg. in primo art. ſuę q. pręambulę, non ponit ſufficienter adæquatam rationem ſenſus litteralis, cum dicit ꝙ adęquatus ſit ille qui à Deo intenditur, & per voces in littera contentas ſignificatur. Debuit. n. addere propter præmiſſa: aut per res vocib. expreſſas ſignificatur, & hic eſt vere parabolicus, qualis non apparet ſenſus B. Auguſ. de quo ſermo præteus. Poſtillator igitur verum dixit expoſit. B. Aug. non eſſet litteralem, nec per hoc recedit à B. Augu. cuius expoſitio potius

Imaginatio Burg. improbatur.

1. par. q. 57. artic. vlt. in reſpon. ad ſecundum argument.

Lib. 3. ſup Gen. circa fin. to. 3.

Li. 5. ſuper Gene. c. 4. to. 3.

Opinio ratio quare non ſit terræ & vniuerſo ecentrica.

Parabola.

Iudic. 9. b



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E videtur allegorica q̃ parabolica, quia ex alio aliud intelligiť. Ex cœlo ad litteram angelus per allegoricam, vt patet in gl.ord.in prin.§.quatuor ſunt regulę:cum etiam natura angelica & eius cognitio matutina aut veſpertina ſint a ſenſu noſtro valde remotæ,ideo cadere vñr ſub fide,iuxta vulgatũ vt dr̃,Fides eſt credere ꝙ non vides.Sicq; ad allegoriam eius expoſitio pertinet iuxta commune dictum. Litera geſta docet,quid credas allegoria &c.Huic igitur expoſitioni Poſtillator non contradicit, ſed eam quaſi non litteralem dimittit,ſicut & ipſemet Burg.Item eod.c.vbi Poſtillator mota q. quare ſecunda die facta non dicuntur bona ſicut alijs dieb. tres reſponſiones adducit,quarum primam dicit truffaticã, ſecundam abijcit tanquam non fundatam, tertiam approbat à Ra.Sa. acceptam: in quo paſſu Burg. dicit eum in trib. deuiare a rectitudine, quia rationem ſanctorum irreuerenter dicit truffaticam.Secundò quia contra eos non adducit validam rationem. Tertio quia veram reſponſionem attribuit infideli: quæ tamen in noſtra gl.continetur, cui potius debuit honorem exhibere. *Poſtillator defenditur.* Quo ad primum reſpondeo, ꝙ Poſtillator non truffatur de ſanctis Doctoribus, ſed de imperitis lectoribus,qui id pro ſenſu litterali eligunt,qđ ſancti myſticè per quaſdam particulares congruentias adducũt, vt patet in multis lecturis ſuper Gen. Quo ad ſecundũ dico, ꝙ ratio Poſtillatoris valida eſt ad probandum ꝙ binarius non eſt generaliter infamis,quia etiam laudabilis in ſcriptura reperitur. Eſt igitur illa ratio Sanctorum fundata ſuper quibuſdam incongruentijs binarij,nõ ſuper ratione eius eſſentiali,quia alias omnis binarius eſſet infamis,quod efficaciter improbat ratio poſtillatoris. Quo ad tertium ratio litteralis quam Poſtillator ſumit à Ra.Sa. non eſt in gl.noſtra, vt Burg.dicit.ſed gl. videtur ſentire oppoſitum illius rationis litteralis. dicitur enim in glo.allegante Bedam ſuper illo verbo, Et vidit Deus &c. Nondum terra germinabat, nec aqua animantia viua produxerat,& tamen dicitur Deus videre ꝙ eſſet bonum, cedentibus aquis apparuiſſe aridam, quia vniuerſitatis æſtimator præuidens quæ ſunt futura, quaſi iam perfecta laudat, quæ adhuc in primo operis exordio ſunt: quia apud eum rerum perfectio non in conſummatione eſt operis, ſed in prædeſtinatione voluntatis. Hæc

F gl.Si Burg.& nobis communis eſt Glo.ord.mirum eſt quod obijcit,cum ipſa gl.ponat ad quæſt. prędictam hanc primã rationem,non tertiam prout Burg.fingit.Item in eo.c.cum dicitur,Protulit terra herbam &c.Poſtillator dicit intelligẽdum eſſe paſſiuè, quia actiuè à ſolo Deo hæc virtus germinandi fuit. Contra quod Burg.adducit B.Augu. dicentem, Cauſaliter dictum eſt produxiſſe terram,herbam,lignũ &c. id eſt ad producendum accepiſſe virtutem.Ex quo dicto arguit Burgẽ. terram etiam actiuè protuliſſe ibi in litera enumerata: Sed non videtur Burg.bene inferre ex dicto B.Aug. quia illa enumerata in littera ſunt ſubito producta in eſſe perfecto: quia herbæ habentes ſemen,& lignum habẽs fructum in quib.modis producendi, creatura non poteſt actiuè concurrere,quia Deus ſic res cõdidit,vt eas proprios motus habere ſinat: proprius autem motus creaturarum non eſt ſubitus,nec ad terminum primo perfectum,ſed via generationis eſt ab imperfecto ad perfectum: ideo, embryo primo viuit vita plantę,dehinc animalis, poſt hos, ſm Ariſto. *Ariſto. de anima. l.2.* immo generale eſt, ꝙ primum perfectione eſt vltimũ in via generationis; & econuerſo. Nec vr̃ concurrere in gñatione plantarum & reliquorum niſi materialiter,nec poteſt hodie actiue concurrere,quia miniſtrat ſolum materiam generationis; & quia materia eſt vna de quatuor cauſis, cauſaliter dici potuit, Protulit terra.& ſic dictum B.Aug.per Bur. adductum accipiendum videtur: actiue autem a ſolo Deo primo,& tunc per virtutem ſeminalem inditam ab eodem, vt ſonat littera. Ad idem gl.interli. Et factum eſt: gl. cauſaliter,& protulit:gl.actualiter.Item in eo.cap.vbi Poſtillator notauit S. Tho. dicentem ꝙ ex luce prima die facta corpus

G ſolis fieri non potuit;Burg in defenſione S.Tho.exardeſcẽs paſſionibus permouetur, & dicit poſtillatorem dicta S.Th. non vidiſſe in hoc loco,qui tamen vt apparet, clarius & magis intime vidit q̃ ipſe Bur Qui enim ad illa dicta ſine paſſione reſpicit,clare cognoſcit ꝙ improbatio tertiæ opinionis innittitur eidem medio, ſicut improbatio primę opinionis: illi videlicet ꝙ quia nihil fuit in principio conditum, cito poſt corrumpendum,ideo lux primæ diei ſole facto nõ redijt in præiacentem materiam. Quod autem probatio tertiæ opin. innitatur eidem medio, patet ſic: Nam tertia opinio per eum adducta eſt illa, ꝙ corpus ſolis quarta die factum ſit ex luce prima die producta:hanc improbans idem S.Tho. dicit eſſe inconueniens, ſi ponatur corpus ſolis non eſſe de natura quatuor elementorum, ſed eſſe per naturam incorruptibilem, quoniam ſecundum hoc materia eius nõ poteſt eſſe ſub alia forma: Hæc ille. Ex qua obiectione duo ſequi videntur. Primum, ꝙ ex illa luce ſine ſui corruptione corpus ſolis fieri non potuit, quia materia ſolis non potuit fuiſſe ſub alia forma ſine corruptione prioris, cuius formæ corruptio non erat conueniens propter medium: per quod prima opinio fuit improbata, videlicet ꝙ nihil fuit in principio conditum,cito poſt corrumpendum.Hoc intrinſecus Poſtillator videns, rationabiliter dixit ſolem factum ex illa luce, non obſtante obiectione S. Tho. Secundum quod ſequi videtur ex illis dictis eſt,ꝙ nulla materia exiſtens ſub forma priori,poteſt eſſe ſub forma poſteriori, niſi priori corrupta: ideo reprobat opinionem tertiam,quia forma ſolis ſpecifica formam lucis generificam non compatitur: ideo ex luce non potuit fierit ſol niſi forma lucis corrumperetur, *1.par.q.57. arti.vltim. reſpon. ad 2.arg.* quod eſt inconueniens propter medium, per quod prima opinio ſecundum eum fuit improbata,& quamquam illud dictum incidit in errores condemnatos Oxoniæ,inter quos habetur ſic: Dicere tantum vnam formam ſubſtantialem in quolibet compoſito error,tamen cum eodem dicto Sanctus Th.incidit in id quod improbat,quando ponit aues & piſces factos ex natura elemẽtorum:quia ex hoc formę elementorum,poſitione formarum piſcium & auium fuiſſent corruptę ſecundum eum,& per conſequens aliquid in principio productum, cito poſt corruptioni fuiſſet obnoxium. H

Nec valet euaſio Burg. de parte & toto: quia ſecundũ hoc de aliqua portione lucis,corpus ſolis productum fuiſſet ſine totius lucis corruptione.Item in eo.c.vbi de productione piſcium ex aqua Poſtillator dixit hanc productionem actiue eſſe a ſolo Deo,paſſiue ab elementis.Burg.dicit ꝙ cauſa prima non ſemper excludit actionem cauſarum ſecundarum, volens contra Poſtillatorem, ꝙ elementa etiam actiue ad productionem piſcium concurrerint: ſicut ſupra correctorio quinto de productione herbarum & arborum à terra: Dicitur autem hic ſicut ibi. In ſpeciali tamen dico,ꝙ ſi in rerum productione prima cauſa ſecũdarum cauſarum actionem non excludit, excludit tamen certum modum agendi vel coagendi, ſ. ſubito: in quo modo creata virtus coagere non poteſt, multo minus tunc: bene igitur dictum eſt, ꝙ actiue à ſolo Deo piſces & cętera a principio creata ſunt. Item in eo.c.vbi dicitur. Creauit Deus cete grandia, Poſtillator reprehendit Iudæos in Thalmudicis communiter ſtudentes,& ſimplices ex eis docentes, & errantes & errare facientes. *Thalmud iudæorum.* Quam reprehenſionem Bur. ægre ferens, quaſi adhuc affectione ſanguinis Iudaizans dicit non eſſe vtilem talem reprehenſionem, cum non omnes Iudæi ſic errent: & ſic credunt nos fingere mendacia contra eos, & per conſequens minus per nos poterunt ad fidem reduci. Reſpondeo ego,ꝙ non poſſunt exiſtimare per nos confictum mendacium,quod clare ſciunt in ſuis Thalmudicis contentum: & fortaſſe talis reprehenſio cooperatur ad eorum reductionem, quando ex ea vident ſuos magiſtros, & apud Iudæorum communitatem authenticos ita male de beatitudine & futura vita ſentire.



A
## GLOSSA ORDINARIA. Cap. II.

IGitur perfecti ſunt celi & terra. *Alch.* Nullo mõ dici p̃t,qũo fecit Deꝰ cęlũ & terrã. Sed hęc expoſitio per ordinẽ dierũ indicat tanq̃ hiſtoriã factarũ rerũ,ſed maximè obſeruat † p̄dicationẽ futurorũ. *† ſ. prædictionem.* Si quẽ mouet,ꝙ in ętatib.ſcl̃i,duę primę denis gñationib. explicãť, tres ſequẽtes ſingulæ. xiiij.ſexta verò nullo numero gñationũ diffiniť, facile ẽ videre, ẽt in vnoquoq; hoĩe infantiã & pueritiã qnq; ſẽſib. corporis inhærere. *Ornatus, i. exercitus.* Quinarius aũt duplicatus(qa duplex eſt ſexꝰ humanus, vñ gñationes tales fiũt)denariũ facit. *†De ferijs c.licet.* Ab adoleſcẽtia verò vbi rõ p̄ualere incipit in homine,accedit qnq; ſenſib.cognitio & actio qb.vita regiť, & adminiſtrať,vt ſit ſeptẽnarius, qui duplicatus pp duplicẽ ſexum xiiij. generationib.eminet,quas hñt tres ætates, adoleſcentis,ſ.iuuenis,& ſenioris. Senectus verò nullo annorum termino finitur,ſed poſt illas quinq; ętates, q̃tum quiſq; vixerit,ſenectuti deputatur. In hac quoq; ętate ſeculi nõ apparent generationes, vt etiam occultus ſit vltimus dies,quẽ dominus vtiliter latere monſtrauit.

*Allegoricè.* a *Igitur perfecti ſunt cęli & terra,& omnis ornatus eorum. Allego.* Poſt illorũ quaſi ſex dierũ opa valde bona, ſperet hõ requiẽ perpetuã, & intelligat qđ ſit, Reqeuit Deus die ſeptimo ab operib.ſuis: qa & ipſe in nobis hæc bona operatur, q iubet vt operemur. Et recte quieſcere dr̃,qa poſt hæc oĩa opa requiem nobis p̄ſtabit,qũo paterfamilias domũ ędificat, cum ſeruiẽtib. facere imperat,& poſt ab operib.reqeſcere,cũ pfecta fabrica,iubet quieſcere. *Iſid.Moraliter.* Hẽt vnuſquiſq; noſtrũ in operib. rectæ vitæ tanquàm diſtinctos iſtos ſex dies, *Moraliter. Super Ge. cap.2.* poſt quos dẽat qetẽ ſperare. Primo die lucẽ fidei, qñ primũ inuiſibilib.credit:pp quã fidẽ dñs viſibiliter apparere dignatus eſt.Secũdo die factũ eſt tanq̃ firmamentũ diſciplinę: qđ diſcernit inter carnalia & ſpũalia opa,ſicut firmamẽtũ inter inferiores aquas,& ſupiores.Tertiò die quo mentem ſuã ad

B p̄erẽdos bonorũ operũ fructus p̄parat, & erigit,ſeparata labe,& fluctibus † tentationum carnalium,tanquam aridam habet mentem à perturbationibus maris: vt iam poſſit dicere Rom. Mente ſeruio legi Dei, &c. *alias † deſideriorum. Rom.67.d*

*Cõtra Adimantum.c. 2. to.1.b* b *Compleuitq; Deus &c. Aug.* Alia tranſlatio, Conſummauit Deus die ſexto opera q̃ fecit,q̃ nihil q̃nis affert,qa manifeſta ſunt,q̃ in eo facta ſunt. Sed ſm hebraicã veritatẽ q̃rendũ eſt, *Quæſtio.* Qũo dicať Deus ſeptima die opus ſuũ cõpleuiſſe, in quo nihil nouũ creaſſe dr̃: niſi forte ipſum tunc feciſſe, & in eius factura opus ſuũ cõpleuiſſe dicať:ꝙ eo facto menſurã numerũq; perfecit dierũ.quorũ circũitu oĩa ſecula voluunť. nã in reuolutione idẽ eſt octauus q & primus: Cõpleuit igiť die ſexta opus ſuũ,addito ſeptimo quẽ ſabbatũ dici & eſſe voluit.qa myſtica p̄ cęteris benedictione, & ſanctificatione eũ donauit. *Septima dies.* Vñ & dies iudicij, qa poſt ſeptimã ſabbati ventura eſt,octaua in ſcripturis dicta eſt, quaſi ſeptem tñ p̄ceſſerint. Dies quoq; reſurrectionis dñi,cũ poſt tot dierũ millia ventura eſſet, octaua dicta eſt. Põt aũt dici cõpleuiſſe Deũ die ſeptima opus ſuũ,qa ipſum benedixit,& ſanctificauit:opus.n. eſt bñdictio,& ſanctificatio:aliqd.n.opis fecit Salo. cũ tẽplũ dedicauit. *In q.Hebr. to.3.* *Hiero.*In hebrꝗo hr̃ die ſeptima.Arctabimus ergo iudęos,qui de otio ſabbati glorianť, qa iã tunc in principio ſabbatũ ſolutũ eſt, dũ Deus operať in ſabbato cõplens opa ſua in eo. *De Ge. ad lit.li.4.c.18 tomo 3.* *Compleuitq; Deus &c. Aug.* Quæriť vtrũ illi ſex dies p̄terierunt,

### Cap. II.

a IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. b Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuũ ꝙ fecerat, † & reqeuit die ſe-

a In ſemetipſo, quia poſt nihil nouum fecit.

¶ Cauſaliter quidem, & potentialiter, quorum numeros, profectus, & defectus, tempus poſt viſibiliter explicaret.
¶ Perfectione ſenarii.
¶ Sex diebus perfecta eſt rerum conditio.
¶ Sex ætatibus, perficitur hominum reparatio.

terierunt, & addito ſeptimo nũc p volumina tpum non re ſed noĩe repetanť. C *Quæſtio.* In toto.n.tpe multi veniũt p̄teritis ſiles, nullus idem. Vñ dubitať,vtrũ illi ſex dies p̄terierint? An iſtis vſitatis quotidie tranſcurrentib. illi maneãt in rerũ ꝯdõnibus,vt nõ ſolũ in trib.añ luminaria, ſed ẽt in reliqs trib.intelligamus diem in ſpecie rei quę creata eſt, noctẽ i defectu vel priuatione, cũ.ſ. amittiť ſpecies aliqua mutatione q̃ ineſt oĩ creaturę: ſiue poſſibilitate,cũ deſit effectus, ſicut in cęleſtibus corporib. ſiue actu, vt in terrenis & mortalib. Veſpera aũt in oĩb.perfectę ꝯdõnis terminus ſit. Mane incipiẽtis exordiũ. Oĩs.n.creatura certis initijs & finib. ꝯtineť. Sed ſiue hoc, ſiue illud,ſiue aliud probabilius dicať, pfecto numero dierũ,i.ſenario, perfecit Deus opa ſua: q̃ menſura & numero dierũ, & põdere diſpoſuit,i. in ſe qui eſt menſura, oĩq; rei modũ p̄figẽs, & numeros p̄bẽs, & ſpeciẽ, & pondus: qa oĩa ad qetẽ & ſtabilitatẽ trahit.oĩa.n.terminat,format,ordinatq;.Vel ſic diſpoſuit oĩa,vt hñt mẽſurã,numerũ,& pondus, ſicut dr̃, Deus corpora in colorib.diſpoſuit,non hinc eſſe ꝯñs,vt colores in ſe prius habuerint, ſed vt ipſa colores hñt. Nec ſenarius numerus ideo perfectus eſt,quia ſex dieb.Deus opa fecit:ſed ideo perfecit opera ſex diebus; quia ſenarius eſt perfectus. Sine his ergo perfectus eſſet, qui niſi eſſet perfectus, ſecũdum cum perfecta non fierent. *†Exo.20.b Hebr.4.b*

c *Et requi.Deus &c. Beda.* Non quaſi operando laſſus, ſed ab vniuerſo ope reqeuit, qa nouã creaturã facere ceſſauit. Requieſcere.n. ceſſare dr̃,vt Apoc.Requiẽ non hẽbant dicẽtia, Sanctus,ſanctus,ſanctus,i.dicere non ceſſabant. *In Hexameron. Requieſcere Apoca.4.c* *Beda.* Altius quoq; intelligitur requieuiſſe ab vniuerſo opere ſuo, i. non opus habuiſſe illis operib. In qb. requieſceret, cuius requies in ſemetipſo vera eſt ſemper ſine initio & fine: ſed ſola bonitatis cauſa feciſſe opera,q̃ in ipſo requieſcerent, humana verò indigẽtia quotidie laborat,vt in operib.ſuis requieſcat: dicente Deo,Gen.In ſudore vultus tui ve.p.t.Deus aũt nõ habuit neceſſe in creaturis ſuis requieſcere, ſed creaturis rationalibus in ſe requiem dedit. *In expoſit. c.2.to.4. Anagogicè. Geneſ.3.d*

D
c *Et requie.Deus &c. Aug.* Non laborauit Deus in operando, qui ſolo verbo fecit,dicendo, Fiat. Nec homo dicẽdo,Fiat, laborat. Sed forte dr̃ laboraſſe, cogitando quid fieret,à qua cura perfectis rebus quieuiſſe diciť. Sed hoc ſapere deſipere eſt. Deum ergo reqeuiſſe, eſt creaturę rationali in ſe requiẽ præſtitiſſe, vt illuc ſ.deſiderio feramur quo requieſcamus,i. nihil amplius reqramus. Sicut.n.facere dr̃.qđ ipſo in nobis operãte facimus,& cognoſcere cũ cognoſcimus;ſic reqeſcere,cũ eius munere reqeſcimus. *De Gene. ad litt.li.4. c.10.to.3.* *Aug.* Nõ eſt mirum ſi diẽ quo Chriſtus erat ĩ ſepulchro qeturus hoc mõ p̄nũciãs dixit: die ſeptimo reqeuit, deinceps opaturus ordines ſeculorũ. *Ibidem.* *Aug.* Põt aũt intelligi Deũ reqeuiſſe à faciendis gñib.creaturę,qa vltra noua nõ cõdidit,vſq; nũc tñ opať adminiſtrationẽ eorũdẽ generũ,q̃ tunc inſtituta ſunt.Creatoris.n.virtus cã ſubſiſtendi eſt oĩ creaturę. *Ibidem.* Qđ.n.dr̃ Io.Pr̃ meus vſq; mõ operať, vniuerſę creaturę cõtinuã adminiſtrationẽ oñdit. *Ioan.5.c* Die ſeptimo requieuit,vt nouam creaturam vlterius non faceret,ſed vſque nunc operatur,vt quod condidit,continere & gubernare non ceſſet. *Auguſt.* Deus autem nec creando defeſſus, nec ceſſando refectus eſt; ſed per ſcripturam ſuam ad quietis deſiderium nos hortatur, dicendo ſe diem ſanctificaſſe in quo requieuit. Cæteros enim dies operis ſui non legitur ſanctificaſſe, tanquam apud ipſum plus quies quàm operatio valeat. *De Geneſ. ad lit.l.4.c. 13.& infra to.4.*

*Aug.* Vitium quoq; aĩę eſt,ita ſuis operib.delectari,vt potius *vt ſup.c.14*

in

## NICO. DE LYRA. Cap. II.

IGitur perfecti ſunt &c. *Poſtquam deſcripſit Moyſes hominis formationem propter quem alia fuerunt producta, Hic conſequenter deſcribit hominis formati ſtatum ſiue conditionem. Et quia ex fine ſumitur ratio eorum quæ ſunt ad finem, ideo primo deſcribitur ipſius hominis vltimus finis. Secundo explicatur magis modus ſuæ formationis, ibi, Iſte ſunt generationes: Tertiò deſcribitur locus ſuæ habitationis,ibi, Plantauerat autem. Quartò actus multiplicationis,ibi, Dixit quoque &c. Circa primum ſic proceditur, quia primo continuantur dicta dicendis. Secundò deſcribitur ipſius hominis finis,ibi, Et benedixit diei. Circa primum continuat de operibus ſex dierum ad diem ſeptimum in quo quieuit dicens,* *Finis.*

a Igitur perfecti ſunt cęli & ter. *Sex prędictis diebus per opus diſtinctionis & ornatus vt prædictum eſt.*

b Compleuitq. Deus die ſeptimo. *Alia tranſlatio habet,ſexto die, et vtraque vera eſt,vario tamen modo.Eſt.n.duplex completio vel perfectio alicuius rei. Prima eſt quando aſſequitur formam debitam, ſicut ignis quando per generationem aſſequitur formam igneitatis & qualitatum concomitantium. Alia eſt perfectio, ſeu completio,quando exit in operationem ſibi debitã,ſicut quando ignis calefacit, vel generat ignẽ. Et prima perfectio ordinatur ad ſecundam,quia forma eſt propter operationẽ.Igitur quia ſex dieb.perfectę ſunt creaturę in ſuis formis, et p̄prietatib. ideo ſexto die compleuit Deus opus ſuum quantum ad primã perfectionem. Sed quia à ſeptimo die dr̃ incepiſſe tp̄s adminiſtrationis et gubernationis rerũ,ſicut ſex dies pręced.dñr tp̄s productionis,ita dies ſeptimus & deinceps,dr̃ tp̄s gubernationis. Per gubernationem.n.res applicãtur ad ſuas operationes, ideo dr̃ Deus die ſeptimo compleuiſſe opus ſuũ quantũ ad ſecundã perfectionẽ. & de iſto opere adminiſtrationis & gubernationis rerũ,Saluator dicit Io.Pr̃ meus vſq; mõ operatur & ego operor.* *Duplex perfectio.* *Ioan.5.c* *Aliter ẽt põt dici,ꝙ Deus potuiſſet plures ſpecies addidiſſe ſpeciebus iam productis.De agente autem potente noua opera addere ſuo operi,non dicitur,ꝙ impleuerit opus ſuum, donec videatur requieſcere,& ceſſare à nouis condendis: hoc autem apparuit ſeptimo die & non ante.*

c Et requieuit dieꝰ ſept. *ſ. à nouis creaturis producendis, quia nihil eſt factum poſtea, quod tunc non fuerit factum in operib. ſex dierum, vel*

¶ in ſuo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in ipſis ꝗ in ſe, requieſcat ab eis cum in ipſa, vel aīal... rōne aliquid melius ſit quo fecerit, ꝗ ipſa ſint ꝗ fecerit. Ideo oſtenditur Deus cū eē requieuiſſe, nullo opē ſic delectatus, quaſi faciendi eguerit: vel minor ſi non fecerit: vel beatior cū fecerit. Quod ex illo ita eſt: vt ei debeat qđ eſt ipſe aūt nulli, quia ex ipſo eſt, quod beatus eſt. Seipſum reb. quas fecit diligendo prępoſuit. Iō non ſanctificans diem quo ea faciēda inchoauit, nec illū quo fecit ea, ne illis faciendis, vel factis gaudiū ei creuiſſe videretur, ſed eū quo ab ipſis in ſeipſo requieuit, qui nunꝗ reqe caruit, ſed eam nobis per diem ſeptimum oñdit, ſignificans eam nō dari niſi perfectis, cui deputauit diem, qui perfectionē rerū omnium ſequebatur. Qui enim ſemper quietus eſt, tūc nobis reqeuit, cū ſe requieuiſſe mōſtrauit: & reqeſcit in nobis, cū in ſe requiē tribuit. Reqes ergo Dei eſt ꝗ nullius indiget bono: & iō certa eſt nobis in illo, qa beatificamur bono qđ ipſe eſt, nō ipſe bono qđ nos ſumus. Porrò nec vllo pter ſe alio bono eget, ꝗ bono qđ fecit non eget. Hęc eſt.n. requies eius ab oīb. operib. quę fecit, qa bono qđ fecit nō eget, nec egeret ſi nō feciſſet. Nā ſic poteſt dici nullis egens bonis non a factis requieſcēdo, ſed nulla faciēdo. Sed facere ſi nō poſſet, nulla potētia eſſet. Si poſſet & nō faceret, magna eſſet inuidia. Sed oīpotens & bonus, oīa valde bona fecit. Quia verò ſeipſo bono pfecte beatus eſt, a bonis ꝗ fecit in ſeipſo requieuit, ea reqe a ꝗ nunꝗ receſſit. *Aug.* Si aūt diceret requieuiſſe a faciendis, intelligeret tñ, non feciſſe. Si a factis, forte ipſis factis egere videret̄, nos aūt non in nobis, ſed in illo requieſcamus: nec ita velimus ſimiles eſſe Deo, vt in nobis requieſcamus vt ipſe in ſe. Sed ſicut non requieuit niſi in ſeipſo, quia beatus eſt ſeipſo, ita in ipſo nos quieturos ſperemus, ꝗ non nr̄o bono, ſed ipſo benedicti ſumus. *Aug.* In ſe aūt requieuit Deus ſemp. In diebus verò qb. rerū cōſummatio narrat̄, in ſeptimo tm̄ requieuit, ꝗ rerū ſequit̄ perfectionē, a perfectis.n. reqeſcit, qui perfectis nō eget, vt beatior ſit. *Aug.* Opa eius videmus bona: quietē vero eius poſt bona opa nr̄a videbimus. Ob quā ſignandā vnā diē Sabbati pcepit obſeruari: qđ in tpe gratię ſublatū eſt, in qua ppetuū obſeruat Sabbatum, ꝗ ſpe futuri oīa bona operat̄, nec in bonis opib. ſuis, quaſi nō acceperit, gloriat̄. *Aug.* Apud illū qeti eius nec mane nec veſpera eſt,

F qa nec apit̄ initio, nec claudit̄ fine. Perfectis aūt opib. eius mane hēt, & non veſperā, quia pfecta creatura incipit conuerti ad quietē creatoris, ſed illa non hēt finē ſuæ pfectionis, & ſic requies Dei non ipſi Deo, ſed rerū perfectioni inchoat̄, & hēt in eo mane: ꝙ ab ipſo pficitur, ſed in ſuo genere tanꝗ veſpera terminat̄, qđ in Deo veſperā non hēt, qa nihil erit perfectius ipſa perfectione. *Aug.* In illis aūt dieb. quibus oīa creabant̄, veſpera eſt terminus cōditæ creaturę. Mane initium alterius condendæ, & ſic quinti diei veſpera eſt terminus conditæ in eo creaturæ. Mane poſt ipſam initium faciendę ſexta die, qua condita, terminus eſt veſpera, & qa nihil condendū reſtabat, ita poſt illā mane factū eſt, ut non eſſet initium alterius creaturę condendę, ſed quietis omnis creaturę in Creatoris requie. Intelligitur.n. completo ſexto die poſt eius veſperam mane quo ſignificatur initiū manēdi & quieſcendi, quę quies Dei nec initium hēt nec terminū. Creaturę hēt initium, ſed non finem. Ideo.n. ſeptimus dies cępit a mane, ſed nullo terminatur veſpere. Si aūt in cęteris dieb. veſpere & mane vices tpum ſigñant, qualia quotidie peraguntur, nihil prohibet ſeptimum diem veſpera maneq. cōcludi. Vt mane poſt veſperam ſeptimi diei ſit initiū octaui de quo ſilendum fuit, quia idē primus ad quē redit̄. Vnde probabilius, & hos ſeptē dies ſub illorum noīb. ſibimet ſuccedētes tpa peragere. Illos aūt primos inuſitata nobis ſpecie in ipſis rerū conditionib. explicatos permanere: qđ de trib. fateri cogimur, qui conditi ante luminaria memorantur. *Aug.* Quæritur qūo dicat̄ in die ſeptimo in ſeipſo reqeuiſſe De⁹, cū ſcriptū ſit: & reqeuit Deus, die ſeptimo quaſi non in ſeipſo. Quid eſt ergo dies ſeptimus? creatura, an tpale ſpacium? qđ & ipſum creaturæ tpali concreatū eſt, & ſic creatura: Nulla.n. tpa ſunt, ꝗ a Deo creata non ſit. Sex aūt dies cum quib. & in quib. creaturis creati ſunt, ſuperius dictū eſt. Sed ſeptimū qñ creauit? In ipſo.n. nihil fecit, ſed ab his quæ fecerat requieuit. Qūo ergo requieuit in die quem nō creauit? Aut qūo cum poſt ſex dies creauit, cū ſexto die oīa conſummauerit, nec aliquid in ſeptimo creauit? Forte vnum tm̄ diē creauit Deus, vt eius repetitione multi pterirent: nec opus erat, vt ſeptē crearet, quia illius quē creauerat ſeptima repetitio hunc faciebat. Lucem.n. diſcreuit à tenebris, diemq; vocauit, & tenebras noctem. Huius diei repetionē ſcriptura appellat ſecundū diē, deinde tertiū, & deinceps vſq; ad ſextū quo conſummauit opera. Cuius repetitio ſeptimi diei nomen accepit, vel contraxit, & ita dies ſeptimus, nullus dies, nulla creatura, niſi illa ꝗ prius cōdita, & dies vocata. *Aug.* Sed qūo circumire poterat lux, ad exhibēdam diurnam nocturnamq; viciſſitudinem, non ſolū ante luminaria, ſed ante factū firmamentū, imo ante ſpeciem terræ, vel maris, ꝗ circumitum lucis amitteret? Hac difficultate cōpulſi, ſupra diximus lucem factam prius, eſſe ſpiritualis creaturæ conſummationem, vel confirmationem. Noctem vero, adhuc formandam in cęteris operibus materiam, quę fuerat īſtituta, cū primō fecit Deus cęlū & terrā, & reliqua. *Aug.* Sed facilius eſt, vt nos ignorare fateamur qūo lux, quæ dies dicitur circumitu ſuo ſi corporalis eſt, vicē diei noctiſq. egerit. Si ſpiritualis eſt, condendis oīb. pñtata ſit, ſuiq; præſentia diem, abſentia noctē. Veſperam initio abſentiæ. Mane initio præſentię ſuę fecerit, ꝗ cōtra naturam diuinę ſcripturę conemur, dicendo alium diem eſſe ſeptimum, ꝗ illius diei quam fecit Deus, ſeptimam repetitionē. Alioquin aut nō creauit Deus diem ſeptimū, aut ſeptimus poſt illos ſex, falſumq; erit eū ſexta die cōſummaſſe oīa opa ſua. *Aug.* Sed qm̄ lux corporalis anteꝗ fieret cęlum, quo circūitu noctem diēq; exhibuerit, nō inuenimus, ſic qōnē terminamus. Lux prius creata nō corporalis, ſed ſpūalis, ſicut poſt tenebras facta, i. a ſua informitate cōuerſa ad Creatorē, ita poſt veſperā hēt mane, cū poſt cognitionē proprię naturę (qua nō eſt qđ Deus) refert ſe ad laudandā lucem, ꝗ eſt Deus, cuius viſione format̄.

H Et quia creaturę inferiores ſine eius cognitione nō fiunt, vnus dies, vbique repetit̄, cuius repetitione tot dies fiant, quoties diſtinguunt̄ rerū gña, ſenarij perfectione termināda: Vt veſpera primi diei ſit ſui cognitio, qua ſcit ſe nō eſſe qđ Deus. Mane poſt veſperā quo clauditur dies unus, & inchoatur ſecūdus, conuerſio eius, vt quod eſt creata ad laudem referat Creatoris, & cognitionē creaturę percipiat de verbo Dei, quę poſt ipſam fit, i. firmamenti, quod in eius cognitione fit prius. cum dr̄, Et factū eſt ita: poſt in natura firmamenti, cum additur, Et fecit Deus firmamentū. Deinde veſpera lucis huius, cum ipſum nō in verbo Dei ſicut ante, ſed in ipſius natura cognoſcitur; ꝗ cognitio tanꝗ minor veſpera dr̄. Poſtea fit mane, quo clauditur dies ſecūdus, & incipit tertius in quo itidem eſt mane conuerſio huius lucis ad laudem Dei: quia fecit firmamentum ad percipiendā de verbo Dei cognitionē poſt firmamentum faciendæ creaturę. Et ſic cętera vſque ad mane poſt veſperam ſexti diei. Multum.n. intereſt inter cognitionem cuiuſq; rei in verbo, & in ipſius natura. Vnde hoc ad diē, illud pertinet ad veſperam. Prælucet enim ꝗ in verbo conſpicitur cognitio, & illa qua creatura in ſeipſa noſcitur recte veſpera dr̄. *Aug.* Quia verò angeli creaturā in ſeipſa ſic ſciunt, vt pręponant ꝙ eā in veritate ſciunt, per quam facta ſunt oīa per ſex dies non noīat̄ nox, ſed poſt veſperā & mane dies vnus & ſic p cętera. Diei ergo cuius veſpera & mane ſecundū pdictā rōnē accipi pōt ſenaria repetitione facta ē oīs creatura, factūq. ē mane, quo finiretur

*Reqes De.* — *Omni opere. Benedicitur ſabbatum.* Exo. 20. b — Hebr. 4. b — Lib. 4. de Ge. ad lit. c. 16. *Myſticè.* — Lib. de Gene. ad litte. c. 12. to. 3. — vt ſup. c. 18. to. 3. — vt ſup. c. 18 to. 3. — vt ſup. c. 20 *Quæſtio.* — vt ſup. c. 21 *Quæſtio.* — vt ſup. c. 21. to. 3. — vt ſup. c. 21. to. 3 — Ioan. 1. a — vt ſup. c. 25 to. 3.

primo ab † vniuerſo opere qđ patrarat. Et bñdixit diei ſeptimo, & ſāctificauit illum; quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere quod creauit Deus

a ¶ In verbo

## NICO. DE LYRA.

¶ *in ſuo ſimili vel in ſuis cauſis. Aliter exponitur prout requies ponitur pro completione deſiderij, & ſic Deus requieuit in ſeipſo, quia in ſeipſo beatus eſt creaturis non indigens: & ad hoc deſignandum non dicitur, quòd quieuit in opere ſuo, ſed ab opere, ſcilicet ceſſans, & in ſeipſo beatificē requieſcens.*

a Et benedixit. *Hic deſcribitur ipſius hoīs finis. Ad cuius intellectum conſiderandum, quòd experientia docet appetitum hoīs non quieſcere totaliter in adeptione cuiuſlibet boni finiti, ſed adepto illo vlterius tendit per deſideriū, adepto aūt fine vltimo totaliter quieſcit, ſicut lapis in centro: et per hoc arguit̄, quòd finis vltimus ipſius hoīs nō cōſiſtit in adeptione cuiuſlibet boni finiti, ſed ſolū in adeptione boni infiniti, quod eſt ſolus Deus; vnde dicit Aug. in lib. confeſ. Inquietū eſt dñe cor meū donec requieſcat in te, ſ. per cognitionē & amorē. Item experimur, quòd quantumcunque cognoſcat̄ Deus ab hoīe per effectū, non terminat̄ tñ hoīs deſideriū donec cognoſcatur per ſeipſum. Ex quo concludit̄ vlterius, quòd vltimus finis hoīs conſiſtit in viſione Dei per eſſentiam, prout tñ includit fruitionē. vnde, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum &c. Iſta autem beatitudo in præſenti vita quodāmodo inchoatur per hoc quod mēs humana a terrenis eleuatur, & occupatur in contēplatione ſui Creatoris, in ænigmate tñ; perficitur aūt per hoc quòd homo pducitur finaliter ad æternā viſionē. & ad hoc deputat̄ dies ſeptima, vt hō vacet à terrenis, & circa diuina occupet̄. et hoc eſt quod dr̄:* Et benedixit, &c. *& ſanctificauit illū, i. ad diuina obſequia applicauit. Sāctificatio.n. in vna ſignificatione idem eſt quod applicatio ad diuina obſequia. Vnde ēt res inanimatæ, quæ per benedictionem, vel conſecrationem applicatæ ſunt diuino cultui, ſ. eccleſiæ materiales & veſtes dicūtur ſanctæ, vel ſanctificatæ.*

b Quia in ipſo ceſſauerat. *Requieſcendo in ſeipſo, vt prædictum eſt. Et per hoc deſignatur, quod homo die ſeptimo debet ceſſare ab operibus terrenis, & requieſcere in Deo per contemplationem & amorem.*

*Hoīs finis.* — Ioan. 17. a — *Sāctificat.*



A finiretur dies ſextus, & inciperet ſeptimus ſine veſpera, quia Dei reqes nō eſt creatura, ꝗ p cæteros dies aliter in Deo, aliter i ſe facta cognoſcit̄: cuius cognitionis quaſi decolor ſpēs veſperā facit. Nō ergo forma opis dies, terminus veſpa, & alterius opis initium mane debet intelligi, ne cogamur dicere preter ſex dies ſeptimò cōditā creaturā, aut ipſū non eſſe creaturā, ſed dies idē p oīa opa repetit̄, nō circūitu corporali, ſed cognitione ſpūali, cū angeli prius contēplent̄ creaturā in verbo Dei, deinde ī ſua cognitione, & poſt in ſeipſa, qđ ſignificat̄ veſpa facta. & hāc cognitionē ad ipſius veritatis laudē referūt, qđ mane ſigñat. Intelligit̄ etiā vt nō creaturæ, ſed ſibi reqes dñi diei ſeptimi habuerit mane ſine veſpera. i. initiū ſine termino. Si.n. diceret̄: Reqeuit die ſeptimo, nec adderetur ab operib. ſuis, fruſtra initiū qetis quęreremus: nō.n. incipit reqeſcere. Requies aūt ab opib. ex eo cœpta eſt, ex quo illa pfecit. Neq;.n. ab operib. ſuis eorū non egēdo requiſſet, prius ꝗ eſſent, qb. nec pfectis eguiſſet, & quia eis nunꝗ oīno eguit, nec beatitudo ꝗ eis nō eget, tanꝗ pficienda pficitur. Ideo ſeptima die nulla veſpera acceſſit. *Aug.* Nec putet quis, qđ de luce ſpūali dictū eſt, & de die ſpūali cōdito in ſpūali & angelica creatura, de cōtemplatione quā hēt in verbo Dei, & de cognitione qua ī ſe creatura cognoſcit̄, eiuſq; relatione ad laudē veritatis, nō iā propriè, ſed figuratè, & allegoricè cōuenire ad intelligēdū diem veſperā & mane. Sed aliter ꝗ in cōſuetudine huius corpalis lucis, nō tñ, hic tanꝗ ppriè, ibi figuratè. Vbi.n. certior lux, ibi verior dies. Cur ergo nō verior veſpera, & veri⁹ mane? *Aug.* Dies ergo ille primus angelica. ſ. creatura eſt pſentata oībus operib. Dei hoc ordine pñtiæ quo ſciæ, ꝗ in verbo facienda præſciret: & in creatura facta ſciret, nō p interualla tpm, ſed prius & poſterius hñs in cōnexione creaturarū, in efficiētia creatoris oīa ſimul cognouit. Sic.n. fecit Deus futura, vt nō tpaliter tpalia, ſed ab eo facta currerēt p tpa. Lux.n. creatura ſpūalis oīb. opib. Dei pſentari potuit p ſenarij pfectionem,

B atq; inde ſeptimi reqē diei mane habere, nō veſperā, vt nō ſit deo hoc reqeuiſſe ſeptima die, tanꝗ ipſo eguerit ad reqē, ſed quòd in cōſpectu angelorū reqeuerit ab oīb. opibus, nō niſi in ſeipſo, ꝗ nō factus eſt. i. vt creatura angelica, ꝗ cognoſcendis opibus in ipſo & in illis tanꝗ dies cū veſpera pñtata eſt, nihil poſt oīa bona valde meli⁹ cognoſceret, ꝗ illū ꝗ ab oīb. operibus in ſeipſo qeſceret, nullo eorū egentē quo ſit beatior. In qua cognitione nō hñte veſperā bñdici & ſanctificari ob hoc meruit. *Beda Allego.* vnde dr̄. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Hæc aūt bñdictio & ſanctificatio maiorē benedictionē & ſanctificationē ſignificat. Sicut.n. crebris victimis ſanguis Chriſti ſemel fundēdus ſignificabat̄, ita p reqē diei ſeptimæ poſt opa ſex dierū ſæpe celebratā, ſignabat̄ ille dies ſabbati, quo Chriſtus ſemel in ſepulchro qeturus, pfectis ſexta die oīb. opib. qb. mundū ſex dieb. pfectū reſtaurauit. In qua antiq memor opis ſaluationē mūdi ſe pfeciſſe declarauit. Dixit.n. conſummatum eſt. Et inclinato capite e.ſ. Hæc ſanctificatio, & bñdictio, & reqes, poſt opera valde bona: ſigñat nos poſt opera bona (ꝗ in nobis opat̄ ipſe) puēturos ad reqē cęleſtis vitæ, fruituros æterna ſanctificatione & benedictione. Ideo hæc dies veſperam habere nō ſcribitur.

a *Iſtæ ſunt generationes. Beda.* Eos tangit qui mundum ſine initio dicunt ſemper fuiſſe, vel qui à Deo factum putant, ſed ex materia quam non fecerit, ſed coæterna ei.

b *In die quo fe. &c.* Diem ponit pro oī tpe, quo primordialis creatura formata eſt. Nō.n. in quolibet ſex dierū cœlū factū vel ſideribus illuſtratū: & terra ab aqs ſeparata, arborib. herbiſq; cōſita. Sic Apoſtolus dicēs. 2. Cor. Ecce nunc dies ſalutis, ſigñat totū tps quo hic viuimus. Sed difficile eſt intelligere qūo fecit Deus in hac die cęlū & terrā & omne virgultū, niſi dicamus ꝙ in materia informi pariter oīs creatura formata eſt, iuxta illud. Eccle. Qui viuit in æternū creauit oīa ſimul. Si ergo in hoc die tps intelligimus, quo ante oēm huius ſeculi diem facta ſunt oīa ſimul, patet ꝙ herba & omnis arbor in vna ſubſtantia cauſaliter facta ſunt, priuſquā viſibiliter orirent̄ & germinarent. Si verò hunc diem pro illo tpe accipimus, quo mundus per ſex dies ornatus eſt, poſſumus intelligere, quia protulit terra herbā virentē, nō ſicut modo

C cum irrigatione pluuiarū, vel induſtria hoīm multa pcreantur: ſed aliter prima herbarū & arborum facta eſt creatio, ſolo. ſ. Dei imperio, ſine pluuia & ope humano, vnde ſeqtur.

c *Non enim pluerat dominus Deus ſuper terram.*

a *Iſtæ ſunt gen. cęli &c. Myſticè. Iſid.* Numerati ſunt ſex dies qbus vniuerſitas ſeculi à capite vſq; ad finē, quaſi breuis imago figurata eſt. Vnde hęc pars libri, liber generationis cœli & terræ dicta eſt. In hac verò cōcluſione vnus dies dr̄, quo fecit Deus cęlum & terrā &c. In quo tps ſignificat̄. His ergo paucis verbis inſinuata eſt oīs creatura ante pcm̄ aīæ. In cœlo & in terra. oīs viſibilis creatura. Noīe diei omne tps, qa ſimul facta ſunt tps & tpalia. Nomine virgulti & herbæ, creatura inuiſibilis, propter vigorem vitæ immarceſſibilem, ſi non peccaſſet.

b *Antequam oriretur in ter.* Id eſt priuſquā peccaret. i. terrenis cupiditatibus ſe ſubderet. Vnde ſeqtur: Nō.n. pluerat Deus ſup terrā, hoc eſt, nōdū ppheticis vel euāgelicis nubibus, imbre verbi miſſo aīam virere fecerat, & homo nō erat ꝗ operaret̄ terrā, qa poſt peccatū hō laborare cœpit in terra, neceſſarias habuit nubes illas, vñ virgultū. i. aīa virebat. Irrigabat eā fons vitæ. i. inūdatio veritatis, loquēs in intellectu eius, vt pluuia de nubibus nō egeret anteꝗ peccaret. Hic erat ſtatus hoīs ante peccatū. *Aug.* Alia tranſlatio hēt: Hic eſt liber creaturę cęli & terræ, cū fact⁹ eſt dies, fecit Deus cęlū & terrā & omne viride agri &c. Firmior ſit ſnīa qua dr̄ vnū diē feciſſe Deū: vnde illi ſex dies vel ſeptem, huius vnius repetitione numerari potuerūt, qñ ſcriptura cōcludens cuncta quæ ab initio huc uſq; dixerat, ait: Hic eſt liber creaturæ. c. & t. cum factus eſt dies. Non.n. memorata ſunt cęlū & terra ſicut in principio, antequā fieret dies, cū tenebræ erāt ſuper abyſſum. Sed quo modo factū eſt cęlū & terra, cū factus eſt dies, iā diſtinctis. ſ. rerum generibus, qbus oīs creatura cōpoſita eſt in hāc ſpeciē, quæ mundus vocatur. hic ergo cœlū memoratur qđ eſt firmamentum, cū oibus quæ in illo ſunt, & terra illa ꝗ cum abyſſo vnū obtinet locū cum oibus quæ in ea ſunt. Cū.n.

D dr̄, cum factus eſt dies, ſiue ſuperioribus nectatur, vt ſit vna ſnīa: Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies; ſiue inferioribus, vt ſit plena ſnīa, Cum factus eſt dies, fecit Deus cęlum, & terrā, cogit ſic intelligi cœlū & terra, qūo. ſ. facta ſunt, cum factus eſt dies. Cū vero additur: & oē viride agri, qđ tertio die factū eſt, planè apparet illū eſſe diē vnum, quē fecit Deus, quo repetito factus eſt ſcđs & tertius dies, & cæteri vſq; ad ſeptimū. Cū.n. noīe celi & terrę oēm creaturā vellet accipi, ſuppoſuit oē viride agri, vt hūc diē aptius ſignificaret. Cū.n. cōditorū ordinē recolimus, inuenimus viride agri tertio die creatū, anteꝗ ſolis pñtia dies quotidianus pageret̄. Qñ ēt audimus, cūm factus eſt dies, fecit Deus oē viride agri, admonemur ipſius diei, quē ſiue corporalē lucē nobis incognitā, ſiue ſpūalē in ſocietate angelica intelligimus. Item cum dr̄ feciſſe Deū cęlū & terrā &c. cū factus eſt dies, ſimul oīa feciſſe ſignat̄, & cū ſex dierū ordine creata memorant̄, & nūc ad vnū reducunt̄, hunc ſepties repetitū, & illam ſenariā vel ſeptenariā repetitionē nō interuallo tpis factam intelligimus. Scriptura.n. altitudine ſuperbos irridet, pfunditate attentos tenet, magnos veritate, paruulos nutrit affabilitate. *Aug.* In prima mundi conditione cū Deus omnia ſimul creauit, homo factus eſt, ꝗ eſſet ratio creandi hominis nō actio creati. Sed aliter hæc in verbo Dei, vbi iſta nō facta ſunt ſed ęterna. Aliter in elemētis mūdi, vbi oīa ſimul facta ſunt futura. Aliter in rebus, quę iā nō ſimul, ſed tpe ſuo quęque creantur. Aliter in ſeminibus: in qb. rurſus primordiales cauſæ repetunt̄, de rebus deductæ, ꝗ ſecūdum cās quas primum cōdidit extiterāt, velut herba ex terra, ſemen ex herba.

b *Omne virgultum &c. Aug.* Intelligitur terra cauſaliter produxiſſe herbam & lignum, id eſt producendi virtutem accepiſſe. In ea enim tanquam in radicibus facta erant, quæ per tempora futura erāt. Fecit ergo antequam eſſent ſuper terram ſecūdum formabilitatem materiæ, quæ formanda erāt verbo eius, præcedens formationem non tpe, ſed origine.

c *Non enim pluer. &c. Auguſtinus.* Quaſi non fecit Deus ſic tunc, ſicut

De Gene. ad litt. li. 4 c. 28. to. 3. — ut ſup. c. 33 — *Allegoricè* Exo. 20. b In Hexame. to. 4. — Ioan. 19. f — In expoſit. iſtæ ſunt gene. c. 2. to. 4. — *Contra eos qui ponunt mūdum ſine principio.* — Cor. 6. a — Eccl. 18. a — Sup Gen. c. 1. *Myſticè.* — Li. 5. c. 3. de Gen. ad lit. *Spūalis ... βίβλος γενέσεως ... liber generationis &c.* — Lib. 5. de Gen. ad lit. c. 4. — Lib. 5. de Gen. ad lit. cap. 4. — vt ſupra.

a ¶ In opere. b ¶ Recapitulatio. ¶ Concluſio ſuperiorū. ¶ Vel hiſtoricè, vel myſticè.

a ut faceret. Iſte ſunt generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt,

a ¶ Beda. in tempore. b ¶ Aug. omnium viſibiliū materiā.

b in die quo fecit dominus Deus cęlū & terrā, & omne virgultum agri

a ¶ Omnium inuiſibilium propter vigorem uitæ.

a ¶ Antequam homo terrena concupiſceret. b ¶ Omne viride agri, quod tertio die factum apparet. ¶ Propter vitam immarceſſibilem.

c antequā oriret̄ i terra: oēmq; herbā

a ¶ Mala concupiſcentia coaleſceret in mente.
b ¶ Quaſi non ex prouentu pluuiarum nati ſunt frutices, aut herbæ, nec vſque ad diluuium legitur pluiſſe.

regionis, priuſquā germinaret. Nō d

## NICO. DE LYRA.

a Iſtæ ſunt gen. *Hic conſequenter explicat formationem hominis. Et quia, ſicut dictum eſt, omnia creata ſunt quodāmodo propter hominem, ideo primo recapitulat creationem aliorum aliquid ſuperaddendo; ſecundo explicat formationem hominis: ibi: Formauit igitur &c. dicit ergo. Iſtæ ſunt generationes &c. ſcilicet quę prędictæ ſunt in operibus ſex dierum.*

b In die. *Id eſt in diebus ſecundum modum hebraici ſermonis in quo frequenter ſingulare accipitur pro plurali. vnde Exo. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.*

c Et omne vir. &c. *Quod factum eſt tertia die: & hoc virtute diuina & non virtute naturæ: quod declarat cum ſubdit.*

d Non enim. *Herbæ enim & arbuſta, quæ virtute naturę producuntur, oriuntur communiter ex humore terræ, qui fit per pluuiā, & ex labore hominum*

Exo. 8. f

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

☞ tunc, ſicut nunc, cũ p'aut & homines operantur & p moras
E tẽporũ ſiũt quæ non erant, cũ fecit oĩa ſimul. Tẽpora.n.non fuerũt ante creaturã, ſed cũ creatura, & ipſa creatura. Motus enim ſi nullus eſſet, vel corporalis vel ſpũalis creaturæ, quo per præſens prçteritis futura ſuccederẽt, tempus oĩno non eſſet, nec creatura moueri poſſet.

In expoſit. c.2.to.4. Fons irrigat vniuerſam terram.

a *Sed fons &c. Be.* Huius fontis qualiſcunq; irrigatio, iam terrę herbis & lignis veſtitę ſupuenit. Fõs vnus aſcendiſſe dr̃ p aliqua in terrę finib. vnitatę. Vel ſingularis poſit⁹ eſt p plurali. *Sed fons &c. Aug.* Hic intimare vr̃ quæ fiant ſecundũ tpum interualla, ex prima cõditione, vbi fiunt oĩa ſimul, incipiẽs ab elemẽto, ex quo oĩa naſcuntur germina aĩalium, herbarũ, vel lignorũ, vt agãt tpales numeros pprijs naturis diſtributos. Primordia.n.omniũ ſeminũ humida ſunt, & ex humido cõcreſcũt. Si dicatur quãtolibet fonte nõ poſſe faciẽ oẽm terrę irrigari, & ſi mõtes irrigaret diluuiũ eſſet, R̃ndetur quia viciſſim fieri poſſet, ſicut Nilus plana Ægypti irrigat. Pñt & p vnũ fontẽ intelligi multi fontes regiones proprias irrigantes, & oĩs terræ facies irrigata, ſicut oĩs veſtis facies colorata, & ſi nõ cõtinuatim, ſed maculatim ab hoc fonte quæ narrãtur, per moras tpum fiant, non ſimul. Cũ ergo aliter ſint creaturarũ rõnes in verbo Dei, aliter opera à quib. die ſeptima requieuit, aliter quæ ex illis vſq; nunc operatur; vltimũ vtcunq; corporis ſenſu & conſuetudine cognoſcimus: duo remota à ſenſib⁹ noſtris, & humanæ cognitionis vſu, prius auctoritate diuina credenda, poſt per hæc quæ nota ſunt vtcunq; noſcẽda.

1 Nubes & terra velut fons irrigat terram.

Lib. 5. c. 7. de Gen. ad lit. to. 3.

Myſtice. Con. Man. li. 2. c. 7. t. 1.

b *Formauit &c. Augu. Myſt.* Latior de homine figuratè explicatur narratio, vt quærentes inſtruat & exerceat. Hæc formatio non eſt noui operis inchoatio, ſed diligens retractatio. Si hic hoiem ex corpore & aĩa iam factum intelligimus, bene iſta cõmixtio limus dr̃. Sicut.n.fit limus commixtione pulueris & liquoris, ſic aĩa corporis materiã viuificãdo vnit, nec patitur diſſolui. *Inſpira.in fa.eius ſpi.vi.* Si corpus tm̃ erat, hic animã corpori adiunctã intelligimus. Si verò homo factus, iã corpus & aĩa erat, aĩæ hac inſpiratione ſenſus eſt additus, cũ factus eſt homo in aĩam viuentẽ, non quia illa ſufflatio verſa ſit in aĩam viuentẽ, ſed operata eſt aĩam viuentẽ.
F Nondũ tñ hoiem ſpũalem debemus intelligere, ſed animalẽ, q tunc ſpũalis factus eſt, cũ in paradiſi beata vita eſt cõſtitutus. vñ prius aĩales ſumus, de illo poſt peccatũ nati, donec per ſpũalẽ Adã ſpũales renaſcamur. Paradiſi verò noĩe beatitudo in qua hõ poſitus eſt, ſignificaṫ. Sed qa in nemorib. delitioſa quies hoim eſt, & corporeis ſenſib. de oriẽte lumẽ oritur, cçlũq; conſurgit, quod eſt ſuperius corpore nr̃o atq; excellentius, his verbis ſpũales delitię quas habet beata vita explicantur. Intelligimus aũt, gaudia noſtra ſpũalia ſignificare omne lignũ, formoſum ad aſpectũ intelligentię, & bonũ ad eſcã q̃ non corrũpiṫ, vt eſt oĩs rõ & virtus ſpũalis q̃ cibus eſt aĩæ. Productũ eſt hoc lignũ de terra: qa gaudiũ ſpũale debet ſupereſſe terræ. Lignũ vitæ plãtatũ in medio paradiſi: qa debet aĩa intelligere ſe ordinatã in medio rerũ: vt cũ ſub ſe hẽat corporeã creaturã: ſuper ſe tñ intelligat eſſe naturã Dei, vt nec cõtẽnat qđ eſt: nec arroget qđ nõ eſt. *Aug.* Formauit igiṫ dñs De.ho. &c. Prius de limo terræ formatũ eſt corpus aĩale, quale nũc habemus, non ſpũale cũ quali reſurgemus. Vñ quæriṫ qũo reformemur, ſi nõ ad hoc p Chriſtũ reformamur, qđ in Adã fuimus: nõ aũt immortalitatem perdidit, ſi prius aĩale fuit: neq; aĩale corpus erit, ſed ſpũale, cũ incorruptionẽ induerit. Vnde qdã putauerũt hoiem corpore fuiſſe aĩalẽ, ſed mutatũ cũ in paradiſum ponereṫ, ſicut mutabiṫ in reſurrectione. Sed ſi ita eſt, fruſtra conamur paradiſum & illas arbores & fructũ ſecundũ geſtorũ pprietatem accipere. Non.n.cibi ex arborũ pomis immortalib. corporibus

De Gene. ad litt. lib. 6. cap. 19. to. 3. Et Beda In expoſit. ſu. ca. 2. 4. ſupra.

a ❡Prophetica vel euangelica prædicatione.
b ❡Mentem humanam.

enim pl^a^uerat dñs Deus ſuper t^b^errã,

a ❡Nõ erat neceſſe corda hominũ humano opere irrigari.

& h^a^omo non erat qui operaretur ^a^

a ❡Sapientiæ, diuiſus in quatuor partes virtutum.
❡Vitæ. ❡Inundatio veritatis.

^a^ terram, ſed ^1^ f^a^ons aſcendebat è ter- ^b^

a ❡Inſpirans corda vtilia & honeſta.

ra irri^a^gans vniuerſam † ſuperficiẽ ^c^

a ❡Iubendo, volendo.

^b^ terrę. F^a^ormauit igiṫ dominus Deus ^d^

poribus ſunt neceſſarij. Ipſa quoq; mors hoĩs quã peccato G
meruit, indicat eũ nõ moriturũ ſi nõ peccaſſet. Sed qũo ſine morte mortale, aũt qũo ſi corpus aĩale, nõ mortale? Vñ putant eũ, nõ corporis mortem, ſed aĩæ, peccato meruiſſe, credentes pp corpus aĩale exiturũ fuiſſe de hoc corpore ad requiẽ, quam nunc habẽt ſancti, & in fine ſeculi idẽ corpus immortale recepturũ. Cõtra qđ Apoſtol⁹. Corpus quidẽ mortuũ eſt pp peccatũ, & ſic nõ morereṫ ẽt corpore, ſi nõ peccaſſet: aĩale tñ poſſet eſſe ante peccatũ, & poſt vitã in paradiſo iuſtitiæ, cum Deus vellet fieri ſpũale. Sed aiũt. Qũo renouamur, ſi nõ recipimus qđ perdidit homo primus? Recipimus quodammodo & non recipimus. Nõ.n. immortalitatem ſpiritualis corporis recipimus, quã nõdũ habuit homo, ſed iuſtitiã, à qua per peccatum lapſus eſt homo. Renouabimur à vetuſtate peccati, non in corpus aĩale in quo fuit, ſed in melius.i.ſpũale. Renouamur mẽte ſecundũ imaginẽ Dei, quę peccãdo eſt perdita. Renouabimur carne cũ hoc corruptibile & mortale induet incorruptionẽ & immortalitatẽ, in quã mutandus erat Adã, niſi mortem corporis aĩalis peccãdo meruiſſet. Nõ ait Apoſt. Ro. Corpus mortale pp pcm̃, ſed mortuũ. Illud.n.añ pcm̃ mortale & immortale, qa poterat mori & nõ mori. Aliud eſt aũt nõ poſſe mori, aliud poſſe nõ mori. Quodãmõ creat⁹ ẽ hõ immortalis, qđ erat ei de ligno vitę, nõ de cõdõne naturę. Mortalis erat ꝯdõne corpis aĩalis. Immortalis, bñficio ꝯditoris. Nõ.n. ĩmortale, ꝙ mori oĩno nõ poſſit, erit, niſi ſpũale: iõ factũ ẽ p pcm̃, nõ mortale qđ erat, ſed mortuũ, qđ non fieret niſi peccaſſet. Aĩale eſt.n. hoc corpus ſicut primi hoĩs. Sed iã deterius: hẽt.n. neceſſitatẽ moriẽdi. *Aug.* Stola prima aut iuſtitia ẽ: de qua lapſus eſt. Vel ſi corpalẽ immortalitatẽ ſignat, hãc amiſit cũ peccãdo ad eã puenire nõ potuit. Sic ergo Adã corpus aĩale habuit, nõ mõ añ paradiſum, ſed & ĩ paradiſo (quis in interiori hoĩe fuit ſpũale) qđ amiſit peccãdo & meruit corpis mortẽ, q nõ peccãdo mereret in corpus ſpũale mutationẽ. *Aug.* Formauit &c. Vidẽdũ eſt vtrũ recapitulatio ſit, vt dicaṫ. qũo homo factus ſit quẽ ſexta die factũ legimus, An tũc cũ fecit oĩa ſiṁ, & hoiem in his fecit, vt acceſſu tpis ẽt hoc mõ fieret, quo in hac pſpicua forma vitã gerit: ſicut fœnũ factũ anteq̃ exoriretur, accedẽte tpe & fontis irrigatione exortũ eſt, vt ſup terrã eſſet? *Aug.* Scđm recapitulationẽ prius videamus. Fortè factus eſt hõ die ſexto, ſicut ipſe dies prius fact⁹, ſicut firmamẽtũ, terra & mare, q̃ nõ ſunt dicẽda añ in primordijs iã facta latuiſſe, & poſt ĩ hãc faciẽ qua mũd⁹ eſt ĩſtruct⁹, acceſſu tpm tanq̃ exorta claruiſſe. Nec ſidera ĩ elemẽtis prius facta & recõdita acceſſu tpis in has formas emicuiſſe: ſed ſenario pfectionis creata ſiṫ oĩa, cũ factus eſt dies. Sic forte ſexta die hac viſibili forma de limo factus eſt hõ, ſed tũc nõ cõmemoratũ eſt, qđ nũc recapitulãdo inſinuaṫ. Sed hoc ſcripturę ꝯgruere nõ vr̃. Scriptũ ẽ.n. cũ adhuc ſextę diei opa narrarẽṫ. Faciam⁹ ho. ad ima. & ſi.no. Iã ergo de limo fact⁹ erat hõ, & mulier ex eius latere. Nõ.n. ſexta die fact⁹ ẽ maſcul⁹, & poſt acceſſu tpis fęmina. Inqt.n. Maſculũ & f.c.e. Qũo ergo iã in paradiſo hoĩe cõſtituto (ſicut ſeqṫ) facta eſt mulier? Sed fortè hoc p̃ermiſſũ ſcriptura recolit: Nã ſecundũ hoc ſexto die paradiſus plãtatus eſt vbi locat⁹ hõ ſoporat⁹ eſt, vt formareṫ Eua: qua formata, euigilauit, nomẽq; impoſuit. Verba verò hoĩs cum aĩantib. vel cũ mulieri nomen impoſuit, vel cũ dixit: Propter hoc relinqt.h.p.& m. nõ niſi tpali mora fieri potuerũt. Non ergo hęc facta ſunt ſicut creata ſũt oĩa ſimul. Aut igiṫ nõ oĩa opa ſex dierũ ſimul, ſed p moras tpm facta ſunt. Aut ſi ſimul facta ſũt. ſ̃m illud Eccl. Qui viuit ĩ æternũ creauit oĩa ſimul, Non eſt dubiũ, ꝙ homo de limo terræ formatus eſt, eiq; formata vxor ex latere, nõ ad cõdõnẽ qua ſimul facta ſunt oĩa ☞ pertinere,

Quæſtio. Rom. 8. b. Alias ĩ faciem. Rom. 8. b. vt ſup. c. 19. De Gene. ad litt. li. 6 c. 1. H vt ſupra. Quæſtio. Eccl. 18. a

## NICO. DE LYRA.

❡ *bore hominum per agriculturã, quia ars adiuuat naturam, & vtrunque remouet à terræ naſcentibus productis tertia die dicens: Non enim plu. &c. quantum ad primum.*

a Et homo non erat qui opera.ter. *Quantum ad ſecundum, quia adhuc non erat formatus homo.*

b Sed fons aſcen. *Oſtẽdit modum quomodo facta eſt in illa productio, ex parte materię. ſ. per hoc ꝙ aquæ latentes ſub terra, diſcooperta aquis, diuina voluntate aſcenderunt vſque ad ſuperficiem terræ per modũ fontis in qualibet parte terrę vbi erant plantæ & herbæ producendæ: & ſic ex aqua & terra ſimul commixtis, productæ ſunt diuina virtute herbæ & plantæ perfectæ ſecũdum ſpecies ſuas & fructus, & talem commixtionem aquæ cum terra, vocat hic irrigationem, cum dicitur.*

A fonte vel nube irrigantem.

c Irrigans vniuerſam ſuperſi.ter. *Hebræi autem dicunt ꝙ ed, non debet dici fons, ſed nubes: & dicunt quòd hæc eſt veritas literę: Et nubes aſcendet de terra: & tunc iſta litera non eſt referenda ad terra naſcentia producta tertia die, ſed ad ea quæ poſtea producta ſunt virtute naturæ, ac ſi diceret ſcriptura: licet herbæ & plantæ tertiæ diei non ſint productæ per pluuiæ humorem, illæ tamen quæ poſtea producentur virtute naturæ, ſic producentur, quòd aſcendet nubes per vapores de terra, & conuertetur in pluuiam irrigantem terram, ad plantarum & herbarum germinationem.*

d Formauit igitur. *Hic explicat formationem hominis magis quàm ſupra fecerat: fecerat enim mentionem de fine hominis ſupernaturali: ideo debuit oſtendere conſequenter quòd in homine eſt forma nõ educta de ſemine per generationem, ſed magis à Deo per creationem, per quam tranſcendit naturã corporaliũ, & ſic capax eſt Dei per cognitionem & amorẽ. & quia nobilior forma exigit materiã nobiliori modo diſpoſitã; ideo vtrũq; oſtendit. d. Formauit igitur &c. In productione.n. aliorum aĩaliũ dr̃ ſupra: Et protulit terra vel aqua &c. quia corpora aĩaliũ, piſciũ, & auiũ, non ſunt ita nobiliter diſpoſita vel complexionata ſicut in hoĩe. Dicit igitur: Formauit, ac ſi diceret, diligentius ac nobilius diſpoſuit.* ❡ De limo



☞ pertinere, ſed ad eã quæ fit per tpa qua Deus nunc vſq; ope
A ratur: Quod his verbis innuitur. Plantauit Deus paradiſum in Eden, & eiecit adhuc de terra omne lignũ &c. Cũ.n. dicit adhuc, aperit ꝙ aliter nũc eijcit, aliter tũc, cũ forte tertio die produxit terra herbã virẽtẽ &c. tunc. ſ. potẽtialiter & cauſaliter, ſicut creãtur oĩa ſimul, nũc viſibiliter tpis acceſſu. Niſi dicaṫ, nõ omne genus ligni tertio die factũ, ſed aliquod dilatũ, qđ ſexta die formareṫ, cũ fact⁹ eſt hõ & in paradiſo poſitus. Sed fruſtra p ſingulos dies diſtincta ſunt opa oĩa, ſi remaneret p mixtio vlla. Maſculus ergo & fœmina aliter ſexta die, aliter nũc creati. Nec.n. tũc & nõ poſtea, aut poſtea & nõ tunc. nec alij poſtea, ſed ijdẽ ipſi aliter tũc aliter poſtea. ſ. viſibiliter. nõ tñ de parẽtibus, ſed ille de limo, illa de coſta: tũc aũt inuiſibiliter potẽtialiter & cauſaliter qũo fiũt futura, nõ facta. *Beda. Formauit &c.* Factura hoĩs, q ſexta die factus eſt, latius deſcribiṫ, ꝙ factus ſit: corpore. ſ. & aĩa, & corpus de limo, aĩa vero de nihilo Deo inſpirãte creata eſt, & fęmina de latere dormiẽtis. Sed ne carnaliter putemus Deũ corporeis manib. formaſſe corpus, vel faucib. inſpiraſſe aĩam vel vitã. Quod.n. dictũ eſt: Manus tuæ fecerũt me, & plaſ.me: tropica locutio eſt. Spũs enim eſt Deus, nec lineamẽtis mẽbrorũ cõpoſit. Formauit ergo de limo hoiem. i. verbo ſuo de limo fieri iuſſit. Inſpirauit ĩ fa. eius ſpi.vi. Subſtãtiã. ſ. aĩæ, & ſpũs, in qua viueret creauit. *Aug.* Quæritur vtrũ Deus repente hoiem in ætate virili fecerit, an pficiendo & ætates augẽdo, ſicut nũc format in matris vtero? Sed quicqd horũ fecerit, hoc fecit, ꝙ Deũ omnipotentẽ & ſapientẽ decuit. Ita.n. tpum leges generib. qualitatibuſq; rerũ diſtribuit, vt voluntas ſua ſup oĩa ſit. Potentia.n. ſua numeros creaturę dedit, nõ ipſam eis alligauit, nec expectati ſunt dies, vt virga Moyſi vertereṫ in dracoñẽ. Nec talia ꝯ naturã fiũt, niſi nobis qb. aliter naturæ curſus innotuit, Deo aũt eſt natura qđ fecit: Sic Adã in ætate virili cõtinuo factus eſt, quẽ tñ fecit ſ̃m cauſalẽ rõnem in qua prius factus eſt. alioqn.n. eũ in ſex dierũ operib. nõ fecerat. Neque enim ꝯ diſpoſitionẽ ſuã faceret: erat.n. in prima cauſarũ cõ-
B ditione ſic hoiem fieri poſſe, ſed nõ ibi erat neceſſe. Hoc.n. nõ erat in cõdõne creaturæ, ſed in beneplacito creatoris, cuius volũtas neceſſitas eſt. Nos aũt in reb. tpal̃r exortis, ſcim⁹ qđ cuiuſq; natura ſit qđ experimẽto accipimus, ſed vtrũ futurũ ſit, ignoram⁹. In natura iuuenis eſt, vt ſeneſcat, ſed vtrũ in Dei volũtate ſit neſcimus, hoc.n. neceſſario futurũ eſt qđ vult & præſcit. Multa verò ſ̃m inferiores cãs futura ſunt, ſed in præſcientia Dei futura nõ ſunt. Si aũt ibi aliter ſunt, potius futura ſunt, ſicut ibi ſunt, vbi præſcit q non põt falli. Futura.n. ſenectus eſt ĩ iuuene, ſed futura nõ eſt ſi ante moriturus eſt. Nã ſecũdũ quaſdã inferiores futurorum cauſas, moriturus erat Ezechias, cui Deus addidit. 15. annos, qđ ante oĩa ſe facturũ eſſe præſciebat. Nõ ergo fecit qđ futurũ nõ erat. Hoc.n. magis futurũ erat quod præſciebat. Secundum ergo inferiores cãs iã finierat vitã, ſed ſecundũ Dei voluntatẽ & præſciẽtiã, qui ab ęterno nouerat, quod facturus erat, tũc finiturus erat qñ finiuit. Et ſi.n. oranti conceſſum eſt, & iã orãdo meriturũ ille p̃ſciebat, & iõ neceſſario futurũ erat. a *Et inſpira.in fac. &c. Aug.* Sine dubitatione flauit vel ſufflauit dicendũ eſt. Nõ ꝙ faucib. ſufflauerit, vel hoĩs aĩam de ſua ſubſtãtia formauerit, vel creauerit, ſed flauit. i. flatũ hoĩs. ſ. animã fecit. Flare.n. eſt flatũ facere, flatũ facere eſt aĩam facere, vñ: Oẽm flatũ ego feci: Quæritur aũt vtrũ aĩam ex nihilo fecerit, an ex re quæ iam facta erat, ſed aĩa non erat? Si.n. dicimus Deũ aliquid ex nihilo non creare poſtquam oĩa ſimul creauit, nõ credimus adhuc ex nihilo aĩas creare. Sed ſi fuit materies, vnde anima fieret, vel adhuc aĩæ ſiũt: quid eſt ipſa? C
quod nomẽ, quã ſpeciẽ quem vſum in reb. cõditis tenet? viuit an non? Si viuit quid agit? Quid in vniuerſitate agit, vel efficit? Beatã vitã gerit, an miſerã, an neutrã? Viuificat aliqd an non? Si nulla vita erat, qũo erat futuræ vitæ, in corporea nec vita materia? aut falſum eſt, aut latet nimis. Si viuebat nec beatè nec miſerè, qũo rationalis erat? Si tũc rationalis facta eſt, cũ ex illa materia natura humana animæ facta eſt, irrationalis vita, materia erat aĩæ rationalis. i. humanę. Quid ergo à pecore aĩa diſtabat? Dicendũ eſt ergo, Deũ in illis primis operibus, qñ ſimul oĩa creauit, aĩam ẽt humanã creaſſe, quã ſuo tpe corpori inſpiraret. Quod.n. dictũ eſt, ad imaginẽ ſuã, in aĩa, maſculus, & fœmina in corpore intelligiṫ. Credatur ergo hoiem ita factũ ſexta die, vt corporis humani rõ cauſalis in elemẽtis mundi, aĩa verò iam ipſa crearetur ſicut prius creatus eſt dies, donec eã ſuo tpe formato corpori inſereret. Sed ſi iam facta erat aĩa, vbi ei melius eſſet q ibi? Quare ergo innocenter viuẽs carni inſerta eſt, in qua creatorẽ offenderet & meritò periret? Sed forſitã ad corpus regendũ voluit inclinari, vbi & iuſtè & iniquè viuere poſſet, & qđ elegit, hoc habuit vel de iuſtitia præmiũ, vel de iniquitate ſuppliciũ. Cur ergo nõ credaṫ, ꝙ Dei nutu ad corpus venerit, vbi ſi obedire vellet, vitã æternã acciperet, pęnã ſi contẽneret? *Aug.* Dicẽdũ eſt, aĩam nõ ſic creatã, vt præſcia eſſet operis futuri iuſti vel iniuſti. Non.n. credibile eſt, eã ſpõte inclinari ad corporis vitã, ſi ſe ita ſciret peccaturã, vt ſupplicio puniretur ppetuo: hãc creaturã qui ſic vult eſſe, contradicit Dei bonitati. Qui verò nõ vult eã pro peccatis pœnã luere, inimicus eſt veritati. *Aug.* Nõ ſunt audiẽdi qui putant aĩam eſſe partẽ Dei. Si.n. hoc eſſet, nec a ſe, nec ab alio decipi poſſet, nec ad malũ faciendũ vel patiendũ cõpelli, nec in melius vel deterius immutari. Flatus aũt quo hoiem aĩauit, factus eſt a Deo, nõ de Deo. Nec flatus hoĩs pars ipſius eſt, quẽ facit, non de ſe ipſo, ſed aerio anhelitu aſſumpto & effuſo. Deus vero potuit de nihilo viuũ & rationabilẽ facere, quod non põt homo. Quidã tñ exiſtimãt nõ tũc animatum hoiem, qñ Deus D
inſufflauit in eius faciẽ, & factus eſt in aĩam viuẽtẽ, ſed Spiritumſanctũ accepiſſe. Aĩam verò ex nihilo factã, dubitare fas nõ eſt. *Aug.* Quæri ſolet vtrũ ſi nolit incorporari cõpellatur. Sed melius traditur hoc naturaliter velle. i. ſic creari vt velit, ſicut naturale nobis eſt velle viuere. Malè autẽ viuere nõ naturæ, ſed voluntatis peruerſæ. Si quis aũt non vult eã exiſtimare factã, niſi cũ formato corpori eſt inſpirata, qđ reſpõdeat cũ quæriṫ vnde facta ſit? aut ex nihilo dicet Deũ feciſſe aliqd poſt illã cõſummationẽ operũ, aut de iam exiſtẽte factã, & laborabit quęrẽdo quę illa natura ſit. Quod ſi vitare voluerit, dicendo ſexta die de limo terrę factũ eſſe hominẽ; ſed recapitulãdo poſtea memoratũ videat qđ de muliere dicaṫ: quia maſculum & fœminam fecit eos. *Aug.* Sed fortè animæ ſexta die factæ, vbi imago Dei relucet, vt poſtea corpora formarentur. Sed hoc credere ſcriptura nõ permittit, tum propter ſenariã perfectionem operũ, tum quia ſexus maſculinus & fęmineus in corpore tñ ſunt. Si qs ſ̃m intellectũ & rationẽ vtrunq; ſexũ in anima vna accipiendũ putauerit, qđ dicet de his, quæ ad eſcã tẽpore illo data, corporibus tñ cõgrua ſunt? Si verò figuratè acceperit, recedet à proprietate geſtæ rei, quæ præponenda eſt in huiuſmodi. b *Plantauerat autem dominus Deus &c. Beda.* Ab illo principio plantauit paradiſum, quo terram omnẽ remotis aquis herbas, & ligna producere iuſſit. In quo hominem ſexta die formatum poſuit, qui & ſi præſentis eccleſię vel futuræ pa- ☞ triæ typum

Falſitas hominis. In expoſ. ſor. c. 2. t. 4. Iob 10. b. Quæſtio. De Gene. ad litt. lib. 6. c. 15. to. 3. Ex Be. in expoſ. ſor. c. 2. to. 4. Cor. 5. f. De Geneſ. ad lit. li. 7. c. 25. to. 3. Anima an pars Dei. De Geneſ. ad lit. li. 2. c. 2. to. 3. Et Beda in expoſit. ſor. c. 2. t. 4. De Gene. ad litt. li. 6. c. 27. to. 3. Quæſtio. De Gene. ad litt. li. 7. c. 2. to. 3. Eſa. 42. a. Vtrum anima ex nihilo. vt ſupra. In expoſit. plan. c. 2. to. 4.

a ❡Quantum ad corpus. ❡tuæ virtutis dedit.
b ❡Id eſt ſpiritum contempla. ❡Vita rationalis animam.

^a^ hominem de limo terræ, & inſpira ^a^ ^b^

a ❡Totum quidem corpus animauit, ſed hæc pars ſenſibus ornata eſt ad intuenda ſuperiora per quæ rationali animæ naturaliter inditum eſt, vt ſapiat quæ ſurſum ſunt.

uit in f^a^aciem eius ſpiraculum vitæ, ^c^

a ❡Prius animalem, poſtea ſpiritualem.

& factus eſt homo in ^a^animam vi- ^d^

a ❡Quaſi vbi poſuit eum Deus.

^b^ uentem. Plant^a^auerat autẽ dominus ^e^

## NICO. DE LYRA.

❡ a De limo terræ. *Ad oſtendendum quòd homo in hoc conuenit cum alijs animalibus quantum ad rationem materię longinquę. Hebraica littera habet,* עפר *aphar, de puluere terrę: ſecundum illud quod dicitur infra. 3. c. Puluis es & in puluerem reuerteris.*

b Et inſpirauit. *Ad oſtendendum quòd anima hominis eſt ab extrinſeco per diuinam creationem & infuſionem, quia ſimul à Deo creatur & corpori infunditur.*

c In faciem eius &c. *Quia ſenſus magis apparent in facie, quàm in alijs partibus, ſicut apparet in viſu, auditu, olfactu, & guſtu: tactus autem per totum corpus diffuſus eſt, licet magis vigeat in corde.*

d Et factus eſt homo in animam viuentem. *Id eſt dãtem vitam ſecundum quatuor gradus vitę, quos enumerat philoſophus. 2. de anima ſcilicet ſenſitiuum, vegetatiuum, motiuũ ſecũdum locũ, & intellectiuũ.*

e Planta.aũt. *Hic conſequenter deſcribitur locus habitationis ipſius hominis pro ſtatu innocẽtiæ, & primò deſcribitur huius loci productio. Secundò eius proprietas ſiue conditio, ibi: Produxitq; dominus. Tertiò hominis inhabitatio, ibi: Tulit igitur. Circa primũ conſiderandum, ꝙ homo factus eſt immortalis non per naturam, quaſi non potens mori ſicut angelus, ſed per gratiã. i. potẽs non mori: quia poterat ſeruare innocentiã, quã ſi ſeruaſſet, neceſſitatẽ moriẽdi non incurriſſet. & ideo talis immortalitas non erat p qualitates corporis intrinſecas, quę redderẽt eum impaſſibilẽ & incorruptibilẽ, ſicut poſt reſurrectionẽ quãdo aĩa ſuam cõicabit corpori proprietatẽ. incorruptibilitatẽ quo ad oẽs, ſed & impaſſibilitatẽ, tamẽ hoc quãtũ ad electos, ſed erat magis p remotionẽ eorum quę poterant eũ corrũpere. Quę quidem remotio, partim erat ex diuina* ❡ prouidentia

Diuiſio. Hõ factus immortalis

## MORALITER.

b *Et inſpirauit in faciem eius ſpirac. vitę.* Per quod ſignificatur ſpes quæ charitate formata ſpirat ad cœleſtia.

Moraliter.

d *Et fa. eſt homo. &c.* Scilicet vita grãæ q̃ pfectio eſt naturalis vitæ. *Plantaue-*

e *Plantauerat autẽ do. Deus parad. &c.* Per paradiſum militans eccleſia deſignatur, ſicut dicitur Cant. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus. In hoc aũt paradiſo deſcribiṫ fons & fluuius, q̃b. ſcriptura ſeu theo- ☞ logia deſi-

Can. 4. d.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E trix typum tenet. Ad literã tamẽ intelligendum eſt eſſe locum amœniſſimum fructuoſis arboribus magnum, & magno fonte fœcundum. Quod dicimus à principio: antiqua tranſlatio dicit κατὰ ἀνατολὰς, ad orientem. Vnde volunt in orientali parte eſſe paradiſum longo interiacẽte ſpatio, vel maris, vel terræ à regionibus quas incolunt homines ſecretum, vnde nec aquæ diluuij illuc peruenerunt. Qualiter plantatus ſit exponit dicens.

*Paradiſus ad orientem.*

a *Produxitq; dominus Deus de humo omne &c.* Hoc eodem intelligitur die ſa ctũ quo cuncta ligna fructifera Deo iubente terra produxit, ſed hic repetitur, vt qualis ſit locus paradiſi noſcatur: & quia de ligno vitæ & ſcientię boni & mali erat ſpecialiter dicturus. *Aug.* Plantauit dominus paradiſum in Eden ad orientẽ &c. Tres generales ſententiæ de paradiſo ſunt. Vna eorum qui corporaliter tãtum intelligi volunt. Alia eorum qui ſpiritualiter tãtum. Tertia vero eorum qui vtroque modo paradiſum accipiunt. Tertiã mihi placere fateor: vt homo factus ex limo qđ corpus humanum eſt, in paradiſo corporali locatus intelligatur. Adam: & ſi aliud ſignificat, quia eſt forma futuri in natura propria, homo accipitur. *Aug.* Plantauit autẽ dominus paradiſum in Eden, id eſt in delitijs. Deinde hoc recapitulat, vt oñdat quomodo paradiſum Deus plantauit. Et eiecit Deus de terra omne lignum & cætera. Iam enim tunc produxerat terra omne lignum die ſcilicet tertio. Sed cum ex his generibus ſint ligna inſtituta in paradiſo, produxit in manifeſto & in tempore ſuo, quæ iam cauſaliter tertio die terra produxerat. *Stra.* Quidam codices habẽt Eden ad ortum. Ex quo poſſumus conijcere paradiſum in oriẽte ſitum, vbicũque autem ſit; ſcimus eum terrenum eſſe, & interiecto oceano & montibus oppoſitis remotiſſimum à noſtro orbe, in alto ſitum, pertingẽtem vſque ad lunarem circulum. Vnde aquæ diluuij illuc minime peruenerunt. *In quo poſuit. Aug.* Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri cum ſint ſine corpore, nõ deerunt qui faueant & diuitem ſitientem in loco corporali fuiſſe contendant: ipſamq; animam omnino corporeã propter arentem linguam, & ſtillam de Lazari digito cupitam. Sed melius eſt dubitare de occultis, quam litigare de incertis: diuitem in ſupplicio, pauperem in refrigerio eſſe non dubito. Sed quomodo intelligatur flamma inferni ſinus Abrahæ, & huiuſmodi, vix à manſuetis, à contentioſis nunquàm inuenitur. Si autem corporalibus locis continentur animę, etiam corporibus exutæ, potuit latro in paradiſum induci, vbi fuit prius corpus primi hominis. Sapientia vero non eſt corpus, & ideo nec lignũ, ſed potuit ſignificari per lignum. Hoc quoque addo quamquam corporalem, talem tamen cibum illam arborem præſtitiſſe quo corpus hominis ſtabili ſanita-

*† 40. diſtin. euilud.* — *Lib. 8. de Gen. ad lit. c. 1. to. 3. Sententiæ de paradiſo tres.* — *vt ſupra.* — *Paradiſus vbi ſit.* — F — *De Geneſ. ad lit. lib. 8. c. 5. to 3. Animæ corporibus exutæ an corporalibus locis contineãtur.*

a ¶ Locum amœnitatis. ¶ Vitam beatam. ¶ Hortum delitiarum hebraicè Eden. ¶ Eccleſiam ; ¶ Be. remotis aquis a ſuperficie terræ.

Deus pàradiſum uoluptatis à prin-ᵃ

a ¶ Chriſto. ¶ Temporis. ¶ Hic apparet, quod priuſquam cœlum & terram faceret, paradiſum condiderat.
b ¶ Datur intelligi non ibi fuiſſe hominem conditum, quia Deus præſciebat illum peccaturum, & inde pellendum ad hanc terram ubi condidit eum.

cipiò † in quo poſuit hominẽ quem ᵇ ᶜ formauerat. Produxitq; dominus ᵈ

a ¶ Diſciplinas unde unde fuſus ſeminum mores ſ. piorũ.

Deus de humo òmne lignum pul-ᵉ chrum uiſu, & ad ueſcendum ſua-

a ¶ Hæc eſt ſapientia mater omnium bonorum.
¶ Sapiẽtia quæ eſt in medio ordinata : ne uſurpet quod non eſt nec deſpiciat quod eſt.

ᵇ ue: Lignũm etiá uitæ in medio para

a ¶ Quo tacto per experientiã ſciatur quid ſit inter bonum quod relinquitur & malum quod ſequitur. b ¶ Hoc eſt tranſgreſſio mandati. ¶ Inexperientia.

ᶜ diſi, lignumq; ſciẽntię boni, & mà-ᶠ

li ſanitate firmaretur nõ ſicut ex alio cibo, ſed nonnulla inſpiratione ſalubritatis occulta. Quamuis enim vſitatus panis plus habuerit, cuius vna collyrida Deus hominem a fame quadraginta diebus liberauit. G

b *Lignum etiam vitæ. Aug.* De ſapientia dicitur: Lignum vitę his eſt, qui apprehenderint eam. Sed eſt Hieruſalem ęterna in cœlis, eſt & ciuitas, illam ſignificans, condita in terris. Sara & Agar ſunt duo teſtamenta, due tamen mulieres erant; & cũ Chriſtus per ligni paſſionẽ aqua ſpirituali nos ſatiet, erat tamen petra quæ ligno percuſſa aquam præbuit. Aliud erat quod ſignificabatur, ſed ipſa corporaliter erant; & quando narrata ſunt, non erat figurata locutio, ſed rerum expreſſa narratio. Erat ergo lignũ vitę ſicut petra Chriſtus, nec ſine myſterijs ſpiritualiũ rerum corporaliter præſentatis voluit hominem Deus in paradiſo viuere. Erat in cæteris lignis alimentum, in illo ſacrã. Ipſe etiã Chriſtus ouis eſt, quæ immolatur in paſcha, cum illud non tm̃ dicendo, ſed etiam faciendo figurabatur. Ouis.n. verè erat, occidebatur, manducabatur, non ſicut vitulus ſaginatus reuertenti filio occiſus. ibi.n. narratio figurarum, nõ figurata ſignificatio geſtorum. Non.n. hoc euãgeliſta, ſed dominus narrat, quod narrauit euangeliſta, ẽt factum eſt, dñm.ſ. talia dixiſſe, domini narratio parabola fuit, de qua nũquam exigitur, vt ad literam monſtretur. Chriſtus eſt lapis à Iacob vnctus: & reprobatus ab ædificantib. Sed illud vere factum eſt, hoc in figura prædictum. Sic ſapientia .i. Chriſtus lignũ vitæ eſt in ſpirituali paradiſo, quò miſit de cruce latronẽ: ſed lignum vitæ eſt creatum in paradiſo corporali, ſicut dicit ſcriptura, quæ res ſuis tẽporib. geſtas narrauit. *Beda. Lignum etiã vitæ &c.* In altero hominis ſignum obedientię, quam debebat. In altero ſacramentum vitæ æternæ, quã obediendo mereretur: Lignum vitæ dictũ quia diuinitus accepit, vt qui ex eo manducaret corpus eius ſtabili ſanitate firmaretur, nec vlla infirmitate vel ætate in deterius vel in occaſum laberetur. *Stra.* Lignũ vitę hãc naturaliter virtutẽ habebat, vt q ex eius fructu comederet ꝑpetua ſoliditate veſtiret, nulla infirmitate, vel anxietate, vel ſenij laſſitudine, vł imbecillitate fatigãdus. H

c *Lignumq; ſcientiæ boni & mali. Auguſtinus.* Erat corporale, ſicut aliæ arbores, nec cibo noxium. Qui enim fecit omnia bona valde nihil mali in paradiſo ſtatuit, ſed mala tranſgreſſio præcepti. Oportebat autem, vt homo ſub domino poſitus ab aliquo prohiberetur, vt virtus eſſet merendi obedientia, quæ ſola veriſſime virtus eſt rationali creaturæ degenti ſub poteſtate Dei, ſicut primum & maximum vitium tumoris, velle vti ſua poteſtate, quod eſt inobedientia. non enim erat vnde homo ſe habere dominum cogitaret, niſi ei aliquid iuberetur. Arbor ergo non erat mala, ſed

*Lignũ vitæ allegoricè. De Gen. ad litt. li. 8. c. 4. to. 3.* — *Beda in expoſitione plantauerat. c. 2. t. 4.* — *Hiſtoricè.* — *Lignum vitæ boni & mali. De Geneſ. ad litt. li. 8. c. 15. to. 3. Paradiſum id eſt hortũ in voluptuoſa terra Eden ad orientem.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *prouidentia ſibi aſſiſtente & præcauente corrumpentia ab extrinſeco, ſcilicet vulnerationes, læſiones, intoxicationes & huiuſmodi. Partim autem virtute animæ diuinitus ſibi collata: per quam poterat præſeruare corpus à diſtemperantia humorum, & ab infirmitatibus inſurgentibus. Nunc autem ita eſt, quod inter corrumpentia ab extrinſeco, quæ diuina prouidentia præcauebantur, continens eſt vnum, ſcilicet locus prauus aut corruptus, propter quod Deus prouidit homini de loco conuenienti quantum ad aeris temperiem, & loci amœnitatem. Et hoc eſt quod dicitur.*

a Paradiſum voluptatis. *Id eſt delitioſitatis & amœnitatis.*

b A principio. *Scilicet tertia die, quando primo productæ ſunt plantæ. Hebræi hic dicunt,* מִקֶּדֶם *in oriente. Dictio enim hebraica quæ hic ponitur vno modo ſignat anteceſſionem, loco cuius translatio noſtra habet, à principio. Alio modo ſignat partem orientalem, & ſic dicunt Hebræi quòd hæc eſt litera: Et plãtauit Deus virgultum in delitijs orientis. Et in iſta expoſitione conueniunt aliqui Doctores catholici exponentes, à principio, ſcilicet loci, non temporis: quia pars orientalis terræ illa eſt nobilior, ſicut & dextera pars in homine, & pars orientalis dextera vocatur à philoſophis. Omnes autem qui loquuntur de ſitu paradiſi terreſtris, ponunt eum eſſe in partibus orientis: verumtamen in quo oriente, varie loquuntur. Philoſophus enim. 2. metheo. dicit, quòd inter duos tropicos non poteſt eſſe regio habitabilis propter nimiam caliditatem, quia ibi tranſit ſol bis in anno, & illi qui ſequuntur hoc dictum Ariſtotelis, neceſſe habent dicere, quòd paradiſus terreſtris ſit extra tropicos verſus orientem æſtiualem vel hyemalem. Alij verò dicunt, quòd inter duos tropicos ſub ęquinoctiali circulo regio eſt tẽperatiſſima: quod etiam aſſerit frater Ioannes de Pecham, in tractatu ſuo de ſphera, pluribus rationibus, quas propter prolixitatem hic omitto: & ſecundum iſtos paradiſus terreſtris eſt in oriente ſub equinoctiali.*

*Miqqedem .i. ab oriente.* — *Situs paradiſi.*

c In quo poſuit &c. *Per hoc oſtẽditur quòd Adam fuit formatus extra paradiſum, ad oſtendendum, quòd ille locus non debebatur ſibi ex natura, ſed ex gratia, ſicut & immortalitas prędicta.*

d Produxitq; dominus Deus de humo. *Hic conſequenter deſcribitur loci producti conditio, cum dicitur. Produxitq; dominus Deus &c. hoc factum eſt tertia die, & hoc repetitur ad explicandam paradiſi conditionem.*

(*Quare de coſta mulier. Inſtitutio ſãcti matrimonij.*) b Coſtam quam tulerat de Adam in mulierem &c. *Non enim formauit eam de pede, quia non erat ſerua: nec de capite, quia non erat viri domina, ſed de coſta, quia erat viri ſocia. Dicunt verò aliquid quod hæc formatio de coſta fuit per additionem alterius materiæ, alioquin corpus mulieris fuiſſet nimis rarum ſi eadem materia accepiſſet maiores dimenſiones; & dicunt quod fuit ſimile in multiplicatione quinque panum. Ioann. De qua videtur dicere Auguſtinus manifeſtè, quod fuit per additionem materiæ dicens: Ille in manibus ſuis multiplicauit quinque panes, qui de paucis granis creat ſegetes. & certum eſt quod ſegetes multiplicantur de granis per additionem materię. Alij verò dicunt, quod formatio mulieris de coſta fuit ſine additione materiæ. Deus enim qui de nihilo produxit materiam: multo fortius potuit facere de modica materia magnam: non per additionem materiæ aliunde ſumptę, ſicut eſt in ſegetibus, ſed per multiplicationem eiuſdem materiæ in ſeipſa, nec ex hoc ſequitur corpus mulieris carere debita denſitate, quia formatione facta tantum fuit ibi de materia, acſi fuiſſet aliunde addita: & iſta expoſitio videtur magis propinqua literæ & cæt.*

(1. Cor. 11. b; Mat. 19. a; Mar. 10. a; Epheſ. 5. g; Ioan. 6. a; 1. Cor. 6. d; Matt. 19. a; 1. Cor. 6. d; Epheſ. 5. g; 27. q. 2. c. l. diuinæ. de diuort. cap. gaudemus. & de bigamis c. debitũ. 30. q. 4. c. 1. de pe. diſ. 1. c. ſapiens. & c. ſeduce.)

c Dixitque Adam: hoc nunc os ex oſſibus meis. *Hic conſequenter deſcribitur viri & mulieris coniunctio matrimonialis. vnde dixit:* Dixitque Adam: Hoc nunc os &c. *Ex quo patet Adam cognouiſſe ſupernaturaliter formationem mulieris de coſta ſua, quia non viderat hanc formationem.*

d Et caro de carne mea. *Quia illa coſta de qua formata eſt mulier, non fuit ſublata de Adam nuda, ſed cum aliqua carne.*

(*Virago.*) e Hæc vocabitur virago. Quia de viro ſumpta eſt. *Iſta eſt locutio impropria: quia Virago non ſignat mulierem de viro ſumptam, vel deriuatam, ſed magis mulierem viriliter agentem. & ideo magis proprie diceretur Vira, ſi ſermo latinus pateretur.* (*Vira. Iſſa.*) *Iſta autem deriuatio magis apparet in hebræo vbi dicitur:* אשה *iſſa, id eſt mulier: quod nomen deriuatur ab* איש *is, quod ſignat virum.*

f Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem &c. *Non quantum ad dilectionem, quia filius non poteſt denegare parentes, ſed quantum ad cohabitationem, quia filius cum eſt vxoratus ſtatim eſt emãcipatus & habet prouidere ſibi & vxori & familiæ.*

g Et erunt duo in carne vna. *Quia maſculus & fœmina coniunguntur ad vnam carnem prolis procreandam. Aliter exponitur:* Quamobrem &c. *Excludendo per hoc patrem & matrem à copula matrimoniali, quia iſtud nunquam fuit licitum, ſed eſt contra dictamen rectæ rationis, quia eſt contra reuerentiam parentalem. Aliæ autem perſonæ quantumcunq; propinquæ conſanguinitate fuerunt, licitè poterant copulari matrimonialiter in principo, vt frater & ſoror de pueris Adæ & Euæ.*

h Erat autem &c. *Secundum Ioſephum hoc erat ex ſimplicitate, vel carentia ſcientiæ in primis parentibus, ſicut contingit in pueris carentibus vſu rationis, qui non erubeſcunt ex ſua nuditate: ſed hoc eſt ſupra improbatum, quia homo à ſua formatione fuit perfectus in ſcientia; & ideo dicendum quod iſtud contingebat ex conditione ſtatus innocentiæ, quia nullus motus inordinatus poterat contingere in membris genitalibus, nec inhoneſtas in alijs partibus durante illo ſtatu, & ideo nuditas quarumcunq; partium corporis non erat cauſa erubeſcentię.* (*Cauſa erubeſcentiæ.*)



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Geneſis c. 2. vbi dicitur in poſtilla: Aliter exponitur prout requies ponitur pro completione deſiderij &c.

E

ADDITIO I.

*Quæſtio.* ¶ *Circa hanc expoſitionem vlterius quærendum eſt: Cum Deus ab æterno in ſeipſo requieſcit, eo quòd ipſe ſibi ſufficit et implet deſiderium ſuum, quomodo ergo ſcriptura dicit, Requieuit in die ſeptima? Talis enim requies ab æterno competit Deo. Ad quod dicendum ſecundum Thomam, quòd quamuis ab æterno requieuerit in ſeipſo Deus: tamen quòd poſt opera condita in ſeipſo requieuerit, hoc pertinet ad ſeptimam diem, & hoc eſt ab operibus requieſcere. Ad quod allegat Aug. ſuper Geneſ. ad literam.*

In 1. par. q. 73. ar. 2. in corp.

In eo. c. 2. vbi dicitur in poſtilla: Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum &c.

ADDITIO II.

¶ *Quod benedictio & ſanctificatio diei ſeptimæ intelligatur ſecundum applicationem ad diuina obſequia. hoc non pertinet ad literalem ſenſum, ſed myſticam expoſitionem. vnde Magiſter. Illum autem diem ſanctificaſſe & benedixiſſe dicitur, quia myſtica præ cæteris benedictione & ſanctificatione dotauit eum. Vnde in lege dicitur: Memento ſanctificare diem ſabbati, Hæc ille. Si enim ex ſenſu literali huiuſmodi ſanctificationis & benedictionis habetur, quòd homo die ſeptimo deberet ceſſare ab operibus terrenis &c. ſequeretur quòd ſancti Patriarchæ fuiſſent obligati ad obſeruationem ſabbati, quod minimè reperitur ante legem. Vnde literaliter intelligitur benedictio ſabbati: per hoc quòd benedictio ad multiplicationem pertinet. vnde creaturis quas Deus benedixit dictum eſt: Creſcite & multiplicamini. multiplicatio autem rerum fit per adminiſtrationem creaturæ, ſecundum quam ex ſimilibus ſimilia generantur: quæ quidem adminiſtratio incipit à ſeptimo die: ſanctificatio etiam competit ſeptimo diei: inquantum res conditæ & multiplicatæ in Deo requieſcunt, vnde & res Deo dicatæ, ſanctæ dicuntur, vt in poſtilla &c.*

In 2. diſt. 15.

2. Metheo. In eo. c. 2. vbi dicitur in poſtilla. Philoſ. etiam dicit &c.

ADDITIO III.

¶ *Sequentes opinionem Ariſt. poſſunt concedere, quòd inter duos tropicos ſit regio habitabilis & temperatiſſima: per quod in illa regione ſit aliqua pars alta & montuoſa intantum quòd reflexiones radiorum ſolis non attingunt ad illum locum cum exceſſu caloris, ſed temperatè, eo modo quo contingit in aliquibus partibus climatum calidorum, vbi aliqui montes alti tantam attingunt frigiditatem, quòd ibidem niues generantur, & etiam durant per magnum tempus anni, vt patet per experientiam: vnde etiam ſecundum opinionem Philoſophi concedi poteſt quòd paradiſus terreſtris ſit in Orientali plaga ſub æquinoctio modo prædicto. &c.*

F

In eo. c. 2. vbi dicitur in poſtilla: Vt operaretur & cuſtodiret; referatur ad Deum.

ADDITIO IIII.

¶ *Iſte modus expoſitionis non habet locum ſecundum hebraicam veritatem. In hebræo enim in hoc loco habetur vt operaretur & cuſtodiret illam, in fœminino genere; non illum, in maſculino: vnde oportet, vt referatur ad paradiſum, qui ſub nomine hortus dicitur. Hortus autem in hebræo eſt communis generis, quia quandoque in maſculino, quandoque in fœminino nominatur.*

*Hortus communis generis ſecundum hebræos.*

In eo. c. 2. vbi dicitur in poſtilla: Formationem mulieris &c.

ADDITIO V.

¶ *Hæc ratio Ra. Sa. & ſi contineat aliquid veritatis, eſt tamen impropria, ſeu impertinens ad propoſitum: non enim pertinet ad ſacram ſcripturam dicere an fœmina ſit groſſior in partibus inferioribus an non: nec ex hoc ſequitur aliquid pertinens ad mores: ſed in hoc poſſet aliter dici, & fortè melius & magis ad propoſitum. Ad quod ſciendum quòd in rerum primordijs ſcriptura triplici modo denominat productionem hominis. Vno ſcilicet modo per hoc verbum formauit. ſicut cum dicitur Geneſ. Formauit Deus hominem de limo terræ. Alio modo per hoc verbum genuit, ſicut cum dicitur Geneſ. Quod Adam genuit Seth: Alio modo per hoc verbum ædificauit, ſicut cum dicitur hic, Aedificauit dominus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem. Primo autem modo productio hominis, ſpecialiter quantum ad corpus, facta eſt per quandam tranſmutationem quaſi naturalem, ſecundum quam res producta non habet identitatem ſpecificam cum re ex qua producitur; imò eſt ibi oppoſitio, cum ex non tali fiat tale: vt in primo Phyſicorum. & ideo talis productio propriè nominatur formatio, eo quòd perficitur per nouam formam de nouo aduenientem; & ideo de tali productione dicitur, Formauit Deus hominem de limo terræ. Secundo vero modo productio hominis facta eſt per generationem naturalem, ſecundum quam res aliqua generat ſibi ſimilem ſecundum ſpeciem, vt cum ignis generat ignem: & in tali productione communiter inter generantem & generatum eſt identitas ſpecifica, ſecundum quam dicitur, quòd Adam genuit Seth ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Tertio verò modo productio hominis facta eſt quodammodo per modum ædificationis, ſecundum quam manet aliqualis identitas quaſi indiuidualis, inter ædificatum & id de quo ędificatur, cum enim domus fit ex ligno, vel lapidibus, non ſolum remanent in domo ligna, ſeu lapides eiuſdem ſpeciei cum lignis, & lapidib. ex quib. domus fuit ædificata; ſed etiam ligna vel lapides remanent in domo ædificata eadem quæ prius indiuidualiter erant, ſecundum quem modum quodammodo facta fuit mulier de coſta Adæ. Non enim fuit facta primo modo, ita vt non remaneret identitas ſpecifica inter ipſam & Adam, vt eſt manifeſtum. Nec etiam ſecundo modo, ſic ſcilicet, vt remaneret inter eos identitas ſpecifica tantum, ſed tertio modo, ſcilicet, vt inter eos etiam remaneret quodammodo quaſi identitas indiuidualis, ſicut inter ligna ex quibus domus ædificatur, & ligna, quæ ſunt in domo iam ædificata, remanet identitas indiuidualis: & hoc clare innuit litera cum dicit: Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſib. meis, & caro de carne mea, quia ſine omni extrinſeco additamento per diuinam potentiam, coſta in ſemetipſa multiplicata, mulieris corpus factum fuiſſe dicitur, vt magis videtur velle Magiſter, ſiue per additionem factam ad materiam præexiſtentem coſtæ, prout videtur velle ſupra in prima parte. & coſta de Adam ſubtracta remanſit eadem indiuidualiter in productione corporis mulieris. Similiter & caro quæ etiã cum coſta fuit de corpore Adæ ſublata, vt Magiſter ponit in hiſtoriis ſcholaſticis. & ideo ſecundum iſtum modum productionis dicitur ædificare non formare, ſeu generare, quia habet ſimilitudinem cum ędificatio ratione iam dicta: ſecundum quod denotatur maiorem identitatem eſſe inter virum & vxorem, quàm inter patrem, ſeu matrem cum filio, ſic maior eſt identitas indiuidualis quàm ſpecifica. De quo poteſt etiam intelligi illud: Relinquet homo patrem & matrem & adherebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna, quaſi dicat, Rationabile eſt, vt homo relinquat patrem & matrem quantum ad domeſticam conuerſationem, & alia huiuſmodi. & adhereat vxori in eiſdem: eo quòd inter virum & vxorem eſt quodammodo identitas indiuidualis, quia ſunt duo in carne vna, non autem inter filium & patrem, ſeu matrem. Hoc etiam ſonant verba Apoſtoli ad Epheſ. dicentis, Iam non ſunt duo ſed vna caro. Iſta tamen intelligantur non excludendo alias Sanctorum expoſitiones. Conſonat etiam expoſitio myſterio Chriſti & eccleſię, quod in hoc ſacramento, ſcilicet matrimonij figuratur: iuxta illud ad Epheſ. Sacramentum magnum inter Chriſtum & eccleſiam. Nam corpus Chriſti myſticum, licet multa contineat ſuppoſita, vnum tamen eſt quodammodo indiuidualiter, cuius compoſitio etiam ędificatio dicitur: iuxta illud Matth. Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.*

G

*Productio hominis triplex.* Geneſ. 2. Geneſ. 4.

2. ſent. diſt. 17.

H

Epheſ. 5.

Matth. 16.

## CORRECTORIVM MAGISTRI MATHIÆ CONTRA BVRGEN.

IN Secundo capitulo vbi Poſtillator exponit benedictionem ſeptimæ diei per applicationem ad diuina &c. Burgenſis dicit illam applicationem ad ſenſum literalem non pertinere, ſed ad myſticam expoſitionem: ad quod probandum adducit Magiſtrum dicentem, Illum diem Deus ſanctificaſſe & benedixiſſe dicitur: quia myſtica præ cæteris benedictione & ſanctificatione dotauit illum, vnde in lege dicitur: Memento ſanctificare diem ſabbati. Sed conſideranti dictum Magiſtri clarum fit, quòd Burgen. non probat per ipſum quod intendit, nam Magiſter non dicit myſticam eſſe ſeptimæ diei expoſitionem, ſed eſſe myſticam eius benedictionem, i. diuinam. Myſticum enim ſecundum Britonem uno modo dr̃ diuinũ, & ſic nihil ad propoſitũ Burg. Extra propoſitũ etiã eſt qd̃ addit Burg. arguendo ſic: Si ex ſenſu literali huius ſanctificationis habet quod homo die ſeptimo deberet ceſſare ab operibus terrenis, ſequitur quòd ſancti Patriarchę fuiſſent ad obſeruationem ſabbati obligati, quod non reperitur ante legem. Hic dico, quòd Burgenſis nolit poſtillatorem intelligere, quoniam benedictionem ſeptimæ diei ad literam non exponit de ſabbato iudaico & cerimoniali, ſed morali qualiter pertinet ad decalogum, & ita implicitè obligabat ante legem & poſt; ſcilicet in conſideratione creaturæ nõ requieſcendũ; ſed regrediendũ in opificem, & ibi ſiſtere contemplationem: vt ſic ſex dies pertineant ad vſum, ſeptima ad fruitionem cui competit benedictio myſtica, id eſt, diuina. Nec videtur valere literalis expoſitio quam Burgenſis prætendit. Ait enim quod litteraliter benedictio ſabbati ad multiplicationem pertinet; vnde creaturis quas Deus benedixit dictum eſt: Creſcite & multiplicamini. Si enim hęc con gruentia Burgenſis valeret. tunc omnia contenta ſub creaturarum benedictione ad ſabbatum viderentur pertinere, quod eſt falſum, quia omnia ad vſum creatarum rerum extenduntur. Dicit enim Deus benedicẽdo hominiprimo huius: Creſcite & multiplicamini & replete terram, & ſubijcite eã: Dominamini piſcib. maris &c. quæ omnia ad vſum rerum pertinent: & à benedictione ſabbati diſtrahere videntur. Nec video ſi Burgen. voluerit ad literam intelligi ſabbatum, quomodo non coget Chriſtianos in ſabbati obſeruãtia iudaizare, cum ad decalogi teneantur obſeruationem. Poſt huiuſmodi igitur deuiam Burg. intentionem, poſtillator concludit dicens: Sanctificatio competit ſeptimæ diei, inquantum res conditæ &

In 2. ſent. diſt. 15.

*Myſticum.*



tæ & multiplicatæ in Deo requieſcunt. Item in eod. c. vbi poſtillator dicit de ſitu paradiſi in oriente, allegat Ariſtot. qui dicit inter tropicos non eſſe regionem habitabilẽ, igitur ibi non eſt paradiſus ſequẽdo Ariſtotelem. Burgen. autẽ ſomniando neſcio quid dicit, quòd ſequendo Ariſto. ponit poteſt paradiſus inter tropicos. Sequitur. n. Inter tropicos non eſt regio habitabilis ſecundum Ariſto. ergo paradiſus non erit habitabilis, ſi inter tropicos poſitus fuerit. Et ſic ex oppoſito conſequentis contradicitur Ariſto. & inconuenienter dicitur ſequendo eum: quia ſequitur. Si paradiſus eſt habitabilis, & paradiſus eſt inter tropicos, ergo inter tropicos eſt locus ſeu regio habitabilis, quod eſt oppoſitum dicti Ariſtotelis. Item in eodem ca. vbi poſtillator exponit formationem mulieris per quandam congruentiam ſumptam à Ra. Sa. Burgen. ſignificans Ra. Sa. bene dixiſſe, dicit ſe melius dicere velle, quare videlicet formatio illa exprimitur per ædificationem, diſtinguens tres modos circa rerum productiones in principio, tribus terminis expreſſos, ſcilicet per formare, per generare, & per ædificare. Formare dicitur propriè in his in quibus res producta non habet idẽtitatem ſpecificã cum re ex qua producitur: imo eſt inter eas quædam oppoſitio: quia ex non tali fit tale; & ſic vbi forma apponitur materię, formatio dicitur. Sed videtur. Burgen. fruſtra laborare, quia ſecundum eum ædificatio coſtæ in mulierẽ non differt à formatione, eo quòd mulier producta non habet identitatem ſpecificam cum coſta ex qua producitur; Patet, quia non continentur ſub eodem genere immediato. Eſt enim mulier animal, quod de coſta dicere nõ eſt verũ, niſi in obliquo. Inter mulierem etiam productam & coſtam ex qua eſt, eſt oppoſitio ſicut in formatione, quia ex non muliere fit mulier. Coſtæ etiam in formatione mulieris forma apponitur quaſi materiæ, ex quo verè igitur formatio dicitur, nec ſecundum eius rationes à Burgen. poſitas differt ab ædificatione mulieris: Sed cum addit Burgen. quòd productio hominis dicitur ædificatio, ſicut quando inter productum & illud ex quo producitur remanet identitas quaſi indiuidualis: & exemplificat de lignis, & lapidibus in ędificio, illud non videtur verum: quia domus ædificata & ligna & lapides, non habent identitatem indiuidualem, eo quòd non habent aliqui ſpeciem eis communẽ. Ligni enim indiuiduum non eſt indiuiduum domus, nec è conuerſo: ſed ſunt non ſolum indiuidualiter, ſed etiam ſpecificè & eſſentialiter diſtincti, quod patet per poſſibilitatem ſeparationis partium ſingularium. Nec ſequitur, lignum ante ædificium & in ædificio eſt vnum & idẽ indiuidualiter: igitur eſt idem indiuidualiter cum ædificio: ſed ſequitur bene: igitur eſt vnum & idem indiuidualiter in ædificio: ſed tunc imaginatio Burgen. nihil eſt ad propoſitum: Nam coſta vnde mulier facta eſt, non manſit in Eua indiuiduum coſtæ, vt patet, ſiue ponatur in ſe multiplicata ſiue aliunde aucta: vnde & ſi verum ſit dicere, quòd coſta fuit materia ex qua mulier fuit producta, non tamen verum eſt, quòd tota materia mulieris factæ ſit indiuiduum coſtæ. Nec verum eſt quòd coſta illa & caro in Adam ſuppleta, ſit indiuidualiter vna in Adam & Eua, vt ex identitate tali magis propriè & literaliter productio mulieris dicatur ædificatio, quàm formatio. Certum enim eſt Deum coſtæ ſicut & limo terræ nouã formam attribuiſſe: & ſic ædificatio à formatione non videtur differre. Ideo doctores tractantes hanc materiam, ſæpe verbo formationis vtuntur pro verbo ædificationis dicentes, Sicut mulier formata eſt de latere viri dormientis, ita eccleſia de latere Chriſti morientis: & puto ad figuram illius dictum: Ędificauit coſtam in mulierem, & ſic & eccleſia ex latere Chriſti virtute paſſionis per ſacramẽtorũ vſum conſtruitur & ædificatur. Omnis. n. productio diuina materiam aſſumens, ſicut limum in productione viri, coſtam in productione mulieris &c. non ideo eſt vt egeat, quia potuit, ſicut et cœlũ & terram, ex nihilo producere vtraſque, ſed ad aliquid ſignificandum. Productio. n. viri ex limo ſignificatiua eſt, vt ſicut puluis eſt ex origine, ita in puluerem reuertatur in fine. Ædificatio verò coſtæ quid ſignificet, vide Apoſtolum. Cuius allegatum ad literam oportet accipere, vt inde poſſit ſumi efficax argumentum, ſicut idem Burgen. dicit in quæſtione præambula. Non oportet igitur Burgen. tantam digreſſionẽ facere de iſto termino, ædificare; nec ſua diſtinctio valet de proprietate ſermonis nõ enim Deus propriè generauit cœlum & terram, cum non ſint generabilia, & tamẽ dicitur: Hæ ſunt generationes cœli & terræ. Vtitur enim ſcriptura tranſumptiue vno pro alio, aliquando exprimẽs creationem per producere, aliquando per facere, aliquando per plantare, ædificare, generare &c. Sed quia ſecundum Ariſt. Oẽs transferentes ſecũdũ aliquã ſimilitudinẽ transferunt, põt idcircò rationi Ra. Sa. talis congruentia aſſignari, vt limus in virum dicatur formari ratione prædicta; ſed coſta in mulierẽ ędificari ad inſtar domus, quæ ſecundũ Ariſtotelem ſit vt nos defendat ab incõmodis, imbribus, caumatib. &c. ita mulier conſtructa eſt vt ſit domus & receptaculũ naturaliſſimi effectus naturę. ſ. generationis, in quo præteruertur ab incommodis, fouentur nutrimentis &c. Hæc congruẽtia videtur ſundari circa finem. Eccleſ. vbi mulierem dicit ornamentum domus, columnas aureas ſuper baſes argenteas, fundamenta æterna ſuper petram ſolidam. Ex quibus patet inſtitutionem mulieris merito exprimi per ædificationem, quia eſt domus naturæ.

A

In 2. Meth.

Super Geneſ. c. 3.

B

C

Gen. 3. c. Ephe. 5. c.

Gen. 2. c.

Eccle. 26. c

D

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. III.

SED & Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus. *Aug.* Alij: prudentiſſimus, tráſlatiuè dictum. Quidam codices habent ſapientiſſimus, non propriè, ſicut in bono ſolet accipi ſapientia Dei, vel angelorum, vel animæ rationalis; ſed ſicut apes, vel formicas dicimus ſapiẽtes, propter opera ſapientiam imitantia: quamuis ſerpens non rationali anima, ſed ſpiritu diabolico poſſit ſapientiſſimus dici, quia mali angeli ſuperbia deiecti, natura ſunt excellentiores omnibus beſtijs propter eminentiam rationis. Non ergo mirũ, ſi diabolus ſpiritu ſuo implens ſerpẽtem, ſicut vates implebat, ſapientiſſimum reddiderat omnium beſtiarum, ſecundum animam viuam, & irrationalem viuentium. Ita tñ ſapientia dr̃ in malo, ſicut aſtutia in bono, cum latinè ſapientes propriè in bono accipiant: aſtuti verò malè cordati. Nec putandum eſt, quòd diabolus ſerpẽtẽ per quẽ tentaret elegeret, ſed cũ decipere cuperet, non potuit, niſi per quod aial poſſe permitteret. Nocendi. n. voluntas ineſt cuiq; à ſe, ſed poteſtas à Deo. *Strabus. Sed ſerpens &c.* Sic diabolus loquebatur per ſerpentem ignorantẽ, ſicut per energuminos, vel phanaticos: Quem cũq; n. arripit, ab eo intellectũ, & rõnem tollit. Spũs vero bonus quoſcun que gratia repleuerit, videntes & intelligẽtes facit; vnde ſpũs ꝓphetarũ ſubiectus eſt prophetis. a Qui dixit

Lib. 11. de Gen. ad lit. ca. 10. 3.

*Quomodo ſerpens ſapiens.*

Cap. III.

a ¶ Allegoria, diabolus vel hereticus error.

SED & Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus.

a ¶ Quia plenus dæmonio. ¶ Quia filij tenebrarum ſapientiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. ¶ Hieron. In Hebræo habetur arum, quod Theodotion & Aquila nequã vel verſipellem interpretati ſunt.

ערום arum.

## NICO. DE LYRA. CAP. III.

SED & ſerpens. *Poſtquàm deſcripſit hominis formationem, & ſtatum; hic conſequenter deſcribit eius tranſgreſſionem ſiue caſum. & primò deſcribitur tranſgreſſio culpæ. ſecundò inflictio pœnæ, ibi: Et aperti ſunt oculi. tertiò tranſfuſio miſeriæ, ibi: Et vocauit. Circa primũ deſcribitur conditio tẽtatoris. Secundò proceſſus tẽtationis, ibi; Qui dixit. Tertiò actus tranſgreſſionis ibi: vidit igitur. Circa primum conſiderandum, quòd forſitan alicui non videretur eſſe conueniens, quòd Deus hominem tentari permiſiſſet, maximè cum ſciret eum caſurum eſſe. Ad quod dicendum, quòd ſicut Aug. dicit: Deus ſic res quas condidit adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat: & ideo iuſtum & rationabile fuit, vt hominem dimitteret vti libertate arbitrij ſui: ſecundum quod dicitur. Deus à principio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui, & ſicut voluit ipſum per bonos angelos ad bonum incitari, ita permitteret eum à malis angelis tentari, maximè cum pro ſtatu illo poſſet facilè tentationem ſuperare. vnde dicit Aug. Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuiſſe hominem, ſi propterea poſſet bene viuere, quia nullus male viuere ſuaderet. Conſiderandum etiam, quòd tempore innocentiæ diabolus non habebat poteſtatem tentandi hominem interius mouendo, vtpote appetitum ſenſibilem motu illicito excitando, nec per motum phantaſiæ intellectui aliquod illicitum proponendo: quia in viribus inferioribus nihil inordinatum contingere poterat, niſi prius deordinata ratione. & ideo hominem tentare non poterat, niſi exterius proponendo ſenſui, & ideo in ſpecie ſenſibili apparuit ad tentandum. Quòd autem ad hoc ſerpentem intrauit, non fuit ex dæmonis electione, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quæ non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie gratioſa & nobili, per quã poſſet facilius decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia dæmonis citius poterat deprehendi. Aliqui tamen dicunt, quòd ille ſerpens habebat faciem graciosam & virgineã; ſed hoc de ſcriptura nullam habet auctoritatem, & ideo primum melius videtur. Dicit igitur.*

a Sed & ſerpens erat callidior, cunct. &c. *Iſta calliditas principaliter referenda eſt ad dæmonem, qui in ſerpente apparebat; ad ſerpentem autem*

Super Geneſ. ad litt. lib. 5. 20. 3. Eccleſ. 15. c.

Lib. 11. ſuper Geneſ. ad lit. to. 3.

Homo nõ tentatur inte. rius.

*Moraliter.* a *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus, quæ fecerat dominus Deus.* Per ſerpentem intelligitur diabolus, qui in ſerpente loquebatur: & benè dicitur callidior. De cuius calliditate dicit Leo Papa in ſermone de Circunciſione: Omnium ventilat curas, diſcutit conſuetudines, animos ſcrutatur, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi quem viderit ſtudioſius occupari. Propter quod mulierem, id eſt appetitum ſenſitiuum fragilem, incitat ad malum per ſuggeſtionem & delectationem ſequentem, & ipſa delectata virũ, id eſt rationem attrahit ad conſenſum, & conſequenter ad operationem vſque ad peccati mortalis conſumationem. Sequitur:

b Cumq; co-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a. *Qui dixit ad mulierē. Aug.* Inexcuſabilis eſt preuaricatio mulieris, quia memor erat precepti Dei. Obliuio tamen vnius præcepti, & tā neceſſarij culpa eſſet negligentiæ dānabilis. Inde aūt maior trāſgreſſio quia memor p̄cepti erat, & Deus in illo tāquā pn̄s contēnit. Talē inquiunt faceret hoīem, qui nollet oīno peccare. Cōcedim⁹ melio rē naturā eſſe, quæ oīno peccare nollet. Concedāt nō eſſe malā que talis facta eſt, q̄ poſſet non peccare ſi vellet, & iuſtè punitā, q̄ volūtate nō neceſſitate peccauit. Cum ergo hęc bona ſit, illa melior, cur nō vtranq; feceret, vt vberius laudaret̄ de vtraq;? Illa enim i ſanctis angelis, hęc de ſanctis hoīb. eſt. Quis aūt ſan⁹ dicat φ meli⁹ nō crearet quē p̄ſciebat ex alteri⁹ iniquitate corrigi, q̄ quē pręſciebat pro ſua iniqtate damnari? Hoc eſt dicere: Melius eſt nō eſſe q̄ alteri⁹ malo miſericorditer bn̄ vtendo coronet̄, q̄ eſſe malū, q̄ p̄ ſuo malo iuſtè puniatur.

*De Geneſ. ad litt. lib. 11. c. 29. t. 5. Mulieris præuaricatio inexcuſabilis.*

*Serpens ſeducit mulierem.*

*Aug.* Sic aūt mouent̄ quidā, φ Deus Adā tentari p̄miſerit, quaſi nō videāt oēs diaboli inſidijs quotidie tentari, qđ Deus p̄mittit: fortè quia p̄bat̄ & exercet̄ virt , & eſt glorioſius nō cōſenſiſſe, q̄ tentari non potuiſſe, cū ēt cōſentientes p̄beant exēplū iuſtis cupiditatē deuitandi, & tumorē ſuperbiēdi. Fruſtra ergo dr̄: Nō crearet Deus quos pręſciebat malos futuros. Sciebat. n. bonis p̄futuros, & iuſtè pro mala voluntate puniēdos. Dicit aliqs, Si Deus vellet, & iſti boni eſſent. Sed melius voluit, vt quod vellēt, eſſent. Sed boni non infructuoſè, mali aūt impunè non eſſent, & eo ipſo vtiles eſſent. Sed p̄ſciebat φ eorū futura eſſet mala volūtas. Præſcia ſane, qa & falli non pōt eius præſentia, nō ideo ipſius, ſed illorū eſt. Cur ergo creauit quos tales futuros eſſet p̄ſciebat? Quia præuidit qđ boni de malis eorū eſſet facturus. Sic. n. fecit eos, vt relinqueret eis vnde aliqd facerēt. & ſi culpabiliter aliqd facerēt, illū de ſe laudabiliter operantē inuenirēt. A ſe habēt volūtatē malā, ab illo naturā bonā, & iuſtā pœnā, & ſibi debitū locū. Alij exercitationis adminiculū, & timoris exēplum. Poſſet, inqunt, voluntatē eorū vertere in bonū; qa o-

*De Geneſ. ad litt. lib. 11. c. 3. to. 3. Quare Deus permiſit Adam tentari.*

*† 2. Cor. 6. diſt. ſed penſandum.*

Ro. 12. a

F ps, poſſet. cur nō fecit? qa noluit. Cur noluit? ipſe nouit. Nō debemus plus ſapere q̄ oportet. Puto aūt nō parui boni eſſe rationalē creaturā, que malorū cōparatione cauet malū: qđ genus bonę creaturę nō eſſet, ſi Deus oēs voluntates in bonum verteret, & nulli iniqtati penam infligeret, & eſſet ſolum genus, quod nulla peccati & ſupplicij cōparatione proficeret. Prouidet bonos & malos futuros, & creat: ſeipſum ad fruendum præſtans bonis, multa etiam largiens malis.

*b Cur præcepit &c. Stra.* Ideo callidus hoſtis interrogat hoc, & mandatū Dei memorat, ne cū peccauerit, excuſationem habeat quaſi oblita. *Gregor. Cur præcepit &c.* Idem quotidie agit hoſtis humani generis, verba Dei de cordib. hoim molitur euellere, & minas leuiare: & ad credendū qđ falsò promittit inuitat. Inuitat. n. ad t̄palia; vt leuiet φ Deus minetur æterna ſupplicia. Spondens ſiquidē gloriā præſentis vitę, dicit: Guſtate & eritis ſicut dij & t̄palē cōcupiſcentiā tāgite. & in hoc mundo ſublimes apparete. & cū timorē diuinæ ſn̄iæ conat̄ amouere, quodāmodo dicit: Cur præcepit vo. Deus.

*Gregor. in mor. li. 24. to. 2.*

vt ſup. c. 3.

*Aug.* Quæritur. Cur Deus hoiem tētari p̄miſerit, quē decipiendū eſſe præſcierit? Sed nō eſſet laudabile homini ſi bene viuere poſſet, quia nemo male viuere ſuaderet, cū in natura poſſe, & in poteſtate haberet velle non cōſentire, Deo iuuan-

a ¶ Non Chriſtum ſed Chriſtianum fallit diabolus vel hæreticus. b ¶ Ale. quaſi cur fugitis ſcientiam latentem? Noua exquirite, maliq; bonique ſcientiam penetrate. vnde Prouer. 9. d. Aquę furtiuę dulciores ſunt.

a b Qui dixit [a] ad mulierē. [1] C[b]ur præcepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpōdit mulier: De fructu lignorum quæ ſunt in paradiſo ueſcimur, de [c] fructu uerò ligni, quod eſt in medio paradiſi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tāgeremus illud, ne forte moriamur; [d e] Dixit au-

a ¶ Immortalitatem promittunt hæretici.

tē ſerpens ad mulierē: † N[a]equaquā [f]

a ¶ Hæretici diuinitatis meritum profitentur, & ſcientiæ promiſſione decipiunt, & ſimplices reprehendunt.

morte moriemini. Scit[a] ēm de⁹, φ in [g]

a ¶ Oculos cordis vult claudere, vt carnales aperiat.

quocūq; die comederitis ex eo [a] ape-

iuuāte. Rectè ergo tētari fuit permiſſus, q̄ facturus erat propria volūtate aliquid per culpā, & ordinandus Dei æquitate p̄ pęnā; vt oſtenderet aīe ſuperbæ ad eruditionem futurorū, quàm rectè vteretur animarum malis volūtatibus, cum illæ bonis naturis peruerſè vterentur. Quidam alienare conātur naturā diaboli à creatura Dei, & alterū dare ei principiū ꝯ Deum, qui non intelligunt oē quod eſt bonū eſſe, & ab alio eſſe nō poſſe, malā volūtatem inordinate moueri, bona inferiora ſuperioribus præponendo. Qua p̄tāte rōnalis creaturæ ſp̄ūs delectatus, tumuit & cecidit, & inuidia tabeſcit. In quo tn̄ bonū eſt, φ viuit & viuificat corpus, ſiue aeriū vt diaboli, ſiue terrenū, vt hoīs. *Augu.* Nec putandū φ homo deijceret̄, niſi præceſſiſſet in eo q̄dā elatio comprimenda, vt per humilitatē peccati ſciret, φ falſo de ſe præſumpſerit, & φ nō bene ſe habet natura, ſi à faciente receſſerit. Commēdatur. n. quale bonum Deus ſit, qn̄ nulli bene eſt ab ipſo recedere. Hæc q̄ſtio de beata vita, vtrū habuit eam (cū incertū ſit an ſit permanſura, an ſuccedat miſeria) poteſt de primo homine fieri? Si. n. peccati, & pœnæ præſcius erat beatus eſſe nō poterat: ergo in paradiſo beatus nō erat. Si. n. p̄ſcius nō erat, p̄ hāc ignorātiā beatitudinis incertus, qm̄o vere beatus? Si falſa ſpe cert⁹ qm̄o nō ſtultus? Sed hoīs in aiali corpore cōſtituti cui obediēti dandū erat conſortiū angelorū, & mutatio corporis ex aiali in ſp̄ūale, poſſumus quodāmodo intelligere beatam vitam, etiam ſi non erat præſcius futuri peccati, ſicut nec illi de quibus dicitur. Gal. Vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis &c. beati erant quia ſpirituales erant, non corpore, ſed iuſtitia quanto magis autem beatus erat homo ante peccatum, quāuis incertus ſui caſus? Qui gaudebat de pręmio futuræ mutationis, ſic vt nulla eſſet tribulatio, cui patiētia militaret. Quāuis. n. nō vana præſumpione de incerto certus velut ſtultus, ſed ſpe nō infidelis beatus eſſe poterat, minus q̄ in vita ſanctorū angelorū. Non fruſtra putari pōt ab initio t̄pis diabolū cecidiſſe, nec cū ſanctis angelis pacatū aliqn̄ vixiſſe & beatū, ſed mox apoſtataſſe. vn̄ Ioā. Ille homicida erat ab initio. In veritate nō ſtetit. vt intelligamus, qa in veritate nō ſtetit, ex quo creatus eſt, q̄ ſtaret, ſi voluiſſet. Qm̄o enim beatus inter angelos fuit, q̄ futuri peccati atq; ſupplicij præſcius nō fuit? Quæritur aūt cur non fuerit? Neque. n. ſancti angeli beatitudinis ſuæ æternæ ſunt inſcij, neq; æternæ vitę ſunt certi. Fortè Deus diabolo reuelare noluit, quid facturus vel paſſurus eſſet: cæteris verò reuelare voluit, quia in veritate manſuri. Sed hic nō æqualiter beatus. imo non plene beatus quia pleni beati de batitudine certi. Sed qualiter diſcernebatur à ceteris, vt Deus ei quæ ad ipſum p̄tinerent non reuelaret. cū non prius vltor quàm peccator? Non enim dānat innocētes, an de alio genere angelorū ſint, quibus non dedit Deus præſcientiā de ſeipſo? Qm̄o aūt beati eſſe poſſint, quibus eſt incerta ſuo beatitudo? Quidam. n. ſenſerūt non fuiſſe diabolū in illa ſublimi natura angelorū, quę ſupercęleſtis eſt, ſed eorum qui inferius in mūdo facti ſunt, per officia diſtributi. Tales enim fortaſſe poſſet aliquid illicitū delectare, quā delectationē ſi peccare noluiſſent, libero arbitrio cohiberent. Sicut homo maximè primus, qui peccati pęnam nondum habebat in membris. Hic autem quærendum

G

*Natura diaboli an alia à creatura Dei.*

*1 Cur præcepit. verum ne eſt quod dixit.*

vt ſup. c. 4.

†Eccl. 25. d

*An primus homo habuerit beatam vitam.*

Gal. 6. a

H

Ioan. 8. f

*Quæſtio. an diabolus fuit beatus.*

NICO. DE LYRA.

¶ *autem non refertur niſi inquantum calliditate dæmonis agebatur, ſicut lingua hominis alicuius dicitur erudita, quia prudenter mouetur ab intellectu.*

a Qui dixit ad mulierem. *Hic ponitur conſequenter proceſſus tentationis, in quo primo acceſſit ad mulierem, tāquam facilius deceptibilem, vt per eam conſequenter hominem deciperet, & hoc eſt quod dicitur:* Qui dixit ad mulierem. *Illa verba erant dæmonis, vt principaliter agentis, quia formabantur virtute ipſius dæmonis mouentis linguam ſerpentis ad hoc, ſicut de locutione aſinæ Balaam; niſi quòd ibi lingua aſinæ mouebatur ad loquendum per bonum angelum, lingua autem ſerpentis per malum: neuter tamen intelligebat verba formata, ſed ſolum angeli mouentes linguas eorum ad formationem verborum.*

b Cur præce. vo. &c. *Sicut dictum eſt ſupra ſtante ſtatu innocentiæ non poterat eſſe deordinatio in viribus inferioribus, niſi prius eſſet in ratione: ideo non tentauit primo de comeſtione ligni, ſed de reſtrictione præcepti, dicens:* Cur præcepit. *q. d. iſtud præceptum non fuit conueniens, cum ſitis liberæ conditionis, & ſuperiores omnibus lignis. & per hoc mulier mota quadam elatione inclinata fuit ad præcepti diſplicentiam, & vlterius ad dubitationem de pœna mortis comminata. & hoc patet ex eius reſponſione cum ſubditur,*

c De fructu &c *Iſtud vltimum addit mulier de ſuo. Non enim Deus prohibuerat ligni tactum, ſed tantum guſtum. & ideo iſtud addidit mulier ex diſplicentia præcepti, quia ille cui diſplicet præceptum impoſitum in referendo illud libenter aggrauat. Aliqui verò dicunt, quod etiam tactus ligni erat eis prohibitus, vt magis elongarentur à guſtu. Sed quia hoc non habetur ex litera vel eius circunſtantia, prima expoſitio melior videtur: & quia ad diſplicentiam præcepti quod reputatur indebitum, ſequitur dubitatio de pœna impoſita pro tranſgreſſione. & ideo addidit mulier.*

d Ne fortè moriamur. *Apponens de ſuo, forte, quod eſt aduerbium dubitandi, cum tamen Deus aſſertiuè præcepiſſet, vt ſupra patet.*

e Dixit autem &c. *Videns mulierem iam de morte ſequutura dubitantem ſtatim aſſeruit ipſam non futuram, dicens.*

f Nequaquam mo. &c. *Scilicet ex eſu ligni, & ſubdit cauſam falſam prædictæ inhibitionis dicens.*

g Scit enim Deus, quòd in quocūque. &c. *Per plenitudinem ſciētiæ.*

¶ Et eritis



A rendum eſt, vtrū ab initio ſua poteſtate delectatus diſceſſerit ab illa ſocietate & charitate bonorū angelorū, an in ſancto cętu fuerit aliqn̄ angelorum iuſtus & beatus? Dr̄. n. ideo cecidiſſe, qa inuidit homini facto ad imaginē Dei, ſed inuidia ſeq̄tur ſup̄biā. Inuidendi. n. cā eſt ſuperbia, quæ eſt amor propriæ excellētiæ. Inuidia verò odiū felicitatis alienæ. Qui. n. amat excellentiā, vel parib. inuidet q̄ ęquant̄, vel ſup̄ioribus qb. nō æquat̄, vel inferioribus, ne coęquent̄. Qn̄ autē diabolū ſup̄bia deiecerit, vt naturā ſibi bonā praua voluntate p̄uerteret, ſcriptura nō dicit: ſed ex hac homini inuidiſſe rō oñdit. Dicere aūt de angelis φ in ſuo gn̄e beati eſſe pn̄t, dānationis vel ſalutis incerti, qb. ne ſpes eſſet, φ aliqn̄ in ipſa mutatione in melius certi futuri eſſent, nimia p̄ſumptio eſt: niſi forte dicatur, ita creatos mūdanis miniſterijs diſtributos, vt p̄ rectè geſtis accipiāt vitā beatā, de qua poſſēt eſſe certiſſimi & eius ſpe dici beati; de qb. ſi diabolus cecidit, ſimile eſt ei φ cadūt hoīes à iuſtitia fidei ſup̄bia ſimili. Sed aſſerāt duo gn̄a angelorū q̄ pn̄t, vnū ſuper cęleſtiū, in quo nunq̄ fuit q̄ cecidit, alterū mundanorū, in quo fuit. Mihi aūt vnde aſſerāt, non occurrit. *Aug.* Sed nō fruſtra putādū eſt ab ipſo creaturę exordio. i. ab initio t̄pis vel cōdōnis ſuæ cecidiſſe, & nunq̄ in veritate ſtetiſſe: vnde q̄dē in hāc malitiā libero arbitrio nō eſſe flexū, ſed in hac q̄uis à Deo putāt eſſe creatū, ſ̄m illud. Hoc eſt initiū figmēti Dei qđ fecit Deus, vt illudat̄ ei ab angelis eius. Et alibi: Draco iſte quē formaſti ad il. ei. tanq̄ primo factus ſit malus, inuidus, & diabolus, nō volūtate deprauatus. Sed fecit De⁹ oīa bona valde, q̄uis nō indoctè conent̄ oñdere, nō tm̄ prima cōdōne, ſed ēt nūc, deprauatis tot volūtatibus & auerſis, æque oīa creata ī ſūma bona valde eſſe; nō φ mali ſint boni; ſed nō efficiūt malitia, vt ſub Dei imp̄io ordo vniuerſitatis ī aliquo rūpat̄, cū ēt malis voluntatibus ſint certi limites p̄tātū & pōdera meritorū. Sed qa iniuſtū eſt, vt nullo merito hoc in aliquo Deus dānet qđ creauit, non naturā, ſed volūtatē malā puniēdā eſſe credēdū eſt, nec eius naturā ſign̄atā cū dr̄. Hoc eſt initiū figmenti Dei &c. Sed corpus aeriū, qđ tali volūtati aptauit, vel ipſam ordinationē, in qua eū ēt inuitū fecit vtilē bonis, vel φ pręſciēs malū volūtate futurū, fecit tn̄ eū, p̄uidēs quanta de illo ſua bonitate eſſet

B facturus. Initiū aūt figmēti dr̄, nō φ primitus cōditus, vel in principio malus ꝯditus; ſed cū ſciret eū volūtate malū futurū, vt bonis noceret; creauit eū vt de illo bonis p̄deſſet. Sic. n. illudit̄, cū ſanctis p̄ficit tentatio eius. Iō initiū ad illudendū, quia & mali hoīes quos De⁹ futuros p̄ſciuit vel p̄uidit, creauit tn̄ ad ſanctorū vtilitatē. Sil'r illudit̄ cū p̄ſtat̄ ſanctis eorū comparatione cautela, & ſub Deo humilitas & exercitatio ad tolerandos malos, & p̄batio ad diligendos inimicos. Sed ipſe initiū, qa p̄cedit antiq̄tate & p̄cipatu malitię. Hoc aūt per ſanctos angelos facit, ſicut creatas naturas adminiſtrat, ſubdēs eis angelos malos, vt nō quātū nitunt̄, ſed quantū ſinunt̄ poſſint, ſicut & hoīes malos. Qđ ergo putat̄ diabolus nunq̄ in veritate ſtetiſſe, nunq̄ beatā vitā duxiſſe, ſed ab initio cecidiſſe: nō ſic accipiēdū eſt, vt malus, à bono Deo creatus putet̄, qa ab initio nō cecidiſſe diceret̄. Nō. n. cecidit ſi talis fact⁹ eſt; ſed fact⁹ ſtatī à veritate ſe auertit p̄pria p̄tāte delectat⁹. Beatę ergo vitę dulcedinē nō guſtauit, qm̄ nō acceptā faſtidiuit, ſed nolēdo accipe, amiſit. Sui ergo caſus p̄ſcius eſſe nō potuit, quia ſapiētia pietatis fructus eſt. Cōtinuo aūt cecidit, nō ab eo qđ accepit, ſed qđ acciperet, ſi ſubdi voluiſſet. Quod aūt Eſa. ait: Qm̄o cecidiſti lucifer q̄ ma. orie. &c. & Ezech.

*De Gene. ad litt. lib. 11. c. 23. t. 3. Quod diabolus nunquam in veritate ſtetit.*

Iob. 40.

Pſal. 103.

Mar. 7. g

Eſa. 14. c.

a ¶ Promiſſione altitudinis & ſcientiæ decidit ſimpliciter.

a rientur oculi ueſtri, [a] et eritis ſicut a

a Circumſpiciens ſiquid in eo nociuum uideret.

b dii ſciētes bonum & malum. † Vi[a]- b c

a ¶ Decipitur mulier, i. eſt carnalitas noſtra uerbis ſerpentis, & per illam Adam, i. eſt, ſpiritus.

dit igitur mulier φ b[a]onum eſſet lignum ad ueſcendum, & pulchrum

Ezech. Tu ſignaculū ſimilitudinis &c. Quædā in eū, plura in corp⁹ eius cōueniūt. *Greg.* Primū parētē diabol⁹ trib. modis tētauit; gula, vanagloria, auaritia; & ſuperauit. Gula, cū cibū vetitū comedēdū ſuaſit. Vanagloria, cū dixit, Eritis ſicut dij. Auaritia, cū addidit, ſciētes bonū & malū. Auaritia. n. ēt altitudinis ē, cū ſ̄. modū ſublimitas ambit̄. Vnde, Nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe æqualē Deo. Sed eiſdē modis à ſecūdo vict⁹ eſt hoīe, qb. primū ſe viciſſe gloriabat̄. Reliqua vide infra, Serpēs decepit me. *Greg.* Trib. modis culpa perpetrat̄, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu. Primo p̄ hoſtē. Scdo per carnē. Tertio p̄ ſp̄m. Hoſtis. n. praua ſuggerit, caro ſubijcit ſe delectationi, tādē ſp̄ūs delectationi ꝯſentit. Vn̄ & ſerpēs praua ſuggeſſit. Eua quaſi caro delectatiōi ſe ſubdidit. Adā verò velut ſp̄ūs ſuggeſtione & delectatiōe ſup̄atus, aſſēſit. Suggeſtione ergo p̄ctm̄ agnoſcim⁹, delectatione vicimur, ꝯſēſu ligamur.

*a Eritis ſicut dij &c. Stra.* Artificiali dolo verba cōponit, vt ſi p̄ inobediētiæ contēptū ſubuertere nequiuerit, ſaltē in hoc φ fidē corruperit, & ad idololatriā ſuaſerit victorē ſe gloriet̄. Si autē per inobedientiæ contemptū ſeduxerit, in vtroque victor exiſtat. *Myſticè.* Interrogata mulier rn̄dit, quid pręceptū ſit. At ille, Nō morte mo. Scit. n. d. &c. Patet his verbis p̄ ſuperbiā perſuaſum eſſe peccatū, quia dictū eſt: Eritis ſicut dij. Scit. n. d. &c. vbi notatur tm̄ perſuaſum eſſe, vt ſub Deo nollent eſſe, ſed in propria poteſtate: ne eius legē obtēperando ſeruarent: qui inuideret ne ſe ipſi regerent non indigentes interno lumine eius, ſed vtentes propria p̄uidentia quaſi oculis ſuis ad videndum bonum & malum: & qđ ille prohibuiſſet ſic perſuaſum eſt, vt p̄tātem ſuam nimis amarent. Et qa pares Deo eſſe voluerūt, medietate ſua qua Deo ſubiecti corpora habebāt ſubiecta, tāquam fructu arboris conſtitutæ in medio paradiſi male vtentes, amiſerunt quod acceperant, quia vſurpauerunt quod non acceperant: id eſt vt per ſuam poteſtatem Deo non regente beati eſſent. Nullo enim regente per ſuam poteſtatem ſolus Deus beatus eſt.

*b Vidit igitur mulier &c. Iſidor.* Quomodo videbant, ſi clauſi erant oculi? Sed dictum eſt, vt intelligamus eos oculos apertos fuiſſe, poſtquàm de fructu comederunt, quibus ſe nudos videbant, & diſplicebant: id eſt oculos aſtutiæ quibus ſimplicitas diſplicet. Cum quis enim ceciderit ab intima luce veritatis nihil eſt vnde ſuperbia placere velit, niſi fraudulētis ſimulationibus. Hinc enim hypocriſis naſcitur; in qua multum videntur cordati, qui decipere potuerunt, quem voluerunt. *Gregorius.* Vidit igitur &c. Ne in lubrica cogitatione verſemur, non debemus intueri, quod non licet concupiſci, vt enim munda mens in cogitatione ſeruetur, à laſciuia voluptatis ſuæ ſeruandi ſunt, & reprimendi oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. Nō Eua lignum tetigiſſet, niſi prius incautè reſpexiſſet: penſandum ergo quantum ab illicitis viſum debeamus reſtringere, qui mortaliter viuimus, cùm etiam mater viuētium per oculos ad mortem venit. hinc ſub Iudęæ voce (quæ exteriora videndo concupiſcens, bona interiora perdiderat) propheta dicit Tren. Oculus meus depredatus eſt animam meam. Cōcupiſcens enim viſibilia inuiſibiles virtutes amiſit, & per oculum corporis pertulit prædam cordis. Ad cuſtodiendam ergo cordis mundiciam, exteriorum quoque ſenſuum diſciplina ſeruanda eſt. *Iſidorus. Myſticè.* Deditque viro ſuo; qui come. & aperti ſunt oc. a. &c. de quibus dictum eſt: Tunc viderunt φ nudi eſſent oculis, ſcilicet p̄uerſis, quibus nuditas, ſcilicet ſimplicitas eru-

C

Ezec. 28. c

*In moral. lib. 24. t. 1. Tribus modis tentatus Adam.*

Phil. 2. a

*† 33. q. 5. c. mulier. 2. & c. Adam ibi. to. 1. 949. Culpa trib⁹ modis perpetratur.*

*Myſticè.*

*Peccatū per ſuperbiam perſuaſum.*

*Super Gene. c. 3. Quæſtio.*

D

to. 1. 519.

*Viſus reprimendus.*

Tren. 3. f

*Myſticè.*

NICO. DE LYRA.

¶ a Et eritis ſi. dij. *Nō reſtricti aliqua inhibitione: nec alicui ſubiecti.*

b Scientes bonum & malum. *Id eſt ſcientes per voſmetipſos quid expediat vobis agere, & non ex aliqua inſtructione. Et nota, φ non dixit eritis Dij abſolute, ſed ſicut Dij, quia non promiſit eis æqualitatem diuinam, quod erat manifeſtè impoſſibile, & per conſequens incredibile: ſed promiſit eis quandam ſimilitudinem Dei, quæ cōſiſtit in non ſubijci obedientię alterius, & habere quandam excellentiam ſcientię in omnibus ſibi expedientibus, ſicut Deus nulli penitus ſubeſt & omnia dirigit per ſuam ſapientiam. Sed aduertendum, quòd ſecundum prędicta, mulier peccauit elatione & dubitatione antequam fructum comederet prohibitum, quod videtur aliquibus falſum. Sed dicēdum, quòd oportet concedere ipſam peccaſſe ante eſum. Manus enim non mouetur ad opus exterius niſi per imperium voluntatis, & ideo antequam manum ad lignum accipiendum tenderet, iam deliberauerat & conſenſerat manducare, & per conſequēs tranſgredi pręceptum, in quo conſenſu perficitur peccatum. & ideo nullum inconueniens ſequitur ad prędicta, ſed magis veritas declaratur. Vnde dicit Auguſt. ſuper Geneſ. Verbis ſerpentis mulier nō crederet à bona atq; vtili re diuinitus ſe fuiſſe probibitos, niſi iam ineſſet eius menti amor proprię poteſtatis, & quędam de ſe ſuperba pręſumptio. Quod dictum Auguſt. non eſt ſic intelligendum, quòd ſuperbia pręceſſerit ſuaſionem ſerpentis: ſed quia ſtatim ad dictam ſuaſionem inuaſit mentem mulieris elatio, ex qua ſecuta eſt dubitatio & deceptio, vt crederet eſſe verum quòd ſerpens dicebat, vt prędictum eſt. Sed contra dicta occurrit dubium: Quia poſt primum & ſecundum peccatum in muliere remanſit donum originalis iuſtitię, quia nuditatem ſuam non erubuit, vſque poſt comeſtionem ligni. Dicendum quòd originalis iuſtitia erat quędam gratia gratis data: vnde licet omnes teneant primum hominem formatum fuiſſe in iuſtitia originali, tamen aliqui dicunt, quòd tunc non habuit gratiam gratum facientem, ſed eam meruit. & ideo ſubtracta gratia gratum faciente per peccatum mulieris, potuit ſtare originalis iuſtitia, vſquequo Deus auferre voluit in pœnam comeſtionis ligni, ſicut comminatus fuerat. Imo oportet dicere, quòd tàm Adam quàm Eua peccauerunt actu interiori, antequàm tolleretur illa originalis iuſtitia: imo etiam Eua actu exteriori, quia prius comedit, quàm daret viro ſuo, & tamen neuter erubuit niſi poſt comeſtionem viri. Gratia autem gratis data poteſt remanere cum peccato etiam mortali, licet gratia gratum faciens tollatur, cuius ſubtractio ab homine non percipitur: quia neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit. Eccleſiaſtis 9. a.*

c Vidit igitur mulier quòd bonum eſſet. *Hic ſcribitur actus tranſgreſſionis, ſcilicet quantum ad actum exteriorem ipſius mulieris, &*

¶ actum exte-

Nota.

*An mulier peccauit ante eſum.*

*Quæſtio.*

*Originalis iuſtitia.*

*Gratia gratis data.*

Eccl. 9. a

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E citas erubeſcenda videbatur, vt ergo non eſſent ſimplices, fecerunt ſibi ſuccinctoria, pudenda tegẽtes.i.ſimplicitatem occultantes, de qua erubeſcebat aſtuta ſupbia. folia fici pruritum ſignificat, quã patitur animus cupiditate & delectatione mentiendi. vnde falſi dicuntur, qui iocari amant, quia in iocis præſidet ſimulatio. Cũ ergo deambu. dñs in para.i.cũ ad eos iudicãdos veniret. aũ pęnã deãbulabat.i. mouebat̃ i eis dei pñtia.q̃a ſtabiles in precepto nõ erant. Ad aurã poſt meri. vel ſecundũ alios, ad veſperã, cũ .ſ. ſol eis occideret, & lux interior veritatis. *Audi. vocem eius & abſcondere.* Ille ſe abſcõdit à cõſpectu dñi, q ipſum deſerit: & qui q̃ ſuũ eſt amare incipit, iam habet operimẽta mendacij. Ioh. Qui aũt loq̃t mẽdaciũ de ſuo loquit̃. Iõ ad arborẽ dicunt̃ abſcõdere ſe. q̃ eſt in medio paradiſi.i.ad ſe q infra Deũ & ſupra corpa ordinati erãt. Ad ſe ergo ſe abſconderũt, vt turbarent̃ miſeris erroribus, relicto lumine veritatis qđ nõ erãt ipſi. Particeps.n. põt eſſe humana aĩa, ſed ipſa veritas Deus incõmutabilis eſt ſup illã: ab ea quiſq; auerſus, & ad ſe conuerſus eſt, nec de rectore deo & illuſtratore, ſed de ſuis morib' quaſi liber exultat, tenebratur mẽdacio. Qui.n. loq̃t mendaciũ, de ſuo loquitur, & turbat̃. ſ'm illud. Ad meipſũ turbata eſt aĩa mea. *a Qui comedit &c. Auguſt.* Ad cõcupiſcẽdũ .ſ. inuicẽ, ad peccati pęnã morte.ſ.carnis cõceptã, vt eſſet corpus, non tm̃ aĩale, ſed & mortale. Ro. In quo lex mẽbrorum repugnat legi mẽtis. Nõ.n. cęci erant facti, aut prohibitos fructus palpãtes decerpſerant; ſed ſicut (Lucæ) in fractione panis aperti ſunt oculi diſcipulorũ, & cognouerũt eũ quẽ cognoſcere nõ valebãt, ſic apti ſunt oculi eorũ ad qđ añ nõ patebãt. q̃a aĩa rõnalis beſtialẽ motũ in carne ſua erubuit, & pudorẽ habuit: non ſolũ
F quia ſentiebat q̃ ante non ſenſerat, ſed ẽt q̃a motus ille pudẽdus de trãſgreſſione veniebat. Ibi.n. ſenſit, vbi gr̃a veſtiebatur, cũ in nuditate, nihil indecẽs patiebat̃. Ibi cõpletũ eſt, Pſal. Dñe in voluntate tua prę. de. meo virtutẽ. Auertiſti faciẽ tuã à me, & factus ſum cõturbatus. Pro hac cõturbatione ad ficus vel ficulneæ folia cõcurrerunt, & ſibi ſuccinctoria cõſuerũt, & q glorioſa reliquerãt, pudẽda texerũt. Nec puto eos in folijs putaſſe aliquid, quo ꝯgrueret tegi mẽbra pruriẽtia. Sed occulto inſtinctu ad hoc conturbatione impulſi

(Margin: 1. Aſpectuque delectabile, & concupiſcibilis arbor quæ intelligentes faceret. — Abſconſio à Deo. — Ioh. 8. f — Pſal. 41. b — De Gene. ad lit. li. 11. c. 31. to. 3. — Rom. 7. d. — Lucæ 24. e — Pſal. 29. b)

oculis, [1] aſpectuque delectabile: &
a ¶ Mulier. ¶ Carnales facilius ſeducuntur.
tulit de fructu illius, & comedit,
a ¶ Quia per delectationes carnalis concupiſcentiæ ratio ſeducitur.
a deditq; uiro ſuo: qui comedit; & a b
a ¶ Peruerſi, quia ſimplicitas pudenda videbatur. ¶ Ad concupiſcentiam & cognitionem beſtialis motus.
aperti ſunt oculi amborum. Cúque c
a ¶ Sentientes beſtialem motum. ¶ Gratia Dei. ¶ Faciendo. ¶ Fingendo. b ¶ Hæretici fidei ſimplicitate ſe eſſe nudos.
b cognouiſſent ſe eſſe nudos, con- d
a ¶ Operimenta mendacij, quæ pruritum carnis & libidinis ardorem ſignificant.
ſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi e
a ¶ Succinctoria vel brachas. ¶ Quibus ſe ſuccingere, id eſt defendere quærunt. b ¶ Per prædicatores.
c perizomata. Et cum audiſſent f
a ¶ Quia in eius præcepto non ſteterunt. b ¶ Non ſtantis vel inhabitantis. ¶ Per ſubiectam creaturam.
uocem domini Dei deambulantis
a ¶ Eccleſia. b ¶ Frigeſcente charitate & luce declinante & appropinquantibus tenebris eorum.
d in paradiſo, ad auram [2] poſt meri- g
a ¶ Auertens ſe a veritate. b ¶ Ratio. c ¶ Concupiſcentia.
e die, abſcõdit ſe Adam & uxor eius, h
a ¶ Deum ſcilicet deſerentes: & quod ſuum eſt amantes. b ¶ Relicta medietate in qua facti erant.
f a facie domini Dei in medio ligni
a ¶ Vt redeat per pœnitentiam, vocat, quia non vult mortem peccatoris.
g paradiſi. Vocauitq; dominus Deus i

pulſi ſunt, vt talis pęnæ ſignificatio à neſciẽtibus fieret quę conuinceret peccatorem facto & doceret ſcripto lectorem. G
*b Conſuerunt folia ficus. Alchui.* Quia gloriã ſimplicis caſtitatis amiſerũt, ad duplicẽ libidinis pruritũ cõfugerunt. vnde Ioh. Cum eſſes ſub ficu vidi te, & deſcendi (ſubaudi) liberare te.
*c Et cum audiſſent &c. Aug.* Ea.n. hora tales ꝯueniebat viſitari, q̃a defecerãt à luce veritatis. fortaſſis.n. intrinſecus vl' eſtabilib. vl' ineffabilib. modis De' illis antea loquebat̃ ſicut angelis: immutabili veritate illuſtrans mẽtes eorũ, vbi eſt itellectus, noſce ſil' q̃cũq; p tpa non fiũt ſimul. Fortè inquã ſic eis loquebat̃, & ſi nõ tãta participatione diuinæ ſapiẽtiæ: quãta capiũt angeli pro humano tñ modulo min': ſed in ipſo gñe locutionis fortaſſis etiã illo qui fit p creaturã. ſiue in extaſi ſpũs corporalib. imaginib. ſiue ipſis ſenſibus corporis aliqua ſpecie pñtata ad videndũ, vel ad audiẽdum, ſicut ſolet in angelis fieri, & in nube audiri. Nũc tamen qđ Dei deambulantis, vocem audierunt, nõ niſi per creaturã factũ eſt, ne ſubſtantia inuiſibilis & vbique tota q̃ eſt Patris & Filij & Spititusſancti: corporalibus ſenſib' locali & tẽporali motu apparuiſſe credatur.
*d Ad auram poſt meridiem.* Vnde hora nona Chriſtus ſpiritum emiſit Matt. Qui ſexta hora fuit crucifixus, vt eadẽ hora reſtitueretur homo, qua de paradiſo eſt eiectus.
*e Abſcondit ſe &c. Auguſtinus.* Cum Deus auertit intrinſecus faciẽ & homo turbatur, fiunt ſimilia amentiæ, nimio timore, ac pudore, occulto quoque inſtinctu non quieſcente: vt neſcientes facerent, quæ aliquid poſteris ſignificarent propterquos hæc ſcripta ſunt.
*f In medio lig. para.* Abſcondit ſe q auerſus à præcepto creatoris, erroris ſui & arbitrij voluntate viuit.
*g Vocauitq; dominus Deus Adam. Auguſti.* Increpando, ſcilicet non ignorando, & hoc ad ſignificationem pertinet, quòd ſicut viro præceptum eſt datum, per quem veniret ad mulierem, ita vir interrogatur prior. Præceptum enim à domino per virum vſque ad fœminam, peccatum autem à diabolo per fœminam vſque ad virum, & hæc ſignificationibus plena ſunt, non id agentibus in quibus facta ſunt, ſed de his id agente ſapientia Dei, nunc autem non ſignificata referimus, ſed geſta defendimus. H

(Margin: Ioh. 1. g — Lib. 9. de Gen. ad lit. c. 27. to. 3. — Quo Deus locutus Adæ. — 2. poſt meridiem dici. — Matt. 27. e — Lib. 11. de Gen. ad lit. c. 34. to. 3. — Vir primo interrogatur.)

vocem

## NICO. DE LYRA.

¶ *actum exteriorem & interiorẽ viri cum dicitur: Vidit igitur m. &c. Ex quo patet quòd licet mulier ex verbis ſerpentis fuiſſet principaliter decepta, tamen ad perficiendum opus exterius fuit allecta ex pulchritudine & ſapore fructus.*

a Deditq; viro ſuo. *Inducẽdo eum ad comedendum, ſicut fuerat à ſerpente imbuta.*

b Qui comedit. *Suaſioni mulieris aſſentiens, non quia crederet verba ſerpentis eſſe vera, quia in hoc non fuit ſeductus, ſed ſola mulier: ſecundum quod dicit Apoſtolus. Sed aſſenſit ne contriſtaret delitias ſuas, id eſt vxorem ſuam. fuit enim deceptus in alio, quia credidit poſt tranſgreſſionem conſequi veniam, & ſic in ſtatu ſuo remanere.* (1 Tim. 2. d)

c Et aperti ſunt o. a. *Poſtquam deſcripſit tranſgreſſionem culpæ: hic conſequenter deſcribit inflictionem pœnæ, & primò quantum ad ſubtractionem boni habiti; ſecundò quantum ad impoſitionem mali nociui, ibi: Et ait dominus Deus ad ſer. Adhuc circa primũ primò deſcribitur dicta ſubtractio, ſecundò ſubtractionis improperatio, ibi: Vocauitq; do. De. Adam. Circa primũ conſiderandũ q̃ originalis iuſtitia per quã corpus erat ſubditũ aĩæ & vires inferiores rõni modo ſupradicto non erat naturalis ipſi homini, ſed ex gratuito beneficio Dei, eius tamen ſubtractio propter peccatum fuit pęnalis, ſicut ſi ex g̃ra regis aliquis ſublimetur ad gradũ honoris, ſed poſtea propter peccatũ ſuũ deijciat̃, talis deiectio pœna eſt. & hæc ſubtractio oſtendit̃ cũ dr̃: Et aperti ſunt oc. eorũ. loquitur de oc. mentis: non ſic intelligendo, ſicut dicit Ioſephus, quod ante viuebãt tantum vita beſtiali non habentes vſum rationis, quia Adam in ſcientia perfectus erat. Item per eſum illius ligni magnum bonum eis eueniſſet. ſ. cognitio intellectualis, nec vt dicit Ra. Sa. quòd aperti ſunt oculi eorum, ad cognoſcendum malum, quia prius cognoſcebant bonum tantum, ſed hoc patet falſum, quia eadem eſt notitia contrariorum. & ideo prius habebãt notitiam ſpeculatiuam boni & mali ſibi oppoſiti, ſed non habebãt notitiam experimentalem mali ſuæ tranſgreſſionis & punitionis, quam tunc experimentaliter cognouerũt, & ideo tunc aperti ſunt oculi eorum ad cognoſcendum ſuam nuditatem eſſe confuſibilem, quæ prius erat honeſta, quia ſubtracta iuſtitia originali, ſtatim ſenſerunt rebellionem carnis ad ſpiritum, & motum inordinatum membrorum: ideo ſtatim ſtuduerunt cooperire ſuam turpitudinem. vnde ſequitur.*

(Margin: Diuiſio. — Originalis iuſtitia an naturalis homini. — Ioſephus reprehẽditur.)

d Conſuerunt folia fi. &c. *Ex hoc dicunt hebræi, quòd ficus erat arbor de cuius fructu comederunt.* (Quæ fuerit arbor prima vetita.)

e Et fece. ſi. περιζώματα, perizomata. *Id eſt ſuccinctoria circa lũbos. Dicitur.n. perizoma à περὶ, circũ & ζῶμα, cingulum, quaſi circũ cingulum, & pudendorum velamen. Partes.n. inferiores corporis ſunt magis erubeſcibiles, & maximè genitalia, quia magis mouentur contra imperium rationis propter quod nominantur pudenda, propter quod etiam Adam & Eua abſconderunt ſe à præſentia domini. vnde ſequitur.*

f Et cum audiſſent vocem. &c. *Iſta locutio & ambulatio domini Dei non eſt intelligenda in forma deitatis, ſed in aliqua ſimilitudine creata in qua apparuit ſicut infra legitur apparuiſſe Abrahæ & Moyſi, & multis alijs, & locutum fuiſſe eis.*

g Ad auram poſt meridiem. *Hoc tripliciter exponitur. vno modo vt ſit determinatio loci. & ſic aura poſt meridiem accipitur pro vento intermedio inter auſtrum & occidentem: quia ſecundũ iſtam expoſit. vox domini deambulantis videbatur procedere ex illa parte ex qua flat uentus prædictus. Alio modo vt eſt determinatio temporis, quia dicunt hebræi, q̃ hora x. diei accidit hoc. & tunc aura eſt hic accipienda pro vento præcedente diuinã apparitionẽ. ſicut Act. Apparitionem Spiritusſancti in linguis dicitur ſonus vehemens præceſſiſſe, & in ſacra ſcriptura conſimile legitur in pluribus locis in apparitionibus diuinis. Quod autem dr̃, Poſt meridiem. eſt determinatio tẽporis huius ſoni & apparitionis.* (Aura poſt meridiem. — Act. 2. a)

h Abſcondit ſe Adam. *Præ verecundia ſui peccati & nuditatis.*

i Vocauitq; do. *Hic cõſequẽter ſeqtur ipſius Adæ increpatio, cũ dicit̃.* (Adæ increpatio.)

¶ Vbi es

Moraliter. ✱ *c Cumq; cog. ſe eſſe nu.* Quia poſt peccati perpetrationẽ, ratio percipit peccati turpitudinẽ, & ſenſus experitur delectationis prauitatem. vnde dicit Boet. 2. de conſolatione. Triſtes verò voluptatũ eſſe exitus quiſquis libidinũ ſuarũ reminiſci volet, intelliget. Sequitur.

✱ Et ait



A *Vocem tuam au. &c. Aug. Hiſto.* Probabile eſt per congruam creaturam ſolere humanam formam hominibus primis apparere, quos tñ non permiſit aduertere nuditatem in ſuperna ſuſtollẽs, niſi pòſt peccatũ, cũ pudendum in mẽbris motum pęnali lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt, vt ſolent homines ſub oculis hominũ; quod erat pęna peccati, eũ.ſ. velleẽt latere: quẽ nihil latere põt; & carnẽ occultare, cũ corda inſpiciat. Sed volẽtes eſſe ſicut dij euanuerunt in cogitationib. ſuis, & obſcuratũ eſt cor eorũ iſipiẽs. Sed Deo auertente faciẽ ſtulti facti ſunt. Erubeſcebãt quidem erga ſeipſos, & ſuccinctoria faciebant: ſed magis ab illo ẽt ſuccincti videri verebãtur, qui tanquã familiari tẽperamẽto p creaturã viſibilẽ afferebat ad videndũ velut humanos oculos. Sic.n. apparebat, vt hominib. tanq̃ homo loqueretur, ſicut Abrahæ ad quercũ Mambre: hęc amicitia pudorem onerabat poſt peccatũ quæ ante dabat fiduciã. Nec nuditatẽ audebant oſtẽdere talibus oculis, quæ diſplicebat & ſuis. Dñs ergo nolens peccatores punire, niſi pœna qua cogebant̃ erubeſcere, quis inqt indicauit tibi q̃ nud' eſſes, niſi q̃ ex li. &c. Inde.n. mors cõcepta ex Dei ſñia qui ſic minatus fuerat, fecit aduerti cõcupiſcibiliter membra, vbi dicti ſunt aperti oculi, & ſecutũ eſt qđ puderet. *Jſi. Myſt. vocem tuã &c.* Rñdet voce eius audita ſe occultaſſe, quia nudus erat. Iã ſtultè rñdit, quaſi Deo nudus diſpliceret, quẽ nudũ fecerat. Sed qđ cuiq; diſplicet, hoc Deo diſplicere arbitratur. Sublimiter verò intelligendũ eſt quod dr̃: Quis.n. indicauit tibi &c. Nudus erat à ſimulatione, ſed veſtitus diuina luce. Vnde auerſus & ad ſeipſum cõuerſus (qđ ſignificat de illa arbore comediſſe) nuditatẽ ſuã vidit, & diſplicuit, quia non habebat aliqd propriũ: & more ſuperbiæ ſe non accuſat q̃ mulieri cõſenſit, ſed in eã culpã refundit, & de aſtutia quam
B conceperat, in Deum retorquet q̃ peccauerat. Vnde addidit: *Mulier quam dediſt mi. &c.* Propriũ eſt peccãtibus Deo tribuere velle vnde accuſant̃, qđ inde eſt, q̃a ſic peccauit homo vt vellet eſſe par Deo, liber.ſ. vt ille ab omni dñio. Qm̃ ergo in maieſtate illi par eſſe nõ potuit, in peccato eũ ſibi cõtendit facere parẽ: immò eũ vult oſtẽdere nocentẽ, ſe aũt innocentẽ. Mulier aũt culpam refert in ſerpentẽ: quaſi obtẽperare coegiſſet; aut ipſa potuerit verba ſerpẽtis audire, & pręcepto Dei nõ obedire. *Grego. Vocauitq; Deus Adam.* Quia vidit in culpa lapſum iã ſub peccato velut à veritatis oculis abſcõditũ: q̃a cũ tenebras erroris eius non approbat, quaſi vbi ſit peccator ignorat, eũq; vocat ac requirit dicens: *Adam ubi es?* dum vocat ſignificat, quia ad pœnitentiam reuocat: dum requirit, inſinuat quia peccatores iurè damnatos ignorat.
*b Dixitq; Adam: Mulier quam de. &c. Augu.* Non dicit peccaui. Superbia.n. habet confuſionis deformitatẽ, non cõfeſſionis humilitatẽ. Ad hoc aũt ſcriptum eſt, & interrogationes ad hoc factæ, vt veraciter & vtiliter ſcriberẽtur, vt ſciamus, quo more ſupbi laborẽt hodie conãtes malũ in creatorẽ referre, & ſi quid boni faciũt ſibi tribuere. *Mulier quam dediſti mi. &c.* quaſi ad hoc data ſit, vt nõ ipſa obediret viro & ambo Deo. *Greg. Mulier quam de. mi. &c.* Quatuor modis peccatũ perpetratur in corde; quatuor cõſumatur in opere. In corde, ſuggeſtione, delectatione, cõſenſu, & defenſionis audacia. Suggeſtio fit per aduerſarium; delectatio fit per carnẽ; conſenſus per ſpiritũ; defenſionis audacia per elationem. Culpa.n. quæ terrere mẽtẽ debuit extollit. Vnde & ſerpẽs ſuaſit: Eua delectata eſt: Adã conſenſit qui ẽt requiſitus, culpã confiteri per audaciam noluit. Sic quotidie hoſtis occultus ſuggerit.

(Margin: De Gen. ad lit. li. 11. c. 31. — Hiſtoricè. — Myſticè. Super Geneſ. c. 3. — In moral. li. 2. c. 3. — vt ſup. c. 35 — Superbia. — In moral. li. 4. c. 3. t. 1 — Peccatum perpetratur & conſummatur.)

Adam, & dixit ei: ubi es? Qui ait: a b
a ¶ Verba increpantis, & ad confeſſionem cogentis, & non ignorantis. b ¶ Quaſi, in quanta miſeria.
a Vocem tuam audiui in paradiſo, b
a ¶ Stulte, quaſi diſpliceret nudus qui talis fuerat factus. ¶ Non abſconditur vt eius ſcelera dominus non videret, ſed vt ſe indignum eius aſpectu oſtendat. Arctabãtur enim duplici verecũdia, quia nunc primum obſcœnum motum in membris ſentiebant, & quia propter tranſgreſſionem hoc contigiſſe ſentiebant
& timui, eò quòd nudus eſſem, &
abſcondi me. Cui dixit dominus.
a ¶ Id eſt quis te ad hanc informitatem adduxit, niſi quòd præceptum meum non obſeruaſti?
Quis enim indicauit tibi, quòd nu c
dus eſſes, niſi quòd ex ligno de d
quo præceperam tibi ne comede-
a ¶ Non humiliter confitens, ſed ſuperbè ſe excuſans, & in auctorem mulieris culpam retorquens.
b res, comediſti? Dixitque Adam. e
† Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi. Et dixit dominus Deus ad †
a ¶ Similiter ſuperbè ſe excuſat, & in conditorem ſerpentis iactat culpam.
mulierẽ: † Quare hoc feciſti? Quæ
reſpondit: Serpens decepit me, &
c comedi. Et ait dominus Deus f

rit: Eua.i. carnalis ſenſus delectationi ſe ſubſternit: Adam mulieri præpoſitus conſentit; quia ſpiritus.i. ratio à rectitudine infirmatus inclinatur. Adã requiſitus cõfiteri culpam noluit, quia ſpiritus peccando à veritate diſiunctus, eo ipſo in ruinæ ſuæ audaciam nequius declinat. Adã per timorem ſeipſum abſconſurus fugerat, ſed tamen timens tumebat. Cum enim ex peccato pœna metuit̃, & amiſſa Dei facies non amatur, timor ex tumore eſt, nõ ex humilitate. Superbit enim qui peccatum (ſi liceat impunè) non deſerit. Iiſdẽ ẽt quatuor modis peccatũ cõſummatur. In opere prius latens culpa agit̃: Poſt ẽt ſine confuſione aperitur: Dehinc in conſuetudinẽ ducitur: Ad extremum falſæ ſpei ſeductione, vel obſtinatione miſerę deſperationis nutritur. *Augu. Et dixit d. d. ad mu.* Nec iſta confitetur peccatũ, ſed refert in alterum, impari ſexu, pari faſtu. Ex his tñ natus Dauid dicit vſq; in finem ſeculi: Ego dixi, dñe miſerere mei, ſana animam meã, quia peccaui tibi. Hoc ab iſtis dicendum fuit: ſed nondũ peccatorum conciſæ ceruices reſtabunt. Labores & dolores mortis & contritio ſeculi, & gratia Dei quę in tempore ſubuenit, docens afflictos non de ſe præſumere. Serpens decepit &c. quaſi cuiuſlibet perſuaſio præualeat Dei præcepto. *Auguſt. Serpens dece. &c.* Quomodo his verbis, ſcilicet, Scit enim Deus, q̃ in quocunque &c. crederet Deum ſe à re bona & vtili prohibuiſſe, niſi in eſſet mẽti eius amor ille pprię pt̃atis & de ſe ſupba pręſumptio, q̃ p tentationẽ fuerat cõuincẽda aut pimenda? Deniq; nõ cõtẽta ſuaſione ſerpẽtis, aſpexit lignũ bonũ eſu, & decorũ aſpectu. Nec credẽs inde ſe poſſe mori, fortè putauit Deũ alicui' ſignificationis cã hęc dixiſſe: Si mãducaueritis. m. m. Ideo mãducauit & dedit viro ſuo, fortaſſis cũ aliqua ſuaſione, quã ſcriptura intelligendã reliquit. Vel fortaſſe non fuit ſuaderi neceſſe, cũ eo cibo non videret eũ mortuũ eſſe. *Aug.* Notandum q̃ non diabolus eſt permiſſus fœminam tentare, niſi per ſerpentem, nec virum niſi p fęminã. Serpẽte.n. velut organo vſus eſt, mouens naturã eius ad exprimẽdos ſonos verborũ & ſigna, quib. ſuã mõſtraret voluntatẽ. In muliere verò, quę rõnalis erat nõ eſt ipſe locutus, ſed perſuaſio eius: quãuis inſtinctu adiuuaret interius, qđ per ſerpentẽ gerebat exterius. Serpẽs ergo nec verba intelligebat, nec rationalis eſt facta. Quod enim verbis Marſorum ſerpentes trahũtur de latebris, diabolica vis eſt: quod permittitur ad primi facti memoriã, vt ſciatur quia ſit ei cũ hoc genere familiaritas. Calidiſſimus dictus eſt ſerpens, propter aſtutiã diaboli. Locutus eſt autem ſicut aſina Balaam. Num. Sed hoc diabolicum, illud angelicum. Boni enim & mali angeli ſimiliter operantur, ſicut Moyſes & magi Pharaonis. Hic aũt quærendũ eſt, vtrum ab initio ſua pt̃ate delectatus, diſceſſerit ab illa ſocietate & charitate bonorũ angelorũ, an in ſancto cœtu fuerit aliq̃n angelorũ iuſtus & beatus? Dr̃.n. ideo cecidiſſe, q̃a inuidit homini facto ad imaginẽ Dei, ſed inuidia ſeq̃t ſupbiã. Inuidendi.n. cã eſt ſupbia, quę eſt amor proprię excellẽtiæ. Inuidia verò odium fęlicitatis alienæ. Qui.n. amat excellentiã, vel parib. inuidet q æquãtur, vel ſuperioribus qb. nõ æquat, vel inferiorib. ne coæquent̃. Qñ aũt diabolũ ſupbia deiecerit, vt naturã ſibi bonã praua volũtate peruerteret, ſcriptura nõ dicit, ſed ex hac homini iuidiſſe rõ oñdit. *Alchu.* Peccatũ angeli tacitũ, hoĩs patefactum: q̃a illud incurabile, hoc curatũ. *Str. Vidit igit̃ &c.* Apte inexcuſabilis oñditur, cui licuit ſub tali deliberatione dolos inimici aduertere.
*c Et ait dñs De. &c.* Tota hæc ſñia figurata eſt. Vbi credẽdum

(Margin: C — Nota. — Peccatum quatuor modis conſummatur. — De Gene. ad lit. li. 11. c. 35. to. 3. — Pſal. 40. a — † 33. q. 5. c. Adam. — † De pœ. diſt. 1. c. ſerpens. — De Gene. ad lit. c. 35. to. 3. — D — De Gene. ad lit. li. 11. c. 13. to. 3. — Nota. — Num. 22. f — Quæſtio. — Superbia inuidendi cauſa. — Inuidia.)

tamen

## NICO. DE LYRA.

¶ a Vbi es? *Non ex ignorantia eſt quæſtio, ſed vt ex reſponſione Adæ conuenientius fiat increpatio.*

b Qui ait: Vo. &c. *Ex dictis patet litera. Sequitur:*

c Quis enim indi. &c. *Id eſt, quòd nuditas tua ſit erubeſcibilis?*

d Niſi quòd ex li. &c. *Id eſt, niſi quia propter tranſgreſſionem pręcepti mei ablata eſt à te originalis iuſtitia, per cuius ſubtractionem facta eſt confuſibilis nuditas tua? Sicut enim dicitur. Phyſ. Idem per ſui pręſentiã & abſentiam eſt cauſa contrariorum, ſicut nauta per ſui præſentiam eſt cauſa conſeruationis nauis, & per ſui abſentiam eſt cauſa periclitationis. Et eodem modo donum originalis iuſtitiæ per ſui præſentiam in homine faciebat nuditatem honeſtam, vt prędictum eſt, quæ per ſui ſubtractionem facta eſt confuſibilis.* (2. Phyſ.)

e Dixitq; Adam. &c. *Recurrit ad peccati ſui excuſationem, quæ facit ad eius aggrauationem. volebat.n. quodammodo peccatũ ſuum retorquere in Deum, qui ſibi dederat uxorem: & eodẽ modo mulier excuſando ſe per ſerpentem, qui fuerat creatus à Deo, & patet litera. Sed eſt hic conſiderandum q̃ ante condemnationem interrogauit virũ & mulierem, vt patet in litera: quia nullus eſt condemnandus ante inquiſitionem. ſerpentem autẽ nõ interrogauit: quia diabolus qui in ſerpente loquebatur, iam pro peccato ſuo fuerat condemnatus: & de cœlo empyreo deiectus.* (Excuſatio Adæ. — Nota.)

f Et ait dominus &c. *Hic deſcribitur inflictio pœnæ, quantum ad impoſitionem* (Diuiſio.)

¶ poſitionem

Moraliter. ✱ *a Et ait do. &c.* Serpens igitur ex hoĩm deceptione maledicitur: nam ex hoc pęna dæmonis augmẽtatur, ſicut gloria ſanctorũ angelorum

✱ lorum

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E tamen oĩa dicta eſſe. Serpẽs nõ interrogať, quare fecerit, qa nõ ipſe ꝓpria voluntate & natura fecit: ſed de illo diabolus, & per illũ, & in illo: q iã ꝓ impietate & ſuperbia ęterno igni deſtinatus fuerat. Ad ipſum ergo refertur qđ ſerpenti dr̃, & qualis humano generi futurus ſit oſtẽditur. *Myſti.* Et ait do. de.a.ſ. Serpẽs non interrogatus prior excipit pęnam, qui nec confiteri poteſt, nec hẽt quo ſe excuſet. Super pectus t.g.&c. Scđm aliã editionem, Pectore & vẽtre repes, qđ i colubro aduertiť, & ex ipſo ad inimicũ inuiſibilẽ locutio figurať. In pectore ſuꝑbiã ſignificat, in quo impetus animi dñatur. Carnale deſideriũ, in vẽtre, q mollior pars in corpore; & quia his ſerpit quos vult decipere, dictũ eſt, Pectore & vẽtre repes: & ter.co.cũ.d.v:i.oĩbus quib. hẽs ptãtem ante vltimã iudicij penã. de hac.n. vita gaudet & gloriať. Et terrã co. dupliciter intelligitur: Vel ad te ptinebũt quos terrena cupiditate decipies: Vel tertiũ tẽtationis genus figurať, qđ eſt curioſitas. Qui.n. terrã mãducat, profunda & tenebroſa penetrat, & tm̃ tpalia atque terrena. Nõ ponũtur inimicitiæ inter ſerpẽtẽ & virũ, ſed mulierẽ: qa à diabolo nõ tentamur, niſi p aĩalẽ partẽ, quę mulieris imaginẽ & exẽplum in vno hoĩe oñdit. Inter ſemẽ diaboli & mulieris inimicitiæ ponunť. Semen diaboli, praua ſuggeſtio. Mulieris, fruct⁹ boni operis quo ſuggeſtioni reſiſtiť. Ideo obſeruat plantam mulieris, vt ſi in illicita labatur, delectatio illã capiat. Illa obſeruat caput ei⁹, vt ipſum initiũ ſuggeſtionis malę, excludat. *a Super pectus t.&c.* Hiero. ventrẽ. Lxx. addiderunt: ſed in hebreo habeť pectus tm̃. vt calliditatem, & verſutiã cogitationum eius aperiret. i. ꝙ oĩs greſſus eius nequitię eſt & fraudis. *Greg. Pectore & ventre repes.* Malum luxuriæ aut cogitatione perpetrať, aut opere. Hoſtis.n. cum ab effectu operis expellitur, ſecreta cogitationis polluere molitur. Ventre repit dum lubricus per mẽbra humana ſibi ſubdita, luxuriam exercet in opere. Serpit pectore, dum polluit in cogitatione. Sed quia per cogitationem ad opera venitur, prius pectore & poſt ventre deſcribitur repere. G

*Myſtic.* — *Maledicitur ſerpens.* — *Inter omnia animantia, præ omnibus animantibus.* — *Inimicitiæ inter ſerpentem & mulierem.* — *Semen, i. Ieſus promiſſus ſaluator.* — *1 Ipſa ipſum ſubaudi ſemen, qui eſt Chriſtus. 70. ipſe, vertunt Chriſtum intelligentes.* — In queſtio. Hebra.t.3. — *1 In Hebræo eſt gahon, quod ventrem & pectus ſignificat.* — In Mo. lib. 20.to.1.

a ¶ Diabolum qui occultè ſerpit, ſicut enim per ſerpentem loquebatur, ita in ſerpente maledicitur.

ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, ma a b
ledictus es inter omnia animãtia, & c

a ¶ Superbiam: quia in pectore impetus animi dominatur. ¶ In quo doli & inſidiæ.

bestias terræ. Super pectus tuum d

a ¶ In hebræo habetur aphar, id eſt, puluerem. ¶ Peccatores ¶ Terrena opera.

gradieris, & terram comedes cun- e

¶ Dum poteſtatem habes decipiendi.

b ctis diebus uitæ tuæ. Inimicitias po f

a ¶ Partem animalem qua tentat. ¶ Eccleſiam. ¶ Genus humanum. ¶ Prauam ſuggeſtionem & omnem iniquitatem. b ¶ Originale peccatum.

nam inter te, & mulierem, & ſemẽ

a ¶ Fructum qui eſt Chriſtus. ¶ Fructum boni operis. b ¶ Eccleſia. c ¶ Reſurgente Chriſto.

tuum, & ſemen illius. 1 Ipſa conte- g

a ¶ Quod eſt mors, vnde: Super aſpidem & baſ. am. ¶ Initium ſuggeſtionis. b ¶ Vt capias eam. ¶ Id eſt ſupplantabis Chriſtum vt moriatur.

ret caput tuum: & tu 2 inſidiaberis h

a ¶ Vt in illicita labatur: vel fini cui maxime inſidiatur diabolus. b ¶ Hiſto. patet. ¶ Quæ ſignificat illam partem animæ quæ gaudet carnalitate.

c calcaneo eius. Mulieri quoque di- i

d xit: Multiplicabo ærumnas tu- k

*b Inimicitias ponam in.&c. Grego.* Caput ſerpentis conterere, eſt initia ſuggeſtionis manu ſolicitæ conſiderationis à cordis aditu extirpare; qui cum ab initio deprehenditur, percutere calcaneo molitur; quia quem prima tentatione non percutit, decipere in fine tendit. Si autem cor in tẽtatione corrũpitur, ſequentis actionis medietas & terminus ab hoſte poſsidetur; quia totam ſibi arborem fructus ferre conſpicit, quam veneni dente in radice vitiauit. *Hiero.* Ipſa ſeruabit ca.t. & tu ſer. eius calcaneum. Melius in hebræo habetur: Ipſa conteret caput tuum: & tu cõteres calcaneum eius: quia & noſtri greſſus præpediũtur à colubro, & Dominus conteret Sathan ſub pedibus eius.

*c Mulieri quoque dix. &c. Auguſtinus. Hiſtoricè.* Hæc figuratè & propheticè melius intelliguntur. Sed quia dolor, & gemitus parturientis de corpore mortis eſt, quæ tranſgreſſione concepta eſt: refertur & hæc pęna ad proprietatẽ literæ. Sed quod dictum eſt, Sub viri poteſtate eris: & ip. d. t. Vidẽdum eſt quomodo propriè poſſit accipi. Sic enim & ante peccatum facta eſt, vt vir ei dominaretur, & ad eum conuerſa ſeruiret. Sed poteſt intelligi hanc ſeruitutem potius eſſe cõditionis, quàm dilectionis; vt etiam talis ſeruitus qua poſtea hoĩes ſeruirẽt hoĩbus, de pęna peccati orta reperiať. Pñt igitur cõiuges per charitatẽ ſeruire inuicẽ: ſed mulier in virũ dñari nõ permittitur: qđ niſi caueať, deprauabiť nã & augebiť culpa. *d Multiplicabo ærumnas.&c.* Manifeſtum eſt multiplicatos eſſe dolores mulieris atque ſuſpiria. Sed ſacramẽtũ magnum eſt. Nemo .n. à voluptate carnali abſtinet, q non patiatur in exordio

*Caput ſerpentis conterere.* In Mor. 20.to.1. — De Gen. ad lit.c.37. lib.11.to.3. *Hiſtoria. Mulieris maledictio.* — *2 Inſidiaberis calcaneo, id eſt conteres calcaneum.* — *Sub poteſtate viri mulier.*

## NICO. DE LYRA.

F ¶ *poſitionem mali nocui. Et primò quantum ad ſerpentem. Secundò quantum ad mulierem, ibi:* Mulieri quoque dixit. *Tertiò quantum ad hominem, ibi:* Adæ verò dixit. *Circa primum conſiderandum, quòd ſicut per ſalutem hominum augetur gloria ſanctorum angelorum, per quos incitantur homines ad bonum: ita è contrario per damnationem hominum malorum augetur pœna dæmonum eos tentantium. Veruntamen propter nimiam inuidiam qua dæmones torquentur, eo ꝙ vident homines poſſe peruenire ad beatitudinem, qua ſcilicet ipſi priuati ſunt, non dimittunt homines tentare, licet ſciant ex damnatione hominum ſuam pœnam in futuro creſcere; ſicut de inuido narratur, qui petijt ſibi vnum oculum erui, vt proximo ſuo, cui inuidebat, duo oculi eruerentur. Erant enim in vna ciuitate duo homines, quorum vnus erat nimis notatus de cupiditate, alius de inuidia. Propter quod dominus ciuitatis, qui erat valde prudens, ipſis vocatis dixit, quòd peterent ab eo quid vellent: adiungens quòd ille qui primò peteret, ſuam petitionem haberet: alius verò duplum, tunc cupidus nolebat primò petere, motus cupiditate dupli boni habendi: ſimiliter nec inuidus, ne ſocius ſuus plus haberet quàm ipſe. Tandem cum dominus vrgeret eos ad petendum, inuidus petijt, vt ſibi vnus oculus erueretur, vt ſocius ſuus duos amitteret, quod factum eſt, & ſic punita ſunt eorum vitia: Sic dæmones tentant ex inuidia homines, licet non ignorent eorum pœnam in futuro creſcere ex hominum damnatione. hoc igitur malum denunciat Deus ipſi diabolo cui in ſerpente loquebatur.*

*Exemplum cupiditatis & inuidiæ.* — *Inuidus alterius rebus increſcit oſpinis.*

a Quia feciſti hoc. *Inducendo homines ad peccatum.*

b Maledictus es. *Quia ex hoc creſcet pœna tua.*

*Serpentis maledictio.*

c Inter omnia animantia, & beſtias terræ. *Præponit ei bruta animalia, non quantum ad conditionem naturę, ſed quia ſeruauerunt ſtatum ſuum, quod non fecit diabolus: & hoc eſt magna pœna ſuperbo, quòd inferiora & vilia ei proponantur.*

d Super pectus tuum gradieris. *Secundum Auguſtinum per pectus hic intelligitur ſuperbia, quia diabolus incedens ad ſuaſionem hominum, a ſuperbia incipit quę in omni peccato includitur. Vnde & Eccl. dicitur:* Eccle.10.b *Initium omnis peccati ſuperbia.*

e Et terram comedes cunctis &c. *Id eſt homines terrena diligentes incorporabis tibi eos decipiendo.*

f Inimicitias ponam inter te, & mulierem & ſemen tuum, & ſemen illius. *Secundum Auguſtinum per mulierem intelligitur hic ratio inferior, & per ſemen eius operatio bona. Per ſemen autem dæmonis intelligitur ſuggeſtio eius praua. Per hoc ergo quòd dicitur,* Inimicitias ponam inter &c. *Oſtendit dominus, quòd diabolus mediante ſuggeſtione praua oppugnat rationem inferiorem, quæ mulier dicitur: vt ſic conſentiat delectationibus, & per eam deijciat rationem ſuperiorem, quæ per virum deſignatur. & ſic diabolus inſidiatur calcaneo eius, quia non oppugnat eam, niſi à parte inferiori, ſenſualitati delectabilia proponendo.* H

g Ipſa conteret caput tuum. *In principio tentationis reſiſtendo. Alij autem ſancti exponunt de Beata Virgine ab illo loco:* Inimicitias ponam inter te & mulierem. *Non iſtam Euam, ſed aliam ab ea deſcendentem ſcilicet virginem Mariam, quæ eſt infeſta dæmonibus. vnde Cantic. dicitur: Terribilis eſt, vt caſtrorum acies ordinata.* Cant.6. *Et ſemen tuum, id eſt alios angelos malos, qui dicuntur ſemen eius propter ſimilitudinem naturæ & malitiæ. Et ſemen illius, ſcilicet Chriſtum qui eſt Mariæ naturalis filius. Ipſa conteret caput tuum, quia per ipſam mediante filio ſuo, poteſtas dæmonis eſt contrita.*

h Et tu inſidiaberis calcaneo eius. *Quia diabolus tentauit Chriſtum exterius tantummodo ſuggerendo, quæ quidem tentatio non fuit vitium in tentato, ſed virtutis exercitium, & eodem modo credendum eſt de virgine. Alij verò exponunt literam de ſerpente materiali, non de dęmone, ab illo loco:* Et ait dominus ad ſerpentem: quia feciſti hoc. *Id eſt quia fuiſti inſtrumentum huius maleficij. Leuit. Iumentum cum quo aliquis coierit præcipitur occidi cum eo.* Leuit.20. Maledictus es inter omnia animantia: *quia ſecundum ipſos ille ſerpens prius habebat formam & faciem gratioſam ſuper omnes beſtias, & factus eſt horribilior omnibus.* Supra pectus tuum gradieris. *Quia ſecundum iſtos prius habuit pedes, & ſtaturam erectam, ſed pedes ſunt ei amoti, & ſic reptando incedit.* Et terram comedes. *Prius autem lignorum fructibus veſcebatur.* Inimicitias ponam inter te & mulierem & ſemen tuum, &c. *Quia odioſus es humanæ naturæ, & è conuerſo.* Ipſa conteret caput tuum. *Quia ex quo reptando incedit, mulier poteſt caput eius calcare.* Et tu inſidiaberis calcaneo eius. *Quia non poteſt ſe eleuare ad mordendum in ſuperiori parte. Sed iſta expoſitio quantum ad multa videtur irrationabilis. Primò, quia Deus dirigeret ſermonem ſuum ad animal brutum non intelligens. Secundò, quia in nullo peccauerat, ſed ſolum dæmon mouendo linguam eius. Tertiò, quia ſtatura recta non competit alicui animali, ſed tantum homini, vt dicit poeta Ouidius. Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumq; videre Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.* Ouidius primo meta. *Et ideo prima expoſitio quæ eſt Auguſtini melior videtur.*

i Mulieri quoque dixit. *Hic ponitur punitio mulieris in ſpeciali, & hoc quantum ad duo, propter quæ mulier coniuncta eſt uiro. Primum eſt ad procreationem prolis, & quantum ad hoc dicit;*

K Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. *Licet autem actus generandi ſit delectabilis, tamẽ habet turpitudinem annexam poſt* ¶ *peccatum* *Mulieris maledictio.*



A exordio dolores, donec conſuetudo vertatur in melius. Sed cum ad hoc peruenerit, natus eſt quaſi filius. i. ad bonum paratus effectus per conſuetudinem bonam, ſed prius reluctatum eſt cum dolore conſuetudinis malæ.

*a Sub vir poteſtate eris &c.* Hoc eſt, cum illa pars animæ, quæ carnalibus gaudet, malã conſuetudinẽ volens vicerit, difficultatem & dolorem paſſa, & bonã pepererit, cautius obtẽperabit viro. i. rõni, & libentius ſeruiet iubẽti, ne in pernicioſam conſuetudinẽ defluat. Sñiam verò in Adã datam, patet qa nemo euadit. *b Maledicta t.in.o.t.* Hoc enim ipſum quod quiſq; in hac terra natus difficultatem patitur inueniendæ veritatis, ex corruptibili corpore hẽt. Corpus.n. quod corrũpitur aggrauat animã, hinc dolores & triſtitiæ; hæc profert homini terra. Spinæ & tribuli, punctiones tortuoſarum quęſtionũ, & cogitationes de prouiſione huius vitæ, quæ niſi extirpata proijciantur, ſuffocant verbum, ne in hoĩe faciat fructũ. hæc patitur q colit agrũ ſuum donec in terram de qua ſumptus eſt, redeat; id eſt donec hãc vitam finiat. *Maledicta terra &c. Aug. Hiſt.* Hos eſſe labores humani generis in terra nemo ignorat, & quod non eſſent, ſi fęlicitas quæ erat i paradiſo teneretur, indubitanter cõſtat. *Strab.* Terra maledicitur nõ Adam, vt cuncti propter quos hæc ſcripta ſunt terrerentur, ne ſimilia facientes ſimili pœna plecterentur. Ipſe verò Cain, quia primæ præuaricationi fratricidium addidit, maledicitur, cũ dr̃, Maledictus eris ſuper terrã &c. *Alch.* Terræ maledixit, nõ aquis, qa hõ de fructo terrę cõtra vetitũ mãducauit: nõ de aquis bibit, & in aquis erat peccatũ abluendũ de fructu terræ cõtractũ. Aĩalia quoque terreſtria plus maledictionis habẽt, q̃ B aquatilia, quia plus viuunt de maledicta t. Inde Chriſt⁹ poſt reſurrectionẽ de piſce mãducauit, non de terreſtri aĩali. *Greg. in mora.* Maledicta ter. in o.t. Deus maledicit homini peccãti, & homo maledicere prohibetur. Sed maledictũ duobus modis dr̃, aliud probatur, aliud improbatur. aliud.n. eſt ex iudicio iuſtitiæ. aliud ex liuore vĩdictæ. Maledictũ in iudicio iuſtię eſt: Maledicta ter. in o.t. & quod ad Abraham dicitur, Maledicã maledicẽtibus tibi. De eo verò qđ fit liuore vindictæ dr̃, Nolite maledicere. Et alibi, Maledici regnum Dei n. p. Viri quoque ſancti maledicunt, non deſiderio vindictæ, ſed vltione iuſtitiæ. Intus enim ſublime Dei iudicium aſpiciunt, & mala foris exurgentia, quo maledicto debeant feriri cognoſcunt, & nõ peccant: quia ab interno Dei iudicio non diſcordãt. Hinc Petrus ait Act. Pecunia t.t.ſ.in. Quod.n. nõ ait eſt, ſed ſit, nõ indicatiuo, ſed optatiuo mõ ſe dixiſſe indicauit. Hinc. Eli. Re. Si homo Dei ſum deſcẽdat ignis de cęlo, & cõſumat vos. quorũ tñ ſñiam rõne veritatis prolatam exitus monſtrauit. Simon enim æterna dãnatione interijt, & duos quĩquagenarios flãma cõbuſſit. In

1 Sub viri poteſtate. *Eris ad virum tuũ cum cupiſcentia tua (ſeu deſiderium tuũ.)* — Sap.9.d — De Geneſ. ad lit.li.11. c.38.to.3. *Hiſtorice.* — * Puluis vel lutum. — alias, † Euam. — *Hiſtricè.* — inf.12.a — 1.Cor.6.c — Act.8.d — 4.Re.1.b

a ¶ Difficultate vincendæ prauæ conſuetudinis.

as & cõceptus tuos. † In dolore pa- a

a ¶ Rationis. ¶ Per conſuetudinem bonam. ¶ Vt ſpiritus dominetur carni. ¶ Victa conſuetudine praua cautius obtemperabis rationi, ne ad aliquam pernicioſam conſuetudinem defluas.

a ries filios. 1 & ſub uiri poteſtate eris,
& ipſe dominabitur tui. Adæ ue- b
rò dixit: † Quia audiſti vocem vxo
ris tuæ, & comediſti de ligno ex
quo præceperã tibi ne comederes,

a Hiero. non ruris colendi, ſed peccato, ſicut in hebræo habetur. b ¶ Inueniendæ veritatis.

b c † maledicta terra ĩ õpe tuo. In labo c
rib. comedes 2 ex ea cũctis dieb. vitę

a ¶ Vitiorum. b ¶ Punctiones tortuoſarum quæſtionum, & cogitationes de prouiſione huius vitæ.

tuæ. Spinas & tribulos germinabit d
tibi, & comedes herbas terræ. In e
ſudore vultus tui ueſceris pane tuo, f

¶ Id eſt donec finias hanc vitam.

donec reuertaris in terram de qua
d ſumptus es: * quia puluis es, & in
e puluerem reuerteris. Et uocauit g

¶ Id eſt vitam.

Adam nomen uxoris ſuæ † Eua, 3

a ¶ Reddit cauſam quare vocauerit eam uitam. ¶ Animalitas conuerſa ad rationem mater eſt uiuorum, id eſt bonorum operum. b ¶ Rectè factorum, quibus contraria ſunt peccata quæ dicuntur mortua.

eò quòd mater eſſet cũctorũ uiuen- h

a ¶ Antequam de paradiſo eijceret.

f tium. Fecit quoque dominus Deus i

a ¶ Quibus ſignificatur mors, quæ poſt peccatum debebatur naturæ. b ¶ Quia mortales ex mortalibus.

Adæ & uxori eius tunicas pellice-

a ¶ Non ſunt verba inſultantis Dei, ſed alios deterrentis à ſuperbia. ¶ Ironia. ¶ Quaſi, nec illud quod uolebat aſſecutus eſt, & perdidit quod factus eſt.

g as & induit eos, & ait, Ecce Adam k

a ¶ Trinitatis mentio inculcatur.

quaſi unus ex nobis factus eſt, ſci-

*c In laboribus &c. Raba.* Spinæ antea erãt, ſed nõ vt laborem homini inferrẽt cui poſt pctm̃ fuerũt ad laborẽ & afflictionẽ; ſicut ſerpẽtes, & quęcũq; noxia ante erãt innoxia. Et notandũ qđ Adæ extrinſeca pęna imponiť, Maledicta terra in opere tuo. Mulieri verò intrinſeca, cũ dicitur, Multiplicabo e.t.&c. quia ſeducta, ſeduxit virum. *d Puluis &c. Grego.* Homo ita conditus fuit: vt manẽte illo decederẽt tpa, nec cum temporib. tranſiret. Stabat ergo in momentis decurrentib⁹, nec ad vitæ terminũ p dierũ incrementa tendebat, quia ſemper ſtanti inherebat: vbi vetitũ cõtigit, offenſo creatore, ire cępit cum tpe. vnde Terra es, & in terrã ibis. Statu.ſ. immortalitatis amiſſo, curſus eũ mortalitatis abſorbuit, & ad mortẽ tranſeundo, didicit ſtando qđ fuit, cuius radicis amaritudinem: quaſi in virgulto tenemus: qa eius curſum naſcẽdo ſortimur, vt ipſo momẽto quo viuimus, à vita tranſeamus, dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adoleſcẽtiam, adoleſcentia ad iuuentutem, iuuentus ad ſenectutem, ſenectus tranſit ad mortem. *e Et vocauit Adam nomen &c. Auguſt.* Verba primi hoĩs hæc fuerunt, Qm̃ hęc eſt mr̃ oĩum viuẽtiũ, tanq̃ reddat cãm noĩs à ſe impoſiti, cur.ſ. Euã vocauerit. *Myſt.* Poſt peccatũ & iudicis ſñiam vocauit Adã vxorẽ ſuã Euã, qa ſit mr̃ viuorũ, cũ mortẽ & mortales fętus parere meruerit. Sed illos fœtus ſcriptura attendit, quos in dolore concepit: ad virũ conuertiť, vt ei dñeť. Sic enim eſt vita & mr̃ viuorũ, vita ĩ peccatis mors dr̃. Rectè ergo pars aĩalis cũ p rõnẽ de verbo vitæ, affectũ rectè viuẽdi conceperit vita appellať & mr̃ viuorũ. i. bonorũ: quis in dolore & gemitu malę ↄſuetudini reſiſtẽs, bonã cõſuetudinẽ ad recta facta peperit, q bus ↄ̃ria sũt peccata: q̃ mortua ſolẽt appellari. Mors aũt q̃ debetur naturæ poſt peccatũ, in tunicis pelliceis figurať. Tãdiu aũt i paradiſo fuerũt (quãuis ſub ſñia dãnantis Dei) donec ad tunicas pelliceas vẽtũ eſt, huius vitę.ſ. mortalitatẽ. Bene aũt mors q̃ in cope ſentimus, ĩ pellib⁹ exprimiť, q̃ mortuis corpib. detrahuntur. D

*f Fec. quoq; &c. Aug.* Hoc quoq; ſignationis cã factũ eſt, & in factis quęriť qđ factum ſit, & qđ ſignificet, & in dictis qđ dictum ſit, quidve ſignificet? *Stra.* Ipſi fecerũt ſibi perizomata, vt peccatũ ſuũ abſcõderẽt. De⁹ verò tunicas pelliceas, quib⁹ totum eorũ corpus induit, quia & in corpore & in anima eos iuſtè damnauit. Stulta verò quęſtio eſt, qualiter vel quo operãte pelles ab animalib⁹ deductæ ſint, quærere. qui enim de nihilo oĩa cõdidit, quomodo, & qualiter voluit, hęc fecit. *g Et ait: Ecce Adam. &c. Auguſt. Hiſto.* Propter trinitatem pluralis numerus ponitur, ſicut & ibi, Faciamus hominem ad imag. &c. Replicatur igitur in caput ſuperbi ad quem venerit exitum, quod à ſerpente eſt ſuggeſtum: eritis ſicut dij: Nec ſunt verba inſultantis Dei, ſed à ſuperbia deterrentis alios, videntes hominem nõ eſſe factum qualem voluit, ſed amiſiſſe

C — † 5. diſt. c. Cum enim — *Adæ ſententia pœna.* — † 33 ... — In enarratio. Pſal. 8. — *Myſtice.* — De Gen. ad lit. li. 11. c.39.to.3. — *Hiſtorice. vt ſupra.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *peccatum. In hebræo pro conceptus habetur* הרין *haron, id eſt impregnationem, quæ eſt laborioſa. Et ærumnas tuas, quia portando fœtum conceptum mulier patitur plures labores & miſerias.*

a In dolore paries. *Quia in partu ſunt vehemẽtes anguſtię talia autem non fuiſſent in ſtatu innocentiæ, ſed concepiſſent abſque turpitudine, & fœtum conceptum portaſſent abſque ærumna & labore, & peperiſſent ſine dolore. Secundo coniungitur mulier viro propter domeſticam vitam, & quantum ad hoc punit eam, viro ſubijciendo, dicens, Et ſub viri poteſtate eris &c, Et ſequitur:*

b Adæ ve.d. *Hic ponitur punitio viri. Circa quod ſciendum, quòd ſicut in domeſtica vita mulier ſubijcitur viro, ita ad virum pertinet procurare neceſſaria vitæ, pro ſe, familia, & vxore: & ideo quantum ad hoc punitur cum ſubditur,* *Viri punitio.*

c Maledicta terra in &c. *In quo notatur terræ ſterilitas quæ poſt peccatum non produxit fructum conuenientem homini niſi cum cultura, & labore, quæ ante ſponte producebat fructus conuenientes in abundantia, & produxiſſet ſi homo in ſtatu innocentiæ perſtitiſſet. In hebræo habetur:* בעבורך *baaburecha, id eſt propter te. Maledicta terra propter te, id eſt propter peccatum tuum: propter quod incurrit ſterilitatem, vt dictum eſt. In ſudore vultus tui &c. per hoc notatur anxietas hominis in labore agriculturæ qui ante peccatum non operabatur, niſi ad recreationem & virtutis exercitium vt prædictum eſt.*

d Spinas & tri. *In hoc notantur impedimenta quæ proueniunt hominis labori ex terra.*

e Et comedes. &c. *Qui prius comedebas fructus paradiſi: & quia iſtæ pœnæ inflictæ ſunt homini ad totã vitam vſq; ad mortem. Ideo ſequitur,*

f In ſudore vultus tui veſceris pane. *Patet litera.*

g Et voc. Adã. *Hic conſequenter deſcribitur miſeriæ inflictæ tranſfuſio, quia quales facti ſunt primi parẽtes per peccatum, tales filios genuerunt, & ideo dicit,* Et uoc. &c. Eua, *In hebręo eſt* חוה *haua. quod nomen ſonat vitam, pœnalitatibus tamen ſubiectam.*

h Eo quòd mater eſſet, *Id eſt omnium in hac vita mortali degentium. Ideo ſequitur,*

i Fec. quoque &c. *Id eſt de pellibus animalium mortuorũ, in ſignum ſuæ mortalitatis, & quia indigebant tegumento contra intemperiem aeris loci ad quem erant eijciendi: verumtamen ante eiectionem Deus improperat Adæ ſuam tranſgreſſionem, dicens,*

K Ecce Adam factus &c. *Ironia eſt, acſi diceret: non es aſſecutus quod ſerpens promiſit, ſed contrarium.* *Ironia.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

☞ amiſiſſe, quod factus ſit. Videte, ne fortè ſumat de ligno vitæ &c. Superiora verba Dei ſunt. hoc aũt factũ eſt propter verba Dei ſecutura: alienatus eſt à vita, nõ ſolũ quã cum angelis erat accepturus, ſi perſtitiſſet, ſed ab illa quam in paradiſo habebat quaſi excõicatus à ligno vitæ, qđ erat ei pro ſacramento, ſicut in eccleſia ſolẽt hoĩes à ſacris viſibilibus eccleſiæ diſciplina remoueri. *Aug.* Mirum eſt, ſi Adã ſpiritualis erat mẽte, quãuis non corpore, quomodo credidit ſerpenti, dum diceret, Deũ lignũ prohibuiſſe: qa ſciebat eos, ſi comederẽt, futuros vt deos per ſcientiã boni & mali, tãquã hoc ſolũ creator creaturæ inuideret. Sed nullo modo credendũ eſt ſpũali mente prędità hoc credere potuiſſe. Vnde Adã non eſt ſeductus &c. vt p mulierem. ſ. vir præuaricaretur, ſ'm illud Ro. In ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ. Seductus tñ non eſt. Vnde non ait, Mulier ſeduxit me &cęt. ſed ipſa dedit mihi, & comedi. Illa verò inqt, Serpens ſeduxit &c. Ita Salomon vir quidẽ tantæ ſapientiæ, nõ in ſimulacrorũ cultu aliqd vtilitatis credidit eſſe, ſed mulieris amori reſiſtere non valuit, & quod ſciebat nõ eſſe faciendũ, fecit ne mortiferas delicias cõtriſtaret. Sic vxorẽ, quę iã ſeducta manducauerat, noluit Adam contriſtare, quã credebat à ſe alienatã tabeſcere, & ſine ſolatio interire, non quidẽ carnis cõcupiſcẽtia, ſed amicabili beniuolentia, qua ſæpe Deus offenditur, ne offendatur amicus. Alio ergo modo deceptus eſt quàm mulier, quæ falſum verum eſſe putauit. *Myſti.* Ecce Adam fa. eſt. qua. v. &c. Dupliciter intelligi poteſt. Quaſi vnus ex nobis. i. Deus, quod pertinet ad inſultationem: ſicut dr̃ vnus ex ſenatoribus. i. ſenator: Vel quod Deus eſſet non natura, ſed creatoris ſui beneficio: ſi ſub eo manere voluiſſet. Sciẽs bonũ & malũ, quaſi, poteſtatem Dei pœna ſua diſcet eſſe ineuitabilem, quam pati noluit beatus & conſentiens: & habebit ſcientiam per pœnam, quam Deus habet per ſapientiam.

F

a *Nunc ergo ne forte &c.* Simile dicit Apoſt. Ne fortè det illis Deus pęnitentiam ad cognoſcẽdam veritatem. Videtur autem homo dimiſſus eſſe in labores huius vitæ: vt aliquando porrigat manum ad arborem vitæ, id eſt ad crucẽ, per quam vita reparatur æterna. Prohibitio quoque intelligi põt, vt iuſta pena poſt peccatum interclusus ſit ad ſapientiam aditus, donec Dei miſericordia reuiuiſcat, qui mortuus fuerat. G

b *Emiſit eũ &c.* in locũ ſibi cõgruũ, ſicut plerunq; malus cum inter bonos viuere cęperit, ſi in melius mutari noluerit, de bonorũ congregatione pellitur pondere prauæ conſuetudinis ſuæ.

c *Eiecitq; Adam Hier.* LXX. Et eiecit, & habitare fecit cõtra paradiſum voluptatis, & ſtatuit Cherubin & flãmeã rhompheam, quæ vertitur ad cuſtodiendã ligni vitæ viã. Alius ſenſus eſt in hebræo. Ait enim & eiecit dominus Adã, ſcilicet & habitare fecit ante paradiſum voluptatis Cherubin & flammeum glad. &c. Non quòd Adam habitare fecerit contra paradiſum voluptatis, ſed illo eiecto ante fores paradiſi, cherubin & flãmeum poſuit gladium, ne quis poſſet intrare. *Auguſtinus. Hiſtorice.* Et collocauit &c. Hoc per cœleſtes poteſtates etiam in paradiſo viſibili factum eſſe credendum eſt, vt per angelicum miniſterium ibi eſſet quædam ignea cuſtodia, non tamen fruſtra, ſed quia aliquid de paradiſo ſignificat ſpirituali. *Strab.* Collocauit &c. hoc eſt per miniſterium angelorum igneam cuſtodiam conſtituit. Flammeus gladius, tribulationes dolores & labores huius vitæ quib. nos exercemur. Vel ſententiam iuſte damnationis, quæ homini eſt data, qui ita damnatus eſt, vt Chriſti paſſione redimi poſſet. Vnde gladius verſatilis dicitur, quia poteſt remoueri. Remotus eſt enim Enoch & Eliæ, & quotidie remouetur fidelibus, de hac vita ad ſupernam beatitudinem trãſeuntibus. Nec dicit flammam & gladium, ſed flãmeum gladium. Qui enim ad paradiſum redeũt, neceſſe eſt vt igne Spiritusſancti omnes concupiſcentias huius vitæ exurant, & gladio verbi Dei omnia noxia præcidant. *Iſido. Myſti.* Et collocauit. &c. Cherubin plenitudo ſcientiæ, hæc eſt charitas, quæ plenitudo legis eſt diuinæ. Gladius flammeus, pęnę temporales, quæ verſatiles ſunt, quoniam tempora volubilia ſunt. Ad arborem igitur vitæ non reditur niſi per cherubin, id eſt plenitudinem ſcientiæ, id eſt charitatem: & per gladium verſatilem, id eſt tolerantiam temporalem. H

☞ *Adam*

Margin notes: De Geneſ. ad lit. lib. 11. c. 42. to. 3. — Rom. 5. c — † Eijcitur Adã de paradiſo. — *Myſticè.* — 2. ad Ti. d — In q. Hebr. in Gen. t. 3 — 1 De paradiſo voluptatis. de horto Edẽ. *Hiſtoricè.* — *Ante paradiſũ voluptatis, ab oriente horti Edẽ* — Super Gene. c. 6. *Myſticè. Cherubin. Gladius flammeus.*

a ¶ Hæc verba ſunt Dei. ¶ Apoſiopeſis, quæ irato & perturbato congruit.

a ens bonum & malum. Nunc ergo, a

a ¶ Id eſt ſi. ¶ Impleto numero electorum qui guſtaturi erant de ligno vitæ, & ſic ad beatum ſtatum migraturi. ſed cuſtodia eſt adhibita, ne qui indigni facti ſunt attingant vlterius.

ne forte mittat manũ ſuam, & ſu- b

a ¶ Quod erat ei pro ſacramento.

mat etiam de ligno vitæ, & come-

b dat, & viuat in æternum. Emi-

a ¶ Hæc Dei actio eſt. b ¶ Quaſi excommunicando, ſicut modo praui emittuntur ab eccleſia.

ſit eum dominus † Deus ¹ de pa-

a ¶ Vt in hoc corpore laboraret, & meritum redeundi ſibi collocaret.

radiſo voluptatis, vt operaretur

terram de qua ſumptus eſt. E-

a Quaſi excommunicatum.

c iecitque Adam, & collocauit ante c

a ¶ Angelicam poteſtatem.

¶ Plenitudinem ſcientiæ & charitatem

paradiſum voluptatis Cherubin &

a ¶ Pœnam temporalem urentem, ſed tranſitoriam.
b ¶ Quia in aduentu filij remouendus.

flammeum gladiũ atq; verſatilẽ,

a ¶ Quia reuerti non poſſumus niſi per hæc.

ad cuſtodiendam uiam ligni uitæ. d

## NICO. DE LYRA.

a Nunc ergo videte &c. *Ly videte, non eſt de textu hebraico, ſed ſubintelligitur: & eſt modus loquendi ſatis frequens in hebraico quo omittitur vna dictio. Tranſlatio verò noſtra expreſſit quod in hebręo omittitur, vel ſubintelligitur. Notandum etiam quòd hoc eſt verbum Dei ad angelos, per quorum miniſterium homo primus eiectus eſt extra paradiſum. Sequitur,*

b Et ſumat &c. *Cum homo incurriſſet iam neceſſitatem moriendi, vt prędictum eſt, lignum vitę iam non poterat vitam eius perpetuare, poterat tamen ex ſua bonitate ipſam prolongare, & iſta prolongatio nomine ęterni ſignificatur, ſicut in Pſal. Montes ęterni nominantur propter longitudinem durationis. vnde in hebræo dicitur, Et viuat in ſeculum, quod deſignat tempus longum.*

c Eiecitq; Adam &c. *Iſtud dupliciter exponitur ſecundum duplicem opinionem ſuprapoſitam de ſitu paradiſi terreſtris. Secundum enim illos qui dicunt, quòd eſt ſub æquinoctiali circulo, gladius flammeus intelligitur zona torrida inter habitationem noſtram & paradiſum: & dicitur verſatilis, quia ſol per quem cauſatur ibi caliditas impertranſibilis, appropinquat ad nos in æſtate & hyeme elongatur. Per Cherubin autem intelligitur angelica cuſtodia, per quam tota natura corporea adminiſtratur, & maximè motus orbium.*

d Ad cuſtodiendam viam &c. *Ne homo inde eiectus poſſet illuc redire: nec aliquis alius adire. Secundum verò illam opinionem quæ ponit paradiſum terreſtrem circa tropicum cancri, per gladium flammeum intelligitur aliquis ignis materialis, ibi factus à Deo & oriens de terra, ſicut dicitur de monte Aetna, qui continue ardet: & ſignificatur nomine gladij quia ignis aſcendens ſurſum in ſuperiori parte acuitur ad modum gladij. Per Cherubin autem intelligitur natura angelica, vt prædictum eſt: Ad cuſtodiendam viam, quia ille ignis eſt ante introitum paradiſi prohibens acceſſum hominis ad ipſum.*

Margin: Gladius flammeus.

*Moraliter.* ✠ lorum ex hoc quòd inducunt homines ad bonum. Similiter mulier & vir maledicũtur per quod deſignatur quòd anima & corpus poſt reſurrectionem in inferno punientur. Sequitur,

† *Emiſit eum Deus de parad. &c.* per quod deſignatur ꝙ peccator pro peccato mortali deſinit eſſe de eccleſia militante merito, & ſi non numero. Per hoc autem quòd gladius flammeus ponitur ante paradiſum, deſignatur ꝙ manente peccato mortali non eſt reuerſio ad eccleſiã militantẽ ſ'm meritũ. Dr̃ tñ gladius verſatilis: quia ſi vera pęnitẽtia ſequatur, homo ſ'm meritum ad eã reuocatur, dicẽte dño Ezech. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat, Ezec. 18

a *Adam*

In cap. Geneſ. 3. vbi dicitur in poſtilla, Sed contra dicta occurrit dubium.

### ADDITIO I.

¶ *Licet gratia gratis data poſſit remanere cum peccato mortali, impoſſibile tñ vr̃ ꝙ iuſtitia originalis ſimul maneat cum peccato mortali, prout videtur poſtillator velle. Quod ſic patet: nam prout doctores communiter loquuntur in ſtatu innocentiæ, in quo homo inſtitutus fuit in originali iuſtitia, nulla erat rebellio carnis ad ſpiritum, nec ſpiritus ad Deum, & per conſequens impoſſibile erat ſtante illo ſtatu peccatum mortale incurri. Peccatum enim ſecundũ Amb. eſt inobedientia diuinæ legis, & tranſgreſſio cæleſtium mandatorum, quod de directo opponitur ſtatui innocentiæ. Ad dubium autem motum per poſtillatorẽ ipſum, ſcilicet quomodo in muliere remanſit donum originalis iuſtitiæ poſt primum & ſecundum peccatum, & vſque poſt comeſtionem ligni aliter poſſet reſpon-deri. Pro quo attendendum eſt, quòd licet præceptum de inhibitione comeſtionis ligni fuit datum Adæ antequam Eua fuiſſet in rerum natura producta, vt litera teſtatur, tamen ſecundum Aug. ſuper Gene. c. octauo. ex hoc non ſequitur quòd Eua non fuiſſet obligata ad præceptum obſeruandum. Tranſgreſſio autem huius præcepti non fuit conſummata donec Adam comedit, licet fuiſſet quodammodo inchoata per comeſtionem mulieris: Quod patet per Magiſtrum vbi oſtendit quod talis eſt ordo peccandi in nobis qualis fuit in primis parentibus, ſic dicens, Vt enim tũc ſerpens mulieri malũ ſuaſit, ipſaq; conſenſit, deinde viro ſuo dedit, et ſic conſummatum eſt peccatum, ita & nũc in nobis pro ſerpente eſt ſenſualis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis, pro viro ſuperior portio rationis: Hæc ille. Ex quo patet quòd tranſgreſſio præcepti ipſi Adæ dati non fuit totaliter conſummata vſque ad comeſtionem viri: nec eſt ẽt neceſſarium dicere, quòd Adam fuerit tranſgreſſor illius præcepti ſibi dati*

Margin: *Peccatum.* — 2. diſt. 24. Ordo peccandi.



A *ſibi dati ante comeſtionem ligni per actum interiorem in hoc conſentientem. Nam prout ex ſerie literæ patet, ſola comeſtio fuit prohibita, non autem deliberatio, ſeu conſenſus præcedens comeſtionem. Dicit enim in die quo comederis ex eo &c. Non autem dicit in die quo cõſenſeris, ſeu deliberaueris comedere & hmõi. vnde ſicut de quibuſdam præceptis veteſta. dicitur à doctoribus, quòd lex prohibet manum, non autem animum, eodem modo in propoſito dici poſſet, prout litera ſonat. Ex quibus vlterius ſequitur, quòd licet tam Eua, quàm Adam ante comeſtionem ligni peccaſſent per actus interiores peccato ſuperbiæ, quod eſt initium omnis peccati: Eccl. non tamen tranſgreſſio præcepti ſibi dati fuit facta vſque ad hoc quod Adam comediſſet, & tunc & non antea nuditatem ſuam erubuiſſe debuerunt, quod videntur ſonare verba Aug. quòd poſtquam tranſgreſſio præcepti facta eſt gratia Dei deſerente, de corporum ſuorũ nuditate confuſi ſunt, non enim dixit poſtquàm peccauerunt, quòd poſſet intelligi de quocunque genere peccati, ſed poſtquàm tranſgreſſio præcepti facta eſt: vt intelligatur de tranſgreſſione præcepti de quo agitur, quæ nunquam fuit conſummata donec vir comederet, & ſic de nuditate ſua tempore congruo erubuerunt.*

Margin: Eccl. 10. b — 4. de ciuit. Dei. to. 5.

In eod. cap. 3. vbi dicitur in poſtilla, Serpentem autem non interrogauit.

### ADDITIO II.

¶ *Alia etiam ratio aſſignatur ad hoc quòd ſerpens non fuit interrogatus. vnde Aug. nam ſerpens non interrogatur, ſed prior excipit pœnam, quia nec confiteri peccatum poteſt, nec habet omnino vnde ſe excuſet.*

Margin: Cõtra Manich. lib. 2. to. 1.

In eod. cap. 3. vbi dicitur in poſtilla, Sed iſta expoſitio quantum ad multa &c.

### ADDITIO III.

¶ *Iſta expoſitio vltima, non eſt tãquam irrationabilis excludenda: conſonat enim literæ pluſquam alia, & eſt ſententia Hiero. de hebraicis queſtionibus: nec obſtat quòd poſtillator obijcit. Primo de hoc quòd Deus dirigeret ſermonem ſuum ad animal brutum: nam alibi legitur, Et ait dominus ad piſcem. Ionæ. quod ſignificat expreſſionem diuinæ uoluntatis per effectus exteriores. Quod autem obijcit ſecundò, quòd ſerpens in nullo peccauerat, ſed ſolum dæmon, non obſtat: nam in ſignum deteſtationis peccati etiam bruta quandoque puniuntur, vt patet de iumẽto cum quo aliquis coierit. Leui. prout allegat poſtillator. & non ſolum hoc, ſed etiam rẽs inanimatæ quæ omninò carent ſenſu & motu voluntario, præcipiuntur comburi, & deſtrui propter horrorem alicuius magni peccati, vt Deut. de ciuitate auerſa à cultu Dei ad idolorum ſeruitutem, vbi præcipitur quòd non ſolum pecora occidantur, ſed etiam comburantur ſupellectilia. Et habemus idem. 1. Reg. de Amalechitis vbi propter peccatum à ſuis prædeceſſoribus lõgè ante perpetratum Deus præcepit occidi non ſolum uiros & mulieres, ſed etiã paruulos & lactẽtes boues & oues &c. Quod autem poſtillator tertiò obijcit de ſtatura recta quæ non competit niſi tantum homini, non obſtat: nam ad ſaluandam veritatem literæ ſecundum hanc expoſitionem, ſufficit quòd ſerpens antea cum pedibus altis incedebat, ſicut & alia animalia, & poſt huiuſmodi ſententiam pedes ſunt ei amoti, ſic vt non poſſet incedere, niſi reptando: vnde hæc expoſitio videtur tenenda tanquam literalis: alię verò expoſitiones Auguſt. & ſanctorum tenendæ ſunt tanquam veræ, & ſpirituales ſeu myſticæ.*

Margin: Ionæ. 2. d — Leu. 20. c — C — Deut. 13. — 1. Re. 15

In eod. c. 3. vbi dicitur in poſtil. Et vocauit Adam &c.

### ADDITIO IIII.

¶ *Eua in hebraico* חוה *chauah vitam ſonat ſimpliciter, non connotando quòd ſit pœnalitati ſubiecta vel non. ſicut enim cum dicitur, mater omnium viuentium, nõ denotatur, quòd ſint in hac vita mortali vel non, vnde hæc vocatio aliter videtur continuari ad prædicta: Ad quod ſciendum, quòd licèt Adam ſecundum quòd tradunt doctores ſciuerit naturas omnium animalium, & omnium ſcientiarum: de quibus homo natus eſt inſtrui, non tamen habuit notitiam futurorum contingentium, niſi prout ex diuina reuelatione habuit, vel experimentaliter poterat adquirere. & ideo cum mulier ſtatim poſtquam fuit producta ſibi adducta fuerit, neſciens an Deus diſponeret eos ſic remanere, & alios de nouo procreare, an ex ea eſſet proles per propagationem procreanda, vocata eſt ab eo virago, quaſi de viro ſumpta, ad denotandum quòd erat ſibi data in conſortium domeſticæ conuerſationis, non declarans an eſſet ſibi data etiam ad prolis propagationem quod etiam conſonat verbis Dei dicentis ante mulieris productionem. Gene. Dixitq; Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Sed poſt peccatum ex diuina ſententia contra ipſum, & vxorem ſuam lata duo collegit: Vnum, ſcilicet quòd ipſi eſſent mortales, & hoc cum ſibi fuit dictum, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Secundum quòd debebant habere filios per propagationem, ſicut cætera animalia, & hoc cum dictum fuit mulieri: Multiplicabo ęrumnas tuas, & conceptus, & in dolore paries filios. Ex quibus concluſit, quòd illa deberet eſſe mater omnium ſuccedentium, cum iam ceſſauiſſet Deus à nouis creaturis condendis: & ideo audita diuina ſententia vocauit eam Euam, quod nomen interpretatus eſt ipſe Adam. ideo quòd eſſet mater omnium viuentium.*

Margin: 1. par. q. 94. articu. 3. in cor. q. — Gen. 2 a

*Adam*

## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

B IN 3. cap. vbi poſtillator mouet dubium. Cum Eua peccauerit actu interiori ſuperbiæ & diffidentiæ, & actu exteriori comeſtionis vetiti, & tamen non percepit ſuam nuditatem vſq; poſt eſum viri: quomodo iuſtitia originalis potuit ſtare cum præfatis peccatis Euæ? Et reſpondet dicens iuſtitiam originalem fuiſſe gratiam gratis datam quæ ſtare poteſt nedum cũ peccatis venialibus, ſed etiam mortalibus. Hanc reſpõſionem Burgen. impugnat ratione minus efficaci vt dicetur: & ponit ad motum dubium aliam reſponſionem dicens, ꝙ Adæ datum eſt præceptũ, non Euæ: ideo tranſgreſſio non fuit conſummata quouſque Adã comederet, & euſque manſit iuſtitia originalis. Et multa circa hoc dicit inepta. Suppoſitum. n. Burg. ex litera apparet falſum: Dicitur enim in litera ꝙ mulier reſpondit diabolo, Nobis præcepit Deus &c. Igitur mulier recepit præceptum, ſiue per ſe ſiue per virum, ſicut quibuſdã placet. Si igitur fuit mulieri pręceptũ, ad ſeruandũ erat obligata, tranſgrediendo igitur nõ ſolũ venialiter, ſed & mortaliter peccauit: ſtat igitur reſponſio poſtillatoris. Quod aũt Burg. de magiſtro ſententiarũ adducit: allegoria eſt, non ſenſus literalis, vt patet p eundẽ in eo. c. Illud quoq; nec verum vr̃ quod addit Burg. dicẽs ſolam exteriorem comeſtionem fuiſſe prohibitam, nõ actum interiorem, quia ſecundum omnes illa prohibitio fuit ad probandum obedientiam, ideo dicitur cõiter ꝙ fructus non erat malus, nec eius eſus, niſi quia prohibitus, nunc aũt inobediẽtia ſicut & obedientia reſpiciũt actum interiorem principaliter, cõſequenter exteriorem, nec exterior aliquid malitiæ intenſiuè addit ſuper interiorem, vt vult Magiſter ſententiarũ per eum inductus. Etenim (inquit) vna inobediẽtia vnuſque contemptus, ſiue quando vult ſiue quando agit, licèt ſecundum expoſitionem doctorum diſtinctio ſit in malo extenſiue: Nec valet ſimilitudo per eum ſcilicet Burgen. inducta de lege cohibente manum & non animum: quia hoc dicitur ratione tpalis pœnæ per legem taxatæ, ſed non quo ad Deum, apud quẽ, vbicunque manus cohibetur, animus nõ manet ſine obligatione: Imò dato, (ſed nõ cõceſſo) ꝙ ſolus actus eſus exterioris prohibitus fuiſſet, adhuc ſtaret dubium motum, quomodo iuſtitia originalis manſiſſet in Eua manducante ante virum? Manſit quidem ſecundum poſtillatorem, & non manſit ſecundum Burg. Pro vtriuſq; partis concordantia notandum prout ſcripſi circa ſententias, quòd iuſtitia originalis multos habuit effectus. Vnum principalem, alios ſecundarios. Principalis fuit ordinatio voluntatis in Deum: Sed ſecundarij effectus non fuerunt ſimpliciter & directè à iuſtitia originali, ſed à concurrentibus, quæ ęnumerat Scotus, quæ ſunt immortalitas, prę-ſeruatio à ſiti, & alijs paſſionibus, & tranquillitas virium ſenſitiuarum. Oppoſitum effectus principalis eſt culpabile, oppoſitum autem effectuum ſecundariorum non eſt culpabile, ſed potius pœnale: Per peccatum igitur actum interiorũ ceciderunt à iuſtitia originali quãtum ad effectum principalem, quia voluntas eorum fuit quo ad Deum inordinata, dum Adam ſe ad amorem vxoris conuerteret diuino præcepto diſſimulato, ſicut colligitur à beato Auguſti. vbi dicitur Adam peccaſſe quadam ſocietatis neceſſitudine: Sed his ſic ſe habẽtibus effectus ſecundarij nõ ſunt ſecuti, q a pœnale reſeruatum eſt vſque poſt peccatum operis, manifeſtè per mulierem inchoatum, & per virum conſummatum. Manſit igitur iuſtitia originalis cum peccato quo ad effectus ſecundarios pro poſitione poſtillatoris, & non manſit quo ad effectum principalem pro poſitione Burgenſ. Signum huius dicti ſumi poteſt ex eo, quia reſtitui poteſt gratia æquiualens iuſtitiæ originali quo ad effectum principalem, reſtitutione non facta quo ad effectus ſecundarios: Nec per huiuſmodi concertationem fit variatio in ſenſu literali. Ad argumentum igitur principale Burgen. dicitur ꝙ per actum interiorem ſuperbiæ & diffidentiæ, qui venit ex rebellione ſpiritus ad Deum ceciderunt à ſtatu innocentiæ & iuſtitię originalis quo ad effectum principalem, ſed non quo ad effectus ſecundarios quouſque peccatum actu exteriori foret conſummatum. Item in eod. cap. vbi poſtillator ponit de locutione Dei ad ſerpentem expoſitionem beati Auguſtini, quam ponit ex intentione fore literalem, ſubdit poſtillator ponens expoſitionem aliam quam beatus Hieronymus. videtur recitare: ſed hanc reprobat poſtillator tribus rationibus. Sed Burgenſ. opponit ſe poſtillatori, dicens expoſitionem beati Auguſtini fore myſticam, ſed eam quam recitat beatus Hieronymus, fore literalem, & nititur ſoluere rationes per poſtillatorem in contrarium adductas. Et cum primum poſtillator arguit quòd irrationabile eſt, quòd Deus dirigeret ſermonem vocalem ad animal brutum non intelligens, Reſpondet Burgenſ. quòd non obſtat, quia alibi legitur, Et ait dominus ad piſcem. Ionæ. Sed illa reſponſio non valet: quia locutio Dei hic fuit vocalis, ibi autem quædam interior inſpiratio, vt Burgenſ. met teſtatur dicens: Locutio ad piſcem ſignificat expreſſionem diuinæ voluntatis per effectus interiores. Sed quòd hic fuerit uocalis, patet per beatum Auguſtinum. vbi propter illam locutionem Dei ad ſerpentem dicit: vbi in ſacra ſcriptura aliquid dicitur quod non niſi abſurde ad literam poteſt intelligi, proculdubio figuratiue dictum eſſe, & ad aliam ſignificationem accipi debere. Et ob id idem beatus Auguſtinus ponit differentiam inter locutionem Dei ad virum & mulierem & ſerpentem dicens: Locutionem ad primos eſſe ad literam,

Margin: Mag. ſent. lib. 2. di. 42 — Iuſtitia originalis quomodo manſit in Eua &c. — 2. di. 31. 32 — Scot. in 2. diſt. 29 — D — Super Gene. lib. 11. c. 9. t. 3 — In li. quæſt. Hebr. to. 3. — Ionę. 2. d — Lib. 11. ſuper Gene. c. 1. to. 3. — Aug. li. 11. c. 9. to. 3.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ram, ſed ad ſerpentem figuratiuam, quia abſurde ſonaret vt arguit poſtillator ex illo loco beati Auguſt. ſed non ſonaret abſurde, ſi
E per inſpirationem locutus fuiſſet ſerpenti ſicut piſci, de quo ſupra. Conſtat ergo quod fuit vocalis, ſed ad diabolū ſub nomine ſerpentis. Confirmatur totum ex intentione beati Grego. in moral. prout Burg. eum allegat in ſolutione vlt. argu. q. ſuæ preambulæ, vbi dicitur, Cum ordo hiſtoriæ deficit, ſeſe nobis intellectus myſticus quaſi apertis iam foribus oſtendit; & tunc myſticus pro literali habendus eſt, vt Burgen. met vbi ſupra teſtatur: & ſic eſt in propoſito de
Iud. 19.b locutione Dei ad ſerpentem ſicut de locutione lignorum Iudic. Certum eſt enim vtrobique hiſtoriam ſecundum vocum ſignificationem deficere. Eſt igitur ad myſticum ſenſum tanquam ad verè literalem recurrendum ſecundum doctrinam beati Grego. & Aug. & omnium communiter ſcribentium. Fruſtra igitur laborauit Burgen. cum ſolutione primi argumenti. Nec reſponſio ad ſecundum valet: nam inſtantia de iumento eſt contra Burgenſ. pro eo quod ſerpens potiſſimè venit deſtruendus plus quàm iumentum: ſi inſtantia valeret: Nec aliæ inſtantiæ valent de interemptione pecorum & etiam inanimatorum: nam cum iumento, pecoribus, vaſis, & ſupellectilibus inanimatis commiſſa ſunt peccata idololatriæ, & alia, tanquam cum ſubiectis pollutis: diabolus autem ſerpente non vtebatur vt ſubiecto quod polluit, ſed ſolum vt inſtrumento, quod Deus permiſit, vt cito dicetur infra: ideo illa in deteſtationem peccati deſtructa ſunt: ſerpens autem, quia ſolum fuit permiſſum inſtrumentum, puniri non debuit. Exemplum familiare: Occidat quis clericum gladio, in deteſtationem peccati locus execratur, interdicitur, & tota terra ſupponitur interdicto, quia videntur ſubiecta in quibus ſanguis clerici effuſus eſt. Contra gladium verò qui ſolum inſtrumentum fuit occiſoris nihil fit ipſo iure. Nec valet reſponſio ad tertiam rationem poſtillatoris: nam expoſitio quam improbat, dicit ſerpentem erectam ſtaturam habuiſſe, non more pecudis pedes: Nec tamen ſerpentem habuiſſe pedes eſt in ſcriptura fundatum. Nam ante tentationem ſerpens fuit dictus à ſerpendo, vt dicit Iſido. & inter reptilia computatus, Nec litera quam putat Burgen. ſaluare eius propoſitum: nam cum in ſerpentis maledictione dixit dominus, Super pectus tuum gradieris, non intelligi debet ad literam ſecundum intentionem beati Auguſt. quaſi prius ſuper pectus repere non conſueuerit, ſed ad diabolum dictum intelligitur, non ad ſerpentem, quamuis ſub nomine ſerpen- G tis ſecundum quòd poſtillator ad beati Auguſt. intentionem exponit. Et dato, quamuis non cōceſſo, quòd ſerpens tempore tentationis erectus vel ſuper pedes inceſſerit: diabolus enim ad hoc potuit eum erigere, aut pedes formare: qui ad loquendum eius linguam poterat mouere: & tunc ſenſus literæ eſt, Super pectus tuum gradieris: id eſt, quòd de cætero non permittetur diabolus ſic transformare ſerpentem: Et ad iſtum ſenſum conferre videtur quòd poſtillator ſecundum intentionem beati Auguſtini 11. ſuper Geneſ. cap. 9. vbi ſupra (exponendo, quare potius per ſerpentem tentatus eſt homo, quam per aliam effigiem) ait, quòd ſcilicet hoc non fuit ex dæmonis electione, ſed magis ex diuina diſpenſatione, quæ non permiſit hominem tentari per diabolum in ſpecie affabili & nobili, per quam poſſet facilius decipi, ſed magis in ſpecie horribili, in qua fallacia dæmonis poterat facilius deprehendi. Et mirum quòd Burg. in hac parte poſtillatorem nō redarguit, qui pueriles frequenter contra eum occaſiones quæſiuit, cum tamen hic modus dicendi, vel loquendi ſit antecedens ad omnia quæ Burgenſis in hoc loco reprobare nitebatur. Item in eodem capitulo, vbi poſtillator dicit Euam ſignificare vitam pœnalitati ſubiectam: ſicut & beatus Hieronymus dicit, quòd ſignificat vitam & calamitatem, Burgenſis fingere videtur oppoſitum, innixus fundamento falſo, quod ſcilicet Adam à principio formationis mulieris, neſciuerit eam matrem cunctorum hominum futuram: Sed hoc falſum videtur. Sciuit enim hoc ſtatim ſpiritu prophetico, qui formata muliere dixit, Hoc nunc os ex oſſibus meis: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori. Ecce ſciuit eam ſibi datam in vxorem, ſciuit quoque ſe futurum patrem, & Euam futuram matrem: Sciuit nihilominus plus eam ſibi coniunctam, quam ob conuerſationem domeſticam quam habet pater & filius, quorum tamen coniunctione, maiorem dixit coniunctionem vxoris ad virum, & econuerſo. Sciuit quoque hoc ipſum ex Dei benedictione ante lapſum, de qua dicitur primo capitu. Non latuit eum nuptias ante lapſum inſtitutas, & per Deum benedictas, vt vult beatus Auguſtinus. Cum igitur ante lapſum fuerant nuptiæ celebratæ, quamuis non conſummatæ, tamen præceptum de conſummando per benedictionem receperunt, cum dixit dominus, Creſcite & multiplicamini &c. 14. de ciuitate Dei. 22. c. 5. & 1. ſup Gene. c. 3. to. 6.

F
## GLOSSA ORDINARIA.
### Cap. IIII.

De Geneſ. ad litt. li. 9. c. 7. to. 3. alias non habet † Euam.

ADam &c. *Auguſtinus.* In paradiſo virginitas, extra nuptiæ. fuiſſet tamen in paradiſo honeſtum coniugium, niſi prius inobedientia meruiſſet exiliū, quàm Deus induxiſſet carnale conſortiū. Ideo in lumbis Adæ damnata eſt morti tota poſteritas: quia ante præuaricationem non eſt in loco vitæ de maſſa ſeparata, ſed poſt in exilio generata. H

### Cap. IIII.

a ¶ Iam reus. ¶ Non in paradiſo. ¶ In paradiſo virginitas, extra nuptiæ.

ᵃ ADAM verò cognouit ᵃ † vxorem ſuam Euam.

*Concepit*

## NICO. DE LYRA.
### Cap. IIII.

ADam verò cognouit vxorem &cęt. *Poſtquàm deſcripſit Moyſes hominis conditionem & lapſum, hic conſequenter deſcribit multiplicationis actum diſcernendo fideles ab infidelibus, & hoc facit per tres ſtirpes. Primo per Adam: Secundo per Noe. 6. cap. ibi, Noe verò. Tertio per Abraham. 12. cap. ib., Dixit autem dominus ad Abraham. Circa primū primo deſcribitur Adæ generatio. Secundo generationis recapitulatio. 5. cap. ibi, Hic eſt liber. Adhuc primo deſcribitur generatio filiorum Adam delenda. Secundo permanenda & eligenda, ibi, Cognouit quoque adhuc Adam. Adhuc primo deſcribitur delenda generatio, ſcilicet Cain & Abel, quia Cain generatio deleta fuit in diluuio, Abel verò fuit interfectus à fratre antequam generaſſet. Secundo deſcribitur generatorum diſtinctio, ibi, Fuit autem Abel. Circa primum dicit:* Adam verò cognouit vxorem ſuam. *Dicunt hebræi, quòd iſta dicuntur per modum recapitulationis, & quòd Adam genuit iſtos pueros antea cum adhuc eſſet in paradiſo voluptatis. Quod confirmant per illud quod ſupradictum eſt homini, Creſcite & multiplicamini. quod intelligitur de actu generationis. & ideo dicunt quòd formata muliere & adducta ad Adam, ſtatim cognouit eam carnaliter, cum dixiſſet, Et adhærebit vxori ſuæ: alioquin eſſet tranſgreſſor prædicti præcepti. Doctores autem catholici dicunt contrarium, videlicet quòd primi parentes de paradiſo egreſſi ſunt virgines. Vnde dicit Aug. quòd primi parentes in paradiſo non coierunt, quia formata muliere, poſt modicū propter peccatū eiecti ſunt de paradiſo. & ideo Hier. dicit. Nuptiæ replent mundum, virginitas autem paradiſum. Argumentum autem Iudæorum ad oppoſitum non valet. Tùm propterea quod dictum eſt, quòd formata muliere modicum ſteterunt in paradiſo. Tùm, quia licet datū eſſet præceptum de multiplicatione in generali, expectabant tamen determinationem Dei in ſpeciali: quia præceptum affirmatiuum intelligendū eſt ſecundū determinationē debiti tpis & circunſtantiarū. Et ideo dicendū cum doctoribus catholicis, q iſta generatio filiorum Adæ de quibus hic agitur, fuit poſt eiectionem de paradiſo, quia eiecti de delitijs illis paradiſi recurrerūt ad delitias carnis.* Super Geneſ. ad lit. lib. 9. cap. to. 3.

¶ a Quæ

## MORALITER.

a *Adam vero cognouit vxorem ſuam &c.* Hic agitur de prolificatione, per quam ſecundum præcedētia intelligitur operatio humana, ad quam conueniunt vir & mulier. i. ratio & pars ſenſitiua. Nam
1. Metaph. operatio non poteſt dici humana, niſi procedat à ratione. Metaph. Animalia imaginationibus & memorijs viuunt, homo autem ratione & intellectu: operatio verò circa ſingularia eſt, vt ibidem dicitur. Operabile nanque ſingulare eſt. Singularium autem eſt ſenſus, ſicut vniuerſalium intellectus: propter quod operatio humana producitur à ratione & parte ſenſitiua. Igitur ſi pars ſenſitina trahat conſenſum rationis ad illicitum delectabile, ſenſui generatur operatio mala per Cain ſignificata, qui fuit malus. Si autem ſenſus obediat rationi, generatur Abel, per quem operatio bona ſignificatur, Abel enim hebraicè dicitur הבל Hebel, quod eſt; non luctus, ſed lenitas, ſeu vapor cuius propriū eſt aſcendere ſurſum. ſicut operatio bona tendit in Deum. Abel autem à Cain interficitur. nā opus meritorium per mortale peccatum ſuperueniens mortificatur. Iac. Iac. 1.b Peccatum aūt cū cōſummatū fuerit generat mortē. Cain aūt à Deo maledicitur, quia malū opus à Deo punitur. Itē Cain exit à Deo vagus, & profugus, qa mortale peccatū eſt receſſus à Deo: ad quē ſequitur per diuerſa vitia mētis euagatio. nā abyſſus abyſſum inuocat. Pſ. Pſ. 41.b *Alleg.* per Adā intelligitur Chriſtus, qui. Corin. dr̄ Adam nouiſſimus. 1. Cor. Per Euā autem eccleſia, eo q Eua dicitur mater omnium viuentium. Eccleſia verò eſt mater oīm viuētium uita gratiæ. Ex ipſis aūt generātur filij boni & mali, quia licet oēs Chriſtiani per baptiſmū generentur boni, multi tñ ſua peruerſitate fiunt mali. Munera uerò Abel per quē iuſti ſignificantur, Deo placēt: munera uerò Cain, qui malos ſignificat ei diſplicent. Prouer. Victimę impiorum abominabiles dño, uota aūt iuſtorū placabilia. Prou. 15 In ipſo uerò Cain impij maledicuntur, ſicut dr̄ in epiſtola Iudæ: Væ illis qui in uiā Cain abierūt. Itē Cain exiuit à dño uagus & pſugus, quia peccator à Deo recedēs per diuerſa uitia euagatur, Quod bene ſignificat. Luc. in filio prodi- Luc. 15 go qui



a *Concepit & peperit &c.* Cain & Abel de vna matre geniti,
A figura ſunt omnium hominum, qui de radice peccati in hāc vitam propagantur, & alij terrenam ciuitatem & mortiferas delitias ſunt amaturi, & quantū in ſe eſt ambitione poſſeſſuri, quos ſignificat Cain qui interpretatur poſſeſſio. Alij futuram ciuitatem quæſituri, & de huius habitationis miſerijs lugentes ad futuram gloriam toto deſiderio trāſituri: quos ſignāt Abel, qui interpretatur luctus, & eſt poſterior: quia non prius eſt quod ſpirituale eſt, ſed quod animale. Hinc Cain dr̄ agricola. i. terrenis operib incumbens. Abel vero paſtor ouium ſimplicitatem. ſ. & innocentiam diligens. *Iſido. Alleg.* Duo filij Adæ duos populos exprimunt, Iudaicum. ſ. natu maiorem, & Chriſtianum minorē. Maioris ſacrificiū de terrenis operib reprobatur. Quamuis. n. Iudæi carnalia ſacrificia rectè fecerunt, tēpus tamen noui teſtamenti à tempore veteris nō diſtinxerunt. Vnde iuxta. Lxx. Si rectè offeras: & rectè nō diuidas, peccaſti, quieſce. Rectè offerebat, quia Deo: ſed nō rectè diuidebat, qa exteriora dabat, & ſe in nequitia confirmabat. Iunioris ſacrificium approbatur, vel ſm Theodotionē inflammatur, qa p dilectione qua Chriſtus dilexit nos nō exteriora, ſed ſeipſum patri obtulit: quē caput iunioris populi maior natu, id eſt Iudaic crucifixit in caluarię loco, ſicut Cain minorē fratrē natu occidit in agro. In confuſione vultus Cain inutilis Iudęorū notat verecundia, qui reprobatis à Deo carnalibus adhuc nitunt̄ ſtatuere ea, & blaſphemātes nomen Chriſtianū quantū in ſe eſt, Chriſtū interficiunt. tñ ſi reſipuerint, præmia pmittunt̄, alioqn pę
B na prædr̄: Nonne ſi bene egeris &c. quas aūt cōtra primā ſuggeſtionē rō vires habere debeat, ſignificat̄, cū dr̄, Sub te erit appetitus eius, quaſi non permittat ratio motū prauum ad effectum venire, ſed ſtudeat ſubiugare. b *Fuit au. Abel pa. &c.* In quo ſignificatur q de terrena inhabitatione lugent. Abel nanque luctus interpretatur, vel vapor, quia luctus fuit parentibus vel tāqua vapor cito diſparuit. c *Factum eſt &c.* Offert Cain de fructibus terræ ſacrificiū, quia terrenorum amatores cum Deum in multis offendant, largitione facultatum placari putant, cōtra quos dicitur: Si diſtribuero ī cibos pauperū. o. f. m. cha. autem non ha. nihil mihi prodeſt. Omne enim quod datur, ex dantis mente penſatur.

Ciuitas Cain. Ciuitas Abel. — Super Geneſ. c. 4. *Allegoricè.* — † vt offerret, vt adduceret, Hebraiſmus. — Abel. † recipies vel venia erit? — 1. Cor. 13.

a ¶ Prius enim eſt quod aīale eſt. b ¶ Iudaicum populum.
ᵃ quæ concepit, & pepit Cᵇain dicēs: ᵃ
¶ Hi ſunt qui terrenas diuitias ambiunt, & quātum in ſe eſt poſſident. Cain nanque poſſeſſio uel acquiſitio interpretatur.
Pᵃoſſedi hoīem p Deū. † Rurſumq; ᵇ ᶜ
a ¶ Chriſtianum populum.
ᵇ pepit fratrē ei⁹ Abᵃel. Fuit aūt Abel ᵈ
a ¶ Simplicitatis & innocentiæ cultor. b ¶ Terrenis incubans.
pᵃaſtor ouium, & Cain agricolᵇa. Fa- ᵉ
ᶜ ctum eſt autem poſt multos dies, ᶠ
a ¶ Sic quidam in multis Deum offendentes, putant facultatibus & oblationibus Deum placare.
† vt offerrᵃet Cain de fructibus terrę
a ¶ Fides noui teſtamenti grata ex innocentia Deum laudat & terrenis operibus veteris teſtamenti anteponitur.
ᵈ munera dño. Abᵃel quoque obtu- ᵍ
a ¶ Fide: charitate: ex quibus cæteræ virtutes oriuntur.
lit de primogenitis gregis ſui, &
a ¶ Charitate, ſine qua anima arida & languida.
b ¶ Prius.
ᵉ de ᵃadipibus corum. † Et rᵇeſpexit ʰ
a ¶ Pater. ¶ Qui mentem offerentis non oblationem attendit, quæ placet ex munditia mentis.
b ¶ Chriſtum qui caput Chriſtiani populi.
c ¶ Poſt. d ¶ Oblationem crucis.
dᵃominus ad Abᵇel, ᶜet ad mᵈunera
a ¶ Iudaicum populum. ¶ Quia ex damnis corde datum accipitur vel refutatur. b ¶ Carnalia ſacrificia.
¶ Cuius cordis munditia debuit condire munera.
eius; ad Cᵃain autem, & ad mᵇune- ⁱ
a ¶ Reprobatis carnalibus.
ra illius non rᵃeſpexit. Iratuſque eſt ᵏ
a ¶ Præ verecundia. b ¶ Inutili confuſione.
Cain vehementer, & cᵃoncidit vᵇul- ˡ
a ¶ Increpando.
ᶠ tus eius. Dixitqᵃue dominus ad eū: ᵐ
a ¶ Liuore torqueris. ¶ Noli iraſci abs re.
b ¶ Non bona uerecundia.
Quare irᵃatus es? & cur cᵇoncidit ⁿ ᵒ
a ¶ Tam interior quam exterior. b ¶ Si pura mente obtuleris. c ¶ Reſipiſcendo.
ᵍ facᵃies tua? Nonnᵇe ſi bene ᶜegeris ᵖ
a ¶ Præmium. ¶ Reſpiciente Deo ad te & ad tuum ſacrificium. b ¶ Obſtinato pœna prædicitur.
recipiᵃes; ¹ Sinᵇautem malè, ſtatim ᵍ ʳ ˢ
a ¶ Primo introitu quaſi principijs obſta.
b ¶ Id eſt omnibus patebit, & hoc ianitore comitaberis.
ʰ in foribᵃus peccatum tuum ᵇaderit?
a ¶ Non ſuper te. ¶ In poteſtate tua, quia liberi arbitrij es.
Sed ſub tᵃe erit appetitus eius, & tu ᵗ
a ¶ Si imperfecta: alias inſpecta, nequitia cordis citius præmitur. b ¶ Iudaicus populus.
ⁱ dᵃominaberis illius. Dixitqᵇue Ca- ᵘ
a ¶ Chriſtum. b ¶ Secundum carnem.
in ad Abᵇel fratrem ſuum: Egre-

d *Abel quoque ob &c.* Quia iuſtus in omnibus quæ agit per C fidem & charitatem (de quibus cæteræ virtutes oriuntur, & ſine quibus nihil proſunt) Deo placere contendit, quod ſignificatur in adipibus oblatis. vnde Pſal. Sicut adipe & pinguedine repleatur a. mea. Sine charitate macilēta eſt anima & lāguida, & ī nullo Deo placitura. e *Et reſpexit d. a. &c. Hier.* Vnde hoc potuit ſcire Cain niſi vera eſſet interpretatio Theodotionis. Et inflāmauit dominus ſuper Abel & ſuper ſacrificium eius: ſuper Cain, & ſacrificium ſuum non inflāmauit. Ignem autem de cœlo venire ſolitum ad ſacrificium deuorandum, & in dedicatione templi ſub Salomone legimus, & quando Elias in monte Carmeli conſtruxit altare. f *Dixitq; d. ad c. q. ir. Hier.* Nonne ſi rectè offeras: non autem rectè diuidas peccaſti, qeſce, ad te cōuerſio eius. & tu dominaberis illi⁹. In hebræo alius ſenſus eſt: Quare iraſceris, quare concidit vultus tuus? Nonne ſi benè egeris dimittetur tibi? & ſi male egeris, ante fores peccatū tuū ſedebit? A te ſocietas eius, ſed tu magis dominare eius: quaſi quare iraſceris, & inuidia cruciatus, vultum in terrā demittis? Nonne ſi bene egeris: dimittetur tibi omne delictum? Vel ſecūdū Theodotionem, Acceptabile erit, hoc eſt munus tuū ſuſcipiam, ſicut ſuſcepi munꝰ fratris tui. Quia ſi malè egeris, illico peccatum tuū ante veſtibulum tuum ſedebit, & tali ianitore comitaberis. Sed quia liberi arbitrij es, moneo vt peccatum non tibi, ſed tu peccato domineris. g *Nonne ſi bene e. Greg.* Si rectè offeras, rectè autem nō diuidas, peccaſti. Rectè offertur, cū recta intentione agitur; ſed rectè nō diuiditur, ſi nō quod pie agitur, ſubtiliter diſcernat̄. Obla- D ta enim rectè diuidere, eſt bona ſtudia ſolicite diſcernēdo pēſare, quod qui agere diſſimulat, & rectè offerens peccat. Sæpe enim quod bono ſtudio agimus, dum diſcernere cautè negligimus, quo iudicetur fine neſcimus: & fit reatus criminis, quod putatur cauſa virtutis. *Iſido.* Si rectè offeras, & non rectè diuidas, peccaſti: quia & ſi antea Iudęi rectè illa offerebant, in eo rei ſunt, quia nouum teſtamentum à veteri non diſtinxerūt. h *In foribus peccatum tuum aderit? Alch.* Id eſt intrantem te & exeuntem peccatum comitabitur, nec dominus cuſtodiet introitum tuum & exitum tuum. i *Dixitque Cain ad Ab. & cæt. Hieronymus.* Subaudis quæ locutus eſt

Nota. — Pſal. 62. — Cain. — Heb. 11. a — † 90. diſt. c. neque. 2. q. 7. c. 1. gratiibus. 14. q. 5. c. 2. ſcriptum. De conſ. diſt. 1. nunquid & d. 5. ca. 1. ver. reſpexit. — In Mor. l. 3. c. 10. 1. Rectè offerre. Oblata rectè diuidere. — Super Gene. cap. 4. — In q. Heb. in Geneſ. c. 5. to. 3.

*Abel*

## NICO. DE LYRA.

Abel & Cain offerunt munera domino.

a Quæ concepit & pe. † *Cain. Sic enim vbique debet ſcribi per n in fine: vt habetur in hebræo.*
b Poſſedi ho. per d. *Q. d. in prima formatione hominis nihil cooperata eſt mulier, ſed in generatione illius cooperata fuit.*
c Rurſumq; pep. &c. *Dicūt aliq, q ſic noīatus eſt ab euētu, quia ppter eius occiſionē parentes diù fuerunt in luctu. vnde Abel. vno modo luctus interpretatur. Alij autē dicunt, q hoc fuit, quia natura humana vanitati mortalitatis iā erat ſubiecta. Abel aūt alio modo interpretat̄ uanitas.*
Diſtinctio natorum. d Fuit autem Abel. *Hic ponitur natorū diſtinctio, ſecundo ipſius Cain monitio, ibi: Dixit autē d. ad Ca. Tertio eius obſtinatio, ibi: Dixitq; Cain ad Abel. Quarto eius punitio, ibi: Et ait dominus ad Cain. Quinto eius generatio, ibi: Cognouit autem Cain. Circa primū primo ponitur diſtinctio quantū ad officia, cum dicitur, Fuit aūt Abel &c. viuens in ſimplicitate; vnde & iſta fuit occupatio patriarcharum. Viri paſtores ouium ſumus.*
Secūdum quod dicitur. Gene. 47. a. infra e Et Cain agricola. *Ex cultura terrę quęrens lucra. Secundò ponitur diſtinctio natorum quantum ad mores. Et primo in virtute latrię, cum dicitur,*
f Factum eſt &c. *Adam enim docuerat filios colere Deum per oblationes de fructibus terrę. Cain verò obtulit de peioribus & corroſis.*
g Abel quoque &c. *Id eſt de meliorib. animalib. Et quia tales oblationes non erant acceptę ex ſeipſis, ſed ex bonitate offerentiū, ideo ſequitur.*
h Et reſ. dominus ad Abel. *Id eſt ad bonitatem eius, & per conſequens ad eius munera:*

Ad

i Ad Cain vero non reſ. *Propter eius malitiam, & per conſequens, nec ad eius munera. Secundò ponitur diſtinctio natorum in fraterna conuerſatione, cum ſubditur,*
K Iratuſq; eſt Cain. *Inuidens gratię fratris innocentis.*
l Et cō. vul. ei. *Quia triſtitia mentis apparet ex deiectione vultus. Si autem quęratur quomodo percepit Cain fratris ſui munera Deo accepta & non ſua? Dicendum, quòd hoc percepit per ignem immiſſum à Deo conſumentem oblationem Abel. vnde habet tranſlatio Theodotionis, Et inflammauit Deus ſuper Abel. Talis enim inflammatio ſignum eſt manifeſtum diuinæ acceptationis, ſicut in oblatione Gedeonis Iudic. & in oblatione Eliæ. Reg. & in oblatione Salomonis. Paralip.* Iud. 6. d 3. Reg. 18. f 2. Paralip. 7. a.
m Dixitq; dominus. a. c. *Hic ponitur ipſius Cain benigna admonitio ab ipſo Deo, vt daretur ſibi pœnitentiæ occaſio, cum dicitur,*
n Quare iratus es? *Quaſi dicat non habens cauſam.*
o Et cur. c. facies tua? *Cum deberes eſſe hilaris propter bona fratris. Et ſubditur cauſa.*
p Nonne ſi bene egeris. *Fratrem diligendo.*
q Recipies, *A domino.*
r Sin autem male. *Fratrem odiendo & perſequendo.*
ſ Statim in forib. &c. *Id eſt, ita patens erit mihi ſicut ea quæ ponūtur in oſtio. vnde in Metaph. Philoſophus loquens de notitia primorū principiorum: quæ omnibus ſunt nota, dicit, In foribus quis delinquet?* 2. Meta.
t Sed ſub te &c. *Id eſt tu poteris deuincere peccatum, quia nullus peccat niſi volens.* u Dixitque Cain ad Abe. &c. *Hic conſequenter de-*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tus eſt dominus. Superfluum eſt ergo quòd in Samaritanorum & noſtrorum reperitur voluminibus, Tranſeamus in agrum. *Iſido. Dixitq; Cain. &c.* Non acquieſcit domino dicenti, quieſce, ſed feſtinat ad fratricidium. Sic Iudæi agreſtia & terrena cogitantes, ſi quieuiſſent à perturbatione, & tempus gratiæ cognoſcētes audiſſent, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, & huiuſmodi, ad ſe peccatum conuertiſſent in confeſſione dicentes domino, Sana animam meam, quia pecca. ti. & ſic peccato dominarentur. Nunc verò ignorantes Dei iuſtitiam, & quærentes ſuam conſtituere, non humiliati de peccatis, ſed glorianteſ de operibus legis, in lapidem offenſionis offenderunt, & medicum ſuum occiderunt, cuius opera domino placere videntes cæca mente doluerunt. Occiditur ergo Chriſtus iunioris populi caput, à maiore natu.

*a Et ait Dominus ad Cain. Iſido.* Interrogat dominus Cain, nō ignarus vt diſcat, ſed iudex vt puniat. Vſque hodie Iudæi cum per ſcripturas eos interrogamus de Chriſto, reſpondent ſe neſcire quæ dicimus. Mēdax Cain ignoratio, Iudæorum eſt falſa negatio: eſſent uerò Chriſti cuſtodes, ſi corde crederent: & ore faterentur.

*b Dixitque ad &c. Iſidorus.* Sicque arguuntur in ſcripturis Iudæi, habet magnam vocem ſanguis Chriſti in terra cum ipſo accepto ab omnibus gentibus reſpōdetur, amen: hanc exprimit ipſe ſanguis ex ore fidelium, quos redemit.

*c Vox ſanguinis &c.* Magna virtus iuſtitiæ, quæ vindictam expetit pro ſanguine innocentis.

*d Nunc igitur maledi. eris &c. Rab.* Notandum quòd in peccato Adæ terra maledicitur, Cain verò maledicitur, quia ſciēs damnationem primæ præuaricationis fratricidium addidit. F

*Iſidorus. Nunc igitur m. eris &c.* Per locum quæ in loco ſunt ſignificantur, quaſi maledictus eris ab his qui ſunt ſuper terram, qui aperuerūt os ſuum in confeſſione peccatorum, accipere ſanguinē qui effuſus in remiſſionem eorū de manu perſecutoris, qui noluit eſſe ſub gratia ſed ſub lege, vt eſſet maledictus ab eccleſia: quæ intelligit & oſtendit eſſe maledictum: qui enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.

*e Cum operatus &c.* Ad vocem non ad intellectum fit relatio: quia aliter hic terra, aliter ſupra accipitur: ibi pro eccleſia, hic pro operatione terrena quā adhuc Iudeus exercet, id eſt carnalis circuncīſio: paſcha: ſabbathum: & ſimilia, quæ habent occultam virtutem intelligendæ gratiæ Dei: ſed non dant Iudæis fructum nolentibus tranſire ad Chriſtum. Poteſt in terra caro Chriſti intelligi, in qua ſalutem noſtrā Iudei crucifigendo ſunt operati. Mortuus eſt enim propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē noſtram, quem quia negauerunt iuſtificati non ſunt.

*f Vagus & profu. &c. Iſi.* Diſperſus in gentib. profugus à Hieruſalē. Lxx. gemēs & tremens. Gemens, dolore amiſſi regni. Tremens multitudine chriſtiani populi ne occidaris. Maior eſt iniquitas mea &c. Culpam exaggerat, ſed ſuperbè confitetur, nec veniam flagitat.

*g Maior eſt iniqui. mea. Iſi.* peccata peccatis adijciens deſperat, nec credit ſe veniam poſſe adipiſci, quod eſt blaſphemia in Spiritumſanctum, quæ non remittitur in hoc ſeculo, nec in futuro: quia putat Deum aut nolle dimittere, aut nō poſſe, tanquam omnia aut non poſſit, aut inuideat ſaluti. Non Deum ſibi iratum graue putat, ſed timet ne inueniatur & occidatur.

*h Omnis igitur qui inuenerit &c. Strabus.* Quia ex tremore corporis & agitatione furioſæ mentis, quicūque inuenerit me cognoſcet me reum mortis.

*a Nequaquam*

Super Geneſ. c. 4. — Pſal. 40. a — Occiditur Abel. — Sap. 10. a — * Dñs interrogat Cain. — Matt. 23. e — Pr. Io. 3. b — Iudæ. 1. d — * De pen. diſt. 1. c. ſerpens. &c. voluiſſet. §. denique. de penit. diſt. 3. c. Iudas. — † 24. q. 3. c. cu ergo §. ſed qui. — Super Geneſ. c. 4. — Terra maledicitur. — 2 Fructus ſuos, virtutem ſuā, vel robur ſuum. — Maledicitur Cain. — De pen. di. 1. c. voluiſſent. §. ſerpens. — 3 Iniquitas mea, quā vt veniam me. Iniquitas mea quàm vt mihi condonari poſſit. vel punitio mea, quàm vt ferre poſſim. — Super Geneſ. c. 4. — Cain deſperat.

diamur foras. Cumque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuū Abel, † & interfecit eū. * Et ait dñs ad Cain: Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitq; ad eū: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. † Nunc igitur maledictus eris ſuper terrā, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos. Vagus, & profugus eris ſuper terrā. Dixitq; Cain ad dominum: Maior eſt iniqtas mea, quàm vt veniam merear. * Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra. Oīs igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitq; ei dominus:

a Quia Iudæi agreſtia cogitant & terrena. — a Non quaſi ignarus ut diſcat, ſed vt reum puniat. b Fratricidium improperat. — a Hodie quoque reſpondent Chriſtum ſe neſcire. — a Eſſent quoquo modo Iudæi cuſtodes Chriſti: ſi crederent & confiterentur. — a Quia confiteri noluit iuſta increpatione arguitur. — a Quæ ore fidelium ipſo ſanguine redemptorum exprimitur, ſcilicet Amen. Euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. b Ore redemptorum. — a Quaſi homicidij reatus eſt in meo conſpectu. b Qui ſciens reatum primæ præuaricationis fratricidium addidiſti. — a Eccleſiam. Ab his qui ſunt ſuper terram. b In confeſſione peccatorum. — a Credendo. Id eſt magnæ deuotionis deſiderio ſanguinem Chriſti in ſalutem ſuſcepit. b Fuſum in remiſſionem. — a Perſecutoris qui vult eſſe ſub lege vt ſit maledictus. — a Terrenam operationem, vel Chriſti incarnationem, vel Chriſti carnem. b Intelligentiam ſpiritualem vel iuſtificationem. — a In gentibus. b Ab Hieruſalem. — a Condemnans ſeipſum. — a Culpam aggerat, ſuperbè confitetur nec veniam rogat. — a Tanquam indignum tuo conſpectu. — a Quia mihi ipſi odioſæ præſentiæ tuæ me ſubtraham. — a Hoc deſperando dicit, vel vt compendio mortis præſentes cruciatus euaderet.

tris innocentis occiſionem. vnde ſubditur: Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum. *Quid autem ſibi dixerit non exprimitur in hebraico textu. illud. n. quod ſubditur in trāslatione noſtra, Egrediamur foras, non eſt de textu, & ideo dicunt Hebræi quòd Cain dixit Abel fratri ſuo verba iniurioſa, quærens occaſiones occidendi eum, licet nō ſint expreſſa in textu illa verba. Et ſimile habetur. Reg. vbi tranſlatio noſtra habet, Propoſuerat enim Dauid in die illa præmium ei qui percuſſiſſet Iebuſeū. veritas hebraica ſic habet; Et dixit Dauid in illa die. Quicunque percuſſerit Iebuſeum. Et non exprimitur ibi aliquid de præmio, nec in particulari, nec in generali: Ita eſt hic in hebraico textu, quòd nō exprimitur quid dixerit Cain ipſi Abel, ſed ſecundum iſtam tranſlationē ſubintelligitur: Egrediamur foras: & ideo illud expreſſit. Secundum autem Hiero. ſubintelligitur quòd Cain dixit Abel ea quæ dominus ſibi dixerat eum increpando. Secundum hebræos ſubintelligitur verbum iniurioſum, vt prædictum eſt.* G

a Cumque eſſent in agro. *Ad inſtinctum ipſius Cain ſecundum Hieron. vt prædictum eſt. Secundum hebræos autem poſtquā Cain dixerat uerba iniurioſa fratri ſuo, inſidiatus eſt ei quomodo reperiret eum ſolum in agro. vbi interfecit eum ſicut cogitauerat.*

b Et ait dominus. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Cain punitio. & quia pœna non debet inferri niſi cōuicto de crimine, ideo primo dominus conuicit eū de occiſione fratris. Secūdo pœnam impōnit, ibi: Nunc igitur maledictus. circa primum dicit ſic,*

c Vbi eſt Abel fra. &c. *Non quærit ex ignorantia: ſed vt ex reſponſione eius conuincat eum rationabilius.*

d Qui reſpondit: Ne. *Addens mendacium fratricidio, & excuſationem falſam dicens.*

e Nunquid cu. fr. mei ſum? *Quaſi diceret non, cū tū ex lege naturæ ad hoc obligaretur.*

f Dixit ad eum, *Scilicet dominus ad Cain.*

g Quid feciſti? *Credens occultare maleficium tuum.*

h Vox ſangui. fra. tui clam. ad me de ter. *Acſi diceret: occiſio eius eſt ita patens coram me, acſi ſanguis eius hoc clamaret. Notandum quòd in hebræo habetur: Vox ſanguinum fratris tui. & dicunt hebræi, quod dicitur ſanguinum in plurali, eo quod Cain interficiēdo fratrem ſuum fuit reus ſanguinis, non ſolum ipſius Abel, ſed etiam omnium quos genuiſſet ſi vixiſſet.* H

i Nunc igitur male. eris. *Hic conſequenter determinat punitionem ipſius Cain iam conuicti. & primo determinat pœnam. Secundò pœnæ diuturnitatem, ibi: Omnis igitur qui inuenerit. Adhuc primo deſcribitur punitio. Secundo Cain deſperatio, ibi: Dixitque Cain. Primo igitur determinatur punitio, cum dicitur:*

K Maled. eris. *Quia oēs maledicent tibi propter horrorem maleficij tui.*

l Cum operatus fueris eam. *Non dabit tibi fructus ſuos. Licet maledicta ſit ſupra, propter peccatum patris tui, amplius erit maledicta propter te. quia paucos fructus dabit tibi, & cum magno labore.*

m Vagus & profugus eris ſuper terrā. *Omnibus diebus vitæ tuæ, quia omnibus odioſus eris, & ideo in nullo loco ſecurus eris.*

n Dixitq; Cain ad dominum. *Hic conſequēter ponitur ipſius Cain deſperatio dicentis:*

o Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. *Quod exponunt catholici doctores deſperatiuè, & affirmatiuè dicentes, quod Cain deſperatus dixit, quòd tantum erat peccatum ſuum quod nō cadebat ſub Dei miſericordia. vnde dicit Auguſtinus. Mentiris Cain: maior eſt Dei miſericordia quàm omnium peccatorum miſeria. Doctores autem Hebræi exponunt prædictum verbum interrogatiuè, & negatiuè, acſi diceret Cain: Eſtne peccatum meum tantum quod nō poſſim mereri veniam? acſi diceret, Non: per hoc indicans quod Deus puniebat eum vltra condignum.*

p Ecce eijcis me hodie a facie &c. *Hic deſcribitur pœnæ inflictæ diuturnitas, & exponitur iſta littera dupliciter. Videns enim Cain ſe proiectum à facie domini, & vagum & profugum ſuper terram, timuit ne interficeretur à quocunque homine vel beſtia occurrente, & dixit:*

q Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. *Quaſi refugiens hoc & timens, & petens Deo conſeruari. Aliter exponitur ad contrarium, ſcilicet quòd Cain videns ſe derelictum à Deo, & in tanta miſeria conſtitutū, deſiderauit cito mori, vt ſua miſeria terminaretur, & ideo quaſi mortem deſiderans dixit domino:* Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. *Petens à domino vt iſtud fieret. Et litera ſequens videtur ad hoc concordare cum ſubditur:*

r Dixitq; ei dominus. *Non vt tu petis.*

Sed om-

2. Reg. 5. — † Sap. 10. a 1. Ioh. 3. b — Hiero. in lib. de Hebr. q. to. 3. — Cain punitio. — Frater cuſtodit fratrem. — Vox ſanguinum. — Diuiſio. — Deſperat Cain. — Deſperat Cain.

## NICO. DE LYRA.

*Cain obſtinatio.* ¶ *ter deſcribitur ipſius Cain obſtinatio: quia ex admonitione domini non fuit motus ad contritionem, ſed magis incepit machinari ad fratris*



*a Nequaquam ita fiet.* Id eſt non morieris cito ſicut tu vis, pro remedio tui cruciatus, ſed punietur imperſonaliter .i. punitio fiet de te ſeptuplum, quia viues in cruciatu vſq; ad ſeptimam generationē in qua à Lamech occideris: ergo oīs qui occiderit (ſubaudi) liberabit te ab illo cruciatu malæ conſciētiæ. Hic ſenſus euidētius patet. Secundū. Lxx. Omnis qui occiderit Cain ſeptem vindictas exoluet. i. quicunque te in ſeptima generatione occiderit, exoluet te à cruciatu per mortē, qui vſque ad tēpus illud reſeruādus es in vita, tm̄ ad pęnā, quæ pœna cito finiretur, ſi cito interfectus eſſes. Ita q Iudęos viſibili morte puniret, ſeptē vīdictas ab eis auferret, quib. obligati ſunt pp reatū occiſi Chriſti, qa miſerias & diſperſiones eorum leuiaret quas patiuntur. A

*b Omnis qui occi. C* Lxx. Septē vindictas exoluet. Aquila, ſeptēpliciter: Symmachus, ſeptuplū: Theodotion, per hebdomadem interpretatur; in quo ſignificatur, quia diū & perfectè punietur; ne qs homicidiū audeat iterare. *Hiero. qui interfece. Cain. ſ. p.* Si qs te interfecerit ſeptuplū punietur .i. grauiſſima vltione punietur: nō debuit homo occidere eum, cui Deus reſeruauit vitā: vel ad pęnā ipſius: vel ad correctionē aliorū. *Sed omnis qui occi. Cain. Iſidorus.* Per eclipſim legendū: qui occiderit Cain. Hic diſtinguendū, dehinc annectendū: Septuplū punietur, nō Cain, nec occiſor: quia imperſonaliter poſitū, vt eūdem ſenſum habeamus quē continent verba. Lxx. interpretū .ſ. ſeptem vindictas exoluet. Hiſtorialiter vſq; ad ſeptē generationes in diſperſione victurus erat, quæ pęna ſtatim eſſet ſoluta ſi tunc interfectus eſſet: Ita qui Iudæos viſibili morte puniret, ſeptē vindictas auferret, quibus ſunt obligati pro morte Chriſti: miſerias. n. & diſperſionem eorū leuiaret, quā in hoc tpe patiuntur, quod ſeptenario voluitur & impletur illud, Diſperge illos in virtute tua. B *Hiero.* Quod Aqla poſuit ſeptēpliciter, & Symmachus hebdomada, ſiue ſeptimus vlciſcet: maiores, ita intellexerunt, q̄ Cain a Lamech ſeptima generatione eſt interfectus. Alij, qa ſeptem, plenus numerus & perfectus eſt, ita dicunt q̄ q occiderit Cain ab ingēti pœna & oī trāſeunti ſupplicio liberabit eū. Alij de ſeptē peccatis Cain varia ſuſpicātur. Primū peccatū dicunt, q̄ nō rectè diuiſerit. Secundū, q̄ fratri inuiderit. Tertium, q̄ doloſè egerit, dicēs, Trāſeamus in agrum. Quartum, q̄ occiderit. Quintum, q̄ procaciter negauerit. Sextū, q̄ ſe damnauit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm vt ven. me.* Septimum, q̄ nec damnatus pœnitentiam egerit. Inde dicunt illum à Deo vſque ad ſeptimam generationē dilatū, vt ſaltē malis cōpulſus penitētiā ageret, & abſolui mereretur. C

*c Poſuitq; d. i. C. &c. Iſid.* Cum omnes gentes à Romanis ſubiugatæ tranſierūt in ritus eorū, gens Iudæa ſiue ſub gētibus, ſiue ſub chriſtianis regibus non reliquit ſignum circunciſionis & carnalis obſeruantiæ, quo diſtinguitur à cæteris gentibus: & quicūq; eos in regno ſuo cum hoc ſigno inuenerit nō occidit. i. non efficit vt non ſint Iudæi ab oībus proprio ſigno diſcreti. Quicunq; verò eorum trāſierit ad Chriſtum, iam non inuenitur Cain, nec exit à facie domini, nec habitat in terra Nod, quod interpretatur commotio, vel inſtabilis & fluctuās, & incertæ ſedis; quod patiuntur quicunque exeunt à facie domini, id eſt à miſericordia dilectionis eius, & habitant in perturbatione carnali contra Eden, quod interpretatur epulatio, vbi plantatus eſt paradiſus.

*d Habitauit inter. Hier.* Lxx. Habitauit in terra naid. in hebr. נד nod dr̄. i. inſtabilis & fluctuans, & incertæ ſedis: Non eſt terra Naid, vt vulgus noſtrum putat, ſed expletur ſententia domini, dum huc atque illuc vagus, atque profugus aberrat.

*e Cognouit a. Ca. &c. Iſi.* Figurate progenies impiorum, in ipſa mundi origine fundamentum quærens in hac vita ciuitatē extruxit, quam vocauit Enoch, quod interpretatur dedicatio, quia in primordijs ſe dedicant, dum in hac vita, quæ ante eſt, radicē cordis plantant, vt hic ad votū floreant, & à futura gloria areſcant. Abrahā verò in caſulis habitabat; quia ſancti, hoſpites & peregrinos ſe eſſe cognoſcunt, expectantes ciuitatem habentem fundamentum, cuius artifex Deus eſt.

*f Et ædifi. &c. Aug.* Quæritur quibus adiutoribus eam ædificauerit, ſi plures hoīes nō fuerint q ſcriptura dicit. Sed ſciendū eſt multò plures fuiſſe tūc, qa diu viuēdo plures poterant generare. Nec mirū cum filij Iſrael per quadringētos annos ſic multiplicati legunt, vt eorū nō poſſit enumerari exercitus. D

*g Porrò Enoch. &c. Hieron.* Non de omnibus his certa myſteria exculpūtur, nec inuenirent, niſi prius quędam radices hiſtoriæ iacerentur, nec de ramis arborum fructus legeres, niſi truncos antea plantaſſes. *Iſid.* Notandū q̄ generationes ab Adā p Cain vndenario terminant, in quo trāſgreſſio ſignat. Lamech nāq; ſeptimus eſt, cui tres filij & vna filia addunt: vt vndenarius impleatur p quem peccatū ſignatur: nā & à fęmina clauditur generatio quæ initiū peccati fuit, per quod voluptas carnis, quæ reſiſtit ſpiritui. Vnde Noema vocatur, id eſt voluptas. In hac progenie, Lamech primus cōtra morem, contra naturam per bigamiam adulterium commiſit.

*a Genuitq;*

1 Nequaquam ita fiet, ſed ppterea. — 2 Profugus in terra Nod. — q. Hebrai. in Gen. c. 4 to. 3. — Super Geneſ. c. 4. — Pſal. 53. b q. Hebrai. in Geneſ. c. 4. & Damaſc. q. 1. to. 3. — Super Geneſ. c. 4. — alias † Cain † De pœ. di. c. & venit. — q. Hebrai. in Geneſ. c. 4. to. 3. * 6. di. c. nō eſt ver. ius verò. — * Enoch, prima ciuitas. — Super Geneſ. c. 4. — Irad. — Mauiael. — Mathuſael. — Lib. 15. de ciuitate Dei c. 20. to. 5. — Quæſtio. — vt ſup. — Super Geneſ. c. 4. — Generationes ab Adā per Cain vndenario terminantur. — Noema. i. voluptas.

¹ Nequaq̄ ita fiet, ſed oīs qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitq; dñs † in Cain ſignum, vt non interficeret eum oīs qui inuenisset eum. † Egreſſuſq; Cain à facie dñi, habitauit ² profugus in terra ad orientalē plagam Eden. Cognouit aūt Cain vxorē ſuā, quæ concepit & peperit Enoch. * Et ędificauit ciuitatē, uocauitq; nomē ei9 ex noīe filii ſui, Enoch. Porrò Enoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit La-

a Id eſt non interibit impiū genus Iudæorū. b Per eclipſim legendū. a Hoc tempore patientur Iudæi quod ſeptēnario uoluitur. Perfecte. b Nō Cain nec occiſor, quia imperſonaliter dictum eſt. — a Circunciſionis obſeruantiæ carnalis. Quod vagus & profugus, & ſemper timidus. — a Nō occidas eos, nequādo obliuiſcatur populi mei. Pſal. 58. c. b Rex uel princeps. — a In regno ſuo. — a Miſericordiæ dilectionis, vel participatione lucis. — a Quod interpretatur epulatio. — a De peruerſo patre, peruerſa generatio. b Quod dedicatio interpretatur. — a Fundamentum quærens in hac vita. Fortaſſe, quia in timore erat, & tremore. — a Dedicatio. Quia iniqui terrenæ vitæ ſe dedicāt.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Sed omnis &c. *Et ſic propter timorem pęnæ nullus audebit te occidere. Aduertendum tamen quòd iſta littera:* Sed omnis qui occiderit Cain &c. *exponitur communiter ſic intelligendo, q̄ occiſor ipſius Cain debeat ſeptuplū puniri, quam ipſe Cain, ſicut videtur ſonare tranſlatio noſtra. Sed quomodo iſtud ſit rationabile & quomodo fuerit adimpletū, non videtur, quia ille qui occidit Cain multo minus peccauit quam ipſe Cain, & ideo non videtur rationabile, quod debeat ſeptuplum puniri reſpectu illius. Modus etiam adimpletionis prout cōmuniter aſſignatur non videtur rationabilis. Dicitur enim communiter quòd Lamech interfecit eum, & punitio eius ſeptupla fuit, quia in diluuio fuit ſubmerſus cum multis qui de eo deſcenderant. Sed hæc punitio non plus videtur pertinere ad Lamech, quam ad alios homines illius tēporis, qui omnes fuerunt ſubmerſi excepto Noe & filijs ſuis. Item Lamech deſcendit de Cain, & ideo filij Lamech erant etiam filij Cain, & ideo in tali punitione fuiſſet punitus Cain, ſicut & Lamech. Propter quod aliter exponunt hebræi dicentes, q̄ iſta punitio ſeptupla refertur ad mortem Cain, ſic exponendo literam:* Omnis qui occi. Cain. *Ibi eſt punctus & finis ſententiæ, & ſubintelligitur grauiter punietur, ſed modus punitionis non exprimitur: & talis modus loquendi in pluribus locis eſt in ſacra ſcriptura ſecundum literam hebraicam: vt patet per exempla ſupradicta de verbis Cain ad Abel. Quod autem ſubditur ſecundum noſtram tranſlationem, Septuplum punietur, ſecundum proprietatem hebraici ſermonis dicitur, Septennis punietur, quia in fine ſeptem generationum Cain poſt multas miſerias interfectus eſt à Lamech in vltionem ſanguinis fratris ſui: Quod autem tunc eſſent completæ ſeptem generationes patet, quia ab Adam vſq; ad Lamech ſunt ſex generationes, & Lamech antequam interfecit Cain iam erat cæcutiens ex ſenectute, & ante genuerat filios, & ſic currebat ſeptima generatio.*

b Poſuitq; dominus in Cain ſignum. *Scilicet tremorem horribilem omnium membrorum, vt communiter dicitur. Et quòd in faciem Cain ſignum impreſſit quo cognoſcebatur ab omnibus fratrem ſuum innocentem occidiſſe: & ſic abominabilis omnibus reddebatur.*

c Vt non eum interficeret &c. *Hoc factum nō ſolum ad Cain diuturnam punitionem, ſed etiam, propter aliorum correctionem. Sequitur,*

d Egreſſuſq; Cain a facie domini. *A diuinitate quæ vbique eſt nullus poteſt egredi, ſed egreſſus eſt à facie ſimilitudinis, vel creaturæ, in qua Deus loquebatur.*

e Habit. prof. ad or. plagā Eden. &c. *Per Eden intelligitur paradiſus terreſtris, in pœnam enim Cain factum eſt, vt expelleretur verſus illam regionem delectabilem & felicem: quam per peccatum patris amiſerat, vt inde haberet materiam doloris, quia illuc accedere non valebat.*

f Cognouit autem Cain vxorem ſuam &c. *Hic deſcribitur ipſius Cain generatio. Et ſi quæratur, vnde habuit vxorē? Reſpōdetur q̄ Adam habuit aliam prolem: quæ in ſcriptura non eſt expreſſa: Vnde dicunt hebræi q̄ in quolibet partu Eua peperit geminos, ſcilicet maſculum, & fœminam; & ſic dicitur communiter, quòd Cain accepit ſororem ſuam. hoc enim oportuit fieri pro illo tempore ad multiplicandū genus humanum.*

g Et ædificauit ciuitatem. *Ad ſui defenſionem, quia ſemper erat in timore & tremore poſitus, vt prædictum eſt.*

h Porrò Enoch genuit Irad, &c. *Iſta genealogia deſcribitur vt perueniatur ad Lamech qui Cain occidit. De quo ſequitur:*

¶ a Qui acce-

Per appoſitionem. — Septuplum pro ſeptennis. — Eden paradiſus terreſtris. — Cain generatio. — Quæſtio. Gemellos pariebat Eua ſecundū Hebræos. — Ciuitatis initium a malo.

## MORALITER.

* go, q̄ recedēs à patre diſſipauit ſubſtantiā ſuā viuēdo luxurioſè.

† *Genuit Lamech &c.* Lamech qui interptetatur doctrina ſignat malum hoīem litteratū tm̄, qui accepit duas vxores .i. beneficia plura eccleſiaſtica, quorum quodlibet p ſe deberet ſufficere conſideratis conditionibus ſtatus & pſonæ: Generat aūt quatuor pueros: ſcilicet



* Iabel qui

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Genuitque, Ada Iabel &c. Hieron. De bigamia naſcitur Iabel habitans in tentorijs, quæ mutabilia inſtabilitatem eorum figurant, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. Naſcitur & Tubal, q fuit inuentor muſicæ, de qua dicitur, Aures per canora muſica tētat, quod pertinet ad voluptatem aurium. Naſcitur Tubalcain, qui per opera æris concupiſcentiã oculorũ mutauit, & arte ferraria crudelitatē bellorum excitauit, per cuius ſororē quę Neoma, id eſt voluptas vocatur, carnis concupiſcentia ſignatur. Notandũ ꝙ hæc, tropica locutione partim intelliguntur per nominum interpretationes, ſicut Enoch & Noema; partim per hominũ actiones bonis moribus obuiantes, ſicut Iabel, Tubal, & Tubalcain.

*Inuentor & initius bigamiæ. Ada. Sella. Iabel.* — *Tropica locutio.* — *Tubal. Tubalcain. Noema.*

b Et nomen f.ei.T. Rab. Hunc ſcribit Ioſephus muſicam ſcripſiſſe in duab' columnis, vna lapidea, altera latericia; quarum altera non diſſolueretur diluuio, altera non ſolueretur incēdio: quę duo iudicia Adam vētura prædixerat.

c Tubalcain. Rab. Qui ſecundum Ioſephum res bellicas exercuit, & decēter artē ferrariam docuit; quædam etiam quæ ad oculorum pertinent concupiſcentiam inuenit.

d Dixitq, Lamech. Rab. Aiunt Hebræi Lamech diu viuendo caliginem oculorum incurriſſe, & adoleſcentem ducē & rectorem itineris habuiſſe. Exercens ergo venationem, ſagittam direxit quò adoleſcens indicauit: caſuque Cain inter frutecta latentem interfecit. & hoc eſt quod dicit. *Occidi virũ in vulnus meum*: Id eſt, vulnere quod inflixi, non beſtiam ſed hominem occidi; vnde & furore accenſus occidi adoleſcentem.

*Quomodo Lamech cecinit.* — *† 15.q.1.§. ſed obijcit † q6.1.cap. quomodo.* — *Peccatum Lamech.*

G

e *Occidi virũ &c. Stra.* Id eſt Cain in vulnus meũ, quia ꝓ illo vulnerabor .i. occidar: & adoleſcentulum in liuorem meũ, quia pro illo quoque damnabor.

f *Septuplum vltio dabitur &c. Allego. Alcuin.* Peccatum Lamech (qui interpretatur humiliatus) ſignificat deiectionē humani generis, quod prçuaricante Adam corruit, nec per legem, vel per circũciſionem, nec per ſuam iuſtitiam ſurgere potuit, donec poſt ſeptuaginta ſeptem generationes ſecundum Lucam Chriſtus in mundum veniens, effuſione ſanguinis peccatum deleuit. vñ Matth. Nõ dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties; hoc eſt, Iudæum recipiendum eſſe poſt ſeptuaginta ſeptem vindictas ſi reſipuerit, & Chriſti indulgentiam quæſierit. Septēnarius vniuerſitatem ſignificat: per quem ducto vndenario fit .lxxvij. in quo omnimoda tranſgreſſio ſignatur: quę tamen in euangelio pœnitenti dimitti præcipitur. *Hierony.* Aiunt ab Adam vſque ad Chriſtum generationes eſſe .lxxvij. ſecundum Lucam. Sicut ergo ſeptima generatione peccatum Cain ſolutum eſt, (Nõ enim iudicabit Deus bis in idipſum; & qui ſemel recepit in vita ſua, nõ eoſdem cruciatus patietur ĩ morte quos paſſus eſt in vita ſua) ita & Lamech, id eſt, totius mundi peccatum Chriſti ſoluetur aduentu. Referebat mihi quidam Hebreus .lxxvij. animas exiſſe de Lamech, quæ omnes interiere diluuio.

*Allegorice.* — *Pater habitantium in tentoriis qui primus habitauit.* — *alias † Tubal.* — *alias † Iubal.* — *Matt.18.c* — *q. Hebrai. c.4.to.5.* — *Nau.1.ſecundũ aliã literam.*

a ¶ Primus contra naturam, & morem adulterium committens.

mech. Qui accepit duas uxores, a nomen uni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq; Ada Iabel, q fuit † b

a ¶ Quorum mutabilitas ſignificat eos, qui circumferuntur omni vento doctrinæ.

pr̄ habitãtiũ ĩ tẽtoriis atq; paſtorũ, & nomē fris ei' † Tubal. Ipſe † c

a ¶ Ipſe fuit inuentor ſcilicet muſicæ: quæ pertinet ad voluptatem aurium.

fuit pr̄ canētiũ cithara, et organo. Sella quoq; genuit Tubalcai, q † d

a ¶ Qui per opera ſcilicet æris, ... concupiſcentiã oculorũ. a ¶ Arte ferraria ... bellorũ.

fuit malleator, & faber in cũcta e opa æris & ferri. Soror verò Tu- f

a ¶ Quæ interpretatur voluptas ... ſignificat carnis concupiſcentiam.

balcai Noema. Dixitq; Lamech † g vxorib. ſuis Adæ, & Sellæ: Audite vocē meã vxores Lamech: auſcultate ſermonē meum: quoniã oc- h

a ¶ Cain ſecundũ Hebræos. b ¶ Quod inflixi. c ¶ Quaſi hoc facto mordente conſcientia meipſum grauiter vulneraui.

cidi virum in vulnus meum, & i

a ¶ Qui ſenem regebat. b ¶ Zelo furoris mei.

adoleſcētulum † in liuorē meũ. k l

† Septuplũ vltio dabit' de Cain: m

a ¶ Creſcēte peccato, creſcit vltio. ¶ Quia adulterio homicidiũ addidit, quæ peccata apud homines grauiora ſunt. b ¶ Id eſt poſt ſeptuaginta ſeptē generationes.

de Lamech verò ſeptuagies ſe- n

## NICO. DE LYRA.

F

¶ a Qui accepit &c. *Hic primus introduxit bigamiam contra naturæ inſtitutionem, quæ fuit vnius cum vna.*

b Genuitq; Ada &c. *Ipſe enim adinuenit artem faciendi tentoria: vt paſtores haberent domos portatiles, quia oportet eos frequenter tranſire de loco ad locum.*

c Et nomē fratris &c. *Hebræi dicunt in melo & cithara: ipſe enim primo adinuenit inſtrumenta muſica.*

d Sella quoq; &c. *Hebræi dicunt, limator.*

e In cuncta opera æris, & ferri: *Quia artem ferrariam adinuenit. Hebræi dicunt quòd ipſe adinuenit arma ad occidendum, et in hoc fuit imitator patris ſui Cain, qui fuit occiſor. De Iabel fratre ſuo ex patre dicunt quòd fecit tentoria ad ponendum idola. Et de Tubal dicunt, quòd canebat inſtrumentis muſicis coram idolis, ea venerando. Ex quo patet quòd iſti qui deſcenderunt ex Cain fuerunt mali & peruerſi.*

f Soror vero &c. *Iſta adinuenit lanificium ad faciendum veſtes, cum prius homines pellibus animalium tegerentur.*

g Dixitq; Lamech &c. *Iſtud interponitur ad oſtendendum occiſionem Cain. Vnde ſequitur:*

h Quoniam occidi virum. *Iſtud exponitur communiter ſic: Lamech enim qui bigamiam introduxerat in vxoribus fuit punitus: quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. & ideo iam ſenex factus à ſuis vxoribus male tractabatur: & volens eas reprimere à malis quę ſibi faciebant dixit eis.* Quoniam occidi virum &c. *Ad cuius intellectum ſciendum, quòd Lamech iam cæcutiens cum puero ductore exiuerat in campum ad venandum, & non pro carnibus, quia illis non veſcebantur homines; ſed pro pellibus quibus induebantur: & Cain inter frutecta latebat, quia ſemper in timore erat: quem videns ille iuuenis, qui erat acutioris viſus quàm Lamech, ſuſpicatus eſt eſſe beſtiam aliquam: & ideo dixit ipſi Lamech quòd illuc dirigeret iaculum vel ſagittam; quo facto cum percepiſſet ſe interfeciſſe Cain cuius occiſionem dominus ſibi graui pœna prohibuerat, tantum verberauit puerum quòd interfecit eum: & hoc eſt, quod dicitur:* Occidi uirum, *Id eſt Cain.*

i In vul.meum &c. *Id eſt, per vulnus à me illatum:*

K Et adoleſcentulum &c. *me dirigentem.*

l In li.&c. *Per liuorem à me ſibi inflictum; quia non occiderat eum vulneratione vel gladio, ſed per ictus graues ſine effuſione ſanguinis qui faciunt carnem nigreſcere ſub cute.*

m Septuplum vltio dabitur de Cain: *Secundum ſententiam domini.*

n De Lamech verò qui occidit Cain, ſeptuagies ſepties, *Id eſt, multò grauius punietur qui occiderit Lamech, ac ſi diceret vxoribus ſuis, Quare me tantum, affligitis? quia ſi per iſtam afflictionem moriar, grauiorem pœnam incurretis. Sed iſta expoſitio non videtur rationabilis. Primò, quia non eſt veriſimile quod vir illius temporis quando vigebat fortitudo hominum, tantum affligeretur à duabus mulieribus. Secundò, quia duæ vxores vnius viri rarò concordant; & ideo ſi vna fuiſſet ſibi tædioſa, veriſimile eſt quòd alia fuiſſet ſibi propitia. Item Lamech iam genuerat plures filios, vt prædictum eſt: de quibus non eſt veriſimile, quod permiſiſſent patrem ſuum ita tractari, maximè illo tempore, in quo erat maxima reuerentia ad patres. Item ſupra improbatum eſt quòd Lamech occiſor ipſius Cain ſeptuplũ deberet puniri. Item friuolum videtur quòd aliquis puniretur ſeptuagies ſepties ſi occideret Lamech. Et ideo aliter exponunt aliqui Hebræi dicentes, ꝙ vxores Lamech quando audiuerunt diluuium debere inundare propter luxuriam illius temporis, ſicut dicitur Gene. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam, de quo vitio Lamech erat notatus: ideo ſubtrahebant ſe à concubitu Lamech dicentes, Ad quid concipiemus & pariemus filios? quia vna die ſuperueniet diluuiũ & interficiet eos: et ideo volens eas inducere ad coitum dicebat:* Occidi uirum in vulnus &c. *Et ſic exponitur negatiuè, acſi diceret, Occidi ne virum & adoleſcentulum in liuorem .i. ex inuidia, ſicut fecit Cain qui interfecit Abel? quaſi dicat nõ. Et vocatur hic Abel vir propter perfectionē virtutis; et adoleſcētulus, quia adhuc erat iuuenis quantum ad annos. Sed iſta expoſitio videtur extorta, ſcilicet, quòd prædictum verbum,* Occidi uirum &c. *intelligatur de Abel. Item videtur contra verbum domini Luc. Edebant & bibebant, ducebant vxores, & dabantur ad nuptias vſque in diem quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Ex quo videtur quòd mulieres prædictæ non retrahebantur à copula carnali propter timorem diluuij. Et ideo aliter exponitur quòd iſtæ mulieres refugiebant concubitum Lamech, propter horrorem facti ſui: ſciebant enim eum interfeciſſe Cain, cuius occiſionem dominus prohibuerat ſub graui pœna. Interfeciſſe etiam filium proprium Tubalcain, quem dicunt hebræi aliqui fuiſſe directorem ipſius Lamech in occiſione Cain; & ideo propter iſta timebant probabiliter ne proles ab eo genita ob prædicta eſſet à Deo grauiter punienda. propter quod Lamech volens ſuper hoc eas pacificare excuſabat ſe dicens:* Quoniam occidi virum in vulnus meum; *ac ſi diceret, Licet occiderim Cain, hoc fuit præter intentionem, credens interficere beſtiam, & adoleſcentulum in liuo-*

H

*Bigamiæ primus introductor Lamech.* — *Iabel, tentorij inuentor.* — *Tubal, muſicæ inuentor, Tubalcain, ferrariæ artis inuētor.* — *Lanificium qui inuenit.* — *Lamech.* — *Afflictio mulierum.* — *Gen.6.b* — *Luc.17.f*

*Moraliter.* ✠ *Iabel qui fuit. &c.* Inuenit enim tentoria paſtorũ ad quærēdum paſcua de loco ad locum: & ideo ſignificat multiplicitatem & diuerſitatem ferculorum.

† *Tubal qui fuit.etc.* Propter qđ ſignificat ineptã lętitiã diſſolutorũ.

† *Tubalcain qui fuit. &c.* Et ꝑ hæc ſubintelliguntᷣ alia metalla.ſ.auri & argenti huiuſmodi: & ſignificat multiplicitatem & ſuperabundantiam vaſorum auri & argenti & huiuſmodi.

† *Noema.* Quæ reperit lanificium ad curioſitatem veſtium; cum prius homines pellibus animalium vterentur, ſicut dicitur Gen. Fecit Deus Adæ & vxori ſuæ tunicas pelliceas. In prædictis verò quatuor expendunt ſuperfluè multi clerici eccleſiaſtica bona: & in alijs turpibus ad quæ inducunt iſta quatuor. Taceamus. *Gen.3.d*



A

a *Cognouit quoque adhuc &c.* Per Seth qui interpretatur reſurrectio, ſignatur vita Chriſti ex mortuis; quod in verbis matris ſignificatur, Poſuit mihi dominus ſemen aliud (quaſi dicat eccleſia) quę luctum pertuli de mortuo, gaudeo de reſuſcitato. &c.

b *Quē vo. Enos &c.* Enos interp̄tatᷣ hõ q cępit inuocare nomen domini: q a per mortem Chriſti quam ſignificauit Abel, & per reſurrectionem quã ſignificat Seth, fit homo confitens dominum conditorem, & vitæ perditæ reparatorem. *Hier. Quem vocauit Enos.* Enos interpretatur homo qui cępit inuocare nomen domini: ſicut Adam homo interpretatur, ita etiã Enos iuxta hebraicam veritatem homo vel vir: Et pulchrè quia hoc vocabulum habuit dictum eſt, quia initium fuit tunc inuocandi nomen domini: licet plerique hebræorum arbitrentur, ꝙ tunc primum in nomine domini, & in ſimilitudine eius fabricata ſint idola.

*In q. Heb. ſuper Gen. tomo 3.* — *Enos, .i. homo vel vir.*

a pties. Cognouit quoq; adhuc Adã a vxorem ſuam, & peperit filium, vo-

a ¶ poſitio, qui loco interfecti ſurrexit.

cauitq; nomen eius Seth dicēs, Po- b

a ¶ gaudium reſurrectionis. b ¶ luctu mortis.

ſuit mihi Deus ſemē aliud ꝓ Abel, c

a ¶ iudaicus populus

quem occidit Cain. Sed & Seth na- d

a ¶ homo. b ¶ confitens Deum cõditorem & vitę reparatorē.

b tus eſt filius quē vocauit Enos. Iſte

a ¶ colere & deprecari.

cœpit inuocare nomen Domini.

Hic eſt

## NICO. DE LYRA.

¶ *rem meum, ac ſi diceret: licet iuuenis me dirigens ex verberatione quam ei intuli, fuerit mortuus: tamen ad hoc fui motus ex liuore, id eſt ex dolore concepto, eo quòd interfeceram Cain contra præceptum domini: & ideo facta mea nõ ſunt grauia. Septuplum vltio dabitur de Cain, ac ſi diceret: Si igitur Cain qui fuit peſſimus non fuit interfectus, niſi vſque ab ſeptimam generationem, multò fortius ego qui leuiter peccaui, non puniar in prole mea vſque ad multò plures generationes, uel vſque in generationes ſine termino. Et talis modus loquendi eſt in euangelio Matth. Non dico tibi vſque ſepties: ſed vſque ſeptuagieſſepties, ideſt toties quoties, abſque determinatione numeri.* Mat.18.c

a Cognouit quoque adhuc Adam. *Deſcripta generatione Adæ delenda: hic deſcribitur eius generatio permanenda & eligenda, quia de iſta natus eſt Noe, qui reparauit ſeculum. Dicit igitur,* Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam. *Dicitur communiter quòd Adam interfecto Abel propoſuit continere de cætero, & diu continuit: ſed poſtea ex Dei reuelatione admonitus cognouit vxorem ſuam, vt per illam lineam naſceretur Chriſtus; & non per Cain qui erat à domino maledictus. Hebræi autem aliter exponunt continuando hanc literã ad præcedentem, dicentes quòd Lamech fecit conueniri vxores ſuas coram Adam, qui erat pater & iudex eorum: eo quòd nolebat ſibi reddere debitum: & cum Adam eas increpaſſet & cogere vellet ad redditionē debiti, dixerunt ei, Caſtiga prius temetipſum quia iam à multis annis ſegregaſti te ab Eua vxore tua quantum ad thorum; & tunc cognouit Euam vxorem ſuam, ne exemplo ſui impediretur multiplicatio generis humani. Si autem contra hanc expoſitionem obijciatur, Nõ eſt veriſimile quòd in centum triginta annis quibus tantum vixit Adam ante generationem Seth ſecundum hebræos, generatio deſcendens per Cain proceſſiſſet vſque ad ſeptimam generationem, cum homines tunc centum annorum, et aliquando plus, inciperent generare, ut dicetur ſequenti cap. Filij autem Lamech erant iam in ſeptima generatione ab Adam, vt ſupra dictum eſt: & ideo non videtur Lamech & eius vxores adhuc eſſe tempore generationis Seth. Dicendum quòd filij Seth erant continentes & religioſi, ideo tardè incipiebant generare: Sed filij Cain mali erant, & luxurioſi, ideo feſtinabant accipere vxores; propter quod in tanto tempore vel minori potuit eſſe ibi proceſſum vſque ad ſeptimam generationem tempore Lamech & vxorum eius.*

C

b Vocauit nomen eius Seth. *Seth שת, à verbo שת, Sath, id eſt poſuit, interpretatur poſitio, propter quod ſequitur:*

c Poſuit mihi &cęt. *Qui fuit iuſtus, & vt ſic ex iſto iuſto naſcatur Chriſtus.*

d Sed & Seth natus eſt & filius. &c. *Ipſe enim inſtructus à patre iuſto tantum profecit in cultu diuino, quòd adinuenit quædam verba deuota ad deprecandum Deum. Littera hebraica ſic habet* הוחל לקרא *id eſt, tunc cęptum eſt ad inuocandum, vel tunc incepit inuocari nomen Domini; quod exponunt hebræi de idololatria: quia (vt dicunt) tunc inceperunt homines attribuere nomen Domini creaturis: vt ſoli & lunæ, & idolis: non tamen ab iſto Enos, qui iuſtus fuit & deuotus: ſed à filijs Cain ſibi contemporaneis, ſicut ſupra dictum eſt de Iabel & Tubal.*

*Seth.* — *Enos. Cultus Dei reſtituitur.* — *Iſte cœpit inuocare, tunc cœptum eſt inuocari.*

B

In cap. quarto vbi dicitur in poſtilla: Dicunt aliqui quòd ſic ſit nominatus ab euentu &c.

### ADDITIO I.

¶ *Abel cum ſcribitur in hebraico cum littera a, ſignificat luctum propriè, ſed quando ſcribitur cum litera h, ſcilicet quòd dicatur Habel non ſignificat luctum, ſed vanitatem tantum, prout in principio Eccleſiaſtes dicitur, Vanitas vanitatum, eſt ibi Habel ſicut hic. Et ratio huius nominationis poteſt ſumi ex hoc, quia de Abel non remanſit aliqua poſteritas: & ſic quo ad mundum ſenſibilem videbatur eſſe in vanum conditus: prout Ioſephus declarat, licet quo ad Deum remanſit in vita immortali, cùm Chriſtus dicat eum iuſtum in Matth. A ſanguine Abel iuſti. Cain autem ſecundum Hierony. & hebraicam veritatem acquiſitio ſeu poſſeſſio interpretatur: eo quòd ipſi Cain poſteritas ſucceſſit in hoc mundo ſenſibiliter, licet vaga & profuga: vnde hę duę denominationes non verę ſeu proprię, ſed mundanę ſunt. Aug. Prior, ſcilicet Cain natus eſt filius huius ſeculi, poſterior autem peregrinus in ſeculo, & pertinens ad ciuitatem Dei.*

*Habel. Abel.* — *Math.23.d* — *Cain.* — *Aug.15.de ciu.Dei tomo 5.*

In eodem cap.4. vbi dicitur in poſtilla, Fuit autem Abel paſtor ouium &c.

### ADDITIO II.

¶ *Diſtinctio officiorum huiuſmodi fratrum ſecundum bonitatem & malitiam poteſt conſiderari: ex hoc enim quòd ſciebat Abel iuſtè Deũ maledixiſſe terram propter peccatum Adæ, Vnde Gen. Maledicta terra in opere tuo &c. Idcirco ſeparauit ſe à terrę cultura tanquam à re maledicta à Deo: & quia in illa ſententia Adę non fuerunt pecora maledicta, ideo elegit ſibi officium paſtoris. Cain verò elegit ſibi agriculturam quaſi non curans de ſententia diuina prędicta, quod ad contemptum reputatur.* *Gene.3.c*

In eo.cap.4 vbi dicitur in poſtilla: De fructibus terræ, ſcilicet de peioribus &c.

### ADDITIO III.

¶ *Non habetur ex littera, quòd Cain obtuliſſet de peioribus & corroſis fructibus, vt poſtillator ait; ſimpliciter enim dicit, quòd Cain obtulit de fructibus terrę munera domino: Sed ex prouidentia Abel, ſeu eius diligentia, intelligitur improuidentia Cain, ſimiliter & eius negligentia. Ait enim, Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Ex quo patet, quòd elegit de pecoribus potiora, & de partubus pecorum meliora, quod Cain minime fecit. Vnde Auguſt. Abel de placidis potiora elegit, quę Deo offerret. Cain verò velut ruſticus negligens & improuidus, nullam fecit electionem, vt per hoc intelligatur minus deuotus.*

*Oblatio Abel.* — *De q.no.et vete.teſta.*

In eod.c.4. vbi dicitur in poſtilla: Quid autem dixerit, non exprimitur in hebraico textu &c.

D

### ADDITIO IIII.

¶ *Notanda eſt hæc gl. ſeu tranſlatio Caldaica ipſius Ionathę, quę apud hebręos quaſi tantæ authoritatis eſt, ſicut textus; in qua in hoc loco ſic habetur: Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum: Non eſt iuſtitia, neque iudex, neque ſeculum aliud, nec remuneratio iuſtis, neque punitio impijs: & cum Abel hæc omnia remiſiſſet, conſurrexit Cain &c. Ex quibus patet, quòd Abel primus martyr fuit, ſicut & primus ſacerdos, et primus virgo. Vnde Aug. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ. Triplex iuſtitia fuit in Abel. Prima fuit quia etiam munera Deo placita, vt ſacerdos obtulit; proſapiam generis in ſeculo non dereliquit; & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit: merito igitur huic dominus Ieſus primatum iuſtitiæ hominum commiſit, ita inquiens: A ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ: Hæc Aug.*

*Ionathæ tranſlatio magnæ eſt authoritatis apud hebr.* — *Abel primus mart.* — *Triplex iuſtitia ĩ Abel.*

In eodem cap.4. vbi dicitur in poſtilla: Propter quod aliter exponunt hebræi.

### ADDITIO V.

¶ *Hæc expoſitio vltima quæ videtur approbari à poſtillatore eſt ipſius Ra. Sa. & eſt valde inconſona literæ: Tum quia dicere, quòd cum dicitur, Omnis qui occiderit Cain, eſt ibi finis ſententiæ, & quod ſubintelligitur grauiter puniendus, & ſubijcietur modus punitionis, totum hoc in vanum fundatur, & contra litteram quę ſtatim exprimit grauitatem punitionis illius qui Cain occideret; Sequitur enim immediatè,* Septuplum punietur: *Tum quia veritas hebraica in hoc loco nihil ſignificat niſi ſeptuplum, prout tranſlatio noſtra habet: Idem enim vocabulum ponitur hic & in Pſalm. Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terrę purgatum ſeptuplum: Et cum dicitur Eſa. Et lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, & ſic in alijs conſimilibus. Vnde ab alijs expoſitoribus hebræorum & magis authenticis alio modo exponitur hęc littera ab hoc loco, vbi dicitur,* Maior eſt iniquitas mea, quàm miſericordia Dei. *Ad quod ſciendum, quòd ſententia diuina contra Cain à Deo lata fuit grauior quàm ſententia lata contra Adam in tribus. Primò, quia Deus non maledixit Adam, ſed terram; vnde dixit, Maledicta terra in opere tuo: in ſententia verò contra Cain lata, Cain fuit à Deo expreſſe maledictus: vnde ibidem dicitur, Nunc ergo maledictus eris ſuper terram. Secundo: quia in ſententia Adę non continetur, ꝙ terra non daret ei fructus, ſed quòd fructus haberet in labore & ſudore vultus: Dicit enim, In laboribus comedes, & in ſudore vultus tui veſceris pane &c. Sed circa Cain grauius dicitur: ſcilicet quòd terra nullos fructus daret ſibi. Vnde dicit, Cũ operatus fueris terrã, non dabit tibi fructus ſuos. Tertiò, quia Adæ fuit aſſignatus locus ſibi connaturalis ad habitandum,*

*Pſal.11.b* — *Eſa.30.f*

In eod.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E habitandum, ſcilicet in loco in quo fuit creatus ſeu formatus. Dicit enim ibi, Miſit eum dominus Deus de paradiſo, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Ad Cain verò dixit, Vagus & profugus eris in terra. Qua quidem Dei ſententia à Cain audita, deſperans de venia dixit, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Petiuit tamen quòd non puniretur vltra hoc quod in ſententia continebatur ſcilicet pœna occiſionis, quæ non continetur in ſententia prędicta, vt patet ex littera. Ad quod dicebat: Ecce eijcies me a facie terræ: & a facie tua abſcondar &c. hoc eſt dicere, Tu non condemnaſti me morte occiſionis; & tamen ex tua ſententia hoc ſequetur; quia ex hoc quòd proijcis me, vt ſim vagus & profugus ſuper terram, non potero habere refugium in aliquo loco munito, & ſic non poſſum facere aliquid ad meam tuitionẽ, nec etiam ero in protectione tua, eò ꝙ me maledixiſti: & de hoc dicit: Et à facie tua abſcondar. Illi enim qui à Deo proteguntur, dicuntur abſcondi † a facie Dei. Iuxta illud Pſalmi, Abſcondes eos † à facie tua à conturbatione hominum &c. Ex quibus infert, quòd iſto modo incedendo vagus & profugus in terra, Omnis qui inuenerit me, occidet me: & per conſequens Cain pateretur iniuſtitiam, quia vltra ſententiam à Deo taxatam, vt dictum eſt. Ad quod Deus condeſcendens ſuę petitioni tanquam iuſtæ (quia vt ſcribitur: Non iudicabit Deus bis in idipſum) reſpondit: Nequaquam ita fiet. hoc eſt dicere: Nolo quòd tu patiaris vltra pœnas à me taxatas. Vnde ad tuitionem ipſius Cain Deus duo fecit. Primò comminatus eſt magnam pœnam cuicunque occiſori ipſius Cain, ſcilicet quòd puniretur in ſeptuplum, prout planè littera ſonat, tàm Hebraica quàm Latina, vt dictum eſt. Secundò, etiam Deus fecit ad ſecuritatem ipſius Cain ab occiſione quod ſequitur ſcilicet, Poſuit Deus in Cain ſignum; vt eum non interficeret omnis qui eum inueniſſet. Quod autem fuiſſet iſtud ſignum non exprimitur in littera: & ideo diuerſi diuerſa dicunt: ſufficit tamen quòd erat ſignum ſufficiens, vt Cain eſſet ab occiſione ſecurus. Quæ quidem expoſitio ſatis videtur conſona litteræ & rationi, non obſtantibus obiectionibus Poſtillatoris. Nam quod obijcit dicens, quòd occidens Cain multominus peccaſſet quàm ipſe Cain, & ideo non debet ſeptuplum puniri reſpectu illius, non videtur valere. Nam occiſioni Cain debebatur maior pœna in quantum erat contra ſpecialem ſecuritatem diuinam, qua Deus eum ſecurauerat cum appoſitione ſigni ſecuritatis, vt dictum eſt. Cuius fractionis Deus taxauit maiorem pœnam quàm in alijs homicidijs ratione ſecuritatis ſupradictæ. Et etiam quia maiores pœnæ taxantur quandoque criminibus, in quibus homines ſunt proniores ad delinquendum ſicut erat in propoſito: nam proniores eſſent homines ad occidendum Cain ex grauitate ſuæ malitiæ preteritæ, quàm alium hominem. Quod autem obijcit poſtillator ſecundò contra modum adimpletionis huiuſmodi comminationis, dicens ꝙ Cain F fuit interfectus à Lamech &c. Non videtur etiam valere: nam ex litera non habetur, quòd Cain fuiſſet interfectus à Lamech, nec ab aliquo alio. Cui concordat Hieronymus, de queſtio noui. & vete. teſtamen. dicens: Fruſtra putant qui arbitrantur quòd Lamech dixerit de Cain: Occidi virum in furore meo, & iuuenem in vulnere meo. Hoc etiam ſonat planus ſenſus literę: cum enim Cain Deo dixiſſet, Omnis qui inuenerit me, occidet me: Deus ſtatim reſpondit; Nequaquam ita fiet. Vnde non videtur rationabiliter dictum, quod aſſertio diuina fruſtraretur. & ideo ſecundum iſtam expoſitionem tenetur, quòd Cain nũquam fuerit interfectus, ſed ſolum fuit punitus iuxta diuinam ſententiam contra eum latam (vt dictum eſt) vſque ad diluuium: In quo quidem diluuio ſecundum quoſdam de antiquis hebræorum ſubmerſus fuit Cain & tota poſteritas eius. Ideo dicunt quòd ſcriptura non dicit quanto tempore vixerit Cain, nec etiam aliquis de ſuis ſucceſſoribus, ſicut in alijs ponit, eo quòd omnes vno & eodem tempore vitam finierunt. Et probabiliter poteſt dici, quòd ideo Deus voluit tueri Cain ab occiſione, vt pœna ſui facinoris diuturniùs ab omnibus perciperetur, quàm ſi modicum tempus duraſſet ſub ea; ſicut etiam voluit eum per mundum diſcurrere vagum & profugum, vt non ſolum in vno loco ſeu regione, ſed in multis & varijs iuſtitia Dei erga ipſum oſtenderetur, iuxta illud Pſal. Ne occidas eos, ne forte obliuiſcantur populi mei, ſed amoue eos in virtute tua, et diſperge eos &c. vt ibidem forte amplius declarabitur.

Alias † in Pſal. 30. † alias † in

Signum in Cain poſitum.

Hier. de q. no. & ve. te.

Quãdo Cain occiſus.

Pſal 58. c

In eod. cap. 4. vbi dicitur in poſtilla, Et ædificauit ciuitatem ad ſui defenſionem.

## ADDITIO VI.

¶ Dicitur à quibuſdam Hebræorum expoſitoribus, quòd cum ex ſententia diuina terra non daret fructus ſuos, Cain (vt dictum eſt) idcircò habuit dimittere agriculturam, quam ſibi primo elegerat in officium, vt ſupra in littera continetur. Et quia ſecundum Aug. Deus adeò eſt bonus, vt etiam ex malis quandoque eliciat bona, ex hoc fuit ſecutum, quòd Cain & ſua poſteritas in artibus mæchanicis inueniendis ſtuduerunt: quę quidem artes ad conuictum hominum ſunt vtiles. vnde ipſe Cain primo inuenit artem ſeu prudentiam politicam, de qua dicit, Aedificauit ciuitatem. Lamech autem qui penultimam generationem poſt Cain obtinuit, inuenit tres artes pro tribus filijs ſuis ſcilicet artem faciendi tentoria, vt facilius de loco malo, ſeu peſtifero in locum conuenientem mouerentur. Et artem faciendi muſica inſtrumenta, vt iocundius triſtia mundi portarentur. Et artem ferrariam ad arma bellica G fabricanda, vt tutius ab inimicis & beſtijs viuere poßent. In qua quidem politia & artibus, nõ mirum ſi Cain à Deo eiectus & poſteritas ſua cęteros homines præceſſiſſent: quia vt Luc. dicitur, Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua: quod intelligitur de prudentia humana.

Artes mæchanicæ.

Luc. 16. b

In eodem cap. 4. vbi dicitur in poſtilla: Aliter exponitur ꝙ iſtæ mulieres &c.

## ADDITIO VII.

¶ Prout dictum fuit in additione præcedenti, non habetur ex littera ꝙ Lamech interfeciſſet Cain, nec etiam quòd Cain fuiſſet interfectus ab aliquo; ſed potius ex littera poteſt oppoſitum comprobari vt dictum eſt: quia de facto de Lamech cum vxorib. ſuis ſcriptura non facit expreßam mentionem, ſed ſolum de verbis quę eis dixerat, Occidi virum &c. Ideo diuerſi diuerſimode hoc exponunt. Sed attendendum eſt quòd in hoc loco & ſimilibus, vbi ſcriptura prætermittit totalem narrationem facti, illa expoſitio videtur eſſe magis litteralis, quę minus preſupponit de facto in littera non expreſſo, eo quòd iuxta ſententiam Hieron. Quę authoritate ſcripturæ non habentur, eadem facilitate † condemnantur qua approbantur. Vnde in propoſito expoſitio vltima, quam videtur poſtillator approbare, in qua præſupponitur quòd Cain fuit interfectus à Lamech: & etiam Tubalcaim filius eius, eo quòd erat director ſuus &c. quæ in littera nullum habent fundamentum, non videtur tenenda, ſed magis videtur propinqua litteræ & rationi expoſitio Ra. Moy. gerunden. qui retractans expoſitionem Ra. Sa. quam poſtillator tenet, aliter hunc paſſum exponit, continuando hæc verba Lamech cum præcedentibus: ſic ſcilicet quòd quia vxores Lamech videbant, quòd Lamech inſtrueret filios ſuos in artibus męchanicis, inter quos Tubalcain iunior erat malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Timebant ergo mulieres, ne fortè ex hac arte introducerentur arma bellica, quibus homines diſponerentur ad vulnerationes & homicidia, & huiuſmodi: & ideo Lamech retrahebat eas ab iſto timore dicens; Occidi virum in vulnus meum &c. Quaſi dicat poßem occidere virum in vulnere vel liuore ſine armis, ſicut fecit Cain, quia nondum erant inuenta arma bellica, & ideo pro inuentione huius artis non eſt pœna rationabiliter timenda. Et etiam ſi forte aliquis euentus occurriſſet contrarius, ſcilicet cum contingeret quòd aliquis homo fuiſſet occiſus vel vulneratus occaſione huius artis ferreę nouiter inuentæ, non debetis timere quòd Deus me puniret, eo quòd dedißem operam tali arti: quia ſi ſeptuplum vltio dabitur de Cain, qui inſidioſe & ex † pręuia intentione interfecit: Lamech verò qui non occidit, nec intendit occidere, ſed potius artem inuenire ad multa alia vtilem, multo amplius vltio à Deo daretur, ſcilicet ſeptuagieſſepties, quod ſignificat numerum H ampliorem ſine terminatione, prout poſtillator dicit.

Nota que ſcript. magis litteralis.

alias † contemnuntur.

alias † prou

In eo. c. 4. vbi dicitur in poſtilla: Cognouit quoque &c. Deſcripta generatione delenda: hic &c.

## ADDITIO VIII.

¶ Iſtę hebraicę fabulationes non requiruntur ad literę expoſitionem: non enim ex hoc quòd non legitur Adam genuiſſe, niſi cum eſſet centum triginta ann. habetur quòd Adam propoſuiſſet continere de cętero propter mortem Abel. Manifeſtum eſt enim quòd pręter perſonas genitas in littera expreſſas, Adam genuit alios filios & filias, vt littera teſtatur: Et ſimiliter dicendum de Seth & Enos, & alijs. Scriptura tamen fecit mentionem de iſtis propter honorem deſcendentium ab eis, patriarcharum ſcilicet & prophetarum, & pręcipuè propter reuerentiam Chriſti, qui eſt ſuper omnes. Nec eſt veriſimile, quod cum Adam eſſet in cxxx. ſuę ætatis anno, Lamech qui erat in ſeptima generatione ab Adam, eſſet iam in ętate apta ad contrahendum, prout ſequitur ex iſta fabulatione Hebręorum, pręſertim illo tempore, in quo nullus citra ętatem lx. annorum legitur generaße.

In eod. cap. 4. vbi dicitur in poſtilla: Iſte incepit inuocare nomen domini &c.

## ADDITIO IX.

¶ Expoſitio hebręorum in hoc loco eſt inconſona litterę & rationi. Primum patet; Nam inuocare nomen domini ſemper ſonat in bonum, nec accipitur in mala ſignificatione: vnde Gen. de Abraham dicitur: Et inuocauit ibi nomen eius. Et inf. Et inuocauit nomen domini. Quod non intelligitur niſi de inuocatione ad latriam pertinente, & ſic de ſimilibus: vnde quòd in hoc loco inuocare nomen domini, intelligatur de idololatria, nullum habet fundamentum in littera. Secundum patet: nam ſecundum S. Thom. in prima ętate non fuit idololatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex quo adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum: Dicere enim quòd à filijs Cain, contemporaneis ipſi Enos, inceperit idololatria, eſt omnino irrationabile, quia ſi ſic, hæc inceptio fuiſſet eis appropriata, ſicut Tubal, qui fuit pater canentium, & Tubalcain qui fuit malleator & faber, vt ſup. eod. capitulo; Non autem ipſi Enos hoc erat appropriandum, quia erat adhuc immunis.

Gene. 12. Gen. 13. Inuocare nomen domini.

2. 2. q. 94

REPLICA



## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

A IN cap. 4 vbi Poſtillator ponit Cain obtuliſſe de corroſis & peioribus &c. Burgen. accipit vel aſſumit contra eum, ꝙ hoc non habeatur ex littera, ſed dicit Cain fuiſſe ruſticum & improuidum, & ex eo fuiſſe minus deuotum: Sed nec hoc dictum Burgen. habetur ex littera, nec aliqua auctoritate conſulcitur: vnde & ſi dictum poſtillatoris ex tranſlatione beati Hiero. non habeatur, ſumpſit tamen Magiſter hiſt. ex alia tranſlatione in qua habetur, Nunc ſi rectè offeras non recte diuidas. Quod dictum exponens dupliciter; In ſecunda expoſitione ponit, de frugibus attritis & corroſis: & ſic poſtillator ſecutus eſt eum & alios: Imo ex littera noſtra rationabiliter trahi poteſt, ꝙ Cain de melioribus non obtulerit, quia cum Abel commendetur ex his quæ obtulit, ideo à contrario ſenſu videtur accipienda reprehenſio oblationis Cain. Item in eo. c. vbi Poſtillator poſtquam poſuit expoſitionem illius paſſus, Omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur, quaſi occiſor debeat ſepties plus puniri q̃ Cain, & probat illam expoſitionem non eſſe apparentem, quo ad rationem & etiã executionem, & aliam adducit expoſitionem illius litteræ quam ſumpſit à Ioſepho & Magiſt. hiſt. quib. Burgen. ſe opponit, multa quaſi ficta ſupponens & etiam rationibus poſtillatoris non ſatisfaciens. Supponit primò ꝙ Cain petiuit à domino, ꝙ vltra ſententiam latam contra ſe, non puniretur. Et quia in ſententia Dei non continebatur Cain interfectio, petiuit ꝙ non interficeretur: quod tamen dixit ſequi ex Dei ſententia, quia maledictus, quia vagus, & profugus, ideo nõ habuit protectionem Dei: ſed nec ipſe potuit ad aliq̃ munitionem hr̃e refugiũ: Sequit̃ igit̃; Quicunq; inue. m. inter m. & ſic pateretur iniuſtitiam contra latam ſententiam. Supponit ſecundò Burgen. ꝙ huic requiſitioni tanquam iuſtæ Deus condeſcẽdens dixit: Nequaquam ita fiet: Et ſic Deus pro tuitione Cain duo fecit. Primò, quia comminatus eſt occiſori pœnam ſeptuplam, Secundò quia poſuit ſignum in Cain, ꝙ eum non interficeret qui eum inueniſſet. Sed Burgen. qui ſemper innititur litteræ in his ſuppoſitionib. valde videtur à littera recedere, cum huiuſmodi petitio Cain, & requiſitio nullibi videatur habere fundamentum. Et ſpecialiter fictum eſt, ꝙ allegauerit ſe nullum habere poſſe refugium, cum ſtatim nato filio eius primogenito quem vocauit Enos, ędificauit ciuitatem, vt dicitur in littera: in quo ſecundum Ioſephum recollegit de rapina viuentes, & primus terrę terminos poſuit, & muros fecit timidus, quia propter Dei ſententiam pro ſui ſecuritate ſe recepit in eis. Idem dicit Magiſter hiſt. Nec verbum Cain, ſ. B quicunque inuenerit me occidet me, vr̃ ſonare in petitionem, vel requiſitionem, ſed potius in deſperationem. Nec verum eſt Deum condeſcendiſſe illi petitioni tanquam iuſtæ, nam ſi petitio fuiſſet non erat iuſta, ſed potius iniqua, quia præpoſuit ſalutem corporalis vitæ ſaluti æternæ & animæ, de qua deſperauit dicens, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ex quib. figmentis Burgen. concludit, ꝙ Cain non fuit interfectus, ſed diluuio reſeruatus, quod quia ex ſcripturis nullum habet fundamentum, ea facilitate contẽnitur, qua probatur ſecundum regulam beati Hier. Nec ſatisfacit Burgen. rationibus poſtillatoris: Cum enim arguit, ꝙ non vr̃ rationabile interfectionem Cain grauius debere puniri, q̃ fratricidium. Reſp. Burgẽ. ꝙ iſta grauitas pęnæ debeat attendi penes ſecuritatem ei datam, contra quam occiſor Cain faciens, ſeptuplam pœnã mereretur. Sed illa reſponſio non vr̃ valere, quia illa ſecuritas Cain data non fuit publica alijs potentibus eum occidere: & ſic ſiquis eum occidiſſet ignoranter, illi ſecuritati contraueniſſet, & ſic maneret ratio ficta, quia non eſt rationabile, peccatum ex ignorantia procedens, plus puniri q̃ fratricidium. Nec ſignum impoſitum in Cain potuit eſſe ſignificatiuum illius ſecuritatis, niſi per modũ cuiuſdam compaſſionis, vt qui vidiſſet eum capite & manibus tremulum, vel aliud ſignũ ſuę miſerię expreſſiuum, potius moueretur ad miſerendum q̃ occidendum. Nec ſatisfacit ſecundę rationi Poſtillatoris factæ, qua arguit de executione pęnę cõminatæ. Rñd. Burg. ꝙ oportet dicere, nec Lamech, nec quemcunq; Cain occidiſſe propter ſententiam Dei qua dixit: Nequaquam hoc fiet: alias videretur ſententia Dei fruſtrata, ſi occiſus fuiſſet. Sed nec iſta reſponſio valet: Deus. n. aſſecurauit Cain ꝙ rationib. per eum allegatis, videlicet quia maledictus, quia à facie Dei eiectus, quia vagus & profugus, & in deteſtationem fratricidij nequaquam deberet à quoq̃ occidi: & hoc vtiq; ſeruatum eſt, & nõ fruſtratum, quia occiſio eius ſecundum hiſtoriam vulgatam non prouenit ex cauſis illis, ſed fuit mere caſualis & inuoluntaria, nec contrauentum fuit per hoc diuinæ aſſecurationi præfatis rationibus factæ. Rationes aũt Burg. quibus perſuadere nititur ſuum propoſitum non valent, quia non ſequitur, Scriptura non facit mentionem quanto tempore Cain vixit, ſed in alijs facit: igitur diluuio ſubmerſus eſt: nam ſcriptura cõiter non proſequitur generationes & ætates, niſi eorum qui ſub cultu vnius Dei perſtiterunt. Si. n. aliquando alias genealogias tãgit, breuiter & occaſionaliter facit. Nec dignum fuit multam ipſius fratricidę & ſuę poſteritatis facere memoriam, quia cõiter vſq; ad diluuium ad vitia defluxerunt. Fit igitur de eis memoria ſicut de C Eſau & Hiſmael &c. Arg. igitur non valet: Non fit de Cain multa memoria, igitur ſeruatus eſt vſq; ad diluuium, & non occiſus: ſed potius poſſet inferri oppoſitum, ꝙ igitur fuiſſet occiſus: ſaltem caſualiter, vt dictũ eſt. Nec ſecunda eius ratio valet, ꝙ videlicet debuit ſeruari diluuio, vt pęna facinoris ab hominib. diuturnius perciperetur. Nam per hoc argũ, hodie deberet ſeruari, vt cohiberentur homines à fratricidijs, quia hodie pugna fratrum ſatis communis eſt. Nec potuit occiſio illa diluuium multum pręcedere, quia ipſe Lamech ſenio cęcutiens eum occidit qui diluuio perijt, vt patet in littera. Sufficit igitur eius peccatum & pęnam ſcripto commendare ad futurorum inſtructionem & cautelam. Ratio igitur hęc Burg. reducitur ad contrarium: nam ſi Cain duraſſet vſque ad diluuium eius ætas ſuper omnium in ſcriptura enumeratorum ætates exceſſiſſet: meritò igitur rememorabilis. Item in eo. c. Bur. pro confirmatione ſuæ aſſertionis pręfatę contra Poſtillatorem ponit pro regula, ꝙ videlicet illa expoſitio ſit magis litteralis quæ pauciora extra litteram præſupponit, ſecundum quam regulam nititur exponere illum paſſum, Occidi virum in vulnus meum. &c. Sic ꝙ quia vxores Lamech attendebant filios ſuos proficere in artibus mechanicis ſpecialiter, quoniam Lamech docuit Tubalcain cuncta opera ęris & ferri: timebant ergo mulieres ne forte ex illa arte introducerent arma bellica, quibus homines diſponerentur ad homicidia & vulnerationes: ideo Lamech volens eas ab iſto timore retrahere dixit: Occidi virum in vulnus meum &c. q. d. poſſum occidere virum in vulnere ſine liuore, ſine armis, ſicut fecit Cain quando nondũ erãt inuenta arma bellica, ideo pro inuentione huius artis non eſt pęna rationabiliter timenda, & ſi occaſione huiuſmodi artis quis occideretur, non eſſet ita pęnale ſicut fratricidium Cain, qui malo propoſito occidit: cum ars illa ad multa vtilis, principaliter occidere non intendat. Sed vr̃ Burg. proprię regulę contrauenire multipliciter, ſecundum ꝙ multa imo omnia extra literam, imo contra litteram præſupponit. Contra litteram primo eſt, ꝙ Lamech docuit artes filios ſuos, cum in littera expreſſe habeatur filios ſuos fuiſſe artiũ patres, & inuentores, ſecundum Mag. hiſt. Secundò pręſupponit illas inſolentes mulieres fuiſſe ſolicitas de periculis armorum, quod ex littera fundamentum non habet, ſed potius oppoſitum, cum iam mulieres magna ex parte huiuſmodi timoribus non occupantur: Sed veriſimile eſt ſiquis reſpectus mulierum fuit ad illas artes, ꝙ potius attribuebant vtilitati defenſionis contra beſtias, & alias hoſtilitates q̃ periculis vulnerationis: Sunt. n. arma de directo plus in defen D ſionem q̃ in offenſionem. Tertiò ſupponit, ꝙ verbum Lamech: Occidi virum &c. Exponitur, i. poſſum occidere virum, quę expoſitio eſt valde extorta, nec tali expoſitione timor mulierum fuiſſet minoratus, ſed auctus. Q̃o. n. mulieres, vt dicit Burg. ſolum timuerunt mortem ex armis, ſi ſecundum illam expoſit. Burg. Lamech declaraſſet, non ſolum armis occaſiones & vulnera prouenire: & ſic multiplicare inconueniens, non eſt ſoluere: nec ex omnib. illis adhuc habetur clarus intellectus illius quod ſequitur, Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech ſeptuagies &c. Septupla. n. vltio non eſt imprecata Cain propter fratricidium à propoſito factum, vt Burg. prætendit, ſed eſt comminata occiſori Cain, vt patet in littera: Extra litteram igitur imo contra litteram ſunt omnes iſtę ſuppoſitiones Burg. per conſequens minus authenticę. Item in c. vbi Poſtillator dicit de continentia Adę poſt mortem Abel vſq; ad generationem Seth; Burg. dicit illam continentiam habere vim ex fabulis hebręorum. Sed hoc non vr̃; nam Stra. (vt eum allegat Mag. hiſt.) dicit Adã vouiſſe continentiam ſempiternam, ſed per angelum Deo iubente admonitus votum ſoluit, vt Dei filius ex eo naſceretur: potius. n. rõ adducta per Bur. de Lamech Iudaica fabula vr̃. Item in eo. c. vbi Poſtillator propter litteram hebraicam quę habẽt, Cœpit inuocari nomen domini, Vacat, dicit hebręos exponere de idololatria. Sed Burgen. hebręorum expoſitionem improbans, dicit duo. Primum ꝙ inuocare nomen domini ſemper ſonat in bonum. Secundum, ꝙ in prima ętate non fuit idololatria. Allegat enim ad hoc S. Tho. Sed primum non videtur verum, quia in Prophetis & Euangelio ſæpe iteratur: Populus hic labijs me honorat &c. Et, Cum orationem multiplicaueritis non exaudiam. quę cum ad inuocationem Dei pertineant non tamen ſonant in bonum vt patet, eſto tamen ꝙ ſimpliciter dictum ſemper ſonaret in bonum; non tamen cum addito diſtrahente cuiuſmodi videtur ſignificari per ly. Vacat. Nec ſecundum dictum eſt ita certum quin ſententia magnorum patiatur inſtantiam, nec ratio S. Thomę ad id cogit, quia ſi memoria recens creationis excluſit idololatriam per mille & plures annos, memoria ſeuerę punitionis per diluuium debuit excludere adhuc per plures annos: certum tamen eſt quod citò poſt diluuium defluxerunt ad idola homines: imo beatus Aug. dicit, quod à benedictione filiorũ Noè vſq; ad Abraham de commemoratione iuſtorum, qui Deum pie colerent per annos pluſquam mille ſiletur, aliquos tamen non defuiſſe credendum eſt: Hęc Aug.

An Cain occiſus.

Nõ Lamech ſed filij, artium inuentores.

Adam vouit cõtinentiam.

2. 2. q. 94

Math. 15. a

Lib. 16. de ciuit. Dei. c. 5

GLO-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. V.

HIC *Liber generationis Adam*. Ad ſimilitudinem Dei factus eſt. Alij ad ſimilitudinem Ade, eſt quaſi concluſio à ſuperioribus cum recapitulatione. in die qua c. d h. In die enim creatus eſt, quia in claritate diuinæ contemplationis conſtitutus: Ad ſimilitudinem Dei, quia rationem ei dedit, qua intelligendo bona & mala diſcerneret, intellecta diligeret: & dilecta obliuioni non traderet, & in hoc Dei ſimilitudinem retineret. ſed poſtquam per inobedientiam, hanc ſimilitudinem deleuit: factus terrenus, terrenos generauit. Vnde qualis terrenus, tales & terreni.

Adæ ætas. q. Heb c. 5. to. 3. 1. Para. 1. a — b *Vixit autem Adam &c. Hiero.* Sciendum: quod vſque ad diluuium vbi in noſtris codicib. ducentorum, & qđ excurrit annorum genuiſſe quis dicitur, in hebręo habent. c. annos & reliquos qui ſequuntur.

c *Et genuit &c.* Quaſi, & iſte portauit imaginem terreni, qui pro Abel iuſto repoſitus eſt, & interpretatione nominis Chriſtum ſignificat. Sed omnes prius portant imaginem terreni hominis quàm cœleſtis, licet multi ante aduentum Chriſti per fidem eandem gratiam habuerũt, qua ſaluantur Chriſtiani. (Seth ætas.) *Strabus.* Ferunt poſt mortem Abel vouiſſe Adam ſe vxorem non vltra cogniturum nec filium generaturum. Sed Deo iubente F fregit votum: vt Dei filius de eo naſceretur, & homo redimeretur: De ſtirpe enim Cain naſci non debuit. (Enos ætas.) Vnde ante Seth nullum legitur genuiſſe, poſt eum verò dicitur, quia genuit filios & filias. Hęc computatio genealogiarum quaſi ramos ſpargit hiſtoriarum, de quibus ſuis locis colliguntur fructus myſteriorũ. Et notandum quia in generatione Seth nulla fœmina ponitur nominatim, ſicut in generatione Cain. (Nota. Cainã ætas.) Iuſtorum enim eſt omnia viriliter agere, nihil femineum, nihil fragile vſurpare. Procedit enim hæc generatio per denarium vſque ad Noè, in quo præceptorum ſignatur impletio; ſicut per vndenarium in generatione Cain tranſgreſſio. In generatione iniuſtorum primus Enoch ponitur, qui dedicatio interpretatur, quia reprobi in præſenti vita ſpei ſuæ radicem figunt, & ab amore immarceſſibilis hæreditatis areſcunt. De quibus dicitur Iob. (Iob 5. a) Vidi ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim. In generatione iuſtorum Enoch ab Adam ſeptimus ponitur, quia hic manentem ciuitatem non quærunt, ſed expectationem vſq; in finem temporis extendunt, quòd ſeptenaria reuolutione terminatur, cũ æternitas octaua ſucceſſerit; vnde iſte Enoch qui ponĩ ſeptimus, & tranſlatus eſt, quia Deo placuit, ſeptimam requiem ſignificat, ad quã poſt hanc vitam qui Deo perſeueranter adhæret ſine dilatione transfertur. (a Henoch. Nominum generationis Adæ interpretatio.) Interpretatio quoq; nominũ huius generationis idem ſignat. Adam interpretatur homo, vel rubra terra. Seth poſitio, vel reſurrectio. Enos homo. Cainan lamentatio. Malaleel laudans Deum. Iared roboratus.

tus. Enoch dedicatio. Mathuſalã mortis emiſſio. Lamech humiliatus. Noè requies. Procedens ergo homo de terra, reſurgens a peccatis, erit homo inuocans Deum, & deflens peccata priſtina: ſicque laudans Deum, roboratus ſpiritu Dei, dedicatur in vitam æternam: atque victor mortis Deo ſubiectus, requiẽ poſſidet ſempiternam, quam ſignificat Noè, qui requies interpretatur, & decimo loco numeratur, quia per impletionẽ mandatorum poſſidetur regnum cęlorum. G

✻ a Am-

### Cap. V.

HIC eſt Liber generationis
a ❡ Tempore. ❡ Quia in claritate contemplationis conditus.
Adam In die qua creauit
a ❡ Intellectu, voluntate, & memoria.
Deus hoīem, † ad ſimilitudinẽ Dei
a ❡ Quia hoc in vtroque ſexu factum eſt.
fecit illum, maſculum, & fœminam creauit eos, & benedixit illis,
a ❡ Id eſt homo, quia ſumptus eſt de humo.
& vocauit nomen eorũ Adam i die
a ❡ Redit ad ordinem texende genealogie.
quo creati ſunt. Vixit autem Adam
a ❡ [illegible]
centũ triginta annis, & genuit filiũ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuã, vocauitque nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam, poſtq̃ genuit Seth octingenti anni, genuitque filios & filias. Et factum eſt omne tempus
a ❡ Homo vel rubra terra.
quod vixit Adam, anni nõgenti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoque
a ❡ Reſurrectio, vel poſitio.
Seth centum quinque annis, & ge-
a ❡ Homo.
nuit Enos. Vixitque Seth poſtquam genuit Enos octingentis ſeptem annis, genuitque filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth, nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Poſt cuius ortum vixit octingentis qnindecim annis: & genuit filios, & filias. Factique ſunt omnes dies Enos, nongenti quinque anni, & mortuus eſt. Vixit quoque Cai-
a ❡ Lamentatio.
nan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel octingentis quadraginta annis, genuitque filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cain in nongenti decem anni
a ❡ Laudans Deum.
& mortuus eſt. Vixit autẽ Malaleel ſexagintaquinque annis, &
a ❡ Roboratus.
genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonagintaquinque anni, & mortuus eſt. Vixitque Iared centum ſexaginta duob. annis;
a ❡ Dedicatio.
& genuit Enoch. Et vixit Iared

### NIC. DE LY. C.V.

HIC eſt liber generationis Adam. *Hic conſequenter ponitur recapitulatio generationis Adæ, vt illa deducatur de qua Chriſtus erat naſciturus. Et primò ponitur in generali recapitulatio. Secundò generationis electæ deductio, ibi, Vixit autem Adam. Dicit ergo.* (Diuiſio.)

a Hic eſt liber, *Id eſt recapitulatio breuis.*

b Generationis Adæ. *Prout prædictum eſt capitulo præcedenti.*

c In die qua creauit &c. *Ex hoc dicunt Hebræi quòd Adam in ipſa die creationis ſuę genuit filios, cum adhuc eſſet in paradiſo, vt ſupra dictum eſt. Sed quia Doctores Catholici tenent contrarium, ideo dicendum, quòd dies hic non accipitur pro die naturali, vel artificiali tantum; Sed accipitur hic ſingulare pro plurali, ſicut ſupradictum eſt, Geneſ. Iſtæ ſunt generationes cæli & terrę, quando creatæ ſunt in die quo fecit Deus cęlum & terram, & omne virgultum agri; & tamen certum eſt quòd omnia iſta non ſunt facta vna die, ſed pluribus. Et eodem modo accipitur hic, In die, id eſt in diebus, quia alia die fuit hominis creatio, & alia eius generatio, ſcilicet poſt eiectionem de paradiſo: Alia patent ex dictis vſque hic.* (Adam an genuit filios in paradiſo. Geneſ. 2. a)

d Maſculum & fęminam. &c. *Hic accipitur creatio largè pro formatione.*

e Et vocauit nomen eorum Adam. *Notandum quod hoc nomen Adam, eſt commune ſeu appellatiuum in hebræo, ſicut hoc nomen, homo, in latino: & ideo ſicut hoc nomen homo eſt communis generis, & accipitur pro viro & muliere, ita & hoc nomen Adam in hoc loco accipitur. Quod autem appropriatum eſt primo homini, hoc eſt propter eminentiam ipſius ad alios homines, ſicut hoc nomen Philoſophus appropriatur Ariſtoteli, ad denotandum eius excellentiam ſuper alios Philoſophos.* H (Adam quale nomen ſit. † Nongentorum quinque annis.)

f Vixit autem Adam. *Dimiſſa generatione Cain reprobata, incipit deducere generationem electam ipſius Seth. In qua deductione præmittit truncum, ſcilicet Adam. Secundo ramos, id eſt filios ab eo deſcendentes per ipſum Seth, ibi,* Vixit quoque Seth &c. *Tertiò ponit fructum, ſcilicet, ipſum Noè, qui fuit ſtipes ſecundus in generatione electorum, ibi,* Vixit quoque Lamech. *Circa primum dicit ſic:* Vixit autem Adam &c. *Secundum Methodium, & aliquos alios Doctores hic tacentur centum anni vitæ Adę quibus luxit Abel: Secundum hebræos autem nihil omittitur.* (1 Malaleel.)

g Et genuit filium &c. *Id eſt deſtitutum originali iuſtitia, & per conſequens peccatorem & mortalem, qualis iam erat Adam. Aliter exponitur,* Ad imaginem &c. *Id eſt perfectum in cognitione Dei, & timore, ſicut eum docuit Adam per hoc eum diſtinguendo à Cain & eius poſteritate. & hoc videtur melius dictum, quia ſi intelligeretur de deſtitutione ab originali iuſtitia, magis debuiſſet hoc dici in generatione Cain, vt vr.*

h Genuitque filios & filias. *Scilicet poſt ipſum Seth, quorum nomina non exprimuntur, quia eorum genealogia nõ deducĩ.*

i Et factum eſt &c. *Preter centum annos, qui hic ſubticentur, ſecundum aliquos Doctores, vt prędictum eſt. Legatur littera ſicut iacet vſque ibi.*

❡ a Et

Moraliter. ✻ *Moraliter. Hic eſt liber gene. Adam.* Hic agitur de generatione Adæ per Seth, in qua dicitur infrà q; Iared qui interpretatur roboratus, genuit Enoch, qui interpretatur dedicatus, vel dedicatio, per quod moraliter deſignatur q; ad robuſtam pugnam contra ten-

✻ tatio-



A ☞ *a Ambulauitq; cum Deo &c. Iſido.* Enoch ſeptimus ab Adam placens Deo, qui & tranſlatus eſt, ſeptimam requiem ſignificat: ad quam transfertur qui tanquã ſexta die, i. ſexta ætate ſeculi per Chriſti aduentũ formatur: Tranſactis aũt ſex millib. annis facto iudicio & renouato cęlo & terra, transferentur ſancti in vitam æternã. (Nota.) Quod autem per Seth ab Adam vſque ad Noè denarius numerus inſinuatur, complementum mãdatorum in eccleſia in operibus figuratur: cui numero ſi addantur, vel adijciãtur duo filij Noè medio reprobato, duodenarius conſummatur, qui in Patriarcharum, & Apoſtolorũ numero inſignis habetur, propter partes ſeptenarij, altera per alteram multiplicata, nam ter quaterni ipſum faciunt. *Alchui.* Enoch tanto tempore ſeruatur à morte, in quo oſtendiĩ quia homo ſemper viueret, ſi non peccaſſet.

(Lib. 15. de ciuit. Dei. c. 10. to. 3. Et ambulauit Enoch cũ Deo.) *b Vixit quoq; Mathu. &c. Augu.* Quæritur quomodo Mathuſala ſecundum annorum computationẽ pòſt diluuium viuere potuerit, cum omnes præter eos qui in arcam ingreſſi ſunt, perierunt? Sed hanc quæſtionem codicum mendoſitas peperit: non ſolum enim in hebręis aliter inuenitur, verum etiam in Lxx. interpretatione, paucis codicibus ſeptem annis ante diluuium Mathuſala defunctus reperitur. Quod Mathuſalam iuxta Lxx. vltra diluuium numerantur anni, inde eſt, quia ſignificat Chriſtum, cuius vita nullã ſentit ætatem, vt in maioribus quoque non ſenſiſſe diluuium videretur.

(q. hebr. c. 5. to. 3.) *c Et facti ſunt omnes dies &c. Hierony.* Et fuerunt omnes dies Mathuſalę quos vixit anni nongenti ſexagintanouẽ, & mortuus eſt. Iuxta diligentẽ ſupputationẽ quatuordecim annis poſt B diluuium vixiſſe refertur. Cum enim eſſet clxxiij. annorũ genuit Lamech. rurſus Lamech cum eſſet clxxxij. annorum, genuit Noè: & ſunt vſq; ad diem natiuitatis Noè à Mathuſala ccclv. Sexcenteſimo autem anno vitæ Noè diluuium factum eſt, nongenteſimo (Geneſ. 7. b) ſ. lv. anno Mathuſalæ: Cum aũt ſupra nongentis ſexagintanouẽ annis vixiſſe dictus ſit, patet eum quatuordecim annis vixiſſe poſt diluuium. Sed octo aĩæ tantum in arca ſaluæ factæ ſunt. Eſt ergo error in numero, ſicut in pluribus. In hebræis enim & ſamaritanorum libris ita repperi, Et vixit Mathuſala clxxxvij. annis: & genuit Lamech: & vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech ſeptingentos lxxxij. annos: & genuit filios & filias: & fuerunt omnes dies Mathuſalæ anni nongenti lxix. & mortuus eſt: & vixit Lamech clxxxij. annos, & genuit Noè. à die autem natiuitatis Mathuſalæ vſque ad diem ortus Noè, ſunt anni ccclxix. (Noè.) his adde ſexcentos annos Noè, quia in ſexcenteſimo vitæ eius anno diluuium factum eſt, atque ita fit vt nongenteſimo ſexageſimonono anno vitæ ſuæ Mathuſala mortuus ſit, eo anno ſcilicet quo cœpit eſſe diluuium.

☞ a Noè

poſtquam genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexagintaduo anni, & mortuus eſt. Porrò Enoch vixit ſexagintaquinque annis & genuit [3] Mathuſalam. Et ambulauit Enoch cum Deo. Et vixit Enoch poſtquam
a ❡ Mortis emiſſio.
genuit Mathuſalam trecẽtis annis, & genuit filios, & filias. Et facti ſunt omnes dies Enoch trecenti ſexagintaquinque anni: ambulauitq; cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathuſala centum octogintaſeptem
a ❡ Humiliatus.
annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octogintaduobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexagintanouem anni, & mortuus eſt. Vixit autem Lamech cẽtum octogintaduobus annis, & genuit filium, vocauitque nomen eius Noè, dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum.

c Quia tulit eum Deus: *De medio eorum ad locum prædictum: Sequitur,* C

d Et facti ſunt &c. *Eodem ſcilicet anno quo inundauit diluuium parum antequam inundaret, ſecundum quod dicit Hieron. Et hoc poteſt videri per litteram, quia ſi accipiantur ſexcenti anni quibus vixit Noè ante diluuium, ſecundum quod dicitur infrà ſeptimo cap. Eratq; ſexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerũt ſuper terram, & iterum clxxxvij. quibus vixit Lamech anteq̃ Noè eſſet genitus, & clxxxvij. quibus vixit Matuſalam ante natiuitatem Lamech filij ſui, & aggregetur totum ſimul inueniuntur nongenti ſexagintanouem anni, & ſic patet propoſitum. Si autem quæratur quomodo homines illius temporis ita diu viuebant? Ad hoc poteſt ratio multiplex aſſignari. Prima eſt ex bonitate complexionis primorum parentum. Fuerant enim à Deo immediate formati, & per conſequẽs optimè complexionati, & ſic ad longiorem vitam diſpoſiti, & illa bonitas complexionis magis venit ad homines propinquos illius temporis, quàm ad remotos temporis moderni. Secunda eſt ex modo viuendi, quia temperatè viuebant. Tertia eſt ex bonitate nutrimenti, quia ante diluuium terrenaſcentia fuerunt meliora quàm poſt: quia inundatio diluuij fuit pro maiori parte ex aquis Oceani ſecundum quod dicitur infrà, Rupti ſunt omnes ſontes abyſſi magnæ; aquæ autem ſalſę inducunt ſterilitatem terræ, & per conſequens reddunt terrenaſcentia peiora, ex quibus abbreuiatur hominis vita. Quarta ex ſcientia Adæ quia formatus fuit in perfectione ſcientiæ, vt ſupra dictum eſt Geneſ. & ideo cognouit virtutes fructuum herbarum & lapidum, quæ faciunt ad conſeruandam ſanitatem, & vitam prolongandam: & de hoc docuit homines ad vitam prolongandam. Quinta ex bono aſpectu ſiderum ſuper regionem illam in qua manebant, qui aſpectus multum facit ad longitudinem vitæ, ſed per motum cæli continuum mutatus eſt tempore procedente. Sexta ex diuina diſpoſitione hoc ordinante: vt per longam vitam hominum cito multiplicaretur genus humanum. Item vt homines illius temporis per longam vitam poſſent habere experientias de curſu cæli, & effectibus ſiderum, & aliarum rerum quæ experientiæ ſunt principia artis, & ſcientiæ, Metaphyſ. Item videmus magnam latitudinem in quantitate molis in natura humana, quia aliqui ſunt valde parui ſicut pigmæi, qui dicuntur homines longitudine vnius cubiti tantum: alij autem ſunt valde magni ſicut gigantes. vnde Deuteron. Dicitur de Og rege Baſan, Monſtratur lectus eius ferreus qui eſt in Rabath filiorum Ammon, habens nouem cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis &c. vnde & Aug. dicit, Quòd vidit dentem gigantis qui ſi diuideretur minutatim, faceret centum dentes hominis communis ſtaturæ. Si igitur eſt tanta latitudo & exceſſus vnius ad alterum in quantitate molis, non videtur irrationabile, quòd fuerit tantus exceſſus in quantitate durationis hominum primorum ad illos qui nunc ſunt, ſicut ſcriptura determinat. Item in quantitate durationis videtur etiam magna latitudo: quia etiam de pigmæis dicitur, quòd quinto anno generant, & nono anno ſeneſcunt, & ideo ſi homines alij tantum excedant eos in quantitate durationis, quia viuunt communiter lxx. vel lxxx. annis, non eſt mirandum ſi homines primæ ætatis tantum excedebant modernos in quantitate durationis. Ego autem tot rationes induxi ad propoſitum oſtendendum: quia ſi vna per ſe non ſufficit, plures ſimul ſumptę videntur propoſitum perſuadere. Sequitur:*

(I. de heb. q. to. 3. Septimò. c 3 Mathuſala. Enoch. ſeptimo. b Gen. 2. c Lamech. Noè quare ſic dictum. D 1 Metaph. Deute. 3. a Aug. 15. de ciuit. Dei. c. 8. to. 5)

e Vixit autem Lamech, *Et patet littera vſque hic:* Iſte conſo. nos. *Hoc exponitur communiter de Noè, eò quòd reparaturus erat ſeculum, quod erat ad conſolationem illorum, qui timebant ipſum totaliter deficere per diluuium. In hebræo autem habetur, Iſte quietabit nos &c. & huic litteræ conſonat interpretatio huius nominis Noè, quod interpretatur requies: & ratio huius interpretationis exprimitur, cum dicitur, Vocauitq; no. eius Noè, dicens, Iſte quietabit nos. Et hebræi dicunt q; hoc non dr̃ propriè pp reparationẽ ſeculi poſt diluuiũ. ſed quia ante tẽpus Noè hoĩes multũ laborabant in agricultura, quia proprijs manib. tm̃ colebant eã. Ipſe aũt adinuenit artẽ arandi in qua plus ſatis laborant animalia, q̃ hoĩes, ideo dr̃ dediſſe requiẽ hoĩb. & hoc vr̃ per litteram ſequẽ.*

f Ab operibus &c. *Quia per artem arandi impoſiti ſunt labores iſti ſuper animalia.*

❡ a In

## NICO. DE LYRA.

❡ a Et ambulauit Enoch cum Deo. *Iuſtè viuendo, ſicut ſequenti cap. dicitur de Noè.*

b Et non apparuit &c. *Dicunt iudęi quòd licèt eſſet iuſtus, & bonus, tamen habebat pronitates magnas ad malum, quibus cum difficultate ſumma reſiſtebat, & ideo ex diuina prouidentia mortuus eſt ante terminum vitę ſuę naturalis, ne laberetur in peccatum, ſecundum quod dicitur Sapien.* (Sap. 4. b) *Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit &c. Et ſequitur: Raptus eſt, ne malitia mutaret animum eius. Doctores autem Catholici dicunt, quod propter excellentiam ſuæ virtutis aſſumptus fuit à Deo, & poſitus in paradiſo terreſtri, vbi & Helias* (4. Reg. 2. b) *poſtea raptus eſt, vt habetur in li. 4. Reg. Et inde exituri ſunt ad prędicãdum contra perfidiam Antichriſti, & hoc magis videtur ſonare littera: quia de ipſo non dicitur hic q; ſit mortuus, ſicut de alijs, ſed quòd nõ apparuit ſcilicet inter homines peccatores.*

c Quia

## MORALITER.

tationes mundi, carnis & diaboli, ſequitur pax & tranquillitas mẽtis, & ſic efficitur habitaculum inhabitationis diuinę per gratiam dedicatum, propter quod ſubditur,

a Et

*a Et ambulauit Enoch cum Deo,* Iuſtè & ſanctè viuendo.

*b Et non apparuit vltra,* Scilicet in præſenti vita.

*c Quia tulit eum Deus,* ad gloriam ſempiternam, ad quam nos cum eo perducat.

✻ Moralitet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a Noë verò cum quingentorum eſſet annorum, &c. Hieronymus. E Noë interpretatur requies, quia ſub illo omnia retro opera per diluuium quieuerunt. Lib. de q. Hebræo.3.

in terra cui maledixit dominus. Vixitque Lamech poſtquam genuit Noë, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuus eſt. Noë verò cum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iaphet.

a ¶ Requies.i. Chriſtus in quo requiem inuenimus.

## NICO. DE LYRA.

a In terra cui maledixit Dominus &c. *Et propter hanc maledictionem fructificare non poterat, niſi multis laboribus coleretur: & iſta expoſitio videtur magis conſona litterę. Poteſt tamen ad ipſam aptari translatio noſtra cum dicitur, Iſte conſolabitur nos, quia magna conſolatio fuit hominibus cum per artem arandi labor eorum fuit poſitus ſuper animalia, & propter talem artem quam inuenit Noë vocatur vir agricola.inf. nono cap.* Agricultuamento. *Noë verò: Deſcripta multiplicatione per primum ſtipitem, ſcilicet Adam. hic conſequenter deſcribitur per ſecundum, ſcilicet Noë. Et primò deſcribitur ipſius Noë generatio. Secundò ſuæ generationis multiplicatio. Decimo capitu. ibi, Hę ſunt generationes. Circa primum adhuc primò deſcribitur diſta generatio. Secundò ipſius Noë ſtatus ſiue conditio, ibi, Cumq́ cœpiſſent. Circa primum dicitur ſic: Noë verò cum quingentorum eſſet annorum &c. Hic poteſt quęri quare tantum tardauit ad generandum, quia alij præcedentes circa centeſimum annum generauerunt, vt patet ex prædictis? Reſpondent hebræi quòd hoc fuit quia dominus diſpoſuerat eum ſaluare in diluuio cum ſua poſteritate tota; ſi autem in centeſimo anno generaſſet, infra quingentos annos ſequentes ante diluuium (quia ſexcentorum annorum erat Noë quando inundauit diluuium) fuiſſent tot ex eo & filijs eius multiplicati quòd fuiſſent inter eos multi mali, de quibus non eſſet dignum quòd ſaluarentur. Item tot perſonæ cum neceſſarijs ad vitam, per annum integrum quo durauit diluuium, non potuiſſent competenter in arca collocari.* G

b Genuit Sem &c. *Dicunt hebræi quòd Sem non fuit primogenitus Noë, quod probant, quia hic dicitur quòd quingenteſimo anno vitæ ſuæ cœpit generare, & ſic primogenitus eius erat centum annorum tempore diluuij, quia tunc fuit Noë ſexcentorum annorum. Sem verò non habuit centum annos vſque poſt diluuium per duos annos, vt dicitur inf. vndecimo cap.* Cap.11. *Dicunt tamen quòd præponitur alijs propter dignitatem circuncißionis: quia natus fuit circunciſus. Sed hoc videtur fictitium, quia Abraham dicitur pater circuncißionis, et quòd hoc ſignum primo accepit à Deo. Ideo aliter dicendum ſecundum prædictam opin. de primogenitura, quòd hic primo nominatur propter reuerentiam Patriarcharum (& Chriſti maxime) qui ab ipſo deſcenderunt. Vnde & Iacob Patriarcha benedicens filijs Ioſeph, præpoſuit Ephraim iuniorem ipſi Manaßę, quoniam futurus erat in prolem maiorem vt ibidem dicitur.* Gene.48.c *Nota quod Sem ubique debet ſcribi per m, in fine.*

---

In c. 5. vbi dicitur in poſtilla. Quomodo homines illius temporis viuebant.

### ADDITIO I.

¶ *Iſtę rationes quæ aſſignantur ad diuturnitatem vitæ hominum illius temporis: & ſi valerent ad aliquam longitudinem vitę, non tamen videtur ad tantam differentiam durationis ſufficere. Bonitas enim complexionis, & etiam modus viuendi temperatus licet non in multis, in quibuſdam tamen inuenitur: ponit enim Galenus in ſuo Techni poßibilem eſſe complexionem temperatißimam, prout humanæ naturæ pertinet, inueniri, quam vocant ευκρατον Eucraton: & multo magis poßibile eſt hominem boni regiminis reperiri: nunquam tamen à tertia ętate & citra reperitur aliquis qui cc. annos ferè attingat. Chriſtus etiam qui per Spiritumſanctum conceptus eſt optime complexionatus fuit, & non niſi temperate & virtuoſe in hac vita vixit, & tamen in iuuenili ætate paſſus eſt, prout communiter tenetur, ne in eo appareret naturę humanæ diminutio: vt patet, Ex quo patet, quòd ætas xxxiij. annorum in Chriſto erat iuuenilis, quod non eſſet ſi Chriſtus ſecundum naturam humanam habuiſſet viuere ſicut Adam & alij antiqui: quia ſi ſic, illa ætas in qua fuit paſſus non eſſet iuuenilis, ſed infantiæ, ſeu pueritiæ. Ratio enim ſumpta ex bonitate nutrimenti ante diluuium non videtur valere, nam inundatio diluuij plus debuit terrenaſcentia reddere peiora in tempore propinquiori ipſi diluuio, quàm in magis remoto; & tamen poſt diluuium ſcilicet in ſecunda ætate leguntur homines vixiſſe cc. annos ferè: & cum magis à tempore diluuij fuerint remoti, plus fuit diminuta diuturnitas vitæ: Illa etiam quæ Adam cognouit de virtutibus fructuum & herbarum &c. quæ faciunt ad prolongandam vitam, de quibus dicitur docuiſſe homines, veriſimile eſt vt ea addiſceret Noë ab antiquis ſuis, cum vita ipſius Noë fuerit prolongata, ſicut vita eorum qui fuerunt in prima ætate qui quidem Noë cum iuſtus, & perfectus fuißet, veriſimile eſt, vt doceret ea poſteritati ſuę, quod tamē non apparet per effectum. Bonus etiam aſpectus ſiderum & ſi faciat ad longitudinem vitę, non tamen tantam diſſimilitudinem faceret, nec etiam aſtronomi hoc videntur tradere. Sexta autem ratio quam ponit ſcilicet, quòd hoc fuit ex diuina diſpoſitione hoc ordinante concedenda eſt. Sapientia enim diuina omnia diſpoſuit ſuauiter Sapien. Sed rationes quas aſſignat ad huiuſmodi diſpoſitionem diuinam ſunt minus ſufficientes: Nam non minus multiplicaretur genus humanum per vitam breuem ſicut modo, quàm per longam vitam ſicut tunc, & forte citius ſicut modo: nam tunc incipiebant generare poſt centum annos: & modo ante xx. annum, & ſic in primo centenario vnius primi generantis poſſent generari multi filij, & nepotes & pronepotes, quorum quilibet, vel maior pars infra illum centenarium generaſſet: & ſic magis multiplicaretur genus humanum quod manifeſte poteſt haberi in multiplicatione filiorum Iſrael in Aegypto: de quibus in Deut. In lxx. animabus deſcenderunt patres veſtri in Aegyptum, & nūc poſuit te Deus ſicut ſtellas cœli in multitudine. Manifeſtum eſt enim, quòd populus Iſraeliticus non fecit moram in Aegypto tanto tempore, quanto Adam & Seth filius eius abſtinuerunt à generatione; nam Adam abſtinuit per centum xxx. annos, & Seth centum v. annis, qui faciunt ccxxxv. annos; & cum populus Iſraeliticus in Aegypto fuit ccx. annis, prout infra patebit. Alia etiam ratio quam aſſignat ad diuinam diſpoſitionem, ſcilicet vt homines illius temporis poſſent habere experientias de curſu cœli, & effectibus ſyderum &c. non videtur valere. Curſus enim cœli & ſyderum qui magna, & difficili inueſtigatione indiguit, fuit perfecte declaratus tempore Græcorum, quando Ptolemæus perfecit librum Almageſti, in quo omnes curſus cœli, & ſyderum plenè traduntur, & tamen inueſtigatio ſua incepit à tempore cuiuſdam prædeceſſoris qui eum præceſſit per ccc. annos ferè & non plus, vt in eodem libro habetur. vnde illud tempus ſufficit ad illam inueſtigationem. Similiter ad cognoſcendos effectus ſyderum de quibus ipſe Ptolemęus large ait in libro quadripartito, & in centiloquio ſuo, cuius ſententias ſequuntur aſtronomi qui ei ſucceſſerunt. vnde propter hæc & ſimilia non fuit neceſſaria diuturnitas vitę in antiquis; & ideo potius tenendum eſt cum Aug. qui in lib. de ciuit. Dei de hac materia tractans ſic ait, Annorum iſta numeroſitas cuiuſque hominis, qui temporibus illis fuit: nullis nunc talibus documentis venire poteſt in experimentum, nec tamen ideo fides huius ſacrę hiſtorię deroganda eſt, citius tanto imprudentius narrata non credimus quanto impleri citius prenunciata conſpicimus: Hæc ille. Et nimirum ſi Aug. qui tantus eccleſię Doctor fideliſſimus fuit, hoc aſſerat eſſe oīno ſupernaturale, quod patet ex hoc quod in prędicta authoritate continetur. ſ. quòd iſta numeroſitas nullis documentis in experimentum venire poſſet: cum ipſe Rabbi Moyſ. hebręus in ſuo libro de directione perplexorum iſtā diuturnitatem vitę attribuit miraculo diuino. Dicit etiam (& forte non inconuenienter) quod licet diuturnitas fuit ſolum in illis qui in ſacra ſcriptura nominantur, ſcilicet Adam, Seth, et Enos &c. non autem in alijs contemporaneis, qui vt dicit non tam diuturnè viuebant, ſed ſicut poſt diluuium; cuius ratio eſt ſecundum eum, nam vt dicit, ideo Deus diſpoſuit illos tam diuturne viuere, vt fides de creatione mundi quam pagani pro maiori parte negabat, in cordibus fidelium magis radicaretur: quod ſic factum eſt. Nam Lamech pater ipſius Noë concurrit in vita cum ipſo Adam. Abraham etiam qui principalis erat in fidei publicatione erat lxiij. annorum quando mortuus eſt Noë, & ſic teſtimonium creationis mundi venit ſatis de propinquo ad tempus Abrahę, quia de Adam ad Lamech, de Lamech ad Noë, & deinde ad Abraham.*

F · 3. par. q. 43. ar. 9. in reſ. ad iii. arg. · Sapien. 8. a · Deut. 10. d · H

In eo. c. vbi dicitur in poſtilla, Et dicunt hebręi, quòd hoc non dicitur propter reparationem ſęculi &c.

### ADDITIO II.

¶ *Hęc expoſitio hebręorum non videtur habere fundamentum in littera: ſi enim Noë fuiſſet primus inuentor artis arandi, hoc expreßiſſet ſcriptura, ſicut ſupra quarto cap. de inuentore muſicę artis & ferrarię & huiuſmodi. Quod autem allegat Poſtillator de hoc quòd Noë vocatur vir agricola, infrà, magis facit contra hanc expoſitionem: nam ibi legitur: Cœpit autem Noë vir agricola exercere terram. Ex quo intelligitur, quod tunc in plantatione illius vineę cœpit eße agricola, & non ante. Veritas etiam hebraica non dicit, Iſte quietabit nos, ſed iſte conſolabitur nos, quod conſonat primę expoſitioni.* Gene.9.

REPLICA



## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN. CAVILLANTEM.

A

IN cap. quinto, vbi Poſtillator multas adduxit perſuaſiones ad hoc quòd homines primæ ætatis tandiu viuere potuerunt vltra uitam aliarum ætatum, & in fine concluſit, Adduxi multas rationes vt ſi una non ſufficit per ſe: plures ſimul ſumptæ uel omnes uideantur propoſitum perſuadere, inter quas etiam ſexta eſt beati Auguſ. Et cum Poſtillator non uelit eas eſſe demonſtratiuas, ſed perſuaſiuas: Burgen. tamen occaſiones communiter quærens longam facit digreſſionem, pertractans quaſdam rationes quaſi ſingulas quas tamen Poſtillator nec reputat ſingulas ſingulariter: ſed omnes ſimul perſuaſiuas. Item in eodem capitulo, vbi Poſtillator præfert expoſitionem hebræorum ſuper illo uerbo, Noë conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Deus, dicens quòd Noë inuenit artem arandi cum animalibus, cum antea homines cōſueuerint manibus terram operari, & hæc fuit hominibus magna conſolatio, & Gen. legitur, Noë uocatus eſt uir agricola. Sed Burg. ſe opponit dicens, quòd Noë fuiſſe inuentorem agriculturæ non habet fundamentum ex littera: quia ſupra dicitur expreſſe de inuentore muſicæ, & cæterarum artium, quod hic de Noë non dicitur. Ad quod videtur dicendum, quòd ſcriptura inter electorum opera non facit curam recenſendi de inuentoribus artium: ſicut inter opera reprobatorum ſupra fit mentio: à principalioribus enim conſueuit fieri denominatio. Sicut igitur principalis occupatio reprobatorum eſt circa mundana, ita electorum principaliter circa diuina. Argumentum igitur Burgen. non eſt à ſimili. Et quòd Burgen. dicit allegatum Poſtillatoris (videlicèt quòd Noë dictus eſt vir agricola) facere contra intentionem Poſtillatoris: quia dicitur in littera allegata, Cœpit autem Noë vir agricola exercere terram. quod Burgen. dicit intelligi debere, quòd poſt diluuium in plantatione uineæ cępit eſſe uir agricola & non ante, ſed hic intellectus Bur. non habet fundamentum ex littera, quia non dicitur, Cœpit Noë uir agricola eſſe, ſed agricola exiſtens cępit terram exercere poſt diluuium: ante diluuium enim artem inuenit, per quam poſt diluuium cępit exercere terram in uinearum conſitione, plantatione, & cæteris.

C · 15. de ciui. Dei. cap. 9. to. 5. · Gen. 9. a

---

## GLOS. ORDIN.

### Cap. VI.

a Cumq́ cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram. *Hieronym.* Verbum hebraicū אלהים elohim vtriuſque numeri eſt, Deum enim & Deos ſignificat: ideo Aquila filios Deorum dicere auſus eſt, Deos ſanctos, vel angelos intelligens, quem ſequens Symmachus ait, Videntes filij potentum filias hominum.

q. heb. c. 6. to. 5. · ¶ Filij Dei vel principum.

b *Videntes filij Dei &c. Stra.* Filij Seth religioſi intelliguntur. Per filios Dei qui victi concupiſcentia ex filiab. hominum, id eſt ex ſtirpe Cain vxores acceperunt, & viros potentes genuerunt, immenſos ſcilicet corporibus, ſuperbos viribus, incōditos moribus, qui gigantes appellantur. Non eſt incredibile ab hominibus, non ab angelis, vel quibuſdam dæmonibus, quòd mulieribus ſunt † improbi, eiuſmodi homines eſſe procreatos, quia & poſt diluuium corpora non ſolum virorum, ſed & mulierum incredibili magnitudine extiterunt.

¶ Permanebit, vel iudicabit, aut diſceptabit. · B · Perſeu. † improbi.

### Cap. VI.

a Cumq; cępiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes † filii Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt

a ¶ Filij Seth, religioſi. a ¶ De ſtirpe Cain. b ¶ Concupiſcentia victi. a ¶ Indignatio. a ¶ Fragilis conditionis.

c *Non permanebit &c. Hierony.* Hebr. לֹא יָדוֹן lo iadon. Non iudicabit ſpiritus meus homines in ſempiternū, quoniam caro ſunt, hoc eſt, quia fragilis eſt hominum conditio, Nō eos æterno cruciatui reſeruabo, ſed hic reddam quod merentur. Clementia ergo eſt nō ſeueritas, quòd peccator hic pro ſcelere viſitatur. Vnde Deus iratus dicit Oſeę, Nō viſitabo filias eorum cum fornicatæ fuerint. Et Pſal. Viſitabo in virga iniquitates eorum &c. Ne autem videatur crudelis, quaſi locum pęnitentię non dederit, adiungit, Sed erunt dies eorum cxx. anni. Non enim intelliguntur prædicti eſſe anni vitæ humanæ, cum pòſt inueniatur homo amplius vixiſſe, ſed intelligitur ante annos viginti quàm inciperet arca fieri, quæ facta legitur centum annis, Deum ad Noë hoc dixiſſe, prenunciando diluuium, non vitæ humanæ deinceps futurę preſcribendo ſpatium: ſed eorum quos erat diluuio deleturus.

Ibidem. · Oſeæ 4. c · Pſal. 88. c · D

a Eruntq;

---

## NICO. DE LYRA.

### Cap. VI.

CVmque cœpiſſent &c. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus Noë & conditio, & Primo ante diluuium, Secundo in diluuio ſeptimo cap. Tertiò poſt diluuium. octa. cap. Circa primum ſic proceditur, quia primo cauſa diluuij generaliter decernitur: Secundò ipſe Noë excipitur, ibi, Noë verò inuenit gratiam. Tertiò arcæ conſtructio præcipitur, ibi, Fac tibi arcam. Circa primum ſciendum, quòd cauſa diluuij fuit multiplicatio peccati, ex quo ſecuta eſt prouocatio iræ Dei, & iſta duo pluries hic replicantur, vt magnitudo peccatorum, & offenſę Dei oſtendatur: Dicit igitur.*

a Cumque cœpiſſent homines multiplicari. *Ad oſtendendum quòd multiplicatio peccatorum non incepit tempore Noë ſed ante.*

b Videntes filij Dei. *Hoc exponitur multipliciter. Vno modo quòd per hoc intelliguntur dæmones incubi, qui dicuntur filij Dei, propter naturam ſpiritualem. vnde in Iob dicitur, Sathan fuiſſe inter filios Dei, & iſti in ſpecie humana commiſcuerunt ſe mulieribus, & inde nati ſunt gigantes, vnde dicitur infra, Gigantes autem erant in terra. Sed hęc expoſitio non videtur rationabilis, quia hic exprimitur cauſa diluuij, quod inundauit in pœnam peccatorum: diluuium autem nunquam fuit in pœnam dæmonum, ſed tantum hominum; ideo aliter exponit Ra. Sa. dicens quòd hęc eſt littera, Filij iudicum, vel potentum; quia nomen hebraicum quod ibi ponitur, ſcilicet Elohim, aliquando accipitur pro Deo, & aliquando pro Dijs in plurali, aliquando pro iudicibus. vnde Exod. vbi tranſlatio noſtra habet. Dominus domus applicabitur ad Deos, id eſt ad iudices. In hebræo dicitur, applicabitur ad Elohim. Dicit igitur iſte, quòd filij iudicum & potentum, quando videbant filias ſubditorum pulchrè ornari, & quando dabantur ad nuptias, quòd accedebant ad ipſas cognoſcendo eas carnaliter, antequam mariti eas cognoſcerent. Sed hęc expoſitio non videtur adhuc rationabilis: quia iſta cauſa diluuij fuiſſet particularis, ſcilicet quantum ad potentes ſolum, ſed infra eodem capitulo dicitur contrarium, Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Nec generale diluuium induci debuiſſet propter cauſam particularem. Et ideo aliter exponitur & melius, quod filij Dei hic intelliguntur illi qui deſcenderunt de Seth, qui a patre ſuo fuerant inſtructi in cultu diuino, vnde & in pluribus locis veteris ac noui teſtamenti fideles vocantur filij Dei. Per filias hominum intelliguntur mulieres deſcendentes de Cain, quę erant curioſę, dißolutæ & lubricæ. & de illis præceperat Seth filijs ſuis de voluntate domini, quòd non contraherent matrimonia cum eis, ſicut dominus præcepit filijs Iſrael, vt non contraherent matrimonia cum mulieribus Chananæis. Sed filij Seth procedente tempore tranſgreſſi ſunt hoc præceptum, & hoc eſt quod ſubditur, Acceperunt ſibi vxores &c. Et ſequitur,*

Iob 1. c · Super Gen. cap. 6 · Exod. 22. b · Cauſa diluuij.

c Dixitque Deus, *prędictis prouocatus.*

d Non permanebit ſpiritus meus. *Hoc exponitur vno modo ſic.*

e Spiritus meus, *Id eſt indignatio mea.*

f In homine, *Id eſt, contra hominem.*

g In æternum, *Acſi dicat: quia non iraſcar contra eum irreuocabiliter, ſicut contra angelum malum cuius peccatum eſt irremediabile.*

h Quia caro eſt, *Id eſt habens pronitatem ad peccandum ex carne animam aggrauante: propter quod eſt magis ſibi parcendum, puniendo eum pœna temporali, & non ęterna. Aliter exponit Ra. Sa. dicens, quòd hæc eſt veritas litterę, Non diſceptabit ſpiritus meus in homine in æternum, acſi diceret Deus, Vſque nunc tenui ſententiam de deletione generis humani per diluuium in ſuſpenſo, per modum cuiuſdam diſceptationis, ſed ex nunc proferam ſententiam. Quia caro eſt, Id eſt, nimis implicatus peccatis carnalibus, veruntamen ad declarationem iuſtitię meæ differam executionem ſententię meæ, vt habeant locum pœnitentię, & hoc eſt quod ſubditur,*

Super Ge. cap. 6.

¶ a Eruntq;

---

## MORALITER.

✻ HIC agitur de conſtructione arcę contra diluuium, per quod deſignatur diluuium peccatorum, de quo dicitur Oſeę, Maledictum, mendacium, homicidium, furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Huius autem diluuij cauſa ponitur, cum dicitur,

Oſeæ 4. a

*b Videntes filij Dei.* Id eſt clerici, & religioſi mali ad Dei cultum deputati, propter quod dicuntur eius filij.

*b Filias hominum.* Id eſt concupiſcentias mundanorum.

*b Acceperunt vxo. ſibi:* Ipſis ardenter inhærentes, & ex hoc inducitur diluuium vitiorum. Nam laici imitantur mala eorum dicentes, quare non faceremus talia, cum ſacerdotes, clerici, & religioſi faciant ea? Contra hoc autem ponitur remedium, cum dicitur ipſi Noë (per quem bonus prælatus ſignificatur.)

✻ t Fac

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Eruntq; &c. Strab.* Ante diluuium, ſcilicet ad agendam pœnitentiam. Sed quia in malitia perſeuerauerunt ante præfixum terminum, centeſimo anno deleti ſunt.

*cxx. anni ad conuerſionē dati.*

b *Videns autem dominus. &c.* Non in Deum pœnitentia cadit, aut dolor cordis, cui eſt de omnibus tam fixa ſententia, quā certa præſcientia: ſed vtitur ſcriptura vſitatis verbis coaptans ſe noſtræ prauitati, vt ex cognitis incognita cognoſcamus. Nam ira Dei non eſt perturbatio animi, ſed iudicium quod irrogatur peccatori. cogitatio vero cordis eius mutandarum rerum immutabilis ratio.

*Gigantes.*

In Moral. li.5.to.1. c *Pœnitet eum quia &c. Grego. in Morali.* Plerunque in ſacro eloquio ſapientes Dei conſilium trahunt à ſapientibus ſeculi. Sic nunc pro vtilitate hominis, vocem in ſe paſſionis humanę ipſe conditor hominum ſumit, cum conſtet: quia qui cuncta priuſquam venerint, conſpicit, nihil fecerit quòd pœnitendo reſipiſcat. Vt ergo mirum non eſt, ſi ſpirituales plerunque vtantur verbis carnalium, ſic neque mirandum, ſi ipſe creator omnium, vt carnem pertrahat, ad intellectum ſuum in ſeipſo carnis ſermonem ſeruet, vel ſumat.

*Cordis hominis malitia irritat Deū inf. 8.d.*

*Allegoricè.* Matt.11.d d *Noë vir iuſtus. Alleg.* Hic, per actus ſuos ſignificat Chriſtum qui ait Mat. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis cor. Solus iuſtus inuenitur cui propter iuſtitiam ſuam ſeptem homines donantur. Iuſtus quoque Chriſtus, & perfectus, cui ſeptem eccleſiæ ſeptiformi ſpiritu illuminatæ in vnam eccleſiam condonantur. Noè per aquam & lignum liberatur & familia eius, ſic familia Chriſti per baptiſmum & crucem. *Noë vir iuſtus &c.* Si nullus ſine peccato, quomodo perfectus? Perfecti dicuntur aliqui non ſicut ſunt perficiendi quando æquabuntur angelis, ſed ſicut poſſunt eſſe in peregrinatione: vnde addit, In generationibus ſuis, id eſt ſicut pro modo ſuo Dei gratia poterat eſſe perfectus, non ſicut in alia vita, in qua nec volet, nec peccare poterit. Cum Deo ambulauit, veſtigia eius ſequens.

*Pœnitet Deum hominē feciſſe.* Eccl.44.c alias Deo. *Noë iuſtus.* F *Sem. Cham, Iaphet.*

e *In generationibus ſuis.* Quaſi non conſummatæ iuſtitiæ, ſed iuxta generationem ſuam.

f *Diſperdam eos cum &c.* Tradunt Doctores, terræ virorem, & fœcunditatem longè eſſe inferiorem poſt diluuium, & ideo hominibus eſum carnium conceſſum, cum antea tantum terræ fructibus victitarent.

g *Fac tibi arcam de lignis*, Scilicet fortibus & inſolubilibus, & bene coarctatis, quæ alia tranſlatio dicit quadrata: vt nec vi ventorum, nec inundatione ſoluatur.

*Prædicit Deus diluuium ipſi Noë* a Quia repleta eſt.

h *Manſiunculas &c. Stra.* Lxx. Bicamerata & tricamerata in arca facies. Bicamerata in inferioribus, Tricamerata in ſuperioribus. Quinque ergo manſionibus diſtincta ſunt. Prima, id eſt inferior fuit ſtercoraria, quo ſtercora defluebāt, ne qui erant in arca fetore læderentur. Secunda apothecaria. Tertia immitium animalium & ſerpentium. Quarta manſuetorum. Quinta id eſt ſuprema, hominum

*Forma arcæ*

¶ Vſque ad diluuium ad agendam pœnitentiam, quibus ędificata eſt arca. ¶ Antequam inciperet fieri arca.

Eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant

a ¶ Immanes corpore, ſuperbi viribus, inconditi moribus. Vnde gigantes id eſt filij terrę dicuntur.
¶ In hebręo cadentes.

ſuper terram in diebus illis. Poſtquam enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo, & viri famoſi. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, † & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore,

a ¶ Vſitatis verbis nobis loquitur ſcriptura, vt ex cognitis procedat ad incognita.

pore, pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terra.

a ¶ Ne deterius contingat.

Et pręcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, delebo (inquit) hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad uolucres cœli.

a ¶ Videtur pœnitere dum opus mutat, voluntate tamen & diſpoſitione immobili permanente.

Pœnitet enim me feciſſe eos. Noë uerò inuenit gratiam coram † domino. Hæ ſunt generationes Noë:

a ¶ Viator non comprehenſor.

Noë uir iuſtus, atq; perfectus fuit in

a ¶ Id eſt, ſecundum iuſtitiam perfectam pręſentis vitę non futurę.

generationibus ſuis: cum Deo ambulauit.

a ¶ Sequens veſtigia eius.
b ¶ Nomen vel nominatus.

Et genuit tres filios Sem,

a ¶ Callidus.
b ¶ Latitudo.

Cham, & Iaphet. Corrupta eſt

a ¶ Homo propter quem cuncta creata, quo peccante omnia dicuntur corrupta.

autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cumque uidiſſet

a ¶ Id eſt homo quo peccante omnis caro dicitur corrupiſſe viam, quia propter eum omnis caro creata.

Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corruperat uiam

a ¶ Vitam, actiones.

ſuam ſuper terram) dixit ad Noë,

a ¶ Omnium mortalium pręter eos, qui in arca erant ſaluandi, quaſi ſeminarium ſecundę originis.
b ¶ Beneplacito mihi iudicio.

Finis uniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à

a ¶ Id eſt habitatores terrę.
a ¶ Præſentia.

facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra.

a ¶ Vt non ſit ſuo more fructifera.
b ¶ Eccleſiam. c ¶ In hebręo bituminatis.
¶ Alij quadratis. ¶ Politis, ne quid nocinum inhęreret.
¶ Quia vita ſanctorum firma & ſtabilis.

Fac tibi arcam de lignis leuigatis: manſiunculas in arca facies,

a ¶ Ad diſtinctionem animalium.
¶ Diuerſos ordines vitę.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Eruntq; dies &c. *Non enim poteſt dici quod hic determinetur tempus vitæ humanæ poſt diluuium, quia multi diutius ſatis vixerunt poſt diluuium, vt patet Gen. Sed determinatur tempus à prolatione ſententię diuinæ vſque ad executionem, in quo poterant pœnitere, & hoc idem dicit Hieron. Item patet, quod hęc ſententia fuit data xx. annis antequā Noe generaret, quia inter primam eius generationem, & inundationem diluuij fuerunt tantum centum anni, quia quingentorum annorum erat quando cœpit generare, vt dictum eſt, & ſexcentorum annorum tantum, quando diluuium inundauit, vt habetur Gen.*

Gene.11.c C Lib. de Hebraq.

b Gigantes autem erant, *Id eſt proceri, excedentes homines in ſtatura, & robuſti virib. & incompoſiti moribus. Nec valet quod ſupradictum eſt tales fuiſſe genitos à dæmonib. ſecundum vnam opin. quia etiam poſt diluuiū in quo deleti ſunt omnes iſti, leguntur fuiſſe gigantes, Deut. & Reg. Qui tamen fuerunt ab hominibus geniti.*

Gene. Deut.2.& 3.cap.& 2 Reg.21

c Iſti ſunt poten.&c. *Id eſt ab antiquo.*

d Viri famoſi. *Scilicet malæ famæ, quia raptores & luxurioſi. vnde ſequitur*, Vid.a.D. q.m.malitia. *Quātū ad multitudinē vitiorū.*

e Et cuncta &c. *Ex quo patet quod peccabant non ex paſſione tantum, ſed ex certa malitia.*

f Omni tempore. *Quantum ad continuationem peccatorum ſuorum.*

g Pœnituit &c. *Pœnitentia autem & dolor & cæteræ paſſiones nullo modo ſunt in Deo ſecundum rem, ſed ſecundum modum: & ideo dicitur pœnituiſſe, quia ad modum pœnitentis ſe habuit volens diſſipare quod prius fecerat.*

h Et pręcauens in futurum, *Ne multiplicarentur talia mala.*

i Et tactus do.&c. *Quia ad modum dolentis ſe habuit delendo hominem quem formauerat ad imaginem ſuam.*

k Ab homine vſ.&c. *Quia peccata hominum facta fuerant in terra, ideo ad deteſtationem criminis deleta ſunt animalia quæ habitant in terra.*

l Ad volucres cœli. *Quia accipiunt ibi paſtum, piſces autem habitantes in aquis non ſunt mortui per diluuium, quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis.*

m Noe verò. *Hic conſequenter à generali ſententia diluuij Noè cum filijs excipitur, cum dr̄*, Noe verò &c. *Et cauſa ſubditur*,

n Noe vir iuſtus &c. *Et ideo cum alijs non perijt.*

o In generationibus ſuis. *Hoc dupliciter exponitur: Vno modo ad diminutionem laudis ſuæ, acſi diceretur, licet Noe fuerit iuſtus & perfectus in comparatione ad homines illius temporis, qui mali erant: tamen ſi fuiſſet tempore Abrahæ parum fuiſſet reſpectu eius. Alio modo ad augmentum laudis iuſtus & perfectus fuit, etiam inter malos homines qui ipſum nitebantur verbis, et exemplis trahere ad malum: & ideo multò maioris perfectionis fuiſſet ſi vixiſſet inter bonos. & hoc modo B. Grego. dicit quod ad laudem ipſius Loth dicitur Gen. Quod habitauit in Sodomis, quia inter homines illos peſſimos mūditiā ſeruauit.*

H Gen.19.

p Corru.eſt,&c. *Quātū ad carnalia peccata.*

q Et repleta eſt iniquit. &c. *Quantum ad fraudes & rapinas.*

r Omnis quippe ca.&c. *Id eſt omnis homo; quia non ſolum peccauerant peccatis fornicationis & adulterij, ſed etiam peccatis contra naturam. Alio modo intelligitur omnis caro, quia etiam aues, & animalia inordinate commiſcuerant ſe cum illis quæ non erant ſui generis, vel ſpeciei. Sequitur*,

ſ Et ego diſperdam &c. *Quia per ſalſedinem aquarum diluuij ipſa terra peiorata eſt. Hebræi autem dicunt, quod tres palmi de ſuperficie terræ per aquas fuerunt tabefacti, & in aquam conuerſi; & ideo additur hic, cum terra.*

t Fac tibi arcam. *Hic conſequenter conſtructio arcę pręcipitur, cum dicitur*, Fac tibi, *i. ad ſalutem tuam & aliorum qui tecum ſunt ſaluandi* Arcam, *Quia non fuit facta per modum nauis, ſed per modum arcæ quadrata latera habentis, tamen erant inæqualia, vt dicetur infrà.*

u De lignis lenigatis, *Id eſt dolatis & complanatis.*

x Manſiūc. in ar. fa. *i. diſtinctiones, vt diuerſa poſſint collocari diſtinctè.*

¶ a Et

*Moraliter.* ✱ *t Fac tibi arcam.* id eſt virtutum fabricam.

*u De lignis leuigatis*, Id eſt dolatis, Per fabricam enim virtutum, motus interiores & actus exteriores aſperitate & tortuoſitate remota, ad rationis rectitudinem reducuntur.

x Man-

*x Manſiunculas in arca facies.* Per quas diſtincti gradus virtutum deſignantur. Nā aliquę dr̄ politicę, vel humanę. Aliquę verò heroicę ſeu diuinę, vt in Ethi. Et diuinę diſtinguuntur; Nā aliquæ dr̄ exēplares, & aliquæ purgatorię, & aliquæ purgati animi ſecundum Macro.

Ethic.

✱ a Et



minum & auium oſtiū: vbi bicamerata & tricamerata iungebātur, i. inter apothecariam & beſtiarū habitationē. *Aug.* In prima habitatione in inferiorib. ſemel camerata erat arca, in ſecunda ſuper inferiorem habitationem, bicamerata. In tertia verò ſuper ſecundā, tricamerata. *Aug.* Dicunt alij in inferiorib. duas fuiſſe manſiunculas, & ſic arcam fuiſſe bicameratam. harum inferior ſtercora ſuſcipiebat, ſecūda eſcas, quę apothecaria dicebat; in ſupiorib. tricamerata erat vbi homines & aīalia cōgrua diſtinctione continebantur. *Iſid.* Arcā conſtruxit Noe de lignis imputribilib. & Chriſtus eccleſiam de victuris in ſempiternū hoīb. q̄ ſicut arca natat in fluctib. Arca de lignis quadratis, eccleſia de ſanctis, quorū ſtabilis vita ad oē opus bonū parata, ſicut lignū quadratum ab oī parte firmum ſtat. Ex bitumine conglutinant ligna intrinſecus & extrinſecus, vt ex cōpage vnitatis ſignificet tolerantia charitatis, ne concuſſa eccleſia ab his quæ intus ſunt, vel ab his q foris, cedat a fraterna iūctura. Eſt.n bitumen feruentiſſimū, & violētiſſimū gluten, & ſignat dilectionis feruorē, vi magnitudinis ad tenēdā ſocietatē oīa tolerantē. Quod ſexies longa ad latitudinem & decies ad altitudinē, humani corporis inſtar oſtēdit, in quo Chriſtus apparuit. Corporis longitudo à vertice vſque ad veſtigium, ſexies latitudinē continet, q̄ eſt ab vno latere vſq; ad alterum; & decies altitudinem quæ eſt à dorſo vſque ad ventrem. Quod quinquaginta cubitis latitudo expanditur, latitudinem ſignificat cordis q̄ fit charitate ſpirituali. vnde Rom. Charitas Dei diffu.&c. Quinquageſimo die poſt reſurrectionem Chriſtus ſpiritum miſit: quo corda credentiū dilatauit. Trecentorumq; cubitorum longitudo ſexies quinquaginta continet, ſicut ſex ętatib. omne tēpus ſæculi extenditur, in quib. non deſtitit prædicari Chriſtus, in quinque prophetizatus, in ſexta euangelizatus.

C A Lib.15.de ciu.Dei.ca.26.to.5. vt ſupra. *Super Ge. cap.6. Comparatio arcæ et eccl. Bitumen. Corporis humani et arcæ comparatio.* Rom.5.a

a *Trecent.cubi.&c. Iſid.* Poteſt in trecentis cubitis lignū crucis oſtendi. Huius.n. numeri littera, Tau, crucis ſignū oſtēdit, quo ſocij paſſionis per baptiſmū effecti, longitudinē vitæ æternæ adipiſcimur. Altitudo xxx. cubitis ſurgit quem numerū decies habet longitudo in ccc. cubitis, qa Chriſtus eſt altitudo nr̄a, q. xxx. annorum euangelium conſecrauit: conteſtans qa nō venit legē ſoluere, ſed adimplere. Lex verò cum in x. p̄ceptis agnoſcit, in decies tricenis cubitis arcę longitudo p̄ficit. Vnde & Noe decimus ab Adā cōputat. Centenarius ſolidus quadratus denario in ſe ducto multiplicatus, ſignat electos per iuſtificationē p̄ceptorū glorificādos. Vnde hō q hēbat centū oues vna p̄dita: reliqt nonagintanouem,

Super Ge. cap.6. Tau B Matt.5.b Luc.15.a

nouē, & q̄ſiuit eā q̄ perierat, & inuentam (vt centenariū reformaret) repoſuit; q triplicatus gratiā immortalitatis, a pr̄e p̄ filiū, & ſpiritūſanctū ſuſcipit apud eos, q p̄ gratiā trinitatis augent, & q ex centenario lapſi per agnitionē trinitatis eidem reformant. Latitudo 50. cubitorū remiſſionē ſignat. qa quinquageſimus annus, i. iubileus, ſeruos liberabat, poſſeſſiones reſtituebat, debitorib. indulgentiā dabat, exulib. patriā. Chriſtus ergo in ecclia ſua qnquageſimū numerū collocauit in latitudine; niſi. n. peccatorū remiſſionē donaſſet, eccleſia per orbē dilatata nō eſſet. Tricenarius in altitudine numerus: ſimile tricentenario continet ſacrm. Ad vnū aūt ſumma reuocatur, qa vnus Deus ex quo oīa, & vna fides & vnū baptiſma. *Greg.* Arca q̄ trecētis cubitis fieri in longitudine iuſſa eſt, qnquaginta in latitudine, triginta in altitudine: vno cubito ꝯſummata eſt, eccleſiā nāq; ſignat, q̄ inferius ampla, ſuperius anguſta: qa ab ea latitudine, quā adhuc in mēbris infirmantib. hēt parūper anguſtata & in altū p̄ficiēs, ad vnū tēdit. Rō.n. exigit vt in arcę lōgitudine oēs beſtię, quadrupedia, & reptilia in inferiorib. fuerint, hō & volatilia in ſuperiorib. Iuxta ſuperiorē partē feneſtra fuit in latere de qua columbā vel coruū dimiſit hō. Homo ergo & volatilia iuxta vnū cubitū fuerūt. In multis.n. carnalib. ſuis eccleſia lata, in paucis ſpiritualib. anguſta: & qa ad vnū hominem q ſine peccato eſt, colligit, quaſi in vno cubito conſummat. Videmus multos in eccleſia ſuperbire, laſciuire, & terrenis reb. inhiare, iraſci & rixari, & proximos lędere. Sed quia eccleſia tolerat eos vt cōuertant, quaſi in arcę latitudine beſtiæ fuiſſe dr̄. Videmus alios aliena nō rapere, illatam iniuriam ęquanimiter tolerare, reb. proprijs cōtentos eſſe, humiliter viuere, ſed qa iam pauci ſunt, anguſtat arca. Alios videmus & poſſeſſa relinquere, terrenis reb. nullum ſtudiū dare, inimicos diligere, carnem domare, oēs motus ratione premere, per cęleſte deſideriū contemplationis penna ſubleuari. Sed quia valde rari ſunt, iam arca iuxta cubitū ducit, vbi homines & volatilia continentur. Sed quia nullus ſine peccato eſt, niſi ille qui cōceptus eſt ſine peccato, in vno cubito arca conſummatur: quia vnus eſt author & redemptor eccleſiæ ſine peccato, ad quem & per quem omnes proficiunt, qui ſe peccatores nouerunt.

C *Myſtice. Gregor. ſup. Ezec. ho.16. cir. fi. to.2. Myſtice arca ad eccleſiā red. Eliſ. alias, † eā. 1 Deorſū cœnacula, & triſtega. Cald. inter. p̄ces manſiones inferiores ſecūdas & tertias.* D

b *In cubito.c.ſu.eius.* Sic eccleſia in vnitate collecta ſublimatur atque perficitur. vnde Matt. Qui nō colligit mecū diſpergit.

c *Oſtium autem arcæ &c.* Nemo enim intrat eccleſiam niſi per ſacrm remiſſionis peccatorū, qđ de latere aperto emanauit.

Math.12.c

d *Cœnacula & triſte. &c. Auguſt.* Septuaginta. bicamerata & trica-

Cōtra Fauſtū Manic. li.12.c.16. to.6.

a ¶ Quod eſt gluten feruentiſſimum, quo linita ligna nulla violentia diſſoluentur. ¶ Dilectionis ardore.
b ¶ Ne diſſoluat ab his qui intus ſunt, vel ab his q foris ſūt.

& bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eam: †

a ¶ geometricorum, quorum quiſque ſex cubitis humanæ manus impletur.

Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum

a ¶ Arca in fundamento quadrata, inæqualis longitudinis, & latitudinis fuit ab angulis in arctum conſcendens, donec in cubito lōgitudinis & latitudinis ſummitas p̄ficiat.

a ¶ In hebræo, meridianum facies arcę. Symmachus: dilucidum arcæ facies, i. feneſtra ¶ Ad emittendū coruū, vel columbam. ¶ Hanc tradunt iudæi cryſtallinam fuiſſe.

rum altitudo illius. Feneſtram in arca facies, & ī cubito cōſūmabis † ſummitatē eius: oſtium autem arcæ pones ex latere: deorſum, cœnacula

a ¶ Oſtium in latere arcę, vulnus in latere Chriſti.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Et bitumine &c. *Littera hebraica habet*, כֹּפֶר *chopher, piſce. Quod autem fuit linita intrinſecus & extrinſecus, hoc fuit propter magnum impetum aquarum, & quia diu ſtetit in aqua. Vaſculum autem in quo fuit poſitus Moyſes, fuit tantum linitum exterius, quia non diu ſtetit in aqua, nec etiam aqua in qua poſitus fuerat, erat ita impetuoſa. hebræi dicunt, quod hoc fuit ne malus odor piſcis noceret infanti interius poſito.*

*Vaſculū quo Moyſes expoſitus fuit.*

b Trecentorum cubitorum &c. *Aliqui dicunt quòd iſti cubiti qui deſcribuntur hic in fabricatione arcæ fuerunt geometrici, quorum vnus continet nouem vſuales. Sed tunc occurrit dubium, quomodo ędificium tantæ longitudinis, & latitudinis poterat ſimul contignari, & conſolidari? Hebræi autem dicunt quòd fuerunt vſuales. Sed tunc occurrit dubium, quomodo tot animalia, & cibaria poterant ibi collocari? Iſtud tamen dubium mihi videtur minus quàm primum, quia cubitus vſualis tenet pedem, & dimidium, i. tantam longitudinem quantam eſt à cubito brachij, vſque ad manum ſecundum aliquos. Secundum alios verò tenet duos pedes, i. tantum ſpacium quantum eſt à cubito brachij vſq; ad ſummitatem digitorum, quod eſt magis veriſimile iudicio meo. Pedes etiam temporis illius erant multo maiores quam nunc, ſicut & homines erant maioris quantitatis in mole, & duratione. Hebræi autem loco cubitorū dicunt vlnarum, ex hoc tamen loco & pluribus alijs ſcripturæ videtur quòd vlna eorum eſſet cubitalis longitudinis tantum.*

*Cubitus. Vlna.*

c Et tri.cu.&c. *Dicunt aliqui quòd corpus arcæ erat tantæ altitudinis præter tectum. Alij autem dicunt, quòd altitudo tecti hic includitur.*

d Feneſtram in ar.fa. *Hebræi autem habent, lucernam. & dicunt aliqui, quòd iſta lucerna erat lapis precioſus ſuo lumine illuſtrans arcam, ſicut carbunculus. Alij autem dicunt, quòd fuit feneſtra cryſtallina, vt lumen reciperet & aquas prohiberet. Sed quia videtur difficile, quòd vna feneſtra ſufficienter illuminaret tantum ædificium, & maximè tot manſionibus diſtinctum, ideo dicunt alij quòd erant ibi plures aliæ feneſtrę, ſed vna erat maior, & principalior, et ideo de illa ſola fit hic mētio.*

*Feneſtra arcæ.*

e Et in cu. &c. *Ab angulis arcæ ſuperiorib. tectum procedebat ſeſe conſtringendo, ita quod in ſummitate latera non diſtabant niſi per cubitum, & hoc erat vt pluuia deſcendens ſuper tectum extra arcam deflueret facilius, & vt arca inter impetus vndarum ſtaret firmius.*

f Oſtium autem ar. &c. *Hic eſt punctus ſecundum hebraicam litteram. Oſtium enim arcæ non poterat conuenienter poni in inferiori parte, quia arca fuit profundata inter aquas per duodecim cubitos & plus vt videbitur inferius. Item ſecundum expoſitores catholicos iſtud oſtiū fuit in confinio habitationis animalium, & apothecæ, ita quod oſtium erat ſupra duas mãſiones.* g Deor. *Hebraicus textus hēt, infima, ſecūda*

*Oſtiū arcæ.*

¶ & tertia

*Moraliter.* ✱ *a Et bitumine*, i. charitate, *a Linies eam intrin.* i. charitate ad Deū, † *Et extrinſecus*, Id eſt charitate ad proximum. & bene dicitur linies, quia charitas eſt forma virtutum.

*b Trecentorum cu. erit long.* Per quod deſignatur meritum perfectorum, ſ. Virginum, Martyrum, & Doctorum, & meritum quorumlibet iſtorum trium eſt centenarium. † *Quinquaginta cubitorum latitudo*, i. meritum proficientium.

*c Triginta cubi. altitudo.* Id eſt meritum incipientium, quod eſt minus prædictorum.

*d Feneſtram in ea facies.* Per quam oratio deuota ſignificatur, quia per eam gratiæ lumen ingreditur. Sapien. Inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ.

Sapien.7.a

*e Et in cubito conſumma. ſummitatem eius.* Per cubitum qui eſt mēſura minima hic deſcriptorum intelligitur virtus humilitatis, quæ ad ſumma eleuat. Luc. Qui ſe humiliat exaltabitur.

Luc.14.c

*f Oſtium autem arcæ pones in latere.* Habuit enim arca quatuor latera, per quæ quatuor virtutes cardinales deſignantur: Latus verò in quo fuit oſtium, prudentiam deſignat, quæ conſtituit medium in alijs virtutibus, & ideo per eam eſt ingreſſus intra arcam, quæ vt dictum eſt ſignificat ædificium virtutum,

*g Cœnacula & triſtega in ea facies &c.* Repetitio eſt eius quod dictum eſt, manſiunculas in arca &c. ideo nihil nouum hic pono.

h ✱ † *Bina*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E tricamerata ex omnib. enim gentibus, vel bipartitam multitudinem cōgregat eccleſia ex circunciſione, & præputio, vel tripartitam ex tribus filijs Noe, quorum progenie repletur orbis. Inferiora autem arcę diſtincta ſunt, quia in hac vita terrena eſt diuerſitas gentium. In ſummo autem omnes conſummantur in vnum, quia omnia & in omnibus Chriſtus. *Alcuin.* Congruè arca in ſummo velut tecto quodam anguſto cacuminata eſt vt imbrium minas diffunderet, & ima in aquis ſtabilitate quadrata conſiſtens, nec impulſu ventorum, nec impetu fluctuū, nec inquietudine animalium, quę intus erāt inclinari poſſet aut mergi. *Greg.* Arca in inferioribus ampla, in ſuperiorib⁹ anguſta, in ſummitate ad vnius cubiti menſuram excreuit. Inferius enim quadrupedia, & reptilia. Superius verò aues & homines habuiſſe creditur. Ibi lata, vbi beſtię; Ibi anguſta, vbi homines, quia in carnalibus ampla, in ſpiritualibus anguſta. Vbi enim beſtiales tolerat, latius ſinum laxat: vbi rationales habet, ad ſummū ducitur. Lata eſt quippe via quę ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam. Anguſta eſt porta quæ ducit ad vitā, & pauci veniunt ad eam. Arca in ſummis anguſtatur vſque ad vnum cubitum, quia in eccleſia quanto ſanctiores tanto pauciores, qui in ſummo ad illum perducuntur, qui ſolus homo ſine cōparatione ſanctus natus eſt, ſicut paſſer vnicus in ædificatione. Tanto ergo magis mali tolerandi ſunt, quanto plures ſunt, quia in areę tritura pauca ſunt grana, quę in horreis ſeruantur, grandes aceruí palearum, quæ ignibus comburuntur. *Greg. Moraliter* autem qui ſe ab amore mundi conuertit, in corde ædificat arcam ſalutis, habens in ſe longitudinem, id eſt trinitatis fidem, ac longitudinē vitæ & immortalitatis. Latitudinē charitate, in qua pōt bene facere ēt inimicis. Altitudinem in ſpe, qua ſe erigat ad cęleſtia, & ſummam actuum ſuorum ad vnū referat, F

Margin: 1 Et interficiam. Math.7. b — In Euang. ho.3. ... — Qui arcam ingredi debe rent. — alia † terræ. — 2 omnibus iumentis. — Mali tolerandi. — vt ſupra. Moraliter.

a ¶ Lxx. bicamerata & tricamerata.
cūla & triſtega facies in ea. Ecce ego adducā aquas diluuii ſuper terram, ¹ vt interficiam omnem carnem, in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum, & vniuerſa quæ in terra
a ¶ De te & familia tua conſeruanda ad reparationem humani generis.
ſunt conſummentur. Pōnamque ᵃ fœdus meum tecum, & ingredieris ᵇ arcam tu, & filii tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſæ † carnis bina induces in arcam, vt viuāt tecum maſculini ſexus, & fœminini. De uolucribus iuxta genus ſuū, & de ² iumentis in genere ſuo, & ex omni reptili terrę ſecundum genus
2 ¶ Sponte, non hominis actu, ſed Dei nutu.
ſuum. Bina de omnibus ingrēdien-
a ¶ Ne diluuio perirent.
tur tecum, ut poſſint uiuere. ᶜ Tol-ᵈ
a ¶ Quaſi quæreret vnde viueret.
les igitur tecum ex ōmnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te, & erunt tām tibi, ᵉ quàm illis in eſcā. Fecit igitur Noë omnia quæ præceperat illi Deus.

a *Et ex cunctis &c.* *Aug.* Quæritur de minutiſſimis animantibus: quales ſunt mures, & ſtelliones, quales & muſcæ, & crabrones, ſcarabei & pulices: ſi numerus ſeruatur? Sed quæ non de coitu generantur, ſed de terræ humore, vel cadauerum, vel aliarum rerum corruptione naſcuntur, non fuit neceſſe in arca eſſe: quod innuitur cum dicitur, De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo. Illa quoque quæ in domibus verſantur, ſicut pulices, mures, muſcæ, non fuit neceſſe ſecundum numerum eſſe, quæ intelliguntur tunc in domib. plura fuiſſe. Quæ autem ex commixtione diuerſi generis naſcuntur, ſicut muli, burdones, & huiuſmodi, non eſt dicendum in arca fuiſſe. Quæ autem in aquis & in terris communiter viuūt ſicut † luteres, vituli marini, extra arcam habebant loculos præparatos, quibus ſe poſſent recipere velut in aridis. De auibus quoque marinis, & fluuialib. idem ſentiendum. Quòd cuncta animalium genera includuntur in arca, ſignificat quod ex omnibus gentib. & nationibus congregatur eccleſia, ſicut in diſco Petri munda, & immūda ſunt animalia, ſic ī eccleſiæ ſacramentis verſantur boni & mali. G

Margin: Quæſt. Lib.15. de ci. Dei. c. 27. to.5. — † fibri.

b *Tolles igitur &c.* Solet quæri de animalibus quæ tantum putantur veſci carnib. vtrum præter numerum ibi fuerint ſine tranſgreſſione mandati quæ aliorum alendorum neceſſitas coegiſſet includi, vel (quod magis credendum eſt) præter carnes alimenta eſſe potuerunt, quæ omnibus conuenirent? Multa enim animalia quibus caro cibus eſt, fructibus pomiſque veſcuntur, maxime fico, & caſtaneis. H Potuit ergo vir iuſtus, & ſapiens, & diuinitus admonitus, quæ cuique congruerent, alimoniam præter carnes reperire, & condere, & omnibus veſci cogit fames; & nihil eſt quòd Deus ſuaue, & ſalubre facere non poſſit, qui etiam vt ſine cibo viuerent diuina facultate donaret.

¶ GLO.

## NICO. DE LYRA.

¶ *& tertia, vel terna.* *Ex hoc patet quod ly deorſum, coniungitur cum littera ſequenti: ſecundum enim iſtam litteram videtur quòd in arca erant tres manſiones aſcendendo, vna ſuper alteram, ita quod infima vocabatur ſentina, vel ſtercoraria, quia ibi feces defluebant, et iſta dicitur fuiſſe ſimplex abſque aliqua intercluſione. media autem vocabatur apotheca, quia ibi repoſita erant victualia, & dicitur fuiſſe bicamerata, quia aliqua animalia viuunt herbis, alia fructibus, & ideo in vna diſtinctione erant fructus, & in alia herbæ. Superior autem manſio, quia maior erat, erat diſtincta duabus intercluſionibus, & ſic erant ibi tria ſpacia. medium erat pro hominibus, & auibus, duo autem lateralia pro animalibus mitibus, & immitibus. Aliqui dicunt, quod iſtæ quinque manſiones erant abſque diſtinctione media, vna ſuper aliam ſecundum longitudinem, & latitudinem arcæ. Sciendum tamen, quod quadratura arcę non poteſt bene figurari in plano, ſed figuratur vnum latus ſecundum longitudinem, & alia tria latera ſupponenda ſunt per imaginationem ſuſpicientis, ſed prima expoſitio magis conſonat litteræ in hebraico, & latino.*

a Ponamq; fędus &c. *Non loquitur hic de fœdere* ꝙ *pepigit cū Noe per apparitionem iridis. ſed magis de fœdere ad conſeruandum ipſum Noe & ſocietatem ſuam à malis hominibus illius temporis: dicebant enim quod ſi viderent eum velle intrare arcam, ipſum interficerent ne ipſis morientibus in diluuio, ipſe remaneret; & hoc eſt quod videtur ſonare littera ſequens,*

Margin: Fœdus Dei cum Noe. Gen.9.c

b Et ingre. ar. &c. *Scilicet ſalui. Cætera patent vſque ibi,*

c Vt poſſint viuere. *Ex quo patet quòd piſces non erant ibi poſiti, quia ſaluati ſunt in aquis. peccata enim propter quæ dominus adduxit diluuium ſuper terram, facta fuerunt in terra, & non in aqua & ideo piſces non fuerunt mortui ſicut alia animalia & aues.*

d Tolles igitur tecum &c. *Ad munitionem arcæ vſque ad annum integrum, quia ad tantum temporis fuerunt in arca, vt patebit infrà.*

e Et erunt &c. *Non tamen indifferenter & communiter, ſed ſingula ſingulis ſecundum conditionem naturæ ſuæ, verumtamen tempore neceſſitatis bene viuunt homines, & animalia de cibis, quos alias non comederent.*

¶ NICO.

## MORALITER.

✠ † *Bina de omnibus &c.* Per binarium charitas deſignatur eo ꝙ ſunt duo præcepta charitatis, Dei ſcilicet, & proximi. Per hoc igitur quod bina de omnibus ingreſſa ſunt arcam, deſignatur quòd qui charitatem non habent, extra ædificium virtutum manent.

d *Tolles igitur &c.* Eſcis, id eſt ex ſcripturis ſacris quibus nutriuntur omnes fideles, & reficiuntur.

✠ Hic



A In cap.6. vbi dicitur in poſtilla, Hoc exponitur multipliciter uno modo per hoc quòd intelliguntur dęmones incubi &c.

### ADDITIO I.

¶ *Hæc expoſitio quam refutat Poſtillator eſt conſonans litteræ, & etiā conformis ſententiæ Aug. Nec ratio contra eam per Poſtillatorem facta videtur valere. Primum patet: Nam vbi noſtra littera habet, Gigantes autem erant ſuper terram. Hebraica veritas habet* נְפִלִים *Nephilim, quod nihil ſignificat niſi cadentes, prout etiam in gl. noſtra interlineari habetur, per quod propriè ſignificantur dęmones, qui de cælo ceciderunt. De quibus Eſa. Quomodo cecidiſti de cælo lucifer &c. Et Chriſtus, Luc. videbam ſathanam ſicut fulgur cadentem de cæ. &c. Iſti enim cadentes dicuntur fuiſſe ſuper terram in diebus illis, ſcilicet ante diluuium, quia protunc cognoſcentes magnam diſpoſitionem, ſeu pronitatem hominum ad malum, frequentabant magis conuerſionem ſuam cum eis, intantum quòd in corporibus aſſumptis mulieribus commiſcebantur. Secundum patet, nam ſecundum Aug. Huiuſmodi dæmones tales concubitus exercentes, vulgus vocat incubos. Nam dicit, Et quoniam creberrima fama eſt, multiq; ſe expertos, vel ab eis qui experti eſſent (de quorum fide dubitandum non eſt) audiſſe confirmant. Ex quo quidem, talem commixtionem concubitumque negare (prout ipſe Aug. ibidem dicit) imprudentia videtur eſſe, eo quòd à multis expertis confirmatur. Homines interdum naſcuntur non per ſemen ab ipſis dæmonibus deciſum, ſed per ſemen alicuius hominis ad hoc acceptum, vtpote* ꝙ *idem dæmon qui eſt ſuccubus ad virum, ſit incubus ad mulierem: & ſic ille qui naſcitur, non eſt filius dæmonis, ſed filius hominis, ſcilicet illius cuius eſt ſemen acceptum: Tertium patet. Nam diluuium non erat pœna dęmonum hoc exercentium, ſed in pœna hominum ad hoc ſe diſponentium, & potius in pœna hominum qui ex tali concubitu naſcebantur, qui erant potentiſſimi, & peſſimi, ſicut infra declaratur in poſtilla, qui non ſolum per ſe exercebant mala, ſed etiam alios per ſuam potentiam & malitiam ad hoc inducebant, eo modo, quo legitur Geneſ. de Nembroth. Et hanc expoſitionem tenent antiqui hebræorum, ſcilicet quòd cadentes in hoc loco intelliguntur dęmones, qui de cælo ceciderunt. Si autem quæratur, Quomodo tales, ſcilicet ſic nati per dęmonum adminiſtrationem erant tam proceræ ſtaturæ, ita quòd alij homines quaſi locuſtæ videbantur in comparatione eorum, vt habetur Numeri. cum tales non erant filij dæmonum, ſed potius filij hominum, vt dictum eſt & per conſequens deberent eſſe in communi hominum ſtatura? Dicendum quòd hoc fiebat (Deo permittente) virtute demonum, qui ſecundum Aug. poſſunt adhibere ſemina corporalia ad aliquos effectus mirabiles producendos. vnde cum non omnis virtus naturæ creatæ eſt nobis nota,* B *poſſibile eſt quod dæmones illi cum ſemine virili, & fœmineo, adhibebant quædam alia ſeminales rationes habentia, per quæ commixtio complexionalis talium prædicto modo generatorum eſſet apta ad hoc, vt tales cæteros homines multum excederent in ſtatura, & in alijs viribus corporalibus, vt poſſent eos compellere ad libitum ſuum. Et hoc modo magi per dæmones miracula dicuntur facere, licèt non ſimpliciter, ſed quo ad nos. Quę quidem res ſic per adminiſtrationem dæmonum productæ, quandoque ſunt verè res, quandoque ſecundum apparentiam tantum. Et circa hoc videtur notandum, quòd ſicut ante diluuium quidam fuerunt excedentes cæteros homines in duratione vitæ, & hoc diſpoſitione diuina, vt diuinorum cognitio propinquius & certius deueniret ad poſteros, vt dictum fuit ſupra in additione in cap. ſupra proximo, ſic quodammodo econtra per adminiſtrationem dęmoniacam permiſſione diuina fuerunt illo tempore quidam alij cęteros excedentes in corpulentia, & corporalibus viribus, vt alios inducerent ad corporalia, & diſtraherent a diuinorum cognitione. Vnde primus exceſſus laudabilis, & à Deo cauſatus, & intentus fuit in longitudine vitę, quę quidē vita propriè pertinet ad animam, quę corpus viuificat; Secundus verò exceſſus execrabilis fuit in quantitate, mole corporali potentias animę ſuperiores aggrauante &c.*

Margin: Eſaiæ 14.c — Luc.10.c — Incubi. Aug.15. de ciuit. Dei. c. 23. to.5. — In 1. par. q. 51. art. vlt. in reſp. ad vlt. arg. — Geneſ.x.a — Num.13.d — Lib.15. de ciuit Dei. c. 2. to.5. — In 1. par. q. 115. art. vlt. in reſp. ad 2. arg. — In 1. par. q. 114. ar. vlt.

In eod. 6. cap. vbi dicitur in poſtilla. Aliter exponit Ra. Sa.

### ADDITIO II.

¶ *Alij expoſitores hebręorum hunc paſſum aliter exponunt, & fortè melius. Dicunt enim, quòd cum hic dicitur, Spiritus meus, intelligitur anima humana quæ eſt à Deo in ipſo homine inſpirata, Gen. Inſpirauit in faciem hominis ſpiraculum vitę. Et vbi nos habemus, Non permanebit ſpiritus meus in homine, veritas litterę hebraicę habet quoddam verbum quod vno modo deriuatur a vagina, & eſt ſenſus, dixit Deus. Non vaginabitur ſpiritus meus in homine .i. non intrabit anima à me inſpirata in homine, id eſt in corpore humano, in quo anima conſideratur, ſeu imaginatur intrare, ſeu contineri ſicut gladius in vagina. In ęternum .i. de cętero: & per hanc ſententiam videtur quòd Deus iudicabat de cętero homines non eſſe procreandos. ſ. poſt cxx. annos. Hoc etiam videntur ſonare verba, quę infra in hoc cap. circa hoc dicuntur, ſ. Delebo inquit hominem quem creaui &c. Et pœnitet me feciſſe eos. Ex quo videtur quòd ſententia lata erat contra totum genus humanum de cętero non procreandum, ſeu per ſucceſſionem continuandum. Fuit tamen contra hanc ſententiam poſtea diſpenſatum cum Noe, & ideo ſubditur immediatè, Noe verò inuenit gratiam coram domino, ſcilicet* ꝙ *fuit à prędicta ſententia exceptus cum ſua poſteritate, vt ſtatim ſequitur. Cuius ſententię diuinę ratio ſubditur, cum dicit, Quia caro eſt. Pro quo notandum, quòd cum anima mouet corpus ad opera ſpiritualia bona, tunc eſt in homine ſicut ſpiraculum vitę, prout fuit in prima hominis conditione. Sed cum non poteſt corpus mouere iſto modo, ſed potius ab eo aggrauatur, ſeu detinetur, tunc videtur eſſe in homine ſicut gladius in vagina: qui non mouet eam, ſed potius occultatur & detinetur in ea: & hoc eſt quòd dicitur, Quia caro eſt, non dixit: quia carnalis eſt, ſed quia caro eſt, quaſi dicat totaliter videtur eſſe ſeparatus ab anima in ſuo eſſe ſicut gladius à vagina, ac ſi eſſet caro formata ſine ſpiritu ſpiritualiter viuificante, vel poteſt dici, Quia caro eſt, id eſt non inclinatur ad opera ſpiritus mei, ſed ad opera carnis, & ſic in vanū videtur quòd ſpiritus meus inuaginetur in corpore humano. Eruntq; dies illius &c. exponatur ſicut in alia expoſitione &c.* C

Margin: Geneſ.2.b — Nota de anima.

In eo. cap.6. vbi dicitur in poſtilla, Gigantes autem erant, id eſt homines proceri &c.

### ADDITIO III.

¶ *Gigantes autem in hoc loco, prout dictum fuit ſupra in alia additione cadentes dicuntur in hebręo, quod proprie ſignificat dęmones, vt ibidem dictum fuit: ſed exinde deriuatum eſt hoc nomen ad homines procerę ſtaturę, & robuſtiſſimos corpore, qui generabantur per illam commixtionem, ſeu concubitum incuborum, & ſuccuborum, vel ex eis deſcendebant, licet tales ſic geniti eſſent veri homines, non cadentes de cœlo, ſed de terra nati, & de talibus dicitur Num. Vidimus filios Enos de genere giganteo, ſcilicet quòd non erant gigantes primò nati, ſed ex giganteo genere modo prędicto. Nec ex hoc quòd tales fuerunt poſt diluuium, ſequitur tales non fuiſſe genitos à dęmonibus, vt poſtillator videtur velle, quia eodem modo potuerunt generari poſt diluuium ſicut et antea, quod veritas hebraica etiam teſtatur, quæ in hoc loco ſic dicit, Gigantes, ſcilicet cadentes erant ſuper terram in diebus illis, & etiam poſtea cum egreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illeque genuerunt &c. vnde in hoc quòd dicit, Gigantes erant ſuper terram in diebus &c. intelligitur plane ante diluuium. Quod autem immediate ſequitur, & etiam poſtea, intelligi debet poſt diluuium, ſcilicet quòd etiam poſt nati fuerunt gigantes ſicut prius, ſcilicet ex concubitu demonum, licet non ex eorum ſemine, ſed humano, prout fuit ſupra dictum, & inde per ſucceſſionem humanam: licèt forte non ita frequenter poſt diluuium ſicut ante, vel quia homines non ſunt ad hoc ita diſpoſiti, vel etiam quia non concurrebant ita frequenter aſpectus ſiderum ad hæc pertinentium, quę in hoc loco multum poſſunt operari.* D

Margin: Gigantes. — Num.13.d

In eod. cap.6. vbi dicitur in poſtilla: Pœnitentia autem & dolor & cęterę paſſiones &c.

### ADDITIO IIII.

¶ *Pænitentia & cęterę paſſiones, inquantum defectum important, non dicuntur eſſe in Deo, nec ſecundum rem, nec ſecundum ſimilitudinem. Malum enim licet cognoſcatur à Deo: non tamen habet ideam in Deo, nec ſecundum quòd eſt exemplar, nec ſecundum quod eſt ratio. Vnde verius & tutius dicitur, quòd huiuſmodi paſſiones dicuntur de Deo ſecundum ſimilitudinem effectuum, ſcilicet quòd à Deo producuntur effectus ſimiles effectibus à pænitente productis. Magna enim differentia eſt inter huiuſmodi locutiones: nam prima ponit ſimilitudinem inter Deum & pænitentem, inquantum eſt pænitens, quod eſt inconueniens. Secunda verò non ponit ſimilitudinem, niſi inter effectus à Deo productos, & effectus productos à pænitente.*

Margin: 1. par. q. 15. ar. 3. in reſ. ad 2. arg.

In eo. cap.6. vbi dicitur in poſtilla: non loquitur hic de fœdere quod pepigit cum Noe.

### ADDITIO V.

¶ *Dicere quòd mali homines illius temporis volebant interficere Noe, ſi viderent ipſum intrare in arcam, videtur fictitium, cum nullum habeat in ſcriptura fundamentum. Nec etiam hoc requiritur ad planum ſenſum litteræ habendum. Indigebat enim Noe maxima conſeruatione diuina, ne periclitaretur cum ſuis in tot fluctibus, & maximis inundationibus. Similiter in riparum concuſſionibus, in quibus ſæpe periclitantur etiam experti in arte nauigatoria. vnde requirebatur fœdus diuinum, ſeu eius ſecuratio ad hoc, vt ab huiuſmodi periculis eſſet tutus ad humani generis reparationem. Vnde Gloſ. interlinearis in hoc loco vbi dicitur, Ponamque fœdus meum, dicit, De te, & familia tua conſeruanda ad reparationem humani generis, ad quod littera ſequens ſatis concordat, cum dicitur, Ingredieris arcam tu & filij tui, hoc eſt, ingredi potes ſecurus à periculis occurrentibus.*

h 2 REPLICA

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

# REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

E

IN cap. 6. vbi Poſtillator refutat eorum expoſitionem qui per filios Dei dicunt intelligi debere dæmones incubos &c. Bur. opponens ſe dicit illam expoſitionem eſſe conformem litteræ & dictis B. Aug. Primum declarat, quia vbi littera noſtra habet gigantes, littera hebraica habet Nephilim, quod nihil ſignificat niſi cadentes, quod propriè conuenit dęmonib. Ad ſecundum probandum adducit B. Auguſt. dicentem, ꝙ imprudentiæ eſt negare quod à multis expertis cõfirmatur ſicut de incubis. Sed his non obſtantib. non videtur de incubis littera præſens exponenda, nec Gloſſa noſtra ordinaria ſic exponit. Argumentum autem Bur. de dictione hebraica, ſ. Nephilim, quam dicit ſignificare cadentes, non multum cogit, quia nõ ſolum dęmones, ſed & quicunque peccatores dicuntur in ſcriptura cadentes, iuxta illud Pſal. ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, & in Apocal. prauorum caſus ſub nomine Babylonis geminatur cum dicitur, Cecidit cecidit Babylon &c. Cum enim iuſtorum conuerſatio ſit in celis, & quidam aſcenſus, quid igitur peccatores ſunt, niſi de cęlis, i. cœleſti conuerſatione cadentes? Secundum dictum Burgẽ ꝙ expoſitio de incubis ſit conformis dictis B. Aug. non videtur verũ, nam B. Auguſ. mouet quæſtionem de hac materia, ſed eam ibi non determinat. Quintodecimo autem libro, dicit ꝙ non audet diffinire de incubis, ſed imprudentię eſt negare quod tam multorum ſententijs approbatur, vbi non negat B. Aug. incubos eſſe vel fuiſſe: ſed hoc nihil eſt ad propoſitum huius litteræ ſecundum ſuam intentionem. Nam in eod. c. allegato pertractans hanc litteram dicit, quando ſcriptura ponit quòd filii Dei ingreſſi ſunt ad filias hominum, per filios Dei intelliguntur de genere Seth. & per filias hominum illæ de genere Cain: vnde patet primò quòd Poſtillator ſecutus eſt B. Aug. Patet ſecundò quod Burgen. truncatim vidit textum B. Aug. Patet tertiò quòd ſicut hic ita ſæpe Burg. contra Poſtillatorem fingit occaſiones. Patet quartò quòd Burg. præfert expoſitionem Iudæorum infidelium ſanctis Doctorib. & Gloſſæ ord. quod tamen apud Burgenſem eſt valde reprehenſibile: vt patet in quæſtione ſua præambula. Item in eod. c. vbi Poſtillator exponit hunc locum. *Non permanebit ſpiritus meus in homine &c.* De ſpiritu Dei, non de anima hominis, ad modum beati Hierony. Gl. ord. & Magiſtri hiſt. Burg. verò quaſi Hiſmael (cuius manus contra omnes) prę-ponderat figmenta hebræorum omnibus, adducens modum loquendi ruſticalem, quod anima ſit in corpore quaſi gladius in vagina, cum tamen omnium vna vox ſit, quòd ſit tota in toto, & tota in qualibet eius parte, qualiter gladius non eſt in vagina: nec gladius cum vagina conſtituit totum eſſentiale, ſed vnum per accidẽs,

F

ſicut continens cum contento, qualiter non anima cum corpore: Nec ex hoc modo loquendi ſequitur conueniens expoſitio litteræ, cum dicitur, Non permanebit ſpiritus in homine, vbi ipſe loco permanebit, dicit in hebræo poni inuaginabit, quia hęc vaginatio animæ quam deſcribit non eſt in homine, ſed in corpore, cum littera dicat, Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, id eſt carnalis: illud etiam quod ad declarandum ſuum propoſitum ponit, non videtur valere, videlicet, quòd anima mouens ad opera bona, eſt in corpore vt ſpiraculum vitæ. Sed cum non poteſt corpus inclinare ad bene operandum, ſequitur ex conſequenti tunc peccatum non committi. Laudabile enim, & vituperabile nõ niſi ex voluntate oritur ſiue eliciente ſiue imperante, & ſecundum doctrinam B. Aug. Viſqueadeo peccatum voluntarium eſt, ut nullo modo ſit peccatum ſi non fuerit voluntarium. Vnde ſi anima foret in corpore contenta, actione carens in actu peccandi, ſicut gladius in vagina, vtique animæ peccatum imputari non poſſet. Hic etiam Burg. contra duas ſuas regulas ſupra poſitas venit: Primò ſupponendo extra litteram multa quæ in nulla ſunt authoritate fundata. Secundò præponendo ſententiam extortam hebręorum expoſitioni communi ſanctorum: & puto quòd nõ niſi in odium Poſtillatoris. Item in eo. c. vbi Poſtillator dicit ex intentione Auguſt. Gigantes genitos ex filiis Dei, id eſt de genere Seth, ingreſſos ad filias hominum de genere Cain: Burgenſis inſtat dicens, quòd ex dæmonibus, ex eo quòd Gigantes in hebręo dicuntur Nephilim, id eſt, cadentes, quod ſupra improbatum eſt & ſolutum: & ſpecialiter videndum eſt quòd non plus dicitur in littera de Gigantibus, niſi quòd fuerint illis diebus ſuper terram, & ſic credendo Burgenſis intẽtioni, nihil plus ſignificaretur iuxta ſuam interpretationem, niſi quòd dæmones illis diebus fuiſſent ſuper terram. Non dicitur autem in littera, quòd Gigantes, id eſt, dæmones ſecundum eum genuerint gigantes: quia per hoc ſignificaretur quòd dæmones genuiſſent dæmones: Sed dicitur in littera filios Dei genuiſſe & ad filias hominum ingreſſos, quos & quas irrationabiliter Burgenſis dæmones vel gigantes appellat per ea quæ hic & ſupra dicta ſunt. Non negatur poſitio incuborum: & ſuccuborum, nec negatur quòd illis viis poterant generari gigantes, ſed ſolum negatur haberi ex iſta littera, prout negat B. Aug. Et Burg. digrediens, & volens oſtendere quare nunc non naſcãtur gigantes ſicut tunc dicit, quia non concurrunt ita frequenter aſpectus ſiderum ad huiuſmodi pertinẽtium, qui in hoc multum poſſunt operari. Quod dictum nihil facit ad ſenſum litteralem, ſed videtur fauere errori Matematicorum & fatorum, quo dicitur homines diſponi variè ex conſtellationum varietate, quem reprobat B. Aug. & B. Gregor. & alii ſancti Doctores. Item in eo. cap. vbi Poſtillator dicit paſſiones humanas ſecundum ſimilitudinem cadere in Deum nullo modo ſecundum rem, ſimilitudine tamen attenta non penes Deum & pœnitentem, ſed penes effectus vtriuſque: & hoc exemplum Poſtillatoris cum dicit, quòd Deus ſe habuit ſicut volens diſſipare quod fecerat: circa quem modum dicendi Burgenſis laborat, ſed redit in idem. Item in eodem cap. vbi Poſtillator dicit fœdus Dei cum Noe pertinere ad defenſionem eius à malis hominibus &c. non excludit, quin pertinebat ad quæuis alia pericula, quorum aliqua Burgenſis tangit: Sed quòd Burgenſis dicit præfatum modum dicendi Poſtillatoris eſſe fictitium, & ad ſenſum litteralem non pertinere: fruſtra & calumnioſè loquitur: nam ad habendum litteræ veritatem ſecundum Aug. non eſt abiiciendum quicquam in expoſitione ſacræ ſcripturæ, niſi quod fidem impedit. Dictum autem Poſtillatoris fundatur ſuper manifeſta veriſimilitudine nõ impediente, ſed promouente fidem, eſt enim veriſimile, ſi Abel iuſtus cum vnico iniquo Cain non potuit eſſe ſecurus, quod Noe iuſtus (ex iſta littera) minus inter tot reprobos ſecurus fuiſſet, niſi iuxta fœdus Dei fuiſſet protectus à Deo.

G H

Aug. 15. c. 23. de ciui. Dei. to. 5. — Pſal. 35. c — Apoc. 14. b — Augu. 3. de ciuita. Dei c. 4. to. 5 & 15. lib. c. 23. to. 5. — Aug. 3. retr. c. 12. to. 1. — 2. li. de doctri. chri. to. 3. Nota.

## GLOS. ORDIN. Cap. VII.

a Præcipitur Noe arcam ingredi. Noe iuſtus † 32. q. 1. c. nuptiæ.

EX omnibus animantibus mundis &c. Rab. Non geminatum ſeptenarium, i. xiiij. ſed tantũ ſeptem debemus accipere. Similiter duo & duo, non quatuor, ſed tãtum duo maſculum & fœminam. Et notandum ꝙ munda animalia impari numero, i. ſeptenario introducũtur. Immunda verò pari, quia impar numerus virtutis ſpeciem protẽdit, par verò infirmitatem. Plura ſunt munda, vt egreſſus Noe de arca haberet quid immolaret, & manducaret. *Iſid.* Ex oĩbus animantibus &c. Non ꝙ plures ſint boni q̃ mali, ſed quia boni ſeruant vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, qui ſeptiformi operatione commendatur. Sapiẽtię, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientię, pietatis, & timoris domini. Vnde quinquagenarius numerus ad aduentum Spiritusſancti pertinens in ſepties ſeptem conſummatur: qui ſunt quadragintanouẽ vno addito. Vnde, Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Mali verò in binario continentur tanquam diuiſibiles, & ad ſchiſmata faciles. Noe verò cum ſuis octauus numeratur, qa in Chriſto ſpes reſurrectionis apparuit, qui octaua die, i. poſt ſabbati ſeptimam reſurrexit: qui dies à paſſione tertius in numero dierum, qui per omne tempus voluũtur, & primus, & octauus. *Aug.* Quæritur vtrum tam magna arca centum annis potuit fabricari à quatuor hominibus, i. Noe & filiis eius trib. Sed ſi nõ potuit, nõ erat magnũ

Gene. c. 7. — Septiformis Spiritusſancti. — Epheſ. 4. † 2. Pet. — Alias ſeptimæ. — Quæſtio. Cõtra Fauſtũ Manic. li. 12. c. 15.

### Cap. VII.

DIxitque dominus ad eũ: [a] Ingredere tu & omnis [b] domus tua in arcam. †Te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. [a] † Ex omnibus animantibus mun- [c] dis †tolles ſeptena, & ſeptena maſcu- [d]

a ¶ Vt plura eſſent quæ hominibus prodeſſent, quam quæ nocerent.

## NICO. DE LY. Cap. VII.

Statut Noe deſcribitur.

DIxitq̃, dominus ad eum. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus Noe; & primò in diluuio exiſtente ſuper terram, ſecundo in illo recedente. viij. c. Circa primum primò deſcribitur Noe ingreſſus in arcam. ſecundo diluuij acceſſus ſuper terram, ibi anno ſexcenteſimo vitæ Noe. iij. diluuij exceſſus, ibi, Factum eſt diluuium. iiij. creaturæ viuẽtis deceſſus, ibi, Conſumptaq̃, eſt oĩs caro. Circa 1. ſic dicit,*
b Ingredere tu, &c. *Id eſt prępara te ad ingreſſum: quia poſt ſeptem dies ingreſſus eſt, vt dicitur infrà.*
c Ex omnibus animantib. mundis. *Dicunt hic aliqui ꝙ munda & immunda dicuntur hic pro futuro, i. quæ diſtinguenda ſunt munda, ab immundis per legem dandam tempore Moyſi. Hebræi autem dicũt quod ante legem fuit diſtinctio mundorum & immundorum, maxime quantum ad oblationem & ſacrificium, vt patet per illud quod dicitur ca. ſe. vbi dicitur, ꝙ Noe obtulit ſacrificium de animalibus mundis tantum. Vnde & aliqua legalia ſeruata ſunt ante legẽ, ſicut de obſeruatione ſabbati: vt patet ſup. 2. c. & de prohibitione eſus ſanguis, vt patet inf. 9. c. & de circũciſione, vt patet inf. 17. c.* d Septena & ſeptenã &c. *Ex hoc*

M. aliter. ✠ Hic agitur de arcę ingreſſu & ingreſſorum ſalute & cęterorum interitu. Quantum ad primum oĩa verbo Dei ſunt ingreſſa, iõ dr̃,
a *Dixitq̃, Dominus ad eum, ingredere, &c.* Et per ipſum in arca ſunt incluſa, ideo ſubditur.



A

alios fabros adhibere, quamuis operis ſui mercede adepta, non curauerunt vtrum Noe ſapienter, an inaniter faceret, & in eam nõ intrauerũt, quia nõ crediderũt qđ ille credidit.

*a Ego pluam &c. Iſid.* Quia omnis reatus contra decalogum committitur per vniuerſum orbem, qui partib. quatuor diuiditur. Quater verò decem quadraginta fiunt. Siue reatus contrahatur ex pſperitate quod pertinet ad dies, ſiue ex aduerſitate quod ad noctes in baptiſmo abluitur.

*b Eratq̃, ſexcentorum ann. &c. Iſid.* Quingentorum annorum erat Noe cũ pcepit ei dñs vt arcam faceret: & ſexcentorum cum iam ingreſſus eſſet. Vnde colligitur per centum annos arca fabricata. Centũ verò anni ſignificant ſingulas ætates ſeculi. Vnde ſexta cõpletis quingentis vſque ad ſexcentos ſignificat in manifeſtatione euangelij eccleſiam conſtrui. Qui ergo vult vitã, ſit lignum quadratum, paratus ad omne opus bonum, & intret in fabricam ſanctam. Secundus quoq; mẽſis ſexcenteſimi anni, ſignificat ſenariam ætatem. Duo enim menſes ſexagenario concluduntur. A ſenario aũt ſexaginta nuncupantur, & ſexcenti, & ſex millia, & xl. millia deinceps in maioribus ſummis dum per eundem articulum numerus conſurgit. Quia vigeſimus & ſeptimus dies memoratur, ad quadraturam ptinet, de qua s̃ ſcriptũ eſt. Sed & hic apertius dicendũ, quia nos ad omne opus bonũ paratos trinitas efficit. Memoria qua Deum recolimus, intelligentia qua cognoſcimus, & amore quo diligimus. tria. n. ter & hæc ter, fiunt 27. qui eſt ternarius quadratus.

*c Et ingreſſus eſt Noe &c. & vxor &c. Rab.* Notandum ꝙ ſeorſum ingreditur in arcã Noe cum filijs ſuis, & vxores eorum ſeorſum. Ideo diſtincte dicitur, Ingreſſus eſt Noe & filij eius; & diſtincte additur, vxor eius & vxores filiorũ eius. Mixtim autem viri cum mulieribus egreſſi ſunt. Sic enim ſcriptũ eſt, Egreſſus eſt Noe & vxor eius. Tẽpus enim amplectendi, & tempus abſtinendi, Eccleſiaſt.

B

*d Cumq̃, tranſiſſent &c. Iſid.* Quia in ſpe futurę quietis, quam ſignificat ſeptimus dies, baptizamur, omnis caro extra arcam diluuio cõſumpta eſt, qa extra eccleſiam aqua baptiſmi quamnis eadem ſit, non valet ad ſalutem, ſed ad perniciem.

*e Anno ſexcenteſimo &c. Alleg.* Notandum ꝙ ſexcenteſimo anno inundauerunt aquæ diluuij, quia ſexta ætate mundi, primò commendatum eſt ſacramentum baptiſmi, & hoc ſeptimadecima die ſecundi menſis, quia denarius decalogum ſignificat. Septenarius propter ſabbatum ſeptimam requiẽ ſignificat; & quia in decalogo renũciatio vitiorum videtur, quicunque in baptiſmo initiatur, propter æternam requiẽ, omnibus vitijs ſe abrenunciare profitetur.

Super Ge. cap. 7. — Noe ætas. Super Ge. cap. 7. — Arca fabricata annis. — Eccleſ. 3. a — Super Ge. cap. 7.

lum & fœminam. De aĩantib. verò immundis duo & duo, maſculum & fœminam. Sed & de volatilibus cœli ſeptena & ſeptena, maſculum & fęminam; ut ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuerſæ terræ. Adhuc enim & poſt dies ſe- [a] ptem, ego pluam ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus; & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuperficie terrę. Fecit ergo Noë omnia quæ [b] mandauerat ei dñs. Eratque ſexcen- [b] torum annorum † quando diluuii aquæ inundauerunt ſuper terram. [c] †Et ingreſſus eſt Noë & filii eius, vxor eius, & uxores filiorũ eius cum [c] eo in arcam propter aquas diluuii. De aĩantibus quoq; mundis & immundis: & de uolucrib. & ex omni qđ mouet ſuper terram, duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noë in arcam maſculus & fœmina, ſicut præceperat [d] dominus Noë. Cumq̃; tranſiſſent ſeptẽ dies, aquę diluuii inundauerũt [e] ſuper terrã. Annò ſexcenteſimo uitæ Noë, mẽnſe ſecũdo ſeptimodeci [a]

¶ Omnia munda ſunt naturaliter: ſed comparatione melioris naturæ quædam dicuntur immunda: ſicut bos leone melior: quia hõi neceſſarior propter quẽ creata ſunt oĩa.
a ¶ Sępe malorum nequitiam increpando replicat mala ventura denunciat, vt vel ſic ad pœnitentiam moueat.
a ¶ Seorſum viri.
b ¶ Seorſum fœminę, quia abſtinendũ eſt in afflictione.
a ¶ Nutu diuino qũo adducta ſunt ad Adam, vt nõiaret ea.
¶ Diuino nutu.
a ¶ Quod ſuperius prętaxatum eſt, per ordinem exequitur.
a ¶ Niſan qui à latinis martius dicitur.

*libet ſpecie mundorum, quod etiam patet ex ſpecie humana, cuius multiplicatio erat principaliter à Deo intenta; & tamen non fuerunt ſeruata niſi octo indiuidua, quatuor maſculi, & quatuor fœmellæ. propter quod videtur inconueniens dicere quod de aliqua alia ſpecie animalis, vel auis, quatuordecim ſint ſeruata. Item quod aſſumit de prolificatione animalium, & auium in arca falſum eſt, quia in arca non fuit coitus hominum, neque beſtiarum ſeu auium, ſicut dicit Rab. Sal. & alij Hebræi, & hoc propter vniuerſalem tribulationem mundi. Vnde Ionæ, in tribulatione Niniue dicitur, Homines et iumenta & boues & pecora non guſtent quicquam, & non paſcantur, & aquam non bibant. & de hominibus hoc ſatis patebit per litteram infra capitulo ſequenti; & de animalibus, & de auibus idem probabile videtur ratione prędicta. Item quod arguit de combinatione non valet, quia licet fuerunt ſeptem de mundis, fuit tamen combinatio ſufficiens in qualibet ſpecie, & maſculus, & fœmina ad multiplicationem. Nec aliud habetur per litteram præcedentem. Item per hoc quod hic dicitur ſeptena & ſeptena, non arguitur quòd fuerint quatuordecim de mundis. Quia eadem ratione ſequeretur quod fuiſſent quatuor indiuidua de immundis, quia de omnibus generaliter dicitur, Bina & bina. & ideo dicendum cum alijs, quòd fuerunt ſeptem tantum de mundis, ſex pro multiplicatione & ſeptimum pro oblatione. Sequitur,*

a Adhuc enim poſt &c. *Iſti ſeptem dies fuerunt dies luctus Mathuſalæ, vt dicunt hebręi, de quo ſupra dictum eſt, quod mortuus fuit anno diluuij: voluit enim dominus eum honorare propter iuſtitiam ſuam; & ideo noluit quod inundaret diluuium donec tranſiſſent dies luctus eius. Dicunt etiam quòd iſti ſeptem dies propter hanc cauſam fuerunt additi ad terminum ſupra taxatum cxx. annorum in capitulo ſexto ibi, Eruntq̃, dies illius cxx. annorum.*

b Eratque ſexcentorum annorum. &c. *Non quòd Noe tunc compleſſet annum ſexcenteſimum, ſed quia inchoauerat. Patet ex hoc loco, quòd ędificatio arcę durauit per centum annos ferè, tantum enim tempus appoſitum eſt ad oſtendendum patientiam Dei expectantis peccatorum pœnitentiam, & admonentis eos de pœnitentia per ædificationem prædictam & ipſius Noe prædicationem.*

D

c Et ingreſſus eſt Noe &c. *Separatim nominantur viri à mulieribus ingrediendo arcam, & ex diuino pręcepto, ad oſtendendum ꝙ quamdiu fuerunt in arca, fuerunt ſeparati quantum ad thorum, ſicut patebit magis infrà.*

d Anno ſexcenteſimo &c. *Hic deſcribitur diluuij acceſſus ſuper terram, & primo quantum ad tempus, cum dicitur, Anno ſexcenteſimo. Apud hebræos duæ ſunt opiniones circa hoc. quia Ra. Heliezer & ſui ſequaces dicunt quòd iſte ſecundus menſis eſt menſis Octobris, qui hebraicè nominatur, מרחשון marheſuan. Dicunt enim quòd primus menſis anni eſt תשרי tiſri, qui nobis eſt September: in quo arbores ſunt perfectæ in ſuis fructibus, quia hic productæ ſunt à principio, vt patuit ſupra capitulo primo. Et ideo quia mundus videtur fuiſſe creatus in iſto menſe, ideo dicunt eum eſſe primum ſimpliciter in anno, quia in eo à principio inceperunt anni & menſes. Rab. Ioſue & ſequaces eius dicunt quòd ipſe ſecundus menſis אייר Iard, id eſt Aprilis, quia Martius qui hebraicè nominatur ניסן niſan, vocatur primus. vnde Exod. duodecimo præcipitur immolare Phaſe. quartodecima Luna ad veſperam primi menſis.*
*Sciendum tamen quòd Martius hebręorum aliquando concurrit cum Aprili noſtro: & ideò aliqui doctores noſtri dicunt quòd Aprilis eſt primus menſis apud hebræos. & plenius de hoc dicetur Exod. duodecimo, Incipiunt enim ipſi annũ à nouilunio quod eſt Aequinoctio verno propinquius, ſiue præcedat, ſiue ſequatur. Prima autem opinio communius tenetur apud hebræos, & rationabiliter vt videtur; quia in aliquo genere aliquid bene nominatur primum, non quia ſit primum ſimpliciter, ſed propter aliquem notabilem euentum, ſicut Machabæorum. Primus annus Alexandri Magni vocatur primus annus † regni Græcorum propter facta notabilia Alexandri, & tamen ante eum fuerunt plures reges in Gręcia. Ita etiam videtur dici de Martio quòd tunc ſit nominatus primus menſis apud hebręos propter exitum eorum de terra Aegypti in illo menſe; & hoc videtur littera ſonare. Exo. Dixit quoque dominus ad Moyſen, Menſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni, ac ſi diceret, licet de præterito non fuerit primus nominatus, de cætero tamen erit ex cauſa dicta.*

Super Ge. cap. 7. — Ionæ 3. c — † Mat. 24. d Luc. 17. f 1. Pet. 3. d Noe ingreditur arcã. — Aedificatio arcæ c. ann. Diluuij inductio. — Diluuij acceſſus ſuper terram. — Exod. 12. d — Exod. 12. a — 1. Mac. 1. a — † Monarchia Græcorum. — Exo. 12. a

## NICO. DE LYRA.

Andreæ reſellit opinionem.

¶ *loco dicit Andreas ꝙ de animalib. mundis fuerunt quatuordecim, ſeptem maſculi, & ſeptem fœmelle; ex immundis vero duo, maſculus, & fœmella. Et arguit hic ex textu, quia ibi dicitur inf. Ex omni quod mouetur ſuper terram duo, & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam. Et poſtea, & quæ ingreſſa ſunt maſculus, & fœmina ex omni carne introierunt, & ideo ex hoc reprobat dictum eorum qui dicunt, quòd de animalib. mundis & auibus fuerunt ſeptem tantum indiuidua; ſex ad multiplicandum per generationem, videlicet tres maſculi, & tres fœmellæ, ſeptimum autem etiã fuit maſculus, vt haberet Noe quod offerret in exitu de arca: quia vt arguit iſte Andreas ſic introiſſet ſeptimum indiuiduũ non combinatum, & maſculus ſine fœmella quod videtur contra litteram prælegatam. Nec vt dicit oportuit addi ſeptimum propter oblationem fiendã, quia ſciebat Noe quod tandiu ſtarent in arca animalia et aues, quòd ibi poterant prolificare; & ſic de fœtib. & pullis poterat ſacrificare. Sed dictum iſtius Andreæ videtur minus rationabile q̃ aliorum, quia ſi de omnibus mundis fuiſſent ibi quatuordecim, arca fuiſſet nimis occupata de tot animabus, & auibus, & cibis eorum. Item non fuerunt ſeruata indiuidua, niſi propter multiplicationem & oblationem: ad multiplicationem autem ſufficiebant tres maſculi, & tres fœmellæ de qualibet*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cataracte*, Feneſtræ, nubes, ſ. quæ ſunt apertæ, vt inde inſolitæ & maiores pluuiæ funderentur. Cataractæ verò propriè ſunt oſtia Nili, ſed abuſiuè pro omnibus feneſtris ponū-

E

Homil. 2. ſuper Ge.

tur. *Rab.* De arca ſolet quæri, Vtrū tanta capacitate, quanta deſcribitur, animalia omnia quæ ingreſſa dicuntur, & eſcas eorum, ferre potuerit? Quod cubito geometrico ſoluit Origenes, aſſerens non fruſtra dictum eſſe Moyſen in oī ſapientia Ægyptiorum fuiſſe eruditū, qui geometriā dilexerunt, & cubitū geometricū quantū ſex nr̃os ꝯtinere.

1 In die hac rupti.

65. q. 9. 56. to. 4.

b *Bina & bina &c.* *Augu.* Præcepit ſuperius ſeptena, & ſeptena de mundis: duo, & duo tolli de immundis. Quō ergo nunc dicit, duo & duo intraſſe, ſiue de mundis ſiue de immūdis? Sed hoc refert non ad numerū mundorū & immundorum, ſed ad maſculū, & feminā. In oīb. n. duo ſunt maſculus, & femina. Notandum verò qd̃ dr̃, In qua erat ſpiritus vitæ, non ſolū de hominib. ſed & de pecorib. dictum: quia quidam de Spirituſancto volunt intelligi, quod ſcriptum eſt, Inſufflauit in faciem eius ſpiritum vitæ; ſed quidam codices habēt melius; flatū vitę.

1 In articu lo diei il lius eo dem die.

Nota.

ſup. 1. c.

c *Quadraginta dieb. &c.* *Alchuin.* Quadragenario numero pluuia inundauit, qui tribulationem pœnitentiæ oſtendit. Poſt quadraginta dies Noe feneſtram aperuit, ſignificans ieiunātib. cęlū aperiri. vnde Moyſes, Helias, & ipſe Saluator quadragenario numero ieiunia conſecrauit, tanq̃ trib. temporibus neceſſaria, ante legem, ſub lege, ſub gratia.

d *Quindecim cubitis altior &c.* Si terra Olympi montis (vt tradit hiſtoria) potuit inuadere ſpatium tranquilli aeris, vbi dr̃ nec nubes videri, nec ventus ſentiri, cur non & aquæ creſcendo? Septima verò requies cum octaua reſurrectione iūgitur. Reddito .n. corpore, ſanctorum requies non finitur, quæ poſt hanc vitā datur. Sed totus homo non iā ſpe, ſed ipſa re, corpore, & ſpiritu perfecta, & immortali ſalute renouatus, in æternam vitam aſſumitur. Hoc ergo in ſacramento regenerationis noſtræ, i. baptiſmo altum myſterium eſt, altum ꝙ quindecim cubitis excreuit aqua ſuper oēm altitudinem montium. Septem. n. & octo quindecim fiunt. Septenarius quietem, octonarius ſignificat reſurrectionē. Hoc igitur ſacramentū reſurrectionis, & quietis trāſcēdit omnem ſapientiam ſuperborum, vt non poſſint † indagare ſcientiæ altitudine reſurrectionis quietem. & quia Lxx. a vij. & Lxxx. ab viij. noīamus, coniuncto vtroq; numero cl. diebus exaltata eſt aqua, commendans & confirmās eandem baptiſmi altitudinem in cōſecrando nouo homine, ad tenendā quietem, & fidem reſurrectionis.

Sapié. x. a

F

Eccle. 39. c

Omnia diluuio pereunt.

alias † indicare

Sapié. 10. a

23. q. 5. ca. qd ergo. 6. diſt. nō eſt ſ. naturale

*Quindecim.* Sunt qui putant, nec terræ qualitatem talem, nec altitudinē montium tantam ante diluuium fuiſſe qualis & quanta eſt hodie.

Nota de mōtibus.

e *Deleta ſunt de terra.* *Alchui.* Ideo magis terrena animalia quàm aquatilia perierunt, quia de maledicta terra viuunt.

a ¶ Vt non ſenſim de more fluerent: ſed repentina inundatione terram operirent.

mo die menſis rupti ſunt oēs fontes a abyſſi magnæ, & cataractæ cœli a- b pertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta dieb. & quadraginta noctib. In articulo diei illius c ingreſſus eſt Noë & Sem, & Cham, & Iaphet filii eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eis in arcam. Ipſi & oē aīal ſecundum genus ſuū, vniuerſaq; iumenta in † genere ſuo, & oē quod mouetur ſuper terrā in genere ſuo, cunctumq; volatile ſecundum genus ſuum. Vniuerſę aues omneſque volucres. Ingreſſæ ſunt ad b Noë in arcam, bina, & bina ex omni carne in qua erat ſpiritus vitę. Et quę in greſſa ſunt, maſculus & fęmina ex omni carne introierūt, ſicut prçcepe rat ei Deus: & incluſit eum dominus d

a ¶ Quod homo facere non poterat. ne aquæ introirent, Deus exterius bituminauit.

c de foris. Factūq; eſt diluuiū quadra- e ginta dieb. ſuper terrā & multiplicatæ ſunt aquę, & eleuauerunt arcā in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerūt in ſuperficię terræ. † Porrò arca fere- f bat ſuper aquas, & aquę prçualuerūt nimis ſuper terram, opertiq; ſunt oēs montes excelſi ſub vniuerſo cœlo.

d Quindecim cubitis altior fuit aqua g ſuper montes quos operuerat. Con- h ſumptaq; eſt oīs caro, quę mouebat ſuper terram, volucrum, animantiū, beſtiarum, omniumq; reptiliū quæ reptant ſuper terram. Vniuerſi homines, & cūcta in quib. ſpiraculum vitæ eſt in terra, mortua ſunt. † Et de- i leuit oēm ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram ab hoīe vſque ad pecus, tàm reptile q̃ volucres cœli: & deleta e ſunt de terra: † remanſit autem K ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ ter- l ram centum quinquaginta diebus.

alias † genus ſuum

turali: & ideo deridendi ſunt illi, qui huius diluuij volunt cauſam naturalem aſſignare dicentes, quod cauſa fuit coniunctio planetarum humidorum in ſignis pluuialibus, ex qua coniunctione factum fuit iſtud diluuium. Et eodem modo volunt aſſignare cauſam incendij futuri ante iudicium per coniunctionem planetarum calidorum in ſignis calidis. Licèt enim diluuium particulare in aliqua parte terræ cauſam habeat naturalem, generale tamen diluuium maximè in tāto exceſſu qd quindecim cubitis tranſcendat cacumina mōtium, nō poteſt naturaliter euenire. Vnde et Philoſophus ſecundo Meth. dicit quòd cum vna pars terræ, quæ prius erat arida, operiret mari, alia pars in alia regione, vbi erat mare, diſcooperitur, & fit arida. Sed ꝙ tota terra ſimul cooperiatur aquis, ſecundum eū impoſſibile videtur, nec virtute aliqua naturali poteſt tantum de alijs elementis conuerti in aquam, quòd excedat capita montium, maximè in tanta altitudine.

G

Diluuiū generalis naturalem eſſe cauſam dicunt quidam.

b Et cataractæ cœli, i. feneſtræ. Loquitur hic metaphoricè, nec loquitur de cœlo ſtellato, ſed de cęlo aereo, vbi generantur nubes, & pluuia.

c In articulo diei illius. Articulus importat rem diſtinctā, & manifeſtam. Deus enim fecit ingredi Noe de die clara & manifeſta, ad oſtendendum quòd poterat eum tueri à malis hominibus illius temporis, qui cogitauerant eum occidere. Cætera patent vſque ibi,

d Et incluſit eum dominus de foris. Noe enim intra arcam exiſtens, non potuit oſtiū extra bituminare, & ideo dominus suppleuit quod homo non potuit. vnde & hebraica littera habet, Et clauſit dominus pro eo.

e Factumq; eſt diluuium. Hic ponitur diluuij exceſſus, quia aſcendit vltra cacumina montium, & patet littera vſque ibi,

f Porrò arca ferebatur ſuper aquas. Non eſt intelligendum, quod tota arca eſſet ſuper aquas, ſed quantum ad maiorem partem. Duodecim enim cubitis profundata fuit intra aquas, vt videbitur in ſequenti capitulo.

g Quindecim cubitis, &c. Eodem modo accipiendi ſunt cubiti ſicut ſuprà.

H

h Conſumptaq; eſt omnis caro. Hic conſequenter deſcribitur creaturæ viuentis deceſſus, & patet.

i Et deleuit omnem ſubſtantiam, Scilicet viuentem, ideo ſequitur, Ab homine vſque ad pecus. ſequitur,

K Remanſit autem &c. Ex hoc patet falſitas aliquorum Iudæorum dicentium, quòd Og qui poſtea legitur rex Baſan, propter ſui magnitudinem, & fortitudinem euaſit diluuium. Hoc enim dictum manifeſtè contradicit huic literæ, ac etiam præcedenti cum dicitur, Conſumptaq; eſt omnis caro, & ſequitur, Vniuerſi homines, & cuncta in quibus &c.

Og rex.

l Obtinueruntq; aquæ &c. Scilicet computando à principio inundationis diluuij vſque ad diem qua aquæ cœperunt minui, ſcilicet poſt centumquinquaginta dies; ideo dicitur in textu ſequenti, Et cœperunt minui poſt centumquinquaginta dies. Ra. Sa. dicit ꝙ iſti centumquinquaginta dies computandi ſunt à fine deſcenſus pluuiarum. Ita quòd dies quadraginta præcedunt quibus facta eſt pluuia, & ſic exponit, obtinuerunt, ſcilicet in magnitudine & fortitudine ſua. Et ſic ſecundum eum à principio inundationis vſque ad inchoationem decrementi aquarum fluxerunt centum nonaginta dies. Et quod dicitur, Et cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies, exponit à fine deſcenſus pluuiarum, ſcilicet poſtquàm aquę obtinuerant in fortitudine ſua terram.

Super Ge. cap. 7.

NICO. DE LY.

a Rupti ſunt omnes fontes. Nomine ruptionis vtitur ad oſtendendum, ꝙ iſtud diluuium non proceſſit ex cauſa naturali: ſed ſupernaturali

a *Adducit*

a *Recor.*

MORALITER.

✻ d *Et incluſit eum dominus de for.* Per quę ſignificatur, ꝙ nullus perfectionem virtutum ingreditur, nec in ea permanet, niſi Dei gratia adiuuetur. Corinth. Non quòd ſimus ſufficientes aliquid cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Et ſi non poſſumus cogitare, multominus facere. Quantum ad ſecundum, ſicut patet ex textu, in arca ſaluatę fuerunt aues, beſtiæ, & ſimiliter ſaluati fuerint homines; per quod deſignatur, quòd in arca virtutum ſaluantur contemplatiui ad alta volantes; & actiui in terra agentes: & prælati vtriſque præſidentes. Quantum ad tertium omnia quæ fuerunt extra arcam, mortua fuerunt, ideo dicitur,

2. Cor. 3. b

b *Conſumptaq; eſt omnis ca. &c.* Nam excluſi ab ædificio virtutis iam mortui ſunt morte culpæ, licèt adhuc viuant vita naturæ, ſicut dicitur Apoc. Nomen habes quòd viuas, & mortuus es.

Apoc. 3.

✻ Hic



GLOSSA ORDINARIA.

Cap. VIII.

A

a Dduxit *ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquę, et clauſi ſunt fontes abyſſi & cataractæ cœ. &c.* *Alchuinus.* De illo ſpiritu intelligi poteſt, de quo dictū eſt, Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, Tunc ferebatur vt congregatis in † ſuum locum, terra appareat: nunc adducitur, vt ablatis aquis diluuij faciem terræ reuelaret. Poteſt per ſpiritum ventus intelligi, iuxta illud Pſalm. Et ſtetit ſpiritus procellæ, cuius ſcilicet flatibus aqua recederet.

Alias † vnum.

Pſal. 106. c

b *Reuerſæque ſunt aquæ de terra euntes, & redeuntes & cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies.* *Alchuinus.* Videtur quòd omnis fluuiorum decurſus per occultos meatus ad abyſſum redeat, Iuxta illud. Eccleſiaſt. Ad locum vnde exeunt flumina reuertentur.

Eccl. 1. b

c *Requieuitq; arca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. &cæt.* *Iſidorus.* Septenariam requiem ſignificat, & quia perfecti requieſcūt ibi, ſupradictæ quoque quadraturæ numerus iteratur. Nam viceſimaſeptima die ſecundi menſis, commendatur ſacramentum, & rurſus viceſimaſeptima die ſeptimi menſis confirmatur, cum arca requieuit. quod enim promittitur in ſpe, exhibetur in re. *Auguſtinus.* Quæritur vtrum poſt centum quinquaginta dies hæc facta ſunt, an per recapitulationem omnia rememorata, quæ poſt quadraginta dies pluuiæ cœperunt fieri, vt hoc ſolum ad centum quinquaginta dies pertineat, quod vſque ad ipſos montes aqua eſt exaltata, aut de fontibus abyſſi iam ceſſante pluuia, aut quia manſit in altitudine nullo ſpiritu ſiccante. Cætera verò, quæ dicta ſunt non poſt centum quinquaginta dies omnia facta ſunt, ſed commemorata: quæ ex fine quadraginta dierum fieri cœperunt.

Super Gene. c. 8.

C

Cōtra Fauſtum hæ. c. 19.

d *Decimo enim menſe prima die menſis apparuerunt cacumina montium.* Notandum, quòd decimo menſe apparuerunt cacumina montium, quæ quindecim cubitis exceſſerant aquæ diluuij, quia ſacramenta æternæ quietis, & gloria reſurrectionis (quam neſciuit ſapientia ſuperborum) intellexit eminentia ſanctorum per impletionem præceptorum. vnde Pſal. A mandatis tuis intellexi. Et alibi Lu. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.

Pſal. 118. n

Luc 10. f

a *Egrediebatur*

CAP. VIII.

a ¶ Poſt inundationem. xl. dierum.

R Ecordatus autem Deus a Noë, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in

a ¶ Sanctum vel ventum, cuius flatibus aqua recederet.

a arca, adduxit ſpiritum ſuper terrā, b & imminutæ ſunt aquæ, & clauſi c ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœ-

a ¶ Videtur quòd fluuiorum & riuorū decurſus per uenas terræ ad matricem abyſſum redeant.

b lo. Reuerſæq; ſunt aquę de terra eū- d tes, & redeuntes, & cœperūt minui e poſt cētū q̄nquagīta dies. Requieuitq; f arca mēſe ſeptimo, uiceſimoſepti- g mo die mēſis ſup mōtes Armeniæ. h At uerò aquæ ibāt, & decreſcebant i d uſq; ad decimū mēſem: decimo. n. k mēſe prima die menſis apparuerūt l

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. VIII.

¶ R Ecordatus autem dominus Noe. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus ipſius Noe in diluuio recedēte: et primò deſcribitur aquarum receſſus, ſecundò hominum de arca egreſſus, ibi, Locutus eſt autem dn̄s ad Noe, dicens Egredere. Circa primum ſic proceditur, quia primò ſuperficies montium denudatur, ſecundò terræ planities deſiccatur, ibi, Cumq; tranſiſſent quadraginta dies. Circa primum ſic dicit,*

Diuiſio.

B

a Recordatus eſt autem dominus Noe. *Nec eſt ſic intelligēdū, ꝙ aliqua obliuio cadat in Deo, ſed ſcriptura loquitur ſecūdum modū noſtrum loquēdi. Dicitur. n. aliquis alicuius obliuiſci, quādo eū non liberat à preſſuris præſentib. cū poſſit. & dr̃ ipſius recordari qn̄ incipit eū liberare.*

Recordari quomodo Deo dicatur.

b Et adduxit ſpiritū ſu. ter. *i. vētū ſiccū aquas diminuentē, vn̄ ſeqtur,*

c Et imminutæ ſunt aquæ. *Veruntamen, quia iſta diminutio non ſufficeret, niſi Oceanus ad ſuum locum rediret, Ideo ſequitur,*

d Reuerſæq; ſunt aquæ de terra. *Sicut enim per præceptum domini egreſſæ fuerant de Oceano ſuper terram, ita de terra regreſſæ ſunt illuc.*

e Euntes & redeuntes. *Per hoc deſignatur fluctuatio aquarum, & quo tempore aquę inceperunt minui, oſtendit,*

f Et cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies, *In quibus obtinuerunt terras, vt ſupradictum eſt: & cōputatur iſte numerus à principio inundationis vſque ad diem in quo cœperunt aquæ decreſcere ſecundum communem opinionem.*

g Requieuitq; arca menſe ſeptimo, *Scilicet anni illius.*

h Viceſimoſeptimo die &c. *Hebræus habet* אררט *Ararath. Et dicūt, ꝙ non ſignificat Armeniā, ſed aliā terrā, cuius mōtes protenduntur vſq; prope Armeniā: & ideo illi mōtes dr̃ vocantur montes Armeniæ. Aduertendū eſt hic ꝙ in hebræo habetur. 17. die menſis: & ſecundū hoc nō pōt accipi menſis ſeptimus ille, qui eſt ſeptimus in anno, quia à 17. die menſis ſecundi, quo incepit diluuiū vſq; ad decimū ſeptimū menſis ſeptimi eiuſdē anni non fluxerunt centū quinquaginta dies, ſed deficiunt tres, vel duo ad minus. & tamē oportet dicere, ꝙ aquæ cœperunt decreſcere, antequam arca requieſceret: quia aquis exiſtentibus in fortitudine ſua, arca ſuper aquas deferebatur fluitando, & per diminutionem aquarum accepit fundū, & quieuit. & ſm̄ hoc ſeptimus menſis hic eſſet accipiendus à ſecundo menſe in quo incœpit diluuium, & iſte eſt octauus menſis anni. Ad quorum intellectum ſciendum quòd Iudæi faciunt menſes per lunationes, duæ aūt lunationes faciunt. 59. dies, & ideo primum menſem, faciunt Iudæi triginta dierum; ſecundum autem, vigintinouem dierum; & ſic conſequenter de alijs decem eodem modo combinando: & quia Moyſes ſcribebat Iudęis, menſes ſunt hic accipiendi iſto modo. Si autem à decimaſeptima die menſis ſecundi computentur dies centum quinquaginta, qui fluxerunt antequam aquę incœperunt decreſcere, non inuenientur completi decem, & ſeptem dies menſis ſeptimi, accipiendo ſeptimum menſem illius anni, ſed deficiunt tres vel quatuor dies, vt patet conſiderando quantitatem menſium dictam.*

Ararath.

Menſis ſecundum hebræos.

i At verò aquæ &c. *Non eſt intelligendum quòd ibi finierit decrementum aquarum ſimpliciter, ſed tantum aquarum quę excedebant capita montium. ideo ſubditur,*

K Decimo enim menſe, *Scilicet anni; non enim poteſt hic accipi decimus à ſecundo menſe, quia eſſet vndecimus menſis anni: quia in littera dicitur, quòd ab illa die qua apparuerunt cacumina montium (ſcilicet à prima die decimi mēſis) expectauit Noe quadraginta diebus, & poſtea ter ſeptem diebus, qui ſimul iuncti faciunt ſexagintaunum. Menſis autem vndecimus, & duodecimus illius anni non faciunt niſi quinquagintanouem dies: & ſic non eſſet verum quod dicitur in littera, quòd poſt illos ſexagintaunum dies prima die primi mēſis anni ſequenti Noe aperuit tectum arcę &c.*

D

l Prima die menſis apparuerunt cacumina montium. *Et tunc primò arca fuit tota extra aquam. Ex hoc dicto & alijs prędictis poteſt colligi, quot cubitis arca intrabat aquam, quando aquę fuerunt in fortitudine ſua. Patet enim quòd nō intrabat quindecim cubitis, quia aquę in fortitudine ſua excedebant montes quindecim cubitis, quoniam & tunc arca ferebatur, id eſt fluctuabat ſuper aquas. Si autem tunc intraſſet aquam quindecim cubitis non fluctuaſſet, quia fundus arcę capita montium tetigiſſet, & ex hoc patet conſequenter quòd tantùm præcisè arca intrabat aquam, quantum aqua excedebat montes quando arca primò requieuit ſuper montes. Ad hoc videndum, accipiendum eſt tempus à primo die quo cœperunt aquæ decreſcere, vſque ad diem quo apparuerunt primò capita montium: quia tunc diminutæ ſunt aquæ quindecim cubitis, quibus excedebant montes. Dicitur autem in littera quòd aquæ cœperunt minui poſt centum quinquaginta dies, qui accipiendi ſunt à primo die inundationis aquarum, & completæ fuerunt ſeptimo menſe 19. die incluſiuè, & ſic in viceſima die ſeptimi menſis cœperunt aquæ decreſcere. Dicitur in littera, quòd decimo menſe prima die menſis apparuerunt etiam capita montium. Ex quo patet, quod tunc primò completum eſt decrementum, quindecim cubitorum, quibus aquæ montium cacumina excedebant. à viceſima autem die incluſiuè menſis ſeptimi, vſque ad primam diem decimi menſis fluxerunt ſeptuaginta dies; qui ſi diuidantur per quindecim, qui eſt numerus cubitorum prædictorum, aſſignantur decremento cuiuslibet cubiti quatuor dies, & dimidia, & ſexta pars vnius diei. Idem dicitur in litera quòd menſe ſeptimo vigiſimaſeptima die mēſis, requieuit arca ſuper mōtes. Ex quo patet, quod à principio decrementi aquarum vſque ad requiem arcæ fluxerūt tantum octo dies, in quibus aquæ decreuerant duobus cubitis ferè ſecundum prędicta. Ex quo concluditur ſecundum prędicta, quòd arca intrabat*

Arca ſecundum quot cubitos intrabat aquam.

Moraliter.

✻ Hic deſcribitur egreſſus de arca, quę vt dictum eſt ſignificat ędificium virtutum, ideo per hūc egreſſum deſignatur mors iuſtorum in conſpectu domini precioſa. Pſal. tunc enim tranſeunt iuſti perfecti ad palatium cœli. ideo dicitur,

Pſal. 115. a

a *Recordatus eſt autem Deus Noe, cunctorumq; animantium,* Scilicet ipſum ad ſe vocando, & tūc egredietur virtuoſus de arca virtutum. Nam in patria non remanent cardinales, nec etiam de theologicis fides, & ſpes ſaltem quantum ad actus quos habent in præſenti. Et primò ponitur diluuij ceſſatio, cum dicitur, *Et imminutę ſunt aquę, & clauſi ſunt fontes &c. arefacta eſt terra.* Quia per aquas inundantes ſignificantur vitæ præſentis tentationes, quæ poſt mortem ceſſant ab anima. Huius autem ceſſationis verus nuntius eſt columba, id eſt Spirituſſancti gratia conſummata. Gloria enim eſt gratia conſummata, & quoniam ſancti ad gloriam tranſlati tanto nobis magis proficiunt orationibus ſuis, quanto propinquiores ſunt domino maieſtatis, ideo ſubditur,

✻ *Creſcite &c.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Egrediebatur. Iſid.* Quòd poſt.xl.dies coruus non redijt, aut
E aquis interceptus, aut cadauere natante illectus, figurat
Super Geneſ.c.8. immunditia cupiditatis teterrimos: & ideo his, quæ foris ſunt in mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his quos † præter arcam, id eſt eccleſiã baptiſmus occidit, ſeduci & teneri. *Auguſt.* Quæritur vtrum coruus mortuus ſit, an aliquo modo viuere potuerit? Si.n.fuit terra, vbi requieſceret, ſimiliter colũba requiẽ † inueniſſet. Vnde conijcitur, quod cadaueri potuit coruus inſidere, quod naturaliter refugit columba.

† extra. quæſt. ſuper Geneſ. q.13 to.4.

alias † non veniſſet.

Super Geneſ.c.8. b *Emiſit quoq; Iſid.* Emiſſa colũba, nec inuẽta requie reuerſa, ſignat p nouũ teſtã requiẽ ſanctis in hoc mũdo nõ eſſe promiſſam. poſt xl.n. dies emiſſa eſt, quo numero vita q̃ in mũdo agitur deſignatur. *Strab.* Arca continet coruũ & colũbã; & eccleſia bonos, & malos. Coruus emiſſus non reuertiẽ, quia reprobi illecebris ſæculi inhærentes pereunt. Columba redijt, portans ramum oliuæ virẽtibus folijs in ore ſuo, quia ſancti ſimplicitate gaudentes, munus pacis in ore portant: dicẽtes, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum lo.&c.

*Coruus emiſſus.* *Allegoriæ.* Non reuertebatur, deeſt negatio in Heb.

Pſal.119.a

*Quæſtio de columba redeunte.* c *Reuerſa eſt.* Quæſtio eſt, Quomodo columba nõ inuenerit vbi reſideret; cũ iam nudata eſſent cacumina montium, ſecundũ narrationis ordinem? Qđ recapitulatione põt ſolui, vt poſterius narrata intelligant, q̃ facta ſũt prius, aut potiꝰ nõdũ ſic data fuerũt.

† De ſacra. vnc.c. vnico ante fi.

d *Expectatis &c.* Poſt ſeptem dies alios, dimiſſa colũba propter ſeptenariam operationẽ ſpiritualem oliuę fructuoſum ſurculum † retulit, ſignans multos extra eccleſiam baptizatos, ſi pinguedo charitatis non defuerit, poſteriore tempore in ore columbæ, tanquam in oſculo pacis ad vnitatis ſocietatem † reduci.

alias † detulit.

F

alias † adduci.

*Siccantur aquæ.* e *Portans ramum. Alcui.* Columba ramum oliuę expulſo teterrimo alite, ad Noe poſt diluuiũ portat, quia columba Spiritusſancti ad Chriſtũ poſt baptiſmum veniens, ramũ refectionis, & luminis pacem anunnciat.

Super Geneſ.c.8. f *Expectauitq; nihilominus ſeptem alios dies emiſit &c. Iſid.* Poſt alios ſeptem Dies dimiſſa columba, nec reuerſa, ſignificat finem ſeculi, quando requies ſanctorum erit, non in ſacramento ſpei, quo nunc eccleſia conſociatur, quamdiù bibitur q̃ de latere Chriſti manauit, ſed in perfectione ſalutis, cũ tradetur regnũ Deo, & patri, vt in illa conſpicua contemplatione veritatis, nullis egeamus myſterijs. G

Super Geneſ.c.8. g *Sexcenteſimoprimo anno, Vitæ Noe. Iſidorus.* Id eſt peractis ſexcentis annis aperitur arcę tectum, quia finita ſexta ætate ſæculi reuelatur ſacramentum. Viceſima ſeptima die ſecundi menſis dicitur ſiccata terra, tãquã finita ſit baptizandi neceſſitas. Quia in numero dierum lvij. Ipſe eſt enim ſecũdi menſis: xxvij. reſurrectionis tempus exprimitur, quo baptiſmus cõpletur. Qui numerus ex cõiunctione corporis & ſpiritꝰ ſepties octonos habet, vno addito propter vnitatis vinculum.

*Hiſtoriæ.* h *Menſe ſecũdo. Stra.* Id eſt Maio. Noe annum fecit in arca, & ipſa die qua ingreſſus fuerat egreſſus eſt. Ingreſſus eſt enim decimaſeptima die menſis ſecundi. Nunc dicit, quia egreſſus eſt ſeptima & vigeſima die eiuſdem menſis. Sed ſciendum eſt, quia ſi pręſenti diei addantur vndecim qualis luna hodie eſt, talis erit poſt annum ipſa die. Quando ergo Noe ingreſſus eſt, decimaſeptima luna, vel decimaſeptima dies menſis ſecundi fuit Ideo poſt annum xj. additis, fuit viceſimſeptima dies & decimaſeptima luna. *Myſticè.* Menſe ſecundò ſeptima, &c. Sicut ſupra dictum eſt decimaſeptima die ſexcenteſimi anni aquis diluuij terra madefacta eſt, ſed viceſimaſeptima die ſecundi menſis areſacta eſt, quando præceptum eſt, vt de arca egrederentur: & pactum acciperent, ne vltra aquis diluuij perirent. In quo intelligi poteſt, quia per decima & ſeptima (ſicut ſupra) ſtatus inchoantium ſignificari poteſt: quando vitijs abrenunciatur per viceſimũſeptimum promotio perfectorum in cõſumatione virtutum. Si enim decem & ſeptem decem addas, fiunt vigintiſeptem: Si enim decem præceptis, quibus peccatis renunciatur, Euangelicam perfectionem adijcias qua præcipitur ne ſolũ non iraſci, ſed etiam inimicos diligere, & ſimilia. ad illam ætatem perfectionis perueniſti, in qua nec ſacramentis prædictis egeas, & de arca exiens, id eſt, de ſpe ad ſpem perueniens, requiem in ſacramentis promiſſam inuenies. H

¶ Egredere

cacumina montiũ. Cũq; tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noë feneſtram arcę quam fecerat, dimiſit a b c

a ¶ In hebræo: Egreſſus eſt, exiens & reuertens: donec ſiccarentur aquæ.

a coruũ: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquę d

b ſuper terram. Emiſit quoq; columbam poſt eũ, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciẽ terræ. Quæ e f

cum non inueniſſet ubi requieſce-

c ret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam. Aquę enim erant ſuper vniuerſam terram: extenditque manum ſuam ¹& apprehenſam intulit g

d in arcam. Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca. † At illa h

e uenit ad eum ad ueſperam, portans ramum oliuæ uirentibus foliis in ore ſuo. Intellexit ergo Noë quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram: i

f expectauitque nihilominus ſeptem alios dies, & emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa ultra ad eum.

g Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis imminutę ſunt aquę ſuper terram: & aperiens Noë tectum arcæ aſpexit, viditque quòd exiccata eſſet k l

h ſuperficies terræ. Menſe ſecundo ſeptimo & uiceſimo die mẽſis are- m

## NICO. DE LYRA.

¶ *bat aquam tredecim cubitis & parũ plus. Et iſta probatio procedit ſecundum textum noſtræ translationis, vt patet ex prædictis. Si autem ſecundũ literã Hebraicam, quæ habet, ſeptimo menſe, decimoſeptimo die menſis requieuit arca, procedatur: oportet accipere menſem ſeptimũ non ſolum qui eſt ſeptimus in anno, ſed qui eſt ſeptimus à ſecundo menſe anni, in quo incepit diluuium, vt dictum eſt ſupra. Et iſte eſt menſis octauus anni, & tunc à principio decrementi aquarum vſque ad requiem arcæ fluxerunt dies vigintiſeptem, in quibus ſecundum prædicta aquæ decreuerunt ſex cubitis imperfectè tamen. & ſecundum hoc arca intrabat aquam nouem cubitis, & parum plus. In toto autem iſto proceſſu accipiuntur menſes ſecundum acceptionem Iudæorum, & ſic debent accipi; ſed quomodo accipiantur, iam dictum eſt. Supponitur etiam, quòd aquæ qualibet die decreſcebant æqualiter, quod eſt ſatis probabile.*

a Cumq; tranſiſſent quadraginta dies. *Hic conſequenter deſcribitur quomodo terræ planicies fuit deſiccata per vlterius decrementum aquarum: Cũq; tranſiſſent quadraginta dies ab apparitione capitum mõtium.*

b Aperiens Noe feneſtram arcæ. *Non fuit oſtium per quod ingreſſi ſunt homines & animalia, ſed feneſtra, de qua ſupra dictum eſt.*

c Dimiſit coruum. *Et hoc fuit vndecimo menſe anni.*

d Qui egrediebatur &c. *Secundum communem expoſitionem non eſt intelligendum, quòd reuerſus ſit ad Noe aquis deſiccatis, ſed remanſit apud cadauera, vt communiter dicitur; & eſt ſimilis modus loquendi. Matth. de Ioſeph & Maria, vbi dicitur, Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum, non quòd poſtea cognouerit. In hebræo dicitur, Qui egrediebatur exiens & reuertens. Et hoc idem dicit Hiero. quod exponunt hebræi dicentes, quòd coruus emiſſus de arca non fecit legationem ſuam prout Noe intendebat, ſed magis extra arcam volitabat quærens reingredi in arcam. Cauſam autem huius aſſignãt aliqui hebręi, ſcilicet quòd coruus habebat Noe ſuſpectum de fœmella ſua. Ex quo patet in eis cęcitas magna, qui tam abſurda dicunt & credunt, imò etiam in hoc ſibi cõtradicunt. Dicunt enim (& ſatis apparet ex textu) quòd coitus fuit ſimpliciter interdictus à Deo intra arcam. Sed quia translatio, quam habemus de emiſſione corui videtur contraria Hebraicę litterę, ideo poteſt ſic concordari: Qui egrediebatur, & non reuertebatur, vt per hoc exprimatur intentio Noe. Ad hoc enim eum mittebat, vt per ſuum reditum haberet aliquod ſignum de ſiccatione aquarum. Sed quia non iuit ſecundum intentionem Noe, ſed magis reuerſus eſt ſtatim nullo ſigno apportato, ideo littera hebraica factum corui exprimit, cum dicit, Qui egrediebatur exiens, & reuertens. Sed ſecundum hoc dictum non remanſit apud cadauera, ſed quia aquę adhuc erant ſuper totam terram planam, vt dicitur infrà, regreſſus eſt ad arcam, vt haberet paſtum.*

*Coruus quare nõ redijt.* Matth.1.d

Hieron. in lib. de Hebrai.q.to.3

e Emiſit quoque columbam. *Quia coruus non fecerat legationem ſuam.*

f Quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius. *Hoc videtur falſum, quia iam ante apparuerant cacumina montium. Sed dicendum quòd ex diutina mora aquarum ſuper totam terram, terra non erat deſiccata adhuc, ſed erat quaſi lutum, in quo non libenter quieſcit columba.*

g Aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram, *Scilicet planam, quia iam ante cacumina montium diſcooperta erant.*

h Expectatis autem vltra. vij. diebus alijs. *Ex quo patet quod quatuordecim dies tranſierunt ab emiſſione corui.*

i Portans ramum oliuæ. *In ſignum deſiccationis terræ. Sequitur.*

K Sexcenteſimo primo an. &c. *Quia iam non apparebant in ſuperficie terrę. Ideo ſequitur,*

l Viditq; quòd exiccata eſſet &c. *Scilicet ab inundatione aquę. Veruntamen terra non erat adhuc ita ſicca et ſolida, vt eſſet apta ad ingreſſum animalium, & hominum. Ideo ſequitur,*

m Menſe ſecundo ſeptimo & viceſimo die &c. *Id eſt perfectè deſiccata, & aptata ad ingreſſum animalium & hominum.*

¶ Locutus



a *Egredere de ar. &c. Iſid.* Iuncti exeunt, qui diſiuncti intrauerunt, quia nunc caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Sed in reſurrectione iuſtorũ perfecta pace ſpiritui corpus adherebit nulla mutabilitatis indigentia, vel concupiſcentia reſiſtente.

A

Super Geneſ.c.8.

b *Et tollens &c. Aug.* Ingreſſa ſunt in arcam munda, & immunda animalia, ſed poſt egreſſum non offeruntur Deo niſi mũda. Quod verò ait, Non percutiam omnem animam vi ſicut feci, & addidit, quæ largitate bonitas donat indignis: fortè noui teſtamenti indulgentia figurata eſt, vt præterita vltio ad legis pertineat ſeueritatem, hoc ad gratiæ bonitatem. C

In dialogo ad Oroſium.q.56. to.4.

1 Ingredimini. vel repant. vel generent.

c *Senſus enim &c. Grego.* Nemo ſibi attribuat ſi cogitationes vicerit, quia corruptionis malum quod quiſq; ab ortu carnalium deſideriorum ſumpſit exercet in prouectu ætatis: & niſi hoc citius diuinæ fortitudinis reprimat manus, omne bonũ naturæ culpa vorat in profundũ. Neq; q plãtat eſt aliqd, neq; q rigat, ſed q icremẽtũ dat Deꝰ.

In moral. lib.38.c.1.

1 Pręcipiẽ Noe egredi arcam. 1.Cor.3.b

facta eſt terra. Locutus eſt autem a

a ¶ Coniũcti exeũt viri & feminæ, qui diſiuncti intrauerũt.

a Deus ad ¹ Noe dicens. Egredere de arca tu, & vxor tua, filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum: cunctaq; animantia, quæ ſunt apud te: ex omni carne tam in uolatilibus, quàm ĩ beſtiis, & uniuerſis reptilibus, quæ reptant ſuper terrã, educ tecum, & ¹ ingredimini ſuper terram. b c

a ¶ Quia his replendus erat mundus, redditur primæ creaturæ benedictio.

† Creſcite, & multiplicamini ſuper eam. Egreſſus eſt ergo Noë, & filii eius, uxor illius, & uxores filiorum eius cũ eo: ſed & oĩa aĩantia, iumenta, & reptilia, quæ reptant ſuper terram ſecundum genus ſuum, egreſſa ſunt de arca. Aedificauit autem d e f

b Noe altare domino: & tollens de cũctis pecoribus, & uolucrib. mũdis, obtulit holocauſta ſuper altare. ² Odoratusq; eſt dominus odorẽ ſuauitatis, ³ & ait ad eum: Nequaquá ultra maledicá terræ ꝓpter ho- g h i

c mines: ſenſus enim, & cogitatio humani cordis in ⁴ malũ ꝓna ſunt † ab adoleſcẽtia ſua. Non igitur ultra

a ¶ Corporali iudicio.

percutiá oẽm aĩam viuẽtẽ ſicut feci. Cunctis diebus, terræ ſemẽtis, & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & k

¶ Seruiendo homini.

hyems, nox & dies nõ requieſcent. l m

2 Odoratusq; Cal. interpres. Et ſuſcepit dominus cum beneplacito oblationem eius. 3 Et ait ad eum: & dixit dominus in corde ipſius .f. Noe. i. ita ſenſit in corde ſuo per deum.

B

4 In malum prona ſunt, mala eſt.

*Oblationes acceptæ deo.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Locutus eſt autem dom. ad Noe. *Poſtquàm deſcripſit diluuij receſſum, hic conſequenter deſcribit ipſius Noe egreſſum, vbi ſic ꝓceditur: qa primo deſcribitur obedientia egredientis, ſecundo deuotio offerentis ibi, Aedificauit autem Noe. Circa primum dicitur ſic:*

*Diuiſio.*

b Egredere &c. *Sicut.n. ingreſſus fuerat arcam de mandato domini, ita ad egrediendum expectauit eius mandatum. Egreſſus eſt autem Noe anno reuoluto eadem die, qua ingreſſus fuerat: Quod probatur ſic, quia ſexcenteſimo anno vitæ ſuæ menſe ſecundo. 17. die menſis ingreſſus eſt arcam, & anno reuoluto illa dies fuit 17. menſis ſecundi, in qua dicitur exiſſe: quia annus ſolaris excedit annum lunarem in vndecim diebus. Iudæi autem faciunt menſes per lunationes, & ſic accipiuntur hic vt dictum eſt.*

*Quando Noe egreſſus.*

c Tu & vxor tua. *In egreſſu arcæ dixit: Tu & filij tui, ſeparando viros à mulieribus. in exitu coniungit vxorẽ cum viro, vt ex modo loquendi oſtendatur quòd ſicut in ingreſſu arcę concubitus fuit prohibitus, ita in exitu fuit laxatus, & impoſitus. vnde ſequitur:*

d Creſcite & multiplicam. &c. *Nec iſtud refertur ad homines tantũ, ſed etiam ad animalia et aues, quorum egreſſum pręceperat. & ſic patet quòd etiam brutis tũc relaxatus eſt coitus qui ante fuerat prohibitus.*

e Egreſſus eſt ergo Noe, *Obediens mandato Dei.*

f Ædificauit autem Noe. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Noe deuotio, per hoc quod obtulit ſacrificium Deo, gratias agens de ſua liberatione.*

g Odoratuſque eſt dominus odorem. *In hoc oſtenditur acceptatio diuina, & per conſequens Noe bonitas, & deuotio declaratur: quia tales oblationes non erant acceptæ Deo, niſi ex fide, & deuotione offerentium, & quia propter gratitudinem in aliquo beneficio homo meretur aliud beneficium: ideo poſt beneficium liberationis datur beneficium aſſecurationis, cum dicitur:*

h Nequaquam vltra &c. *Eam generaliter diſſipando per diluuium.*

i Propter homines. *Id eſt propter peccata hominum, & cauſa ſubditur, Senſus enim & cogitatio &c. Sequitur:*

† ſupra.6.c. & d. & infra 9.a.

K Cunctis dieb. terræ &c. *Secundum hebræos hic diuiduntur ſex tempora, & cuilibet tempori duo menſes attribuuntur. Tempori ſementis attribuitur medietas Septembris, & totus October & medietas Nouembris. Tpi frigoris aſſignatur medietas Nouembris, & totus December et medietas Ianuarij. Tempori verò hyemis medietas Ianuarij, et totus Februarius & medietas Martij: & ſecundum eos grauius eſt tẽpus frigoris quã hyemis. Tẽpori meſſis attribuitur medietas Martij, totus Aprilis & medietas Maij. In terris enim calidis aliqua tempeſtiua incipiunt colligi circa finem Martij, & maximè ſecundũ menſes Iudęorum, quia primus menſis Hebræorũ cui correſpondet Martius, ſemper concurrit cum aliqua parte Aprilis, & aliquando ferè totus includitur. Tẽpori æſtatis attribuitur medietas Maij et totus Iunius & medietas Iulij. Tempori æſtus attribuitur medietas Iulij & totus Auguſtus & prima medietas Septembris. & eſt tempus æſtus grauius in calore quam tempus æſtatis: & ideo ſic nominatur ſicut et de frigore, & hyeme dictum eſt in contraria qualitate.*

*Egreditur.* Temporũ diuiſio ſecundum hebræos.

*Offert holocauſtum deo acceptum.*

† 2.q.1. c.1. Cor hominis malum ſupra 6.a

D

l Nox & dies. *Iſta circumeunt omnia tempora.*

m Non requieſcent. *Id eſt prędicta nõ ceſſabunt de cętero propter diluuium, ſed deducentur ſecundum ordinẽ ſuũ.*

¶ a Benedixitq;

## MORALITER.

✻ *Creſcite & multiplicamini ſuper terram*: Scilicet viuentium, vt per orationes veſtras electi transferantur ad veſtrum conſortium. Ideo ſubditur:

*Egreſſus*

e *Egreſſus eſt ergo &c.* Quia per orationes ſanctorum, & miniſterium angelorum electi egrediuntur de vita præſenti, & transferuntur ad cęleſtia. Lucæ, Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahę. Quod nobis concedat &c.

✻ *Benedi-*

In cap. 8. vbi dicitur in poſtilla, Ex hoc dicto, & alijs prædictis poteſt colligi &c.

## ADDITIO.

¶ *Inquirere quot cubitis arca intraſſet aquam tempore diluuij, videtur magis curioſum quàm vtile, cum non ſolum habere notitiam certam de hoc nullam præſtat cognitionem vtilem in credendis, nec in agendis, ſed nec etiam requiritur ad planam litteræ expoſitionem: quantumcunque enim arca aquam intraſſet, ſiue plus, ſiue minus, non variatur ex hoc aliquid in expoſitione litteræ, vt patet intuenti. & ideo Gloſſa noſtra mentionem de hoc non facit, nec vt credo aliquis ſanctorum, nec etiam doctorum hebræorum, niſi ſolum Ra.Sa. qui in huiuſmodi vanis quæſitis per modum quæſtionis facit longam altercationem. Dato etiam, quod hęc inquiſitio requireretur, vel eſſet aliqualiter vtilis, rationes tamen a poſtillatore ad hoc probãdum inductæ nullam videntur habere efficaciam: Nam præſupponit ad hoc probandum quædam manifeſtè non vera. Dicit enim primò, quod ſi arca intraſſet aquã quindecim cubitis, quòd non fluctuaſſet, eo quòd fundus arcæ capita montium tetigiſſet, quod non eſt verum. nam potuiſſet arca fluctuare in locis non montuoſis, quę ſunt maior pars, & præcipua vniuerſæ terrę. non enim neceſſe erat quòd ſemper arca tranſiſſet ſuper capita montium, vt manifeſtum eſt. Vult etiam deducere quòd decrementum cuiuslibet cubiti durauit per quatuor dies, & dimidium, & ſextam partẽ vnius diei: & hoc diuidendo.lxx. dies (quod fuit tempus decrementi) per quindecim partes, qui eſt numerus cubitorum, quibus aqua excedebat montes, vt largius hoc videtur deduci in poſtilla. Quæ quidem deductio manifeſtè eſt inualida. Quod ſic patet: Nam cum aqua de ſui natura ſit fluida, oportet quòd orbiculariter ſe habeat circa centrum. Ex quo ſequitur, quòd multò maior quantitas aquæ continebatur in ſummo cubito primo exiccato, quod eſt remotius à centro, quàm in cubito immediatè ſequente, quod eſt propinquius centro, & per conſequens minoris capacitatis, & ſic de ſequẽtibus, in tantum quòd cubitus vltimus, qui terram immediatè circundabat, continebat minorem quantitatem aquæ reſpectu cuiuſcanque cubiti ſuperioris, vt ſatis patet cuilibet aduertenti. Præſupponitur etiam in dictis ſuis (licet non exprimat) quòd ſuper montes Armenię in quibus requieuit arca, creuerunt aquę.xv.cubitis: Et hoc eſt ignotum, ſeu incertum. Nam ſi montes Armenię non ſunt de altiſſimis montium, tunc aqua creuit ſuper eos plus quàm.xv.cubitis. Exceſſus enim cubitorũ.xv. intelligendus eſt reſpectu ſummorum montium, vt patet per litteram dicentem: Opertiq; ſunt montes excelſi ſub vniuerſo cælo.xv.cubitis. Præſupponit etiam quòd aquę qualibet die decreſcebant æqualiter, quod dicit eſſe probabile. Quod quidem præſuppoſitum non facit ad propoſitum ſuum concludendum. Nam dato quòd tanta quantitas aquæ decreſceret in vna die ſicut in alia, ex hoc tamen non ſequitur, quòd tanta quantitas cubiti ſeu altitudinis aquæ decreſcat in vna die ſicut in alia, ratione iam dicta. Nam vnus cubitus in altitudine poſitus eſt multo maioris capacitatis, quàm alius cubitus non in tanta poſitus altitudine, vt dictum eſt. Si autem quis dicat, cum prædicta quæſtio (vt dixi) ſit potius curioſa quàm vtilis, cur circa eam tantam fecerim altercationem? Dicendum, quòd hoc introduxi ad oſtendendum ineptitudinem ipſius. Ra. Sa. in expoſitione ſacræ ſcripturæ, licet eum frequenter alleget poſtillator.*

Super Geneſ.c.8.

REPLI-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

E G

IN cap.viij. vbi poſtillator attēdit varias ſanctorum opiniones de arcæ quantitate: Quibuſdam ſentientibus, quòd eius quantitas attendenda eſſet ſecundum cubitos geometricos, alijs ſecundum cubitos vſuales, ſic quòd beatus Auguſti. Origenem commendans, ſtat cum prima menſura, concludens quòd qui talem magnitudinem nimiam reputant, cogitent centum annos quibus fabricata eſt arca. Vnde & Gloſ. ordina. allegans eundem beatum Auguſtinum, dicit quòd ſi per Noe & tres filios eius in centum annis arca tantæ magnitudinis fabricari non potuit, non mirum alios artifices aſſumptos &c. vide in glo.xviij. Idcirco videbatur idem poſtillatori rationabiliter diſputandum de arcæ ingreſſu in aquam, ſciens quòd oportet naues magnas plus ingredi, quàm minores, concludens quòd non potuit ſecurè ingredi quindecim cubitis, ſed minus, quia aliàs periculum fuiſſet naufragij ad cacumina montium, quæ tantum quindecim cubitis fuerunt cooperta. Quam diſputationem Burgen. valde ægreferens poſtillatorem pro curioſitate reprehendit plus exiſtens curioſus (ne dixerim vanus) quia vana aſſumit ad reprobationem poſtillatoris. Primò nanque dicit poſtillatorem aſſumere quædam manifeſtè non vera, in hoc quòd dicit arcam latam ſuper montium cacumina nō fluctuaſſe, ſi quindecim cubitis ingreſſa fuiſſet aquas. Hoc dicit eſſe falſum ex medio quod in vico ſtraminum non valuiſſet, videlicet quòd arca poſſet in locis nō montuoſis fluitare: Nō erat (inquit) neceſſe quòd arca ſemper tranſiret ſuper capita mōtium. Ecce quantum concludit: Conceſſis enim illis, adhuc ſtat dictū poſtillatoris. Quod ſi aliquādo impetu aquarū & ventorū arca fuiſſet lata ſup cacumina montiū, vtiq; naufragium tactu arcæ ad mōtes affuiſſet in illo caſu ſcilicet, ſi quindecim cubitis aquā intraſſet. Quòd autem aliquando, & ſi non ſemper, arca ferretur ſuper cacumina, oportet Burgen. cōcedere, niſi velit fingere miraculū: & ſic nihil valet ipſius argumentum. Quod aūt ſecūdò Burg. dicit contra decremētū æqualitatem, non valet, imo ſuæ propriæ aſſertioni contradicit. Dixit. n. ſuprà de opere tertiæ diei, quòd elementū aquę ſit ecentricū &c. nunc autem dicit quòd de ſui natura fluidum, oportet quòd orbiculariter ſe habeat circa centrum. Eadē enim ratione, quia fluidum, non oportet quòd nunc ſit ecentricum: Vbi ſatis fuiſſet dicere, Quod ſicut arida in principio apparens pro hominum generatione, cooperta fuit, ita ex alia parte nunc cooperta tempore diluuij fuiſſet denudata, & redeundo diuina iuſſione ad locum ſuum diluuium ceſſaſſet, & ſic probabilia eſſent quæ dixit poſtillator, & Burgenſ. improbauit. Sententia iſta trahi poteſt à beato Augu. vbi dicit quòd nulla diſcretionis ratio aſſignari valeat, quare terra apud nos debeat diſcooperiri, & non infra nos, & ſic coniectarari poſſent antipodes. q.d. quòd quia ſola Dei voluntas poteſt aſſignari pro cauſa, quòd aqua relicta ſuæ naturæ, quia fluida, quare tempore diluuij a parte infra nos denudata defluxiſſet ad partes noſtras, & refluxiſſet iuxta arbitrium diuinæ voluntatis, & ceſſaſſet diluuium, vel dicatur ſi placet ſicut dictum eſt ſupra ca.j.correcto. iij.

Aug.15.de ciui.dei.c.27.to 5.

Aug. li. de ciui.dei.c.9 to. 5.

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. IX.

Benedicitur Noe. Confir.cō iugij.ſupra 1.c.8.c alias † im plete. Homo dominatur beſtijs.

BEnedixitq; De. Noe & fil. &c. a Creſcite & multiplicamini. Homo in terrorem cæteris animalibus præponitur, in ſolatium tranſactæ vindictæ, & ne pauci homines à pluribus beſtijs opprimantur, & ſciant ſe irrationabilibus, ſed nō rationabilibus dominari.

In moral. li.21.c.10 to.1. Homini rurſū omnia ſubijciuntur.

b Et terror veſter &c. Gregorius. Homo non rationabilibus, ſed irrationabilibus prælatus eſt natura: ideò dicitur ei, vt ab animalibus, non ab hominibus timeatur: quia cōtra naturam ſuperbire eſt, ab æquali velle timeri. Vnde antiqui patres non reges hominum, ſed paſtores pecorum fuiſſe dicuntur. Omnes ergo homines natura æquales genuit, ſed pro varijs meritis, alijs alios diſpenſatio Dei iuſta, ſed occulta præponit, vt humana formidine peccare metuāt, qui diuina iudicia non formidant. Non autem præpoſiti ex hoc timore ſuperbiant, in quo non ſuā gloriam, ſed ſubditorum quærant iuſtitiam. Non enim hominibus, ſed beſtijs dominantur: quia ex qua parte beſtiales ſunt, ea formidini ſubſtrati ſunt. Manu ergo humillimæ conſiderationis premendus eſt tumor elationis. Si enim apud ſemetipſam mens deſcenderit de vertice culminis, inueniet planiciem naturalis æquitatis, vt non præeſſe gaudeat, ſed prodeſſe.

Antiqui non reges, ſed paſtores.

F

Conceſſio ciborū omnium præter ſuffocatum.

### Cap. IX.

BEnedixitq; Deus Noë, & a filiis eius, & dixit ad eos, Creſcite, & multiplica- † mini, & † replete terram, & terror b veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta

¶ Non hominibus, ſed irrationabilibus præponitur homo.

animalia terræ, & ſuper omnes volucres cęli, cum uniuerſis quæ mouentur ſuper terram. Omnes pi- c

a ¶ Poteſtati.

ſces maris manui ueſtræ traditi ſūt, & omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum. Quaſi olera d uirentia tradidi uobis omnia, exce- e

a ¶ Quia ſedes animæ in ſanguine eſt.

pto quòd carnem cum ſanguine non comedetis. Sanguinem enim f animarum ueſtrarū requirā de ma- g

a ¶ Fortium hominum.

nu cunctarū beſtiarū, & de manu

c Carnem cum ſanguine. Iſidorus. Dantur eis cūcta animalia in eſcam, quia in vocatione gentium ad fidem nulla diſtantia eſt, quod in diſco petri figuratur. Sanguinem manducare prohibentur, ne vita priſtina quaſi ſuffocata in conſcientia teneatur, ſed effundatur per confeſſionem. Eſus carnium conceſſus videtur poſt diluuium, propter infœcunditatem terræ, & hominis fragilitatem. Ecce

Super Gen. c.9

H

## NICOLAVS DE LYRA.

### Cap. IX.

Diuiſio.

BEnedixitque Deus Noe & filijs eius. Et dixit ad eos &c. *Hic conſequenter deſcribitur ſtatus Noe poſt diluuium, & primò quantum ad Dei beneficium: Secundò quantum ad ipſius exercitium, ibi, Cœpitq; Noe vir agricola. Circa primum primò deſcribitur Dei beneficium quantum ad collationem boni: Secundò quantum ad amotionem mali, ibi, Hoc quoque dixit Deus ad Noe. Circa primum deſcribitur primo beneficium ipſius Dei erga Noe, & filios eius in ſpiritualibus, cū dicitur, Benedixitq; Deus Noe & filijs eius gratiam ſuam in eis augmentando. Secundò tanguntur Dei beneficia in temporalibus, & primo quantum ad conſeruationem ſpeciei: quæ eſt per generationem, cum dicitur, Creſcite, & multiplicamini &c. Secundò quantum ad præſidentiam domini ſuper bruta, cum ſubditur,*

Beneficium Dei erga Noe.

b Et terror veſter, ac tremor &c. *Non tamen ſic eſt intelligendum, quòd ipſi & filijs eius ſit datum tantum dominium ſuper animalia, ſicut habebat Adam in ſtatu innocentiæ: ſed quia ſunt * domeſticabilia per hominem, & naturaliter timent faciem hominis. Tertiò tangitur beneficium Dei quantum ad conſeruationem indiuidui per nutritionem, cum dicitur:*

* Domabilia.

c Omnes piſces ma.&c. *Tunc enim conceſſit eis Deus quòd poſſent veſci piſcibus, & carnibus duplici ratione. Vna quia terra per diluuium fuit peiorata, vt dictum eſt ſuprà: & ideo terranaſcētia non ſunt ita nutritiua ſicut ante. Secunda, quia natura humana facta eſt fragilior, & ideo conceſſus eſt eis victus lautior, vnde ſequitur,*

Conceſſum veſci carnibus et piſcib.

d Quaſi olera virentia &c. *Id eſt ſicut homini primo cōceſſi veſci omnibus terrenaſcentibus, ita vobis concedo veſci piſcibus & carnibus.*

e Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis. *Ab illa generalitate iſtud excipitur. Et exponitur à Iudæis vno modo ſic: Carnem cum ſanguine id eſt membrum abſciſſum de animali viuo: quia iſtud videtur crudele, & inhumanum. Alio modo, vt per hoc intelligatur prohibitum, ſtrangulatum, ſubmerſum, & per ſe mortuum, & huiuſmodi quod moritur abſq; ſanguinis effuſione. Tertio modo intelligitur, vt per hoc intelligatur prohibitus eſus ſanguinis ſeparatim à carne, acſi diceret, Carnem cum ſang. &c. id eſt licet eſus carnium ſit vobis conceſſus: non tamen eſus ſanguinis. Quarto modo ſic exponitur Leuit. quòd ſi aliquid acciperetur venatione, vel aucupio, prius deberet effundi ſanguis, quàm comederetur, Et ratio huius exceptionis ſubditur,*

Leuit.

f Sanguinem enim animarum veſtrarum. *Id eſt corporū animatorū.*

g Requiram de ma.&c. *Quod exponitur dupliciter. vno modo, quia Deus requirit vltionem de homicidio, nō ſolum ſi fiat manu hominis immediatè, ſed etiam ſi fiat mediantibus beſtijs, ſicut tyranni tradebāt martyres beſtijs deuorandos. Alio modo, vt homo nō ſolum puniatur propter homicidium, ſed etiam beſtia ſi interficiat hominem, propter facti horrorem, quamuis aīal brutum peccare non poſſit. vnde Leuit. dicitur, Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidite.* De manu

Leuit.

## MORALITER. Cap. IX.

Moraliter.

a *Benedixitque Deus Noe & filijs eius.* Per Noe autem & filios eius intelligitur bonus prælatus, & ſubditi eum imitantes, quos ſaluat à diluuio vitiorum. Ideo bene dicitur, *Benedixitque Deus Noe & filijs eius.* Et quia non ſolum ſaluat eos à vitijs, ſed etiam multiplicat in ſpiritualibus bonis. Ideo ſubditur,

† *Creſcite & multiplicamini &c.* Sequitur,

d *Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Per hoc autem quòd debilitata in diluuio humana natura, conceditur eſus carnium & piſcium: oſtenditur quòd ſubueniendum eſt neceſſitati debilium: Excipitur ſanguis per quem ſignificatur peccatum, quod non eſt alicui cōcedendum: Pſal. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ & exalt. &c. Contra verò timorem diluuij ſignum datur: cum dicitur,

Pſal.

Quaſi Ecce



A a *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. &c.* Teſtamentum poſuit Deus inter ſe, & homines, & omnem animam viuam, ne perdat eam diluuio, arcum ſcilicet qui apparet in nubibus, qui nunquam niſi de ſole reſplendet. Illi enim nō pereunt diluuio ſeparati ab eccleſia, qui in prophetis, & in omnibus ſanctis ſcripturis tāquam in Dei nubibus agnoſcunt gloriam Chriſti, non ſuam quærunt: Sed ne adoratores huius ſolis intumeſcant, ſciant ita Chriſtum ſignificari per ſolem, ſicut per leonē, per agnum, per lapidem, ſimilitudinis cauſa, non proprietatis ſubſtantia.

b *Arcum meum ponam in nubibus & erit ſignum fœderis inter me. & inter. Alch.* Arcum

1 Viri fratris ei', eſt hebraiſm' pro vniuſcuiuſq; hominis, vel intellige vt vertit caldę' interpres, vir q effuderit ſanguinē fratris ſui. 2 In homine, lxx. pro ſanguine hominis: Caldęus interpres cum teſtibus. alij vertūt per hominem, alij hebraiſmum eſſe volūt ſanguinē hoīs in homine. i. humanū ſanguinem. 3 Ingredimini, vel generatione fœcūdi eſtote. 4 Implete eam, multiplicemini.

## NICO. DE LYRA.

a De manu viri, & fratris eius requirā animam hominis. *Hoc ſimiliter dupliciter exponitur. Vno modo ſic, De manu viri, id eſt fortis, & audacis. & de manu fratris, id eſt quantumcunque propinqui, vt per hoc oſtendatur, quòd homicida non euadet diuinam vltionem, nec propter fortitudinem ſuam, nec propter propinquitatem. Alio modo, vt per hoc intelligatur pœna homicidij voluntarij, cum dicitur, De manu viri, & caſualis ſeu fortuiti, cum dr, Et de manu fratris eius, id eſt de manu illius qui diligebat occiſum, tanquam fratrem proprium, quia etiam talis homicida lege punitur. Deberet enim fugere ad vnam ciuitatem refugij, & ſic manere quaſi exul à ciuitate ſua vſque ad mortem ſummi ſacerdotis, Num.*

Num.35.d

b Quicunque effuderit humanum ſanguinem, *Scienter & à propoſito.*

c Fundetur ſanguis illius. *Et ratio ſumitur propter dignitatem naturæ humanæ, cum ſubditur,*

d Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. *Et patet.*

Beneficium Dei erga Noe.

B e Hæc quoque dixit Deus ad Noe. *Hic conſequenter deſcribitur Dei beneficium erga Noe, & poſteros eius quantum ad amotionem mali. Licèt enim iam aſſecuraſſet eos de diluuio amplius non futuro per verbum, hic amplius aſſecurat per ſenſibile ſignum, videlicet per apparitionem iridis temporib. pluuioſis, & patet littera vſq; ibi,*

f Et recordabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter &c. *Non quia obliuio cadat in Deo, vt ſupra dictum eſt, ſed dicitur recordari alicuius quando ſubuenit ei, quia ſic ſubueniendo ſe habet ad modum recordantis ipſius.*

g Hoc eſt ſignum fœderis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram. *Tunc enim dominus fecit apparere iridem, & oſtendit ipſi Noe, vt de cætero cognoſceret iſtud ſignum cum ſua poſteritate. Circa hoc autem quæritur, Quomodo iris ſit ſignum fœderis, cum procedat ex cauſa naturali? Et dicunt aliqui: quòd vſque ad diluuium non fuerat pluuia, nec iris apparuerat. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, cum pluuia fiat ex diſpoſitione aeris, & motu ſtellarum, & iſtę cauſæ multo tempore præceſſerant. Propter quod non eſt veriſimile, quin & effectus conſecutus fuiſſet multis vicibus. & ideo alij dicunt, quòd licet præceſſiſſent nubes & pluuiæ, non tamen fuerāt nubes in tali diſpoſitione, quòd ibi generaretur iris. Quia ad generationem iridis requiritur nubes denſa, & ante nubem denſam nubes rorida, quia iris generatur in nube per modum ſpeculi: vbi requiritur receptio in roratione, & terminatio in denſitate nubis, ſicut in ſpeculo requiritur perſpicuitas vitri, & denſitas plumbi terminans. Dicunt igitur quòd primò facta eſt talis diſpoſitio quando Deus oſtendit ipſi Noe iridē: Sed hoc non videtur, quia ſecundū Auguſtinum Deus*

Metheo.3

hominis. De manu ¹viri, & de manu a

¶ Omnem hominem fratrem omnis hominis uult intelligi: quia ex vno omnes.

fratris eius requiram animam hominis. † Quicunq; effuderit hu- b manum ſanguinem, ²fundetur ſan- c guis illius, ad imaginem quippe d Dei factus eſt homo. † Vos autem creſcite, & multiplicamini, & ³ ingredimini ſuper terram, & ⁴ implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad e Noë & ad filios eius cum eo, † Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt uos, & omnem animam uiuentē, quæ eſt uobiſcum tàm in uolucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ cunctiſque quæ egreſſa ſunt de arca, & uniuerſis beſtiis terræ. Statuam pactum meum uobiſcum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium diſſipans † terram. Dixitque Deus; Hoc † eſt ſignum fœderis quod do inter me, & uos, & ad omnem animam uiuentem, quæ eſt uobiſcum in generationes ſempi- b ternas. Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei uobiſcum, & cum omni anima uiuente, quæ carnem uegetat, & non erunt ultra aquę diluuii ad delendum uniuerſam carnem. Eritque

a ¶ Ceruleo colore deſignans præteritum diluuium, igneo futurum iudicium.

arcus meus in nubibus, & uidebo † illum & recordabor fœderis ſem- f

¶ Initi vel habiti.

piterni, quod pactū eſt inter Deum & omnem animam uiuētem vniuerſæ carnis, quæ eſt ſuper terram. Dixitque deus ad Noë: hoc eſt ſignū g fœderis, quod conſtitui inter me, & omnem carnem ſuper terram.

C cum dedit Deus in ſignum ſecuritatis, ne homines formidoloſi timerēt altero diluuio deleri, pluuiarum inundationes ſæpe cernentes. Hic in cœlo poſitus eſt, vt ab omnibus videri poſſit, & pro quacunque tribulatione ad eum attollamus oculos cordis, qui habitat in cœlis; quia verò arcus non eſt, niſi ex radijs ſolis & humida nube, videtur quòd ante diluuium non fuiſſent pluuiæ. Poterat autem ex rore, & fontium inundatione terra fœcundari. *Strabus.* Arcus duos habet colores, ceruleum, & igneum, qui duo iudicia exprimūt. Vnum aquę, quod præterijt; Aliud ignis, quod venturum creditur in fine ſeculi. Vnde ceruleus color extrinſecus, Igneus verò intrinſecus.

Iur gladii. † Mat.16.c Apo.13.c

† ſupra.j.c d.8.d.

a Erant

*Deus res quas condidit, ſic adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat: & ideo cum talis apparitio fiat ex cauſa naturali, non eſt veriſimile, cum multoties præfuit eius cauſa, quin & per conſequens effectus concomitabatur. Vnde idem inconueniens eſt negare, quòd pluuia ante diluuium fuerit, & quòd iris apparuerit, vt videtur. Suppoſito igitur quòd apparuerit ante diluuium, dicunt aliqui quòd nihilominus poſt diluuium eſt datum in ſignum diluuij non futuri: Nec eſt ſignum ad placitum, vt nomina ſignificant res, ſed eſt ſignum naturale, ſicut digeſtio vrinæ eſt ſignum futuræ ſanitatis, vel mortis non futuræ ex illa ęgritudine. Ad cuius intellectum præmittunt modum generationis iridis, quia non generatur tempore multum ſicco, nec multum pluuioſo, eo quòd generatur in nube rorida oppoſita ipſi ſoli, & hoc quando ſunt vapores in aere ſufficientes ad generationem talis nubis. Non tamen ſunt in tanta abundantia, quin calor ſolis poſſit eas deuincere, ſic quòd non ſequitur ex eis magna pluuia. & ideo eſt ſignum naturaliter ſignificans diluuium non futurum de propinquo, quia ſignat remotionem diluuij de propinquo futuri, ſcilicet remotionem vaporum in tanta multitudine quòd inde poſſent generari pluuiæ in tanta abundantia, quòd ſequatur diluuij inundatio: Veruntamen quia talis diſpoſitio aeris non ſemper durat, ideo vna apparitio non eſt ſignum diluuij de cætero non futuri, ſed apparitio continuata per frequentem apparitionem; & ideo dicunt quòd ante diluuium non fuit ſignum diluuij non futuri, quia talis apparitio fuit interrupta magno tempore ante diluuium. Sed hoc dictum videtur eſſe contra veritatem, & contra textum. Accipit enim cauſam diluuij partialem pro totali, ſcilicet quòd pluuiæ fuerint, & poſſint eſſe tota cauſa, quod eſt falſum. Quia diluuium generale de quo eſt quæſtio, non poteſt cauſari naturaliter vt dictum eſt ſupra capite ſeptimo. Item contra textum qui cauſam diluuij actiuam attribuit virtuti diuinę ex influentia ſpeciali, & materialem principalem aquis Oceani virtute diuina eductis ſuper terram, & multiplicatis vltra cacumina montium quindecim cubitis. Vnde ſupra ſexto cap. dixit dominus, Ecce adducam aquas diluuij ſuper terram, quantum ad cauſam efficientem. Et ſeptimo cap. quantum ad cauſam materialem dicitur, Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractę cœli apertę ſunt. Ex quo patet quòd cauſa materialis & principalis fuerunt aquę Oceani. Patet igitur quòd apparitio iridis non poteſt eſſe ſignum naturale diluuij generalis non futuri, cum non ſit ſignum remotionis cauſę niſi materialis tantum, nec adhuc materię principalis, ſed ſecundarię, ut patet ex textu. & ideo dicendum quòd eſt ſignum magis ad placitum ſcilicet ex ordinatione diuina, inquantum Deus ordinauit quòd apparitio iridis de cętero eſſet ſignum rememoratiuum pa-*

† Eſa.54.c Pactū Dei cū Noe nō rurſum diluuiū fore Iſa.54.c

alias † omnem.

D

Fœdus iris in nub. Eccl.43.b

† alias.nō habet illū.

Eti, vel

## MORALITER.

* † *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos & ad omnem animam viuentem, quæ eſt vo. &c.* Et hoc ſignū eſt cœleſtis arcus, per quem ſignificatur Chriſtus, in quo eſt forte lignum, & chorda mollis, per quæ ſignificatur virtus diuinitatis, & fragilitas humanitatis; & ſicut in arcu chorda mollis flectit lignum, ſic in paſſione humanitatis flexus fuit rigor iuſtitiæ, & ſeueritatis. Qui verò fide pura & deuotione reſpiciunt hunc arcum, ſecuri ſunt à diluuio vitiorum, Eccleſ. Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum. Sequitur:

Eccl.43.b

* c Cœpitq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

*a Erant igitur filij. Hiero.* Sæpe. Lxx. non valentes, ח heth litteram, quia duplicem aſpirationem ſonat, in græcum vertere, χ chi græcam addiderunt docentes in huiuſmodi vocabulis eſſe aſpirādum. Vnde Cham tranſtulerunt pro eo quod eſt Ham, a quo Aegyptus vſque hodie lingua Ægyptiorum dicitur Ham.

q. Hebr. in Gen. 9. t. 5 Ham.

*b Bibeñſq; vinum &c.* Chriſtus quoque inebriatus, dum paſſus, nudatus, dum crucifixus. *In tabernaculo ſuo:* Id eſt inter domeſticos ſanguinis ſui, tunc nudata eſt mortalitas carnis: Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultia; ipſis autem vocatis Iudæis, & gentibus quaſi Sem & Iapheth, Dei virtus, & Dei ſapientia: quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. *Alcuin.* Poſt diluuium Noe inebriatus eſt, quia fortè neſciebat vino poſſe inebriari. Nec enim ante diluuium leguntur homines vino vſi. Ideo de Noe ſpecialiter dicitur, quòd plantauerit vineam. Nudatio fœmoris ſequitur ebrietatem, ſicut libido ſatietatem.

Filij Noe. Noe inebriatur. Chanaam. † 35. diſt. c. an. ſi. & a. vj. dic. Noe victū ſibi parat ex agricultura & vineā plātat. Super Gene. c. 9.

*c Quod cum vidiſſet &c. Iſidorus.* Iudæi Chriſti mortem videntes ſubſannauerunt. Sem verò & Iapheth duo populi ex præputio, & circunciſione credentes auerſi operuerunt, nec viderunt. Quodam velamento paſſionem Chriſti tegimus, id eſt ſacramento honoramus, eiuſque myſterij rationem reddentes, à Iudæorum detractione operimus. Veſtimentum enim ſignificat ſacramentum, dorſa memoriam præteritorum. Paſſio enim eſt tranſacta, non expectatur futura. Cham vidit, quia in nece domini conſenſit. Foras nunciauit, quia

Inebriatus Noe deridetur à filio.

ᵃ Erant ergo filii Noë qui egreſſi ſunt ᵃ
a ¶ Nomen uel nominatus. b ¶ Callidus. c ¶ Latitudo.
de arca, Sēm, Chᵇam, & Iᶜapheth. Porrò Cham ipſe eſt pater ᵇ Chanaam. Tres iſti filii ſunt Noë & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam
¶ Chriſtus homo factus.
terram. Cœpitque † Noë uir agricola exercere terram, & plantauit ᶜ ᵈ
a ¶ Vinea domini ſabaoth Iſrael eſt. b ¶ Calice paſſionis. ¶ Paſſus.
ᵇ vinᵃeam, bibenſque vinum inᵇebria ᵉ
a ¶ Crucifixus ubi infirmitas mortalitatis apparuit. b ¶ Alij in domo id eſt in gente ſua ſcilicet Iudaica.
tus eſt. & † nᵃudatus in tabernᵇaculo ᶠ
a ¶ Quia neci Chriſti conſenſit. ¶ Iſraël ſecundum carnem. ¶ Medius frater i. popul' Iudæorū, qui nec primatū Apoſtolorum tenuit, nec ultimis in gentibus credidit.
ᶜ ſuo. † Quod cū vidiſſet Chᵃam pater †
a ¶ Mortalitatem patris nudatam.
Chanaam, uᵃerenda ſcilicet patris ᵍ
a ¶ Per literam legis & prophetia.
ſui eſſe nudata, nunciᵃauit duobus ʰ
a ¶ Duo filij maximus & minimus, duo populi ſunt.
ᵈ fratribus ſuis ᵃ foras. At verò † Sēm, †
a ¶ Sacramentum tranſactæ paſſionis.
& Iapheth, pᵃalliū impoſuerūt humeris ſuis, & incedentes retrorſum,
a ¶ Velamento honorantes unde ſint nati ſcientes.
operᵃuerūt ueréda pr̄is ſui: Facieſq;
a ¶ Quia in necem Chriſti non conſenſerunt.
eorum auerſæ erant, & pᵃatris virilia non viderunt. Euigilans autem
a ¶ Prophetico ſpiritu.
Noë ex vino, cum didiciſſᵃet quæ
a ¶ Plebs Iudaica, quæ dum Chriſtum crucifixit pœnam in filios tranſmiſit dicens: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Matthæi 27. b.
ᵉ fecerat ei filius ſuᵃ minor, ait: † Māledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitque ⁱ

quia per eum eſt manifeſtum, quod erat in prophetia ſecretum. Ideo fit ſeruus ſeruorum fratrum ſuorum, quia gens illa Chriſtianorum ſcriniaria, baiulat legem & prophetas in teſtimonium eccleſiæ, vt honoremus per ſacramentum, quod illa littera nunciat. *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan verenda, ſcilicet pa. &c.* Hæretici in maledicta medietate reputātur, quia nec in pariete qui ex circunciſione credidit, agnoſcuntur. De quo Apoſtol. Nec in illo qui ex præputio, ex quo gentes in vnitatē fidei tanquam in pacem anguli concurrentes.

Eph. 2. c

*d At vero Sem, & Iapheth, pallium impoſuerunt humeris ſuis, &c. Gregor.* Auerſari dicimur quod reprobamus. Quid eſt ergo quòd filij verenda patris ſuperiectis dorſo pallijs auerſi veniendo operuerunt? Niſi quia bonis ſubditis ſic præpoſitorum ſuorum mala diſplicent, vt ab alijs nota occultent, operimentum auerſi deferunt, quia diiudicantes factum, & venerantes magiſtrū, nolunt videre quod tegunt.

In mor. li. 25. c. 4. t. 1. alias † nudatus eſt. † 2. q. 7. c. pleriq. 9. q. 5. cap. de crimine.

*e Maledictus Chanaan puer, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Gregorius.* Non prætermittit Deus multa peccata, ſed ita iudiciū in noſtra correctione incipit, vt in reproborū damnatione quieſcat. Incipit enim iudicium à domo Dei. Quis ergo finis eorum qui non crediderunt? Qui temporalia flagella nō ſentiunt? Quia in æternum peribunt, quorū nequitia Chā peccante figurata eſt. cui dicitur: Maledictus Chanaan puer &c. Patre peccante, filius ſententiam accepit, quia reproborum nequitia hic diu proficit, ſed perit in poſterum.

In mor. li. 26. to. 1. Moraliter. † 1. Pet. 4. Eccleſ. q. 3. † 56. diſt. in ſcriptis. Forte placet. Maledictus Chanaan.

a Benedictus

## NIC. DE LYRA.

F ¶ *Eti, vel fœderis ipſius Dei facti ad Noe, quòd diluuium de cetero nō induceretur, generaliter terram diſperdens ſicut dicitur in textu, Eritq; arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis &c. Ex quo patet, quòd ante diluuium non fuit in ſignum huius, licet apparuerit: quia tale pactum, vel fœdus non erat adhuc inſtitutum: ſed pacto facto Deus inſtituit apparitionem iridis, ſiue ipſam iridem de nouo in ſignum huius pacti vel fœderis, licet iris ſit res naturalis, & ante diluuium fuerit. Sicut aliquando contingit in humanis quòd lapis magnus qui diū ſtetit in aliquo loco immobilis, de nouo ſtatuitur in ſignum alicuius diſtinctionis, vtpotè hereditatum, vel regnorum.*

a Erāt ergo filij Noe qui egreſſi ſunt de arca Sem, Cham, & Iaph. *Iſtud ponitur per quandam recapitulationem, & vt exprimatur quod ſequitur:*

b Porrò Cham ipſe eſt pater Chanaan. Tres iſti filij ſunt Noe. &c. *Iſtud ſpecialiter exprimitur, eo quod dominus daturus erat filijs Iſrael terram Chananæorum.*

c Cœpitque Noe vir agricola exercere terram. *Hic deſcribitur ſtatus Noe poſt diluuium, quantum ad exercitium: erat enim terra per diluuium peiorata, vt ſupra dictum eſt, & ideo indigebat diligentiori cultura.*

d Et plantauit vineam. *Licet enim eſſet producta à terra, erat tamen quaſi ſilueſtris dimiſſa: & ipſe diligentius coluit.*

e Bibenſque vinum inebriatus eſt. *Ignorabat enim fortitudinem vini, quę prius erat inexperta.*

H f Et nudatus in tabernaculo ſuo. *Id eſt diſcoopertus in partibus inferioribus:* Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan. *Hic nominatur Chanaan, quia ſecundum aliquos ipſe primo vidit, & patri ſuo Chan indicauit. Secundum alios quoniam hic agitur de malitia ipſius Cham, qui irreuerenter ſe habuit ad patrem, ideo fit mentio hic de filio eius Chanaan, qui ſecutus eſt malos mores patris, & tantum creuit malitia in poſteris quòd poſtea interfecti ſunt de mandato domini, & terra eorum data eſt filijs Iſrael.*

Quare Chanaan pro tribus alijs.

g Verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata. *Ex hoc patet, quòd homines adhuc non vtebantur fœmoralibus: Sed poſtea inuenta ſunt. Primò à quadam muliere quæ vocata fuit Semiramis: vt habetur in hiſtoria ſcholaſtica.*

Fœmoralia quis inuenit.

h Nunciauit duobus fratribus ſuis foras. *Vt incitaret eos ad deriſionem patris, ſed ipſi econtrario voluerunt eum honorare eius turpitudinem tegendo: ideo ſequitur,* At vero Sem & Iapheth pallium &c. *Et patet littera vſque ibi,*

i Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. *Maledixit patri in filio, quia filius iſtud flagitium inceperat, vt dictum eſt ſecundum aliquos. Vel aliter, vt per hoc oſtendatur, quod ipſe Cham non ſolum eſſet maledictus in perſona ſua, ſed quòd etiam iſta maledictio ad ſuos poſteros deriuaretur: & quia ſicut irreuerentia paterna meretur maledictionem, ita reuerentia benedictionem. Ideo ſubditur:*

¶ Benedictus

## MORALITER.

* *c Cœpitq; Noe vir agricola exercere. &c.* Contingit autem diabolo procurante, & Deo permittente, quod bonus Prælatus qui per Noe ſignificatur, prius intentus ſpiritualibus, ad terrenorum concupiſcentiam conuertitur, ideo dicitur,

† *Qui cœpit exercere terram, & plantauit vineam &c.* Bona quærens immobilia ad ſuperabundantiam, cuius vino inebriatur, id eſt extra menſuram rationis ponitur ad pompam abutendo, Gulam, Luxuriam, & nudantur eius verenda per infamiam, quod aliquando contingit in eadem perſona, ſicut. Reg. dicitur de Salomone: Cū eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius per mulieres, qui tamen valde bonus erat in iuuentute, propter quod Nathan propheta vocauit eum ידידיה iedideiah, id eſt amabilem domino. & frequentius contingit in diuerſis perſonis ſibi ſuccedentibus. nam in eccleſijs & cœnobijs, vbi prelati fuerunt valde boni, paucisque contenti, vigent pompæ in equitaturis, vaſis, & ferculis, ut de alijs taceamus, propter quod præbent ſcandalum populis.

3. Re. 11. a

† *Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus &c.* Per iſtum qui patris turpitudinem alijs nunciauit, ſignificantur ſubditi cauilloſi, & malitioſi qui contra eos appellant, non ad eorum correctionem, ſed infamiæ diffuſionem, & ſui malignam promotionem. Vnde & Cham calliditas interpretatur.

† *At vero Sem, & Iapheth, pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum operuerunt &c.* Per iſtos qui verenda patris operuerunt ſignificantur boni ſubiecti, qui ſuperiorem delinquentem cum debita reuerentia monent charitatiue, antequam eccleſiæ denuntient, id eſt ſuperiori prælato, qui poteſt remedium adhibero.

* Moraliter



A *a Benedictus dominus Deus Sem.* Cum ſit Deus omnium gentium quaſi proprio vocabulo, etiam in ipſis gentibus dicitur Deus Iſrael quod eſt ex benedictione Iapheth, quia in populo gentium orbem terræ occupauit eccleſia, quod prænunciabatur cum diceretur, Dilatet Deus Iapheth.

*b Chanaam. Strabus.* A quo Chananei, qui hac maledictione prophetantur expellendi de loco habitationis.

*c Dilatet Deus Ia. &c. Hieron.* De Sem Hebræi, de Iapheth gētiles. Quia igitur lata eſt multitudo credentium, à latitudine quæ Iapheth dicitur latitudo nominatur. Quod autem ait: & habitet in tabernaculis Sem, de nobis prophetatur qui in eruditione, & ſcientia ſcripturarum eiecto Iſrael verſamur. *Iſi. Dilatet Deus &c.* Sem maior natu, ipſe eſt Iudaicus populus, ex quo patriarchæ & prophetæ & apoſtoli. Iapheth pater gentium eſt, qui latitudo interpretatur. Dilatatus eſt enim gentilis populus, qui cum prophetis, & apoſtolis hæreditatem accepit. Et in tabernaculis Sem tranſit habitatio Iapheth, hoc eſt in domo legis, & prophetarum eccleſiam iuſtificari. Minor eſt quidem temporis ætate: ſed maior eſt in lege gratię. C

q. Hebrai. in Gen. c. 9 10. 3 Iudæi de Sem gentes de Iapheth. Super Geneſ. c. 9.

a ¶ Ex quo Iudæi.
ᵃ Benedictus dominus Deus Sᵃēm, ᵃ
ᵇ ſit Chanaan ſeruus eius. Dilatet ᵇ
a ¶ Ex quo gentes. b ¶ Conuenientibus in eccleſia Iudeis & gentibus
c ¶ Eccleſiis quas conſtruxerūt apoſtoli prophetarum filij.
ᶜ Deus Iaphᵃeth, & hᵇabitet in tᶜāber- ᶜ
a ¶ Scrinianus diuinorum librorum.
naculis Sem, ſitque Chanaā sᵃeruus eius. Vixit autem Noë poſt diluuium trecentis quinquaginta annis; & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt.

Cham verò, qui interpretatur callidus, tanquam medius eſt ab vtroque diſcretus, nec in primitijs Iſraelitarū, nec in plenitudine gētium: ſignificat non ſolum Iudęos, ſed etiam hæreticos callidos: non ſpiritu ſapiētię, ſed impatiētię, quo ſolent primò feruere, & ſanctos perturbare. Significat etiam omnes falſos chriſtianos, qui paſſionem Chriſti annunciant profitendo, ſed inhonorant malè viuendo: A fructibus eorum cognoſcetis eos. Matth. Non in ſe, ſed in filio ſuo maledictus eſt tāquā in fructu, id eſt in opere: Chanaan nanque interpretatur motus eorum .i. opus eorum.

Benedicuntur Sem, & Iapheth. Aetas Noe. eius, alias, eis. Matth. 7. b

GLOS.

## NICO. DE LYRA.

Sem quare benedicitur.

¶ a Benedictus dominus Deus Sem, ſit Chanaā ſeruus eius. *Vidit enim in ſpiritu quòd cultus vnius Dei remanſurus erat in filijs Sem, alijs ad idololatriam declinantibus, quòd non poteſt fieri ſine gratia Dei ſpeciali: ideo in benedictione ipſius Sem benedixit dn̄o. Per hoc etiam quòd prępoſuit in hac benedictione ipſum Sem ipſi Iaphet, oſtendit quòd Sem fuit principalis in reuerentiam patris, & induxit ipſum Iaphet ad hoc.*

b Dilatet Deus Iaphet. *Per hoc oſtendens quod eſſet dilatandus in multitudine prolis.*

c Et habitet in tabernaculis Sem. *Iſtud exponitur dupliciter, vno modo vt referatur ad ipſum Deum, vt ſit ſenſus: quamuis Iapheth ſit dilatandus in multitudine gentium ab eo deſcendentium, tamen non habitabit Deus in eo per verum, & ſpecialem cultum, ſed in ipſo Sem: quia à filijs ab eo deſcendentibus factum eſt tabernaculum fœderis tempore Moyſi, & templum tempore Salomonis in quibus dicitur Deus habitaſſe. Alio modo vt referatur ad ipſum Iapheth, vt ſit ſenſus, quòd aliqui deſcendentes de Iapheth habitent in tabernaculis Sem, id eſt in tabernaculo, & templo: quia in feſtiuitatibus ſolennibus aliqui gentiles qui deſcenderant de Iapheth, aſcenſuri erant cauſa orationis in tabernaculum, & templum; Vel quia in aduentu Chriſti & prędicatione euangelij cęcitas contigit in Iſrael qui deſcendit de Sem; & plenitudo gentium, quæ deſcendit de Iapheth intrauit eccleſiam per fidei ſuſceptionem, vt dicit apoſtolus. Et ſic habitauit in tabernaculis Sem. Cętera patent.*

Io. 12. c Rom. 11. c

¶ Hæ

In cap. ix. vbi dicitur in poſtilla, Et ratio huius exceptionis ſubditur &c.

### ADDITIO I.

B ¶ *Ex hoc quòd Deus prohibuit homicidium non habetur ratio ad hoc, quòd non comedatur caro animalis cum ſanguine, qualitercunque exponatur: Homo enim non conceditur in eſum hominis, nec alicuius animalis, ſicut animalia ſunt conceſſa ad eſum hominis: Vnde in hoc loco, vbi noſtra littera dicit, Sanguinem enim animarū veſtrarum requiram, littera hebraica habet, Veruntamen ſanguinem animarum veſtrarum requiram, & exponitur ſic, licet enim vobis conceſſerim occiſionem animalium, non tamen hominum. Et exponantur cætera ſicut in poſtilla.*

In eodem cap. ix. vbi dicitur in poſtilla, Suppoſito igitur, quod apparuerit ante diluuium &c.

### ADDITIO II.

¶ *Quod autem iris apparuerit ante diluuium, ſatis patet ex veritate litteræ, nam vbi tranſlatio noſtra habet, Arcum meum ponam in nubibus &c. littera hebraica habet, Arcum meum poſui in nubibus &c. ex quo videtur quòd ante diluuium fuerat poſitum, licet tunc non in ſignum: Expoſitio autem quam hic refutat poſtillator videtur ſatis ſuſtinenda. Pro quo ſciendum quòd inter ſigna quę ſunt ad placitum (ſicut nomina & res per ea ſignificatas) ſæpe aliqua inuenitur congruentia: Vnde ex hoc quòd Adā impoſuit nomina cunctis animalibus, arguunt doctores, quod Adam ſciuit omnium animalium naturas, quod non ſequeretur ex hoc, niſi nomina naturis rerum congruerent. Et ideo in propoſito licet apparitio iridis, ad placitum (ſcilicet ex ordinatione diuina) ſit ſignum, quod de cetero non inducatur generale diluuium, vt littera ſonat, non tollitur ex hoc, quin inter ſignum, & rem ſignatam ſit aliqua congruentia naturalis. Quæ quidem congruentia eſt, Nam ad generationem iridis requiritur quod in aere non ſit multa ſiccitas, nec multa humiditas, ſed quod iſtæ duæ qualitates ſint certo modo proportionatæ, vt tactum eſt in ſupradictis opinionibus. Et inde eſt, quòd Ptolomæus in quadripartito dicit, quòd cum iris apparet ſtatim poſt tempus pluuioſum, eſt ſignum ſerenitatis futuræ: Nec ex illa expoſitione quam reprobat poſtillator, ſequitur quod cauſa actiua diluuij non fuiſſet virtus diuina, nec etiā quòd cauſa materialis ipſius (licet partialis) eſſent aquæ Oceani: Sed dicit quod apparitio iridis eſt ſignum, quòd humiditas non eſt in tanta abundantia, quòd ſequatur magna pluuia, & ideo eſt ſignum naturale conueniens ad ſignificandum diluuium non futurum de propinquo: non tamen per hoc intelligitur, quòd ſit ſignum omnino neceſſarium: ſicut nec digeſtio vrinæ, (de qua poſtillator exemplificat) eſt ſignum omnino neceſſarium futuræ ſanitatis: vnde prædicta expoſitio non videtur repugnare textui, nec rationi, nec etiam eſt omninò incompoſſibilis cum expoſitione poſtillatoris, quæ eſt Ra. Moy. Gerundeñ. Stant enim ſimul, quòd iris ſit quædam res naturalis, & quòd fuit ante diluuium, & quòd poſtea ex beneplacito diuino fuit datum in ſignum; & quòd hoc ſignum ſit congruens rei per ipſum ſignatæ vt dictum eſt.* D

Geneſ. 2. c

In eo. ix. ca. vbi dicitur in poſtil. Et habitet in tabernaculis Sem.

### ADDITIO III.

¶ *Non videtur prętermittenda in hac prima expoſitione (ſecundum quam intelligitur, quòd Deus inhabitet in tabernaculis Sem) illa ſumma & ineffabilis habitatio diuina, qua verbum Dei habitauit in nobis. Io. Quæ quidem habitatio fuit primò, & propriè in tabernaculo virginis glorioſę deſcendentis de Sem, in cuius officio legit eccleſia illud Eccleſ. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: Vnde in his benedictionibus, ſtatus vtriuſque legis diuinæ prophetizatur. In prima enim benedictione dixit, Benedictus dominus Deus Sem, quod intelligitur de cultu vnius Dei remanſuro in filijs Sem, vt in poſtilla dicitur, quod pertinet ad ſtatum veteris legis. In ſecunda verò benedictione, vbi dicit, Et habitet ſcilicet Deus in tabernaculis Sem, intelligitur ſtatus nouæ legis. In quo Deus habitauit in tabernaculis Sem per carnis aſſumptionem modo prędicto: & in quibus etiā habitat ſacramentaliter in ſacrificio altaris: & etiam per amplioris gratiæ infuſionem: Exponendo autem ly (& habitet in tabernaculis Sem) ſecundo modo, ſcilicet quòd referatur ad Iapheth, non debet intelligi ſic, quod Iapheth habitante in tabernaculis Sem, eſſet Sem excluſus ab illa habitatione, ſed quod Iapheth ſimul habitaſſet cum Sem in tabernaculis ſuis: quadam tamen primatia remanente ipſi Sem, iuxta illud Ro. Iudęo primùm & Gręco: vnde & tabernacula Dei de quibus hic agitur, ipſi Sem principaliter intitulantur.*

Habitare in tabernaculis Sē quid ſignet. Io. 1. a Eccl. 24. a Rom. 1. b

## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN. IVDAIZ.

IN ca. ix. vbi poſtillator multipliciter exponit illum paſſum, Carnem cum ſanguine non comedetis. Burg. nititur diuinorum præceptorum curioſius inquirere rationem, quæ tamen ſępe ad diuinam reſoluuntur voluntatem, cuius ratio quærenda non eſt, & videtur hic aſſumere perſonam ſerpentis qui dixit, Cur præcepit vobis Deus &c. ſupra iij. a. Sed vt verum fatear, & ſi illius præcepti poſſent, & phyſicæ, & morales rationes aſſignari, certum tamen eſt, quod prohibitio homicidij non aſſignatur pro eius ratione, vt putat Burgeñ. cum dicitur, Sanguinem animarum veſtrarum requiram &c. ſed per hoc dictum reſpondetur tacitæ quæſtioni. Quod enim generaliter dictum eſt, Omne quod mouetur & viuit ſit vobis in cibum, quæri poſſet, cum homo moueatur & viuat, an etiā homo homini cibus fieri debeat: aut poſſit? Reſpondetur huic tacitæ quæſtioni, quòd quia ex littera ſanguis humanus impunè non debet effundi igitur excipitur homo ab illa cōceſſione generali, qua dicitur, Oē ꝙ mouetur, & viuit ſit vobis in cibū: Et format rō ſic, Carnē cū ſanguine nō comedetis, igitur caro humana non erit vobis in cibum ſeu cibus: Tenet conſequētia per mediū i littera poſitū, quia hoīs ſanguis nō debet effundi, & ſequit ꝙ cū nō poſſit ſine ſanguine māducari, iōq; addit pœna effundētis ſanguinē humanum, cum dicit, Sanguinē aīarū veſtrarum requirā.

In eodem cap. cum poſtillator reprobaſſet opinionem de iride, dicentem quòd eſt ſignum naturale, non ad placitum inſtitutū diluuij non futuri, Burgeñ. vt habeat occaſionē contra poſtillatorem, dicit quòd



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E dicit, quod habeat quandam congruentiam naturalem, vt dicitur in poſtilla, ideo eſt ſignum naturale. Sed conceſſo antecedente, conſequentia non valet. Manifeſtum enim eſt, quod illam congruentiam naturalem habuit ante diluuium, ſicut poſt, quia eodem modo generabatur ſicut poſt. Ex huiuſmodi igitur congruentia naturali non poteſt argui, quod ſit ſignum naturale in comparatione diluuij. Imo ſic arguendo ſequitur q̄ homo non eſſet ſignum ad placitum inſtitutum, ſed potius naturale, quia habet congruentiam talem naturalem ad ſignificatum. Dicitur enim homo quia ab humo. Si enim Burgenſis fideliter referret opinionem poſtillatoris, non diceret quod opinio reprobata ſtaret cum poſtilla. Non enim ſtant ſimul quòd (quamuis ſit ibi aliqua cōgruentia) iris ſit ſignum naturale & non; & ſit homo ad placitum, & quod ſit ſignum ad placitum rememoratiuum pacti diuini: Illa etiam opponuntur ut patet. Item in eodem capitulo vbi poſtillator exponit illum paſſum, quomodo Iaphet habitaret in tabernaculis Sem, quando cæcitate Iſrael ſe indignum faciente intrauit plenitudo gentium &c. Burgē. pro ſinagente dimicans iudaizando dicit quod hoc intelligendum eſt, q̄ Sem per hoc nō ſit excluſus de tabernaculis; ſed quod Iaphet ibi habitāte remāſit ipſi Sem quędā primitas, iuxta illud Ro. Iudęo primū & Gręco. Sed hoc allegatum modicum facit pro primatu iudæorū, niſi p̄ primatu temporis; quia virtus Dei, & ſi ſit in ſalutem omni credenti, primū tamē ipſe illuxit Iudæo, & Græco: ſecundum autem primatum dignitatis de quo Burgen. loquitur, videtur dici, Non eſt diſtinctio Iudęi & Gręci, nam idem dominus omnium in ſalutem apud quem idem liber, & ſeruus: Quomodo enim Iudæis aſſignabit primatum in eccleſia, quæ tabernaculum Sem dicitur etiam à Burgen. quibus Paulus, & Barnabas dixerunt, Vobis quidem oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis ęternæ vitæ: ecce conuertimur ad gētes, ſic enim pręcepit nobis dominus. Quomodo inquam primatiam aſſignat eis in eccleſia qui nomine reliquiarum, quę ſaluę fiunt intelliguntur: vt in Eſa. & ita per apoſtolum auctoritas illa exponitur: niſi forte Burgenſ. per Iudæos velit intelligere Chriſtum & Apoſtolos, quos primatum habere in eccleſia Dei fateor cum eo. Non tamen vt Iudæos, ſed vt Chriſtum & chriſtianos. Locus enim hic intelligitur de repulſa Iudæorum, & gentium electione.

G Rom. 1. b Rom. 10. c Act. 13. g Eſa. 10. f Rom. 9.

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. X.

a HÆ ſunt generationes. Benedictis duobus filijs Noe, & medio maledicto, generationes eorum texuntur, ex quib. lxxij. generationes ſunt ortæ. Quindecim de Iaphet xxx. de Cham, vigintiſeptem de Sem: Ad quas miſit dñs lxx. duos diſcipulos.

Sortitio terræ. b Sem. Alch. Sem (vt æſtimāt) Aſiam; Cham Aphricam; Iaphet Europam ſortitus eſt.

Filij Iaphet. † 1. Par. 1. a c Iaphet. Minoris filij, de quo nati ſūt ſeptem filij, qui tenuerūt ſeptentrionalē regionem à Thauro, & Amano montibus Cilicie, & Syriæ, vſque ad fluuium Tanaim. In Europa verò vſque ad Gadira. Nomina vero locis, & gentibus relinquentes ex quibus plurima mutata, cætera permanent.

d Gomer. Hi ſunt Galathæ ſecūdum Ioſephū q̄ latinæ Gallogræci dicunt.

e Thubal. Iberes qui, & Hiſpani, à quibus Celtiberia, licèt quidam Italicos ſuſpicentur.

F

f Chanaam. Hic obtinuit terram, quam Iudæi poſtea poſſederunt: eiectis Chananęis.

g Saba. Alia quàm ſuperior, & differunt in ſcriptura. Illa enim per Samech, hęc per Schin ſcribitur: vbi enim dicimus reges Ara. & Sa. do. ad. in Hebræo habetur שְׁבָא & סְבָא Scheba & Seba.

† 1. Par. 1. q. Hebr. Ge. 1. Hiſtoria. h Regma & Saba. &c. Hieron. Paulatim antiqua nomina perdiderunt, & quę nunc pro veteribus habeant, ignoratur.

Eſa. 14. Allegoria. i Nemrod. Qui vltra naturam cœlum penetrare voluit, ſignificat diabolum, qui ait. Aſcendam ſuper aſtra cœli. Nemrod ſecundum Ioſephum noua regni cupiditate tyrannidem arripuit, & fuit auctor ædificandæ turris, quæ tangeret cœlum. Ipſe cępit eſſe potens, vel Gigas ſecundum alios. Sed antea gigantes natos ſcriptura commemorat. Sed fortè poſt diluuium nouitas generis humani reparandi memoratur, quia ipſe cœpit eſſe Gigas ſuper terram.

H ☞ a Robuſtus

### Cap. X.

HÆ ſunt generationes filiorum Noë: Sē Cham, & Iaphet. Natiq; ſunt eis filii poſt diluuiū. † Fi-

a ¶ Galathæ. b ¶ Scythæ qui & Maſſagetæ putantur.

lii Iaphet, Gomer, & Magog, &

a ¶ Medi b ¶ Iones qui & græci à quibus Ionium mare & quinta lingua eorū Ionica dicitur. ¶ alias Madal. c ¶ Iberes vel Hiſpani.

Madai, & Iauam, & Thubal &

a ¶ Cappadoces quorum metropolis hodie Mathaca dicitur. b ¶ A quo Thraces.

Moſoch, & Thiras. Porrò filii

a ¶ Quos Græci regmos vocant. b ¶ Paphlagones.

Gomer Aſcenez & Riphat, &

a ¶ Id eſt Phryges. b ¶ A quo Eliſei, id eſt, Græci qui & Aeolides.

Thogorma. Filii autem Iauā: Eliſa

a ¶ Cilices, quorū ciuitas Tharſus Paulo apoſtolo nobilis. b ¶ A quo Cethij quorum hodie ciuitas Cithium dicitur. c ¶ Hi ſunt Rhodii.

& Tharſis, Cethi & Dodanim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in

a ¶ Hic per prolepſim, id eſt, præoccupationem, necdum enim linguæ diuiſæ.

regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundū linguā ſuā, & familias ſuas in na-

a ¶ Hæc eſt Aethiopia.

tionibus ſuis. Filii aūt Cham, Chus

a ¶ Aegyptus. b ¶ Libya: vnde fluuius Mauritaniæ Phuth, & omnis regio Phuthenſis dicitur. c ¶ A quo Chananęi.

& Meſraim, & Phuth, & Chanaā.

a ¶ A quo Sabæi. b ¶ Pars Ethiopiæ occidentalis. Getuli in parte remotioris Aphricæ deſerto adhærentes. c ¶ A quo Sabatheni: qui nunc Aſtabari ſecundum Hiero.

Filii aūt Chus: Saba Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Fi-

a ¶ Arabia. b ¶ Aethiopiæ vltima regio.

lii Regma: Saba & Dadam. Porrò

a ¶ Qui princeps ſuperbæ turris. b ¶ Poſt diluuium. c ¶ Vel Gigas.

Chus genuit Nērod. † Ipſe cœpit eē pō-

## NICO. DE LYRA. C. X.

Diuiſio. ¶ a HÆ ſunt generationes filiorum Noe. Poſtquam deſcripta eſt ipſius Noe generatio, hic deſcribitur ſuæ generationis multiplicatio, & primò deſcribitur multiplicatio ſuæ generationis: ſecūdò electio vnius partis. xi. c. Adhuc primo deſcribitur multiplicatio generationis Iaphet, ſecūdo ipſius Chā, ibi, Filij aūt Chā. tertio ipſius Sē, ibi, De Sem quoque nati ſunt. Circa primū ponitur multiplicatio filiorū Noe in generali, & patet, vt deſcendat ad filios Iaphet in ſpāali.

Poſſeſſio Iaphet. b Filij Iaphet &c. Et primo agit de multiplicatione filiorum Iaphet, vt continuet dicta dicendis, quia in fine precedentis. c. loquendo de filijs Noe ſermonem terminauerat in ipſo Iaphet. Conſiderādum quòd ſicut dicit beatus Hier. Filij Iaphet poſſederunt in Aſia terram ab Amano, & Thauro montibus vſque ad Tanai fluuium. In Europa verò vſque Gadiram nomina locis & gentibus relinquentes, ex quibus poſtea mutata ſunt plurima, cætera permanent in ſe, vel in aliquo ſimili vel propinquo.

In lib. de Heb. q. 1. 3. † 6. di. non eſt §. ius vero.

c Gomer, A quo nominati ſunt Galathæ, & poſtea Gallici, vt dicunt aliqui.

d Et Magog. A quo deſcenderunt Scythe ſecundum Hieronymum.

e Et Madai A quo dicti ſunt Medi.

Græcia. Ionia. f Iauan. A quo Græci: vnde in Hebræo: Græcia ad huc nominatur יָוָן Ianan, & Greci יְוָנִים Ieuanim Iones. Inde quarta lingua eorum dicta eſt Ionica, inde etiam & mare Ionicum.

g Et Thubal A quo deſcenderunt Hiſpani.

h Et Moſoc. A quo Cappadoces deſcēderunt, vnde & apud eos adhuc Mathaca ciuitas nominatur.

i Et Thiras. A quo nominati ſunt Thraces. Porrò filij Gomer Aſſenath, vel Aſſenem & Thogorma. Sequitur:

K Filij autem Iauan Eliſa. A quo dicti ſunt Elizei primo, & poſt Aeolides: vnde & lingua quinta Græcorum Aeolis gracè nominatur.

l Et Tharſis. A quo deſcenderunt Cilices. vnde & ciuitas metropolis eorum vocata eſt Tharſis, vnde natus fuit Paulus apoſtolus.

m Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis & cætera. Hoc dicitur hic per anticipationem, quia factum fuit poſtea tempore diuiſionis linguarum de quo habetur capitu. ſequenti.

n Filij autem Cham. Hic conſequenter agitur de multiplicatione generationis ipſius Cham, cum dicitur: Filij autem Cham, Chus a quo dicti ſunt Aethiopes: vnde & in hebręo Aethiopia כּוּשׁ Chus nominatur.

Aethiopes. Aegyp. o Et Meſraim, A quo Aegyptij: vnde & in hebræo Aegyptus מִצְרַיִם Mizraijm dicitur.

Libya. p Phuth. A quo Libyes, qui tamen primo vocati ſunt Phuthei, vnde ibidem ſcilicet in Mauritania eſt fluuius, qui vſque nunc Phuth dicitur.

q Et Chanaan A quo dicti ſunt Chananęi, quorum terra poſtea filijs Iſrael data eſt.

r Filij autem Chus Saba. A quo dicti ſunt Sabæi. hi & Arabes ſunt.

ſ Heuila. A quo dicti ſunt Getuli.

t Et Sabatha. A quo Sabatheni. Sequitur

u Porro Chus. Iſte fuit qui induxit poſteritatem Noe ad faciendum ciuitatem & turrim cōtra dñm, de qua dicitur ſequēti ca. Ideo dicitur.

x Ipſe cœ. eſ. po. &c. Quia per potentiam alios ſibi ſubmittebat: & nolentes ad opus prædictum compellebat ideo ſequitur,

¶ Et erat

✻ Hic non occurrit mihi moralitas, niſi de Nemrod, qui ſignificat regem, vel principem ſeu dominum quemcunque malum de cuius poteſtate dicitur

x Ipſe cœpit eſſe pot. &c. Et de ipſius malitia ſubditur,

✻ a Quaſi



☞ a Robuſtus venator. Alchu. Id eſt hominum oppreſſor & extinctor, quos allexit, vt turrem contra Deum conſtruerent.

A

Babylon. b Babylon. Eſt confuſio, quia ibi facta eſt linguarum diuiſio.

Aſſyria. c Aſſur. Imperium aſſyriorum, quod primum fuit ſub Nino qui ædificauit Niniuem, quæ propter pœnitentiam pulchra appellatur.

d At vero Meſraim &c. Hiero. Exceptis Laabin à quibus Libyes poſtea nominati ſunt, qui prius Phuthei vocabātur: & ✻ Cheluim, qui poſtea Philiſtiim dicti ſunt, quos nos corruptè Palęſtinos dicimus: cæteræ ſex gētes nobis ignotæ ſunt, quia bello Ethiopico ſubuerſæ: Poſſederunt autem terram à Gaza vſque ad extremos fines Ægypti.

✻ Chaſlui. Philiſtiim.

e Ludim & Anamim, Laabin, Nephtuim &c. Hæc omnia ignorantur, vel quia deletæ ſunt gentes bello Ethiopico, vel quia ignoratur quæ nomina nunc habeant.

C

f De Sem. De hoc nouiſſimè loquitur, quia eius generationem & generationis lineam proſequitur.

g Heber. Qui tamen quintus à filio Noe Sem. Vtrùm, quia Hebræi dicuntur ex illo appellati, vel quia per illū generatio ad Abraham trāſit. Quid ergo probabilius ſit Hebræos dici tanquàm Hebereos, vel tanquàm Abraeos merito quæritur.

h Aſſur. Qui ædificauit Niniuem.

Prouerbium. Aradium. Heber. i Natiq; ſunt Heber filij &c. Heber tranſitor, à quo Hebræi, id eſt tranſitores. Veri Hebræi ſunt qui de preſentibus ad futura, de caducis ad māſura tranſeunt. He gentes à fluuio Cono poſſederunt omnem regionem quæ vocatur Geria.

☞ a Erat

Babylon Achad

tens in terra, & erat robuſtus ve-

a Animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare. b ¶ Id eſt, non ignorante, vel contra dominum.

nator coram domino. Ab hoc exiuit prouerbium, quaſi Nemrod robuſtus venator coram domino. Fuit autem principium re-

a ¶ Confuſio. b ¶ Ediſſa Meſopotamiæ ciuitas.

gni eius Babylon, & Arach, &

a ¶ Seleucia a Seleuco rege Aſiæ nunc dicta. b ¶ Miſibi.

Achad & Chalanne in terra Sen-

a ¶ Babylonia vbi putei bituminis. b ¶ Sennaar.

naar. De terra illa egreſſus eſt

a ¶ Secundum Hebræos, quamuis Ninus filius Beli eam ędificauit & Niniuem appellauit.

Aſſur, & ædificauit Niniuen, &

a ¶ Qui hebraicè Roboocħ.

plateas ciuitatis & Chale. Reſen quoque inter Niniuem, & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At uerò Meſraim genuit Ludim: &

a ¶ A quo Libya: quæ prius Phuth.

Anamī, & Laabim, † & Nephtuim & † Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi ſunt Philiſtiim, &

a ¶ Filius Cham.

Chapthorim. Chanaam autem

a ¶ A quo Sidon ciuitas Phœnicis.

genuit Sidonem primogenitum

a ¶ Hos populos expulit Iſrael de terra promiſſionis.

ſuum, Hethæum, & Iebuſæum, & Amorrhęū, & Gergeſæū, & Heuę-

a ¶ Hieronymus. Hic condidit Areas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani. b ¶ Qui ciuitatem propinquam prædictæ nomine Sin ędificauit. c ¶ A quo Aradij qui Aradiam inſulam tenuerunt.

um, & Aracæū, Sinæum & † Ara-

a A quo Samaria. b ¶ Aſſyrijs vel Hebræis Antiochia: ſicut apud veteres Emath vocatur.

dium, Samaræū, & Hamathęum. Et per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. Factique ſunt termini Chanaam venientibus à Sidone Geraram vſq; ad Gazam,

a ¶ Hæ ciuitates notæ ſunt ſua ſubuerſione.

donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrham, & Adamam, & Seboim vſq; † Laſa. Hi ſunt filii Chā in cognationibus & linguis, & generationibas, terriſque & gentibus ſuis. De Sem quoque nati ſunt, pa-

a ¶ Minoris fratris.

tre omnium filiorum Heber fratre

a ¶ A quo Aelamite, ſcilicet principes Perſidis.

Iapheth maiore. Filii Sem: Ælam

a ¶ A quo Aſsirij. b ¶ a quo Chaldæi. c ¶ A quo Lydij.

& Aſſur, & Arphaxat: & Lud, &

a ¶ Syri quorum metropolis Damaſcus. b ¶ A quo terra Hus, quam lxx auxit idē, id eſt, auſtralem dicunt: vnde vir erat in terra Hus nomine Iob: hic condidit Traconitidem, & Damaſcum: c ¶ A quo Armeni hi ab Euphrate fluuio partem Aſiæ vſque ad Indicum & Oceanum tenent.

Aram. Filii Aram Hus & Hul &

a ¶ A quo Acarnanes, ſiue Acarnij. b A quo Meſti. quos. Lxx. Moſoch uocant, id eſt Meones.

Gether, & † Mes. At verò Arphaxat genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. Natique ſunt Heber

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et erat robuſtus venator, Id eſt oppreſſor hominum.

b Coram domino. Quia nihil latet eius aſpectum.

c Ab hoc exiuit prouer. Id eſt verbum commune, vel vulgatum.

Alter Nēmrod. d Quaſi Nemrod robuſtus venator, &c. Quando enim poſtea videbatur aliquis oppreſſor hominum, vocabatur alter Nemrod vel ſimilis ipſi Nemrod.

e Fuit autem principium regni eius Babylon. Hoc nomen hic dicitur per anticipationem, quia impoſitum eſt propter diuiſionem linguarum ibi factam poſtea.

f Et Arach. Hæc poſtea vocata eſt Ediſſa.

g Et Chalanne, quæ poſtea verſo nomine à Seleuco rege dicta eſt Selucia.

Aſſur. h De terra illa egreſſus eſt Aſſur. Iſtud interponitur hic occaſionaliter ratione Babylonis, de qua immediate factus eſt ſermo. Iſte enim Aſſur non fuit de filijs Cham, ſed filius Sem, vt dicitur infra: & quia nolebat rebellare contra Deum cum Nemrod in ędificatione Babylonis, ideo fugit de terra Sēnaar ad aliam regionem longinquam prius inhabitatam, quę ex nomine eius vocata eſt Aſſyria.

B

Niniue. i Et Aedificauit Niniuen. Aedificauit enim ciuitatem quæ poſtea per longum tempus vocata eſt Niniue à Nino primo Rege Aſſyriorum ſecundum Euſebium: & durauit illud regnum per mille ducentos quadraginta annos, Sequitur,

Ionæ 3. b K Hæc eſt ciuitas magna. De cuius magnitudine dicitur, Erat autem Niniue ciuitas magna itinere dierum trium.

q. Hebrai. ſuper Gen. c. 10. t. 3 l At vero Meſraim genuit & cætera. Iſti populi ſunt ignoti, vt dicit Hieronymus exceptis Laabin, qui dicti ſunt Libyes, qui primo vocabatur Phuthei à Phuth.

† & generationib. m De quibus egreſſi ſunt Philiſtijm. Iſti habitauerunt cum filijs Iſrael in terra promiſſionis. Dicunt autem hebręi quod Phetruſim & Chaſluim commutabant adinuicem concubitum vxorum ſuarum, & ſic egreſſi ſunt Philiſtiim.

n Chanaam autem. Hic deſcribuntur generationes Chanaan.

Sidon. o Genuit Sidonem primogenitum ſuū, A quo nominata eſt ciuitas Sidon, quę eſt in prouintia Phęnicis.

p Et Arachęum, Qui condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani ſitum.

q Sinæum, Qui ciuitatem prędictę propinquam nomine Sin ędificauit.

Aradium. Plateas ciuitatis, vel Rehoboth ciuitatem. Aſſur. Niniue ædificatur. r Aradium, A quo dicti Aradij qui Aradiam inſulam poſſederunt anguſto freto à Phęnicis littore ſeparatam.

ſ Amathæum, A quo nominata eſt ciuitas Emath.

t Factique ſunt termini & cæt. Hę ciuitates ſatis notę ſunt, & deſcriptę inferius in ſcriptura.

v De Sem quoque. Hic deſcribit generationes ipſius Sem, & ponuntur vltimo, vt continuentur dicta dicendis, quia inferius proſequitur ſcriptura de eis: Dicit ergo, De Sem quoque & cætera. Iſtum primo nominat in ſpeciali. quia ab ipſo nominati ſunt Hebrei quibus ſcribebat Moyſes, vbi autem noſtra tranſlatio habet Heber, Hebręi dicunt tranſitus. Heber enim eſt nomen proprium, & commune, quia ſignat vnum hominem ſingularem de quo iam dictum eſt: & ſignificat tranſitum. Dicunt enim hebręi quod inter iſtos populos & alios erat quidam fluuius quem tranſierunt ad poſſidendum terram, quæ erat vltra, ideo vocati ſunt filij tranſitus.

Philiſtiim. Heber quale nomen. D

x Fratre Iapheth maiore. Dicitur autem Iapheth frater ipſius Sem, quia ſociatus fuit ei in reuerentia patris.

alias † aradeum. y Maiore. Hoc refertur ad Sem, quia maior fuit alijs fratribus dignitate, vt prędictum eſt. Hebręi autem dicunt maioris, & tunc refertur ad Iapheth, qui ſecundum eos fuit primogenitus Noe.

Chananęi Samarçū. z Filij Sem, Elam, A quo dicti ſunt Elamite.

Syria. & Et Aſſur. A quo Aſſyrij, vt dictum eſt.

a Arphaxat: A quo Chaldęi deſcenderunt.

b Et Lud, A quo Lydij.

c Et Aram, A quo dicti ſunt Syri, vnde & in hebręo Syria nominata eſt אֲרָם Aram, cuius Metropolis eſt Damaſcus.

Filij Sem. d Filij Aram Hus, Qui Traconitidis, & Damaſci principatum tenuit; & inde dicunt aliqui Iob fuiſſe natum ſcilicet de terra Hus. Iob.

Iob 1. c e Et Hul, A quo Guari qui & Armeni.

f Et Gether. A quò Etari, qui & Armeni.

g Et Mes, A quo Męones.

1. Par. 1. b h At vero Arphaxat genuit Sale, De quo ortus eſt Heber, de quo iam ſupradictum eſt.

i Natique ſunt Heber duo filij, nomen vni Phalech, eo quod in diebus ſuis diuiſa ſit terra. Ex hoc dicunt Hebręi, quod Heber habuit ſpiritum prophetię, quia impoſuit nomen filio ſuo ex diuiſione terrę quę futura erat.

¶ Iectam

## MORALITER.

d Quaſi Nemrod robuſtus venator hominum. Nam talis rex princeps, aut dominus per machinationes diuerſas, & violentias rapit bona ſubditorum. ſed ſubditur,

e Coram domino. quia dominus videt talia ad puniendum tēpore debito grauiſſima pœna, ſecundum quod ſcribitur Sap. Potentes potenter tormenta patientur.

Sap. 6. a

Arphaxad. † Principium regni eius Babylon, Quę cōfuſio interpretatur, tale nanque regimen caret ordine rationis, & ſic confuſione repletur.

 ✻ a Erat

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a ❡ Diuiſio. forte in diebus eius facta eſt linguarum diuiſio. per quam & gentes diuiſæ.

filii duo: nomen uni Phaleg, cò quòd in diebus eius diuiſa ſit terra, & nomen fratris eius Iectan. a Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph & Aſarmoth, † Iare, & Adoran, & Vzal, & Decla, & Hebal & Abimaël, Saba & † Ophir, & Heuila & † Iobab. Omnes iſti filii Iectam. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus uſque Sephar montem orientalem. Iſti ſunt filii Sem ſecundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus ſuis. Hæ familiæ [1] Noë iuxta populos & nationes † ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

E NICO. DE LYRA.

❡ a Iectã genuit. Elmodad & Saleph & Azarmoth. &c. *Iſtorum populorum plurimi ſunt nobis ignoti, vt dicit Hieronymus, vel propter longinquitatem terrarum, vel propter mutationes populorum, & nominum ex guerris, & ſubuerſionibus, vel alijs cauſis ſimilibus. Et patet littera ſequens ex prædictis.* G

In q. Heb. ſuper Geneſ. q. 20. t. 4

In cap. 10. vbi dicitur in poſtilla, Iſtum primò nominat in ſpeciali &c.

alias † Iaran. alias † Iophir. alias † Obad.

ADDITIO.

❡ *Licet Hebræi deſcendant ab Heber filio Sem, non tñ ab eo dicuntur hebræi, prout largius in additione ſup Mat. habet: uide ibi. etc.*

Matt. 1. b

REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

IN cap. 10. vbi poſtillator dicit quod ab Heber dicuntur Hebræi, Burgen. ſe opponit dicẽs, Ergo omnes deſcẽdẽtes ab Heber dicerentur hebræi, quod falſum eſt: ideo non ab Heber, ſed ab Abraham dicũtur hebræi: Sed tunc argumentũ Burg. eſt cõtra ſe, quia Hiſmaelite deſcẽdentes ab Abrahã, & in cultu vnius Dei remanẽtes dicti ſunt Hebræi, alij nõ. Ita rñdeo, ꝙ & taliter valere põt de filijs Heber ſicut Abrahæ. Nec iſta ratio ſua cũ reſponſione valet, quia conſtat decem tribus Hebræos fuiſſe & eſſe, & tamen cultum vnius Dei defuiſſe, & ad idola defluxiſſe, vt patet in libris prophetarum, Reg. & Paralipo. Verius eſt igitur dictum poſtillatoris ſequentis dictum beati Aug. quod Burgenſis ex debili motiuo ſæpe relinquit contra ſuam doctrinam propriã in quæſtione præambula, vbi docet ſanctorum reuerentiam ſemper eſſe ſaluãdam. Dicit nanq; beatus Augu. quòd Hebræi dicti ſunt ab Heber, licet poſſet eſſe quòd ab Abraham dicantur quaſi abrahei. Et quia beatus Auguſtinus fuit illius opinionis in libro de conſenſu euangeliſtarum, retractat tamen in ſecundo libro retra. c. 15. vbi ex intentione ponit propoſitum. Similiter & Ioſephus dicit ab Heber dictos Hebræos in primo libro antiquitatum.

16. de ciui. dei. c. 11. to. 5.

1 Filiorũ Noe. † alias habet & linguas. Terræ in quibus diuiſæ poſt diluuium.

GLOSSA ORDINARIA.

Cap. XI.

In q. ſuper Gen. q. 20. to. 4.

ERat autem.. *Aug.* Dictum eſt ſuperius quòd filij Noe, vel filiorum eius, diſtributi ſunt per terras ſecũdum linguas ſuas. Sed hoc per recapitulationẽ poſtea commemorat, quod prius erat. Sed obſcuritatem facit, quod eo genere locutionis ita contexit, quaſi de his narratio, quæ poſtea facta ſunt, conſequatur.

Vnus ſermo in terra.

*b Venite.* Timebãt iterum diluuium: ideo auctore Nemrod voluerunt ſibi F conſtruere turrem, in qua diluuium non timerent. Stulta & impia audacia, vnde ſecuta vindicta eſt, & linguarum diuiſio.

*c Deſcendit autem dominus,* Quando ſenſibus humanis ſe commodat, vel operibus. Exo. Vidi afflictionem populi mei, & deſcendi liberare eos, Et alibi, Deſcendam & videbo, vtrum clamorem opere compleuerint. *Iſido. Myſt.* Turris mũdi ſuperbia, vel hæreticorũ dogmata qui moti ab oriẽte .i. à vero lumine: & veniẽtes in Sennaar (qđ eſt excuſſio dẽtiũ) ſupbiã erigunt dogmatis ꝫ Deũ volẽtes illicita curioſitate cęli altitudinem penetrare, ſed ab vnitate, & cõfeſſione fidei ſegregati, diuerſitate erroris quaſi diſſonãtia linguę ab inuicẽ ſeparantur, & quos H armat cõtra Deũ pernitioſa cõtẽtio, diuidit

Exo. 3. b. infra. 18. d. Super Geneſ. c. 11. Myſtice

Cap. XI.

a ❡ Hebraicæ linguæ.

a ERAT autem terra labii vnius, & ſermonum eorundem. Cumq; profici- b

a ❡ Relicto vero ſole.

ſcerentur de oriẽte, inuenerũt cam- c

a ❡ quod eſt fœtor, uel excuſſio dentium, quia hæreticorũ dogmata non habent bonum Chriſti odorem ſed fœtorẽ; & dẽtes amiſerũt, qbus cibos uerbi Dei molere debuerũt.

pum in terra Sennar, & habitauerunt in eo. Dixitq́ue alter ad proxi- d e b mum ſuum: [2] Venite faciamus f lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq́ue lateres pro ſaxis, &

a ❡ quod aquis diſſolui non poteſt nec aliqua re, niſi menſtruo ſanguine, poſtquam ſiccatum fuerit,

[3] bitumen pro cęmento: & dixerunt, † [4] Venite, faciamus nobis ci- g

a ❡ quam Deus non ingreditur.

b ❡ ſuperbiam mundi, vel elationem hæreticorum, qui figmenta ſua erigunt contra Deum: unde merito turris Babel id eſt confuſio dicitur.

uitatem, & turrim, cuius culmen h

a ❡ quò non poſſit ultra pertingere diluuium.

b ❡ celebre faciamus.

pertingat † ad cœlum: & celebre- i mus nomẽ noſtrũ [5] antequàm diui- k

a ❡ diuerſitate erroris.

c dãmur, in uniuerſas terras. De- l

a ❡ Deſcendere Dei eſt humanorum actuum attendere prauitatem.

ſcendit aũt dominus ut uideret ciuitatẽ, & turrim, quã ędificabant filiis [6] Adam, & dixit: Ecce unus eſt m populus, & unum eſt labiũ omnibus: cœperuntq́; hoc facere, nec de- n

NICO. DE LYRA.

Cap. XI.

❡ ERat autem terra labij vnius. *Poſtquàm deſcripta eſt generationis Noe multiplicatio. Hic deſcribitur vnius partis electio, & primò pręmittitur quo ad aliquos ſententia reprobationis, ſecundò additur quantum ad alios gratia electionis, ibi, Hę ſunt generationes Sem. Reprobati ſunt autem aliqui, quia rebellauerunt contra dominum volentes facere turrim, vbi poſſent ſeruari contra diluuium, & hoc eſt quod deſcribitur ſic,*

Sap. 10. a. † 6. diſt. c. non eſt. §. ius vero. Diuiſio.

a Erat autem terra labij vnius, *id eſt idiomatis, ſcilicet, hebręi, quod vſque tunc, ſolum fuit inter homines.*

alias † vſq; ad. Aedificatur turris Babel.

b Cumque proficiſcerentur de oriente, *Ab illa enim parte receſſerunt quęrentes ſibi locum vbi poſſent ſimul manere: quia Nemrod volebat eos ſub ſuo dominio tenere.*

c Inuenerunt campum, *id eſt terram planam, & magnam ad hoc aptam.*

d In terra Sennaar, *quę nunc dicitur Chaldęorum.*

e Dixitque alter ad proximum ſuum. *Inducente enim ipſo Nemrod conſenſerunt in hoc facto.*

f Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni, *quia illa terra campeſtris eſt non habens lapidicinas.*

2 Venite. eia age, ſiue agite.

g Venite faciamus nobis & cætera. *Vtrũque enim facere inceperunt, vt turris eſſet in medio ciuitatis, tanquàm eius fortalitium.*

h Cuius culmẽ pertingat ad cęlum. *Ideſt ſit ita altum quòd non poſſit illuc attingere diluuium.*

3 Bitumẽ, guten. 4 Venite eia age ſiue agite.

i Et celebremus nomen noſtrum. *Et ſic videtur quod non ſolum moti ſunt ad ędificandum timore diluuij, ſed etiam ex ſuperbia.*

K Antequàm diuidamur in vniuerſas terras. *In hebręo dicitur. Vt non diſpergamur ſuper faciem vniuerſę terrę .i. ne diluuium ſuperueniens diſpergat cadauera noſtra ſuper faciem terrę, ſicut fecit de prędeceſſoribus noſtris.*

Nota. 5 Antequã ne forte.

l Deſcendit autem dominus. *Hoc autem dicitur, nõ quòd indigeat deſcenſu ad videndum ea quę fiunt in terra, cum omnia pateãt oculis eius, ſed vt per hoc inſtruantur iudices hominum, ne procedant ad ſententiandum, donec cauſam examinauerint diligenter.*

6 Adam, vel hominum.

m Filij Adam, *Id eſt imitatores eius: quia ſicut ille rebellauerat Deo in tranſgreſſione pręcepti, ſic & iſti in ędificatione turris.*

n Cœperũtq; hoc fac. nec deſiſtẽt. *Niſi prohibeatur virtute ſuperiori.*

❡ a Venite igi-

MORALITER.

Cap. XI.

Moraliter. Gen. 1. c

*a Erat autem terra labij vnius.* Per terram homo intelligitur qui formatus fuit de terra. Gen. Eſt autem homo labij vnius, quando ſimiliter loquitur de proximo in præſentia, & abſentia eius. Et linguæ diuerſæ, quando bona loquitur in præſentia proximi, & mala ipſo abſente. Et de tali dicitur, Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Poſſunt etiam per labia ſenſus exteriores hominis intelligi, eo ꝙ enunciat aliquo modo diſpoſitiones animi. Eccl. Ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. In facie verò ſunt omnes ſenſus: igitur terra eſt labij vnius, quando ſenſus exteriores hominis componuntur ad vnitatem rectæ rationis.

Eccl. 28. b. Eccl. 19. b

*b Cumq́; proficiſcerentur de oriente:* Hoc faciunt exteriores ſenſus, quando recedunt à lumine rationis rectæ attracti delectabilibus, & tunc mutuo ſe hortantur ad faciendum turrim ſuperbiæ contra Deum: & ad hoc trahuntur ſenſus interiores animi per conſenſum: ſed Deus confundit labium eorum, ſcilicet pu- ✻ niendo



diuidit erroris repentina confuſio. Hos damnat trinitas A & diſpergit, in quam offenderunt. vnde, Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum varietate, ſcilicet, errorum, vel ſciſmatum quando facta eſt linguarum diuiſio. In ſola domo Heber priſtina lingua remanſit, ſicut in ſola eccleſia (quæ eſt domus Chriſti) vnitas confeſſionis, & fidei.

Venite eia, uel agite hortantis.

*a Venite igitur deſcendamus & confundamus ibi linguam &c.* Ad angelos dixiſſe intelligitur. Vel ſecũdum illud, Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram. Nam ſingulari numero ſubiunctum eſt, Et diuiſit eos &c. ſicut ibi, Fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. *Grego.* Venite igitur deſcen. &c. dicitur his qui Deo adhærent. Venite quia à diuina contemplatione nunquàm decreſcere, ſed ſemper accreſcere, & nunquàm corde recedere, ſtabili motu eſt ſemper venire. Aſcendunt angeli creatorem conſpiciendo, deſcendunt, creaturam illicite ſe erigentem, examine diſtrictionis premendo. Dicere ergo deſcendamus & confundamus linguam eorum, eſt in ſemetipſo quod rectè agatur oſtendere, & per vim internæ viſionis eorum inctibus exhibenda iudicia, occultis motibus inſpirare.

Supra 1. c. tit. d. Moraliter. In mor. li. 2. c. 4. to. 1. Actas Sẽ.

*b Diuiſit eos. Alcbu.* In hac diuiſione linguarum nihil nouum fecit Deus, ſed dicendi modos & formas loquelarum diuerſis gentibus diuiſit. vnde eaſdem ſyllabas, & eiuſdem poteſtatis litteras aliter coniunctas, in diuerſis linguis inuenimus, & ſæpe eadem nomina, vel verba aliud ſignificantia, vnde vbi dicitur, In virga ferrea: in græco habetur ῥάβδῳ σιδηρᾷ in raudo ſidera. Igitur in latino ſidera, B non ferrea ſignificat, ſicut in Græco, ſed aſtra.

Hiſtoricè. Pſal. 2. b

Sem

ſiſtent à cogitationibus ſuis do-

a ❡ Trinitas in perſonis: ut ibi: faciamus ho. &c.

a nec eas opere compleant. [1] Venite igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum,

a ❡ intelligat. b ❡ ſolitam

ut non audiat unuſquiſque uocem b b proximi ſui. Atque ita diuiſit eos c

a ❡ unitas deitatis, ſicut ibi, Fecit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.

dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædifica- d

a ❡ Turrim ſuperbiæ.

re ciuitatem. Et idcirco uocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium uniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Hæ gene- c rationes Sem. Sem erat centum e annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. Vixitq́ue Sem poſtquàm genuit [2] Arphaxad quingentis annis, & genuit filios & filias. Porrò [3] Arphaxad uixit trigintaquinque annis & genuit Sale. Vixitq́ue [4] Arphaxat poſtquàm genuit Sale [5] trecentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Sale quoque uixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq́ue Sale poſtquàm genuit Heber, quadringentis tribus annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit [6] Phaleg. Et uixit Heber, poſtquàm genuit [7] Phaleg quadringentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Vixit quoque [8] Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque [9] Phaleg poſtquàm genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit [1] Saruch. Vixit quoque Reu poſtquâm genuit [2] Saruch, ducentis ſeptem annis, & genuit filios & filias. Vixit uerò [3] Saruch triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq́ue [4] Saruch poſtquàm genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Nachor uigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitq́ue Nachor poſtquàm genuit Thare, centum decem & nouem annis, & genuit filios, & filias. † Vixit- f q́ue Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aram. Hæ ſunt autem generationes Thad re: Thare genuit Abram, Na-

*c Sem centum erat annorum. Beda.* Magna quæſtio nobis naſcitur ſecundum litteram, quomodo Sem biennio poſt diluuium centum eſſe annorum dicatur, cum ſupra quingẽteſimo anno Noe natus aſſeratur, & ſexcenteſimo anno eiuſdem Noe diluuiũ veniſſe legatur. Vt ergo numerus temporum ſibimetipſi non repugnet, intelligendum eſt, aut Noe duos plus quàm quingentos annos habuiſſe, quando natus eſt Sẽ, aut duos minus aut ſexcentos annos quando venit diluuiũ: aut Sem habuiſſe centum & duos annos quando natus eſt Arphaxad. Solet enim ſic loqui ſcriptura nonnunquam, vt etſi modicũ ſuperſit vel deſit, plenarium tamen numerũ, & perfectum in cõputo ſonet: videtur autẽ veriſimile, vt mea fert ſuſpitio. cum natus eſſet Sem, duos ſuper quingentos annos habuiſſe Noe. Neque falſum dixit ſcriptura, quia quingentos annos habuit etiam ſi quingentos & duos annos habuerit, quia nimirum minor numerus intra maiorem continetur: Fortè autem ſanctæ ſcriptor hiſtoriæ, diligentius hoc loco curauit explicare, dicendo Sem, biennio poſt diluuium centum fuiſſe annorum, quia ſe meminit annum natiuitatis eius quaſi negligentius annotaſſe. Nuſquam in tota hac ſerie generationum additur mortuus eſt: ſicut in ætate quæ præceſſit diluuium: quia nemo erat in tota hac complexione naſcentium, de quo ex cæteris excepto dici poſſet ſicut ibi de Enoch, Ambulauitque cum domino, & non apparuit, quia tulit eum Deus.

C. 9. ſup Geneſ. to. 8. Quæſtio de ætate Sem. Confuſio linguarũ. Trinitatis articulus. Babel. 1 Arphaxad. & 2. 3. 4. Nota. Et mortuus eſt quare hic non dicitur ſicut prius. 5 quadringentis. Sale.

*d Thare genuit. Abram & Nachor. Auguſtinus.* Non ſimul, ſed ſuis temporibus ex quo gignere cœpit. Nec attendendus eſt in his ordo natiuitatis, ſed D ſignificatio futuræ dignitatis, in qua excellit Abram.

Nota. De ciu. dei lib. 16. c. 14. to. 5.

a In Vr

NICO. DE LYRA.

❡ a Venite igitur & cætera. *Verba iſta in plurali poſita, ſunt verba Dei ad angelos, qui ſunt executores diuinę iuſtitię.*

b Vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. *Id eſt non intelligat. Benè enim audiebant ſonos verborum ſed non intelligebant ſignificata eorum.*

c Atque ita diuiſit eos dominus &c. *Illos qui erant vnius idiomatis ad vnam terram, alios vnius idiomatis ad aliam.*

d Et ceſſauerunt ædificare. *Quia quando vnus petebat lapides alter portabat ſibi cementum, vel aliquid ſimile, & ſic credebat vnus ſe derideri ab alio propter quod mota eſt inter eos rixa, & contentio, & ſic oportuit quod ceſſarent ab ędificando: & idcirco vocatum eſt nomen eius Babel id eſt cõfuſio, vel ſecundum proprietatem hebraici ſermonis, id eſt mixtio: quia homines ad inuicem mixti non intelligebant ſe mutuo propter multitudinem idiomatum.*

e Sem centum erat annorum quãdo genuit Arpha. &c. *Hic conſequenter ponitur vnius partis electio, ſcilicet generationis ipſius Sẽ, & nõ omnis, ſed vnius de qua in fine proſequitĩ: et legatĩ littera ſicut iacet, hoc excepto, qđ duo ſunt hic notãda. Vnũ eſt, qđ in deſcriptione huius generationis dicuntur aliqui vixiſſe quingentis, vel quadringentis annis poſt diluuiũ. Ex quo patet, qđ illud qđ ſupra dictũ eſt ſexto ca. Erunt dies illius centũ viginti annorum, nõ fuit terminus vitę humanę poſt diluuiũ, vt credunt aliqui, ſed fuit terminus vſq; ad inundationem diluuij, infra quem poterant penitere. Secundum, hic notandum eſt, quod deſcripta vita cuiuslibet iſtius generationis, nõ dicitur hic in fine, & mortuus eſt, ſicut ſupra dictũ eſt, deſcribendo generationẽ ipſius Seth ante diluuium. Cuius ratio eſt, quia in illa generatione vnus, ſcilicet Enoch, fuit ſublatus de medio hominũ, non per mortem, ſed quia tranſlatus eſt in paradiſum, vt ſupra dictum eſt, hic autẽ nullus eſt excipiendus à morte per talem modum, & ideo non dicitur in fine alicuius, & mortuus eſt, quia hæc eſt lex communis, & certa de omnibus.*

Nota. 6 Phalech. & 7. 8. 9. 1. Paral. 1. b. Nota. Reu. 1 Sarug. & 2. 3. 4.

f Vixitq; Thare ſeptuaginta annis &c. *Et hoc dicũt aliq doctores catholici & hebręi, qđ Abrã fuit primogenitus Thare, & Arã vltim⁹. Sed cõtra hoc arguitur, qa ſecundũ ipſos & omnes alios expoſitores Sara vxor Abrã fuit filia Aram. de ipſa verò ſcribitur infra. Putas ne centenario naſcetur filius & Sara nonagenaria pariet? Ex quo patet quod Sara erat iunior Abram decem annis tantum. Si igitur Aram fuit iunior ipſo Abram, ſequitur, quòd nõ habebat decem annos quãdo genuit Saram, imo nec octo, quia inter natiuitatẽ Abrę & Arã fuerũt plus quàm duo*

Nachor. Gen. 17. c. An Abrã ſenior quã Haran. Thare.

❡ anni quod

✻ niendo pœna gehennæ, vbi nullus eſt ordo, & per conſequens ibi tunc eſt extrema confuſio. *Allego.* Per terram intelligitur militans eccleſia. per labium verò prædicatio, & doctrina. Iſtud autem labium ab eccleſiæ principio fuit vnum prædicando, & docendo vnum Deum, vnam fidem, vnum baptiſma. Epheſ. Sed in receſſu aliquorum ab oriente, id eſt à Chriſto: de quo dicitur Zachar. Ecce vir Oriens nomen eius: turris ſuperbiæ fabricata eſt ex qua ſecuta eſt diuiſio linguarum per doctrinã & prædicationem hæreſum diuerſarum.

Moraliter. Allegoricè. Ephe. 4. a. Zacha. 6. c. Abrã Nachor Harã. 1. Paral. 1. b. Ioſue 24. a



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a In Vr Chaldæorum. Hiero. In hebræo in באור כשדים. id eſt in igne Chaldæorum. Hic fabulantur hebræi, quòd Abram in ignem ſit miſſus, quia ignem noluit adorare, quem Chaldæi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne effugerit. Vnde ad eum dicitur, Ego ſum qui eduxi te de Vr Chaldæorum.

b Aram patris Melchæ. Hiero. Idem pater vtriuſque, Aran filius Thare, frater Abræ & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai cognomẽto Ieſcham. Melcham duxit Nachor, & Sarai Abram. nõdum enim inter patruos & neptes nuptiæ fuerant prohibitæ, quæ in principio etiam inter fratres, & ſorores ſunt celebratæ.

c Tulit itaque Thare Abram &c. Vſque, Facti ſunt dies Thare ducentum quinque anni: & mortuus eſt in Haran. Auguſtinus. Prius dicitur, quod cum eſſet Thare ſeptuaginta annorum genuit Abram & poſtea cum omnibus ſuis manſit in Charan, & mortuus eſt. Et dictum eſt Abræ vt exiret de Charã, & exiuit cum eſſet ſeptuaginta quinque anno. Sed per recapitulationem oſtẽditur viuo patre dominum præcepiſſe, & Abram de Charã exiſſe cũ eſſet ſeptuaginta quinque annorum & pater .c.xlv. Sic dies vitæ eius. cc.v. anni fuerunt. Vt ideo ſcriptum ſit, Fuerunt anni vitę Thare.cc.v.anni in Charan, quia ibi impleuit annos totius vitæ. Soluitur ergo quæſtio per recapitulationẽ quę inſolubilis eſt, ſi poſt mortem Thare diceremus dominum dixiſſe Abrę vt exiret de terra, quia non erat ſeptuaginta quinque annorum, cum pater iam mortuus eſſet, qui cum anno ætatis ſeptuageſimo genuit, vt poſt mortem patris eſſet centum triginta quinque annorum, ſi omnes anni patris.ccv.fuerunt. Sed quia quidam volunt annos Abræ computari, ex quo liberatus eſt de igne Chaldęorum, ſecundum hebræorũ traditionem, poteſt dici, quòd ſcriptura quæ ait, Cum eſſet Thare annorũ. lxx. genuit Abrã & Nachor & Aram, non intelligi voluit, quòd ſeptuageſimo anno tres genuerit: ſed quãdo generare cœpit, memorauit. Fieri autẽ poteſt, vt poſteriorem Abram genuerit: ſed priuilegio dignitatis prior nominatus ſit ſicut factum eſt ibi, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: & in Paralipomenõ Iudas ordine quartus, prior nominatus eſt: à quo Iudæi dicti propter regiam tribum.

GL.

Margin: q. Heb. ſup Gen. Abram igne adorare noluit. Hiero. vt ſupra. — Lot. — 35. q. 1 ca. & eadẽ. c. hac itaq. Sarai. Melcha. In q. ſuper Gen. q. 25. to. 4. — † 12. q. 4. c. recurrat. §. his itaq. Thare cũ Abram in Charan. Ioſue 24. a. Neem. 9. b. Iudith. 5. a.

chor & Aram. Porrò Aram genuit
a ¶ Ab igne conſumptus, vt aiunt Hebræi, quem adorare noluit.
Lot. Mortuuſque eſt Aram ante Thare patrem ſuum in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. † Duxerunt autem Abram, & Nachor vxores. Nomen uxoris Abram, Sarai: & nomen uxoris Nachor, Melcha, filia Aram patris Melchæ, & patris Ieſchæ. † Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Lot filium Aram filium filii ſui, & Sarai nuram ſuam, uxorem Abram filii ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Cha-
a ¶ Vel Charan.
naan. Veneruntque uſque Haram, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Harã.

Margin: I Eduxit eos Egreſſi ſunt.

## NIC. DE LYRA.

¶ anni, quod videtur inconueniens, maximè illo tempore in quo incipiebant generare quãdo erant ſexaginta annorum, vel ſeptuaginta: & ideo melius uidetur dicendum, quod Abrã fuit vltimo natus de tribus filiis Thare, tamen nominatur primò propter eius dignitatem, & quia ponẽdus erat caput & ſtipes generationis ſequentis, & quia primò facta eſt ei repromiſſio expreſſa de Chriſto, ſicut ſupra dictum eſt de Sem filio Noe, quod præponitur aliis propter dignitatem, non propter primogenituram. Item licet Abram nõ fuerit in textu vocatus Abraham vſque ad 17. c. in quo deſcribitur mutatio nominis ipſius, tamen in hoc opere frequenter nominatur Abraham ante illum locum, quia eſt nomen magis vſitatum & ſcribenti, vel dictanti citius occurrit, nec eſt vis de illo, cum per hoc ſententia non mutetur.

a Mortuuſque eſt Aram ante patrem ſuum &c. Hoc dupliciter exponitur. Vno modo ſic: Ante patrem ſuum, id eſt ipſo viuente & procurante. Dicunt enim hebræi. quòd Thare idololatra exiſtens accuſauit Abram filium ſuum ipſi Nemrod, eo quod nolebat ignem colere ſicut faciebant Chaldæi de præcepto Nemrod. propter quod Abram de præcepto Nemrod proiectus eſt in ignem. Aran autem frater eius aſſiſtens dicebat in corde ſuo: ſi vicerit Abram illæſus ab igne ſequar eius fidem, ſin autem, colam ignem ſicut alii: Cum igitur Abram virtute diuina liberaretur illæſus ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, reſpondit ſe velle ſequi Abram, tunc proiectus eſt in ignem & ibi mortuus eſt, quoniam non fuit tantæ fidei ſicut Abram, vt patet ex prædictis, nec tanta bona futura erant per ipſum, & ſic conſequenter exponitur quod ſequitur,

b In Vr Chaldæorũ. Id eſt in igne, vel incendio Chaldæorum. Sed iſta expoſitio non videtur rationabilis, quia poſtea ſubditur,

c Patris Melchę & patris Ieſchæ. Aran enim de cuius morte dictum eſt genuit iſtas duas filias, & ipſa Ieſcha fuit binomia, quia vocata fuit alio nomine Sarai. Sequitur,

d Tulit itaque Thare Abrã filium ſuum & Lot filium Haram &c. Et eduxit eos de Vr Caldęorum, non autem eduxit eos de incendio. Maximè cum ſecundum iſtam expoſitionẽ dictum ſit, quod per eius accuſationem filii eius proiecti ſint intra ignem, & ideò melius videtur dicendum, quòd Vr ſit hic nomen terrę vel villæ in qua manebant ita quòd Vr nomẽ commune eſt, & proprium prout ſignificat villam determinatam, vel ignẽ. Et hoc idẽ dicit quidã doctor Hebræus autenticus nomine Manahen, & ideo alio modo exponitur: Ante Thare patrem ſuum.i. ipſo adhuc viuente, quia alii filii Thare poſt patrem mortui ſunt.

e Vt irent in terrã Chanaan. Hæc fuit intẽtio eorũ in receſſu de Chaldęa. ſed occaſione habita remãſerunt in loco intermedio. ſ. in Haran ubi mortuus eſt Thare. In actibus verò apoſtolorũ vocatur Charam, & hoc eſt, quia patria littera eſt heth: pro qua in græco ponitur χ littera, & in latino duæ litterę, ſcilicet. c.h. Lucas autem ſcripſit actus apoſtolorum in græco. Notandum etiam quod Abram accepit vxorem filiam fratris ſui, quia tunc temporis talis gradus non erat prohibitus.

NIC.

Margin: Thare moritur. — c. 6. — Abram vel Abrahã dicere parum refert. — Vr quid notet.

In cap.xi. vbi dicitur in poſtilla, Hoc dupliciter exponitur vno modo ſic: Ante patrem ſuum &c.

### ADDITIO I.

¶ Quamuis ea quæ dicuntur ab hebræis de morte Arã fabuloſa videãtur, cum non habeant fundamentum in littera, tamẽ quod Abram fuiſſet diuina virtute liberatus ab igne vel ab aliquo magno periculo in Chaldæa ſeu in Vr Chaldæorum: aliquod videtur habere fundamentum in litera. Dicitur.n.infra. Ego ſum dominus, qui eduxi te de Vr chaldęorũ quæ quidem verba ſonant aliquam liberationem diuinitus factam, eo modo quo dicitur Exo. Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: Nec obſtat quod hic legitur: Tulitque Thare fili. ſu. Abram & Lot fili. Aram & edu. eos de Vr Chaldæorum: quia vbi nos habemus, Et eduxit eos, veritas hebraica habet, Et egreſſi ſunt cum eo de Vr Chaldęorum: concordat cum hoc gloſſa quæ habetur ſuper illud verbum, Lxxv. annorum erat Abram cum egredertur de Haran ſic dicẽs: Vera eſt igitur hebræorum traditio, quòd egreſſus ſit Thare cum filiis ſuis de igne Chaldęorum, & quod Abram vallatus Babilonico incẽdio, quia illorum idolum (ſcilicet ignem ſiue incendium illud) adorare nolebat, liberatus ſit auxilio Dei. Hæc in gloſſa & eſt Hieron. Narrat etiam Ra. Moy. in libro de directione perplexorum, parte tertia, quod in quodam libro de cultura ægyptiaca, ſcilicet idolorum, cõtinetur quòd quidam vir nomine Abram diſceptabat publicè cum idolorum cultoribus, aſſerens quòd non erat ignis colendus vt Deus, & quod rex timens ne populum auerteret ab illa cultura, incarcerauit eum, & ſpoliatum de terra ſua eiecit. Quę quidem hiſtorialia etſi ab infidelibus tradantur, quia tamen in fauorem fidei ſonant non ſunt repellenda. Habetur enim ex hoc quòd Abram fuit tam ardens in confeſſione fidei, quòd etiam publicè & coram tyranno rege idololatras confutabat, & cum hoc quod Deus ipſum de manu tyranni liberauit.

Margin: Abrã liberatus ab igne. — Gen. c. 15. d — Exod. 20. a — Gen. 12. c

In eodem capit. xj. vbi dicitur in poſtilla, Notandum etiam quod Abram.

### ADDITIO II.

¶ In lege veteri nunquàm fuit prohibitum, quod homo acciperet in vxorem filiam fratris ſui, ſeu filiam ſororis ſuæ, prout patet Leuit. vbi omnes gradus in matrimonio prohibiti exprimuntur, inter quos prædictus non connumeratur. Leuit. 18

¶ Nulla te admiratio teneat, lector digniſſime, ſi excellentiſſimus doctor magiſter Matthias corrector Burgen. iſtis duabus additionibus non reſpondet nec replicat ad illas: ſicut nec ad multas alias inferius adductas, quoniam prędictus doctor non intendit replicare niſi ad illas quę ſunt contra poſtillatorem, quę videntur facere difficultatem contra dicta poſtillatoris; Alias autem aut tanquam additiones: aut tanquam indignas reſponſione dimittit, vt poteſt intelligi ex dictis eiuſdem inferius in Correctorio corruptorii capitu. xi. Exod.

ADDI-



## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. XII.

a Egredere de terra &c. Augu. Conſideranda eſt narratio Stephani de hac re, cui magis harum expoſitionũ nõ repugnet: Et illud quidem † cõtigit, vt non (ſicut videtur narrari in Gen.) poſt mortem Thare locutus ſit Deus Abræ, vt exiret de terra, & de cognatione ſua. Sed cum eſſet in Meſopotamia, priuſquam habitaret in Chara, iam egreſſus de terra Chaldæorũ, vt in illo itinere intelligatur ei locutus Deus. Sed quia Stephanus poſtea ſic narrat, Tũc Abram egreſſus de terra Chaldæorum habitauit in Chara, & inde poſtquam mortuus eſt pater eius collocauit eum in terra hac, non paruas affert anguſtias huic expoſitioni, quæ fit per recapitulationem. Videtur enim habuiſſe imperium domini, qui ei locutus fuerat in itinere Meſopotamię egreſſo de terra Chaldæorum, & eunti in Haran: & poſt mortem patris ſui impleſſe, cum dicitur, Et habitauit in Chara, & inde poſtquam mortuus eſt pater eius collocauit eum in terra hac. Ac per hoc manet qõ. Si ſeptuagintaquinq; anno. fuit quando egreſſus eſt de Chara quomodo poſſit hoc eſſe verum? Niſi fortè quòd ait Stephanus, tunc egreſſus Abram de terra Chaldęorum habitauit in Chara, ſic accipiatur: tũc egreſſus eſt poſtquàm ei locutus eſt dominus, iam enim erat in Meſopotamia (ſicut ſupradictum eſt) quando audiuit illud à domino. Sed per regulam recapitulationis contexere voluit Stephanus, & ſimul dicere vnde egreſſus, & vbi habitauit, cum ait, Tunc Abram egreſſus eſt de terra Chaldęorum, & habitauit in Chara. In medio autem, id eſt inter egreſſum de terra Chaldeorum & habitationem in Chara, locutus eſt Deus. Quod verò adiungit Stephanus, Et inde poſtquàm mortuus eſt pater eius, collocauit eum Deus in terra hac: Notandum, quia nõ dixit, & poſtquàm mortuus eſt pater eius, egreſſus eſt de Chara: ſed inde collocauit eum Deus in terra hac: ut poſt habitationem in Chara collocaretur in terra Chanaan, non poſt mortem patris egreſſus, ſed collocatus in terra Chanaan, Vt ſit ordo verborum, Habitauit in Chara, & inde collocauit eum in terra hac poſtquã mortuus eſt pater eius, tunc ſcilicet locatus eſt quãdo illic nepotem ſuſcepit, cuius omne ſemen fuerat regnaturũ, ex promiſſo Dei hæreditate donata; ex ipſo.n. natus eſt Iſmael de Agar, & alii de Cethura, & ex Iſaac Eſau, ad quos non pertinet hæreditas. Ex Iacob autẽ filio Iſaac quotquot nati ſunt. (id eſt vniuerſum ſemen eius) ad illam hæreditatem pertinuit. Sic igitur locatus eſt in terra illa Abrã, quando ibi vixit vſque ad natiuitatem Iacob. Stra. Notandũ, quòd iam egreſſus fuerat de terra ſua, ſed tunc egreſſus fuerat corpore non mente, & voluntate, habebat enim animum forſitan reuertendi, quando dictum eſt ei, Egredere &c. Iſido. Reliquit terram Chriſtus cognationem Iudæorum, & magnificatus eſt in populis gentium. Nobis quoque exeundum eſt de terra noſtra, id eſt de facultatibus, & † opib. terrenis, & cognatione, id eſt conuerſatione vitiorũ, quæ nobis à natiuitate cohærentia, quaſi affinitate conſanguinitatis ſunt coniuncta, & de domo patris, id eſt de memoria mundi, vt ei renũciantes poſſimus cum populo Dei dilatari, & in terram promiſſionis cœleſtis cum tempus venerit introduci.

b Faciamq; te ingen. &c. Iſid. Duo promittuntur Abræ, quòd ſcilicet terram Chanaan ſemen eius, poſſidebit, cum dicitur, Et veni in terram quam monſtrauero ti. Aliud autem, longè præſtantius, non de carnali, ſed de ſpirituali ſemine quo pater futurus eſt, non tantum gentis iudaicæ, ſed omnium gentium fidem ſuam ſequẽtium, quod ita promittitur, Et benedicentur in te omnes gentes terræ.

Septuaginta

Margin: q. ſup Gen. q. 25. t. 4. alias † contigit nos. &c. — † 24. q. 3. c. cum ergo. §. ſed qui. & cap. cum ſancti. — Iubetur Abraham egredi terram & à Deo benedicitur. Act. 7. a — † 32. q. 5. c. recurrat. §. his itaq. Promittitur Chriſtus. Gal. 3. — Super Gen. c. 12. Myſtice. — alias † operibus. — vt ſupra.

### CAP. XII.

¶ Auguſtinus viuente patre. ¶ Pater
Dixit autem dominus ad
a ¶ Chriſtum. b ¶ Terreno homine.
Abram: Egredere de terra
a ¶ Iudaica. ¶ Vitiorum.
ra tua, & de cognatione tua, & de
a ¶ Diaboli. ¶ Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. Pſal. 44. c. a ¶ Gentium.
domo patris tui, & veni in terram
a ¶ Per apoſtolos nomen tui dando. b ¶ Fama benedictio temporalis altitudinis.
ram quam monſtrauero tibi. † Fa-
a ¶ Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi. Pſal. 17.
ciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus

## NICOLAVS DE LYRA.

### Cap. XII.

Dixit dominus ad Abram &c. Poſtquàm Moyſes deſcripſit multiplicationem humani generis, & diſtinctionem fidelium ab infidelibus per duos ſtipites primos, ſcilicet Adam & Noe, hic conſequenter facit hoc idem per tertium ſtipitem. ſ. per Abram. Et currit iſta deſcriptio p tres partes, primò per Abrã, ſecundò per Iſaac. c. 25. tertiò per Iacob. c. 28. Circa primum deſcribitur quomodo Abram proceſſit de imperfecto ad perfectum, & ideo primò oſtenditur quomodo ſe habuit, vt incipiens, ſecundo quomodo vt proficiens. ca. xvij. tertiò quomodo vt perfectus c. 22. Circa primum ſic proceditur, quia primò oſtenditur qualiter ſe habuit circa Deum, ſecundò qualiter circa proximum. xiii. cap. tertiò qualiter circa ſeipſum ca. 15. Circa primum tria oſtenduntur. Primum eſt ipſius Abræ obedientia ad Deum ſiue ſubiectio, Secundum ipſius deuotio, ibi, Apparuitque dominus Abram, Tertium, ſuæ fidei probatio ibi, Facta eſt autem fames. Primum autem deſcribitur per hoc quòd Abram obediuit Deo promptè, dimittendo terram, & cognationem, cum dicitur,

a Dixit autem dominus ad Abram. Secundum quòd dicit Ra. Sa. iſtud fuit ei dictum per ſexaginta annos ante mortem patris ſui, quia pater ſuus, & frater eius Nachor declinauerunt ad idololatriam in terra Aran: & ideo dominus dixit Abræ, quòd recederet à patre & a cognatione. Quod autem in fine præcedentis ca. facta eſt mentio de morte ipſius Thare, hoc eſt per anticipationem ſecundum ipſum, quia Moyſes volebat ponere tertium ſtipitem ſcilicet Abram vt prædictum eſt: Sed dictum Ra. Sa. procedit ex ſuppoſitione, quòd Abram eſſet primogenitus ipſius Thare, quod improbatum eſt cap. præcedenti: ideo dicendum quòd poſt mortem Thare dictum eſt ei.

b Egredere de ter. Id eſt Chaldea in qua natus fuit. Sed quæritur, quo hoc ſibi dr̃, cũ iam diu ante egreſſus fuiſſet inde cum patre ſuo, vt prædictũ eſt? Et reſpondẽt aliqui, quod licet egreſſus fuerit corpore, non tñ mente, quia intendebat illuc redire: & ad hoc excludendũ dr̃ ei, Egredere &c. Sed hoc non videtur probabile, quod vellet redire ſub tyrannide Nemrod qui adhuc regnabat infra. Amraphel Rex Sennaar &c. de quo dicunt omnes Hebræi quòd iſte erat Nemrod, qui & erat binomius, & ideo melius dicitur: Egredere de terra tua, id eſt longius recede ab ea, & hoc videtur per litteram hebraicam quæ ſic habet, Vade tibi de terra tua, acſi diceret, pro vtilitate tua vade longius a terra tua.

c Et de domo patris tui. Non quia pater viueret adhuc, vt prædictum eſt, quia bene denominatur domus ab aliquo etiam poſtquàm mortuus eſt, vt patet in ſcriptura in pluribus locis.

d Et veni &c. Adhuc enim determinationem terræ ei non reuelauerat, vt oſtendatur obedientia Abræ exeuntis ad domini mandatum, etiam ad locum indeterminatum.

e Faciamq; te in gentem magnam. Quantum ad multitudinem prolis, licet Sara ſit ſterilis.

f Et benedicam tibi. Multiplicando te in bonis ſpũalib. & corporalib.

g Et magnificabo nomen tuum &c. Augendo famam tuam.

h Eriſq; benedi. Antonomaſicè & excellenter præ cæteris patrib. tuis & ad hoc deſignandũ in Hebræo dr̃, Eriſq; benedictio. ſicut de aliquo excellenter largo, vel liberali, non ſolum dr̃ quod ſit liberalis in concreto, ſed etiã liberalitas in abſtracto. Aliter exponunt hebræi dicentes, quod propter hoc dictũ eſt, Et eris benedictio, quia futurũ erat, vt benedictio ſacerdotũ fieret ſecundum hunc modum, Deus Abram, Deus Iſaac, & Deus Iacob benedicat tibi, & iterum repetebatur nomẽ Abram dicẽdo, Et Deus Abram benedicat tibi: ita quod forma benedictionis qua ſacerdotes utebantur

Margin: Diuiſio. — Quæſtio. — vt inf. 14. c. Nemrod fuit binomius.

## MORALITER. Cap. XII.

a Dixit aũt dom. &c. In vocatione Abrę deſignatur hoĩs literati ad religionẽ vocatio, ſicut fuit B. Augu. & Grego. & plures alii, qui multum profecerũt in eccleſia Dei, cui per inſpirationẽ dicitur a dño.

b Egredere &c. dimittendo terrenas poſſeſſiones.

† Et de cognatione tua, Relinquendo amicos carnales.

c Et de domo patris tui, Dimittendo mores, & geſtus parentum ſecularium, aliter non valeret habitũ ſumere religioſum. Exemplũ de aſino, quẽ fingit poeta pellẽ leonis aſſumpſiſſe, quem cum dominus ſuus quęreret, & propter pellẽ leonis ad eũ appropinquare formidaret, tãdẽ p geſtus aſininos eũ recognouit, & ad ſuũ ſeruitiũ reduxit dicẽs, Tu mihi qui quõdã ſemp aſellus eris. Sic diabolus ſub habitu religioſo mores, & geſtus ſæculares cõſpiciẽs, ĩ ſuã redigit ſeruitutẽ.

d Et veni in ter. &c. ſcilicet viuentiũ vita gratiæ, ad quam religioſus deuotus iam venit in ſpe, & poſt mortem veniet in re: quia tanta gratia datur accipientibus habitũ religionis deuotè, quãta datur fidelibus in baptiſmo, vt dicitur in collationib. patrũ collatione &c. Et per conſequens iã venit in ſpe ad terrã viuentiũ vita gloriæ, quia gratia eſt arrha gloriæ. Et hęc terrã vitę gratię fluit lacte eruditionis (ſicut dicit apoſtolus. Corin. Lac vobis potum dedi) & melle deuotionis, nam in ea prægustatur mel futuræ beatitudinis.

e Faciamq; &c. Per conuerſionem aliorum ad bonum.

f Et benedicam tibi, Multiplicatione bonorum ſpiritualium.

g Et magnificabo te. &c. Per regni cęleſtis meritum.

h Eriſque benedictus. Gloriæ nanque collatio eſt Dei perfecta benedictio. Sequitur,

Margin: Religionem ingredientes quantã gratiam acquirant. — 1. Cor. 3. a



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a Septuagintaquinque annorum. Hieronymus. Si Thare pater Abræ in regione Chaldæa ſeptuaginta annorum genuit Abram, & in Charam ducēteſimo anno mortuus eſt: quomodo poſt mortem Thare, Abram exiens de Chara ſeptuagintaquinque annorū memoratur, cum à natiuitate eius vſque ad mortem patris c.xxx. anni fuiſſe doceantur? Vera eſt igitur hebræorum traditio, quod egreſſus ſit Thare cū filijs ſuis de igne chaldæorum, & quod Abram vallatus Babylonico incendio, quia illud adorare nolebat, liberatus ſit auxilio Dei, & ex illo tempore reputetur ei tempus ætatis, ex quo confeſſus eſt Deū: ſpernen ſpernens idola Chaldæorum. Poteſt autem fieri, vt quia ſcriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus veniret in Haram, quam morte obiret, vel ſtatim poſt perſecutionem, & ibi diutius moratus ſit.

F

o. Hebr. Gen. 11. Hyſtorice.

Abrā egreditur terrā ſuam, heb. 11.b.

b Bethel. Rabanus. Bethel interpretatur domus Dei, quæ poſt, Bethauem vocata eſt, id eſt domus idoli.

c Hai. Oculus, vel fons interpretatur. Patriarcha ergo tendens ad terram promiſſionis, tetēdit tabernaculum inter Bethel, & Hai, quia ſancti fonte baptiſmi regenerati in curſu huius vitæ circunſpecti ad Dei tabernaculum.i.cęleſtem properant ciuitatem.

G

Myſtice.

a Dic ergo

tibi: & maledicam maledicentibus tibi: atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei dominus, & iuit cum eo Lot: Septuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai uxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui: vniuerſamque ſubſtantiam, quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cumque ueniſſent in eam: pertranſiuit Abram terram uſque ad locum Sichem, & vſque ad conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. Apparuit autem dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei. Et inde tranſgrediens ad montem qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram uadens, & vltrà progrediens ad meridiem. Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in Ægyptum ut peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cumque propè eſſet ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori

a In Chriſto qui de te · b Secunda benedictio ſpiritualis amplitudinis · a Gentes · a Stabili firma mēte, vt nunq̄ redeat iam in corpore exierat. · Auguſtinus, uiuente patre. · a Ciuitas q̄ corrupte dicit Sichar, & interpretat humerus · b Quæ nūc mare ſalis, uel mortuū dicitur & lacus Aſphalti, & ſalinarum uallis. · a Qui renuncians idololatriæ altare domino ædificauit, contempto igne Chaldæorum. · a Ciuitas in tribu Beniamin, quæ prius Luza, id eſt amygdalus uocabatur. · a Ciuitas in tribu Iuda. · a Quia cultor unius Dei.

## NIC. DE LYRA.

tur ſuper populum incipiebat à nomine Abræ, & in nomen eius terminabatur.

a Atque in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Hebræi exponunt ſic, quando aliquis imprecabatur bona alteri dicebat: Benefaciat tibi Deus, ſicut fecit Abræ. Chriſtiani exponunt de Chriſto, & melius vt videtur. In te benedicentur &c. id eſt in ſemine de te naſcituro, quod eſt Chriſtus. In omni enim gente ſunt aliqui chriſtiani, & ideo benedictio Chriſti ſit ſuper omnem generationem terræ, hoc autem non poteſt dici de perſona Abræ.

b Egreſſus eſt itaque Abram, Sicut verus obediens.

c Et iuit cum eo Loth, Voluntariè magis volens eſſe cum auunculo ſuo fideli, & iuſto, quàm cum alijs remanere.

d Septuagintaquinque annorum erat Abram. Iſtud patet ex prædictis ſi ponatur exiſſe ante mortem Thare per ſexaginta annos, vt dicit Ra. Sa. quia Thare ſeptuaginta annorum genuit Abram ſecundum ipſum, quia dicit eum fuiſſe primogenitum: & Abram ſeptuaginta quinque annorum egreſſus eſt de Aran, quibus ſi adiungantur ſexaginta quibus pater ſuperuixit, vt ipſe dicit (ſed non probat) habentur anni ducenti quinque, quibus vixit ipſe Thare: ſicut habetur in fine præceden. cap. Sed quia hoc dictum procedit ex ſuppoſitione quòd Abram fuit primogenitus Thare, quod improbatum eſt, ideo dicendum quòd Abrā exiuit de Haran poſt mortem patris ſui Thare, & quòd non fuit primogenitus eius, ſed vltimus. ita quòd inter natiuitatem primogeniti Thare & natiuitatem Abrahæ fluxerunt ſexaginta anni: & ſic in morte patris ſui Thare fuit ſeptuagintaquinque annorum: quia Thare cum eſſet ſeptuaginta annorum cœpit generare, & inde vſque ad natiuitatem Abræ fluxerunt ſexaginta anni, et Abram ſeptuagintaquinque annorum erat quando exiuit de Haran immediatè poſt mortem patris, qui anni ſi ſimul iungantur faciunt ducentos quinque annos, & tot annis vixit Thare: vt habetur in fine pręcedentis cap. Sequitur:

e Et animas quas fecerant in Haran. Id eſt ſeruos & ancillas quos emerant. Vel (ſecundum alios) viros, & mulieres, quos de idololatria conuerterant ad cultum vnius Dei.

1 Abram. · Poſſederāt vel acquiſierant. · Fecerant vel genuerant, vel acquiſierant, vt de vernaculis intelligatur. · Chaldæi interpret. quos ſubiecerāt legi. · F · Promittitur ei terra Chanaan, vetus teſtamētum infra. 12.b 13.d. 15.d. 16 a. deut. 34.b · a Deſcendit, igitur famem fugiēs deſcēdit in Aegyptum. · 3 In terris

g Vſque ad conuallem illuſtrem. Hæc eſt regio Pentapolis vbi erant quinque ciuitates quas ſubuertit dominus, quæ erant valde delectabiles ante ſubuerſionem, vt habetur cap. ſequenti.

h Chananęus autem tunc erat in terra. Id eſt occupans iniuſtè terram datam Sem, & filijs eius: quia vt dicunt Hebrei: Noe poſt diluuium ordinauit quòd Sem filius ſuus haberet terram illam: vnde infra 14.ca. dicitur quòd Melchiſedech erat Rex Salem, quæ ciuitas poſtea dicta eſt Hieruſalē, & eſt metropolis in regione illa. Secundum autem omnes Hebræos ipſe Sem nominatus eſt Melchiſedech, propter bonitatem ſui regiminis, quia Melchiſedech interpretatur Rex iuſtitiæ. Si enim computentur anni ipſius Sem, inuenitur vixiſſe vltra illud tēpus.

i Apparuitque dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Abræ deuotio, & hoc ex duobus, ſcilicet ex diuina apparitione ſibi facta, & ex ipſius Abræ gratiarum actione Deo reddita & patet littera. Sciendum tamen quòd cum dicitur,

K Qui ędificauit ibi alta. domino qui appa. Et illud quod ſequitur. Et inuocauit ibi nomen eius, non eſt de textu, ſed ſubintelligitur; & propter hoc aliqui doctores poſuerūt illud in glo. interlineari; ſed poſtea aliqui neſcientes diſcernere inter gloſſam & textum, inſeruerunt illud in textu. Et ſimile habetur in multis locis in Biblijs noſtris. Sequitur,

H

l Progrediens ad meri.i. ad illam partem Iudeę, quæ eſt verſus Aegyptum, quia terra Aegypti eſt ad meridiem reſpectu terræ promiſſionis.

m Facta eſt autem fa. Hic deſcribitur fidei Abræ probatio. Ad hoc enim permiſit dominus famem fieri in terra Canaan, & maximè in illa parte vbi erat Abram, ut oſtenderetur fides eius, quia dominus dixerat ei parū ante, quòd in terra illa multiplicaret eum, & nihilominus propter famem imminentem oportebat eum exire, & tamen non eſt diffiſus de diuina promiſſione.

n Deſcenditque Abram in Aegy. quia in illa terra erat fertilitas, & erat propinqua loco terræ Chanaan, in qua erat Abram: Et bene dicitur, Deſcendit, quia terra Aegypti inferior eſt reſpectu Iudææ.

Præceperat, locutus fuerat, Deut 27.c · Salem. · Sem nominatus eſt Melchiſedech ſecūdum hebræos.

f Vſque ad locum Sichem. De hoc fit mentio ſpecialis, quia dominus ibi oſtendit ſibi montem Garirim, & montem Hebal, vbi filij Iſrael ſuſcepturi erant iuramenta legis ſeruandę per benedictiones ſuper ſeruantes

o Cumque prope eſſet & cætera. Ante ingreſſum hoc ſibi dixit, ut pręcaueret periculo de caſtitate vxoris ſuæ quantum fieri poterat via humana.

Et quòd

## MORALITER.

* † Tulitque Sarai vxorem ſuam. Id eſt ſapientiam prius acquiſitam, de qua dicitur. Sap. Hanc amaui & quæſiui mihi ſponſam aſſumere. Sap. 8.a

† Et Loth, qui interpretatur vacans, ideo per ipſum intelligitur amor ſtudij qui quærit vacationem a tumultu terreni negocij. Hæc enim in religione conuerti debent in obſequium Dei, ſicut fecerunt doctores ſupradicti. Pertranſi. Abram ter. vſque ad lo. Sichen. qui interpretatur humerus, quia religioſus ſupponere debet humerum ad onera religionis portanda.

g Vſque ad conuallem illu. Ideſt humilitatem: quæ dicitur conuallis illuſtris, quia decor eſt, & cuſtos omnium virtutum. Illuſtris conuallis.

i Apparuitq; dominus Abram. Religioſum ſpiritualiter conſolādo.

K Qui ędificauit ibi al. domino, Gratias agendo de ſua vocatione.

† Et

† Et inde tranſgrediens ad montem qui erat contra &c. Ideſt tendens ad religionis perfectionem.

† Tentendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente. &c. In bono perſeuerando.

l progrediens ad meridiem. Id eſt in feruore charitatis proficiendo. Sequitur,

m Facta eſt autem fames in terra illa. Dominus enim aliquando permittit famulos ſuos egere, vt à ſæcularibus paſcantur corporaliter, & ſęculares ab ipſis ſpiritualiter. Exemplum. Reg. De Elia, & vidua Sareptana: vnde dicit apoſtolus. Corint. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? 3 Re. 17 · 1. Cor. 9

n Deſcendit igitur Abram in Aegyptum, Ad quærēdum victum corporalem, & dandum ſpiritualem. Dicit enim Ioſephus primo libro antiquitatis iudaicæ, quòd docuit Ægyptios de moribus &

* aliquibus



a Dic ergo obſecro &c. Aug. Quæritur cur patriarcha voluit mentiri, vt diceret ſororem ſuam, & non potius Deo commiſit, qui ſi vellet eius pudicitiam apud Pharaonem cōſeruare, poſſet? Sed veritatem voluit celari, non tamen mendacium dici. Soror enim dicitur quia filia fratris: & in hoc oſtenditur, quia nemo debet tentare Deum ſuum dum habet quid faciat rationabili conſilio. Fecit enim pro vita ſua quod potuit, quod autē non potuit Deo commiſit, in quem ſperauit, cui pudicitiam coniugis commendauit. Nec eum fides aut ſpes fefellit. Non ergo audeat Deum tentare homo, dum habet quo rationabiliter quod cauere oportet, euadat. Nec Paulus de protectione Dei deſperauit, aut fidem perdidit, quando in ſporta ſubmiſſus inimicorum manus aufugit. Ipſe autem Abram ſi interrogatus illam vxorem ſuam indicaret, duas res Deo committeret, & vitam ſuam, & vxoris pudicitiam.

A

q. Sup Gen. q. 26. to. 4. & de ciuit. Dei. to. 5. l. 16. c. 19. · Abrahā an mentitus ſit. · 1 Ipſius. Reſeruabūt me te ſaciant heb. · Act 9.d

C

b Sublata eſt mulier. Rab. Excuſatur Sarai, quæ in domum Pharaonis transfertur inuita, non ſolum in hoc quod non inquinatur corpus, nec anima niſi mentis conſenſu, ſed etiam in hoc, quod conueniente & permittente viro ſuo factum eſt.

c Auguſtinus. Apud Pharaonem tandiu potuit eſſe intacta, quia in Heſter legitur, q̄ puellæ non ſtatim ad reges introducebantur, ſed vno anno cuſtodiebantur, & ſex menſibus oleo myrtino vngebātur, & alijs ſex menſibus in diuerſis odoramentis erant. Potuit ergo per has inducias temporis intacta manere. Et interim bene vſi ſunt Abram Ægyptij, donec Pharao a Deo flagellatus, & cognoſcens quòd eſſet vxor eius, redderet intactam.

† 22. q. 2. c. quęritur. De octo eccleſ. q. q. 7. to. 4. · † inf. 20.c

GLO.

ſuæ: † Noui quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te Ægyptii, dicturi ſunt, Vxor illius eſt, & interficient me, & te reſeruabunt. † Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis; vt benè ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingreſſus eſſet Abram Ægyptum, uiderunt Ægyptii mulierem, quòd eſſet pulchra nimis: Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis, Abram uerò bene uſi ſunt propter illam. Fueruntque ei oues, & boues & aſini, & ſerui, † & famulæ, † & aſinæ, & cameli. Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius, propter Sarai uxorem Abram. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? Quare non indicaſti mihi, q̄ uxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam & uade. Pręcepitque Pharao ſuper Abram uiris, & deduxerunt eū, & uxorem illius, & oīa quæ habebat.

a Veritatem voluit celari, non mendacium dici. · a Quia filia fratris. · Inuita. · Ægyptij. · a Quam intactam volebat ſeruare.

## NIC. DE LY.

a Et quòd cum viderint te Ægy. &c. Sciebat enim Abram nefas eſſe apud Aegyptios adulterium, & morte plectendum, et minus reputabant homicidium viri, quàm accedere ad vxorem alicuius ipſo viuente, et ideo ad hoc periculum euitandum, dixit vxori ſuæ,

b Dic ergo obſe. te q̄ ſoror mea ſis &c. Sed quæritur hic, Quomodo Abram homo tantæ perfectionis per tale mendacium expoſuit vxorem ſuam periculo adulterij, quia vt videtur, magis debuiſſet eligere mori? Ad hoc dicendum quod homo in periculo poſitus ſemper debet agere ad ſui liberationem id quod poteſt ſecundum viam humanam, vt non tentet Deum, omittendo illud per quod poteſt euitare periculum quantum poteſt, & quando nihil poteſt vltra, tunc abſque tentatione Dei poteſt reſiduum committere diſpoſitioni diuinæ: Abram autem in terra Canaan habebat familiam magnā, nec habebat bona temporalia, vt panem, & vinum & ſimilia, vnde poſſet eam ſuſtentare cum eſſet ibi peregrinus, nec habebat magnam pecuniam, vnde poſſet victualia emere: etſi haberet, incolæ illius terræ non venderent ſibi, cum eſſent in tanta fame poſiti q̄ vix haberent victualia pro ſeipſis, & familia propria, & ideo ſi manſiſſet Abram in terra illa, ſtatim imminebat ſibi & familiæ ſuæ periculum mortis propter famem, & ideo illi periculo primò debuit occurrere, quod & fecit, deſcendendo in Aegyptum, quæ erat terra fertilis. Periculum autem caſtitatis ſuæ vxoris non erat ita propinquum, quia probabiliter æſtimabat, quòd vxor ſua reſeruaretur regi propter ſui pulchritudinem, ſicut & factum eſt. Sciebat enim quod tempore illo reges non accedebant ad vxores ſuas de nouo acceptas, niſi poſt anni circulum, quia primis ſex menſibus vngebantur oleo myrtino, & poſtea ſex alijs menſibus quibuſdam vnguentis, & varijs pigmentis utebantur, & poſtea ad regis cubiculum tranſibant, & intrà tantum tempus ſperabat de Dei adiutorio, ſibi vxori, & familiæ affuturo. Dic ergo obſecro te quod ſoror mea ſis. Non docuit eam mentiri, ſed veritatem occultare cautè. Mulieres enim & viri de eadem cognatione propinqua, fratres, & ſorores nominabantur, vnde & in cap. ſequenti, Abram vocauit Loth nepotem ſuum fratrem dicens, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores tuos & paſtores meos, fratres enim ſumus.

B

c Viderūt Ægyptij &c. Dicunt hic Hebræi, q̄ Abram vt nihil omitteret de his, quæ poterat facere ad cōſeruandam caſtitatem vxoris ſuę, incluſerat eam intra vnam arcam, ne videretur ab Aegyptijs quos ſciebat eſſe luxurioſos. Sed cum perueniſſent ad quoddam paſſagium, vbi ſcrutabantur ea, quæ ferebantur, cuſtodes paſſagij aperuerunt arcam illam, & viderunt quòd illa mulier eſſet apta coniugio regis propter ſuam pulchritudinem: & ideo ſubditur,

Nunciauerunt principes Pharaoni. Viderunt principes Pharaonis. · Viſſunt, ſcierunt. Adulteriū apud Aegyptios nefas eſt. · Quæſtio. · Nota. · Heſter 2.b · Sara in arca incluſa.

d Et nunciauerunt principes. Id eſt prædicti cuſtodes paſſagij.

e Pharaoni, i. Regi Aegypti. Tunc enim omnes reges Aegypti vocabantur Pharaones, ſicut & aliquo tempore omnes Imperatores Romani vocabantur Cæſares.

f Et laudauerunt eam, Dicentes quòd eſſet valde conueniens ſibi, & hoc dicebant ad captandum regis gratiam.

g Et ſublata eſt mulier. Vt fieret vxor regis, vt patet infrà.

h Abram verò bene vſi ſunt propter illam, Ipſum honorando & munera exhibendo, credentes q̄ eſſet frater eius, & non maritus, & quia docuit tunc Aegyptios aſtronomiam, quam ignorabāt, vt dicit Ioſephus.

i Flagellauit autem Dominus Pharaonē. Quia Abram fecerat fideliter quantum poterat ſecundum viam humanam, & reſiduū, ſ. caſtitatem vxoris commiſerat diuinæ protectioni, vt ſupra dictum eſt, ideo dominus qui eſt protector omnium ſperantium in ſe, caſtitatem vxoris ſibi commiſſam conſeruauit, flagellādo Pharaonem plagis maximis. Quę autem ſint illæ plagæ, non eſt expreſſum textu, ſed Hebræi dicunt quod fuit fluxus ſeminis ita quòd concubitus eſſet grauis, vel impoſſibilis Pharaoni & ſeruis eius. Expoſitores noſtri dicunt, quod fuit concluſio vuluæ vxorum Pharaonis, & ſeruorum eius, ita quòd parere non poſſent.

D

Rapit vxorem in domum Pharaonis. · Alias † familiæ. · Alias non habet † & aſinæ. · Percutitur Pharao à Deo propter rapta vxorē Abrahæ.

K Propter Sarai. In hebræo habetur: Propter verbum Sarai. Dicunt enim hebræi q̄ Sarai habebat angelum cuſtodem corporis ſui, ſicut de B. Agnete legitur, & quando Sara dicebat Angelo, vt percuteret Pharaonem plaga prædicta, tunc percutiebat, & ſic cognoſcere eam non poterat. Plaga Pharaonis.

l Vocauitque Pharao Abram &c. Per reuelationem enim ſciuit quòd Sarai eſſet vxor eius, & quòd flagellabatur propter eius detentionem. Sequitur,

m Accipe eam & vade. Et non dixit ei, Terra coram te eſt, vbi cunque tibi placuerit habita, ſicut dicit Abimelech rex Gerare, vt habetur Geneſi, Sciebat enim Pharao Aegyptios eſſe luxurioſos, propter quod Abram non poſſet habitare ſecurus in terra Aegypti cum vxore ſua. Redditur Abræ vxor. · Gene. 20.c

n Præcepitq; &c. Ad conducendum eum ſecurè donec eſſet extra terram ſuam ne aliqua moleſtia ſibi, vel vxori ſuæ, vel familiæ inferretur.

NICO.

## MORALITER.

* aliquibus ſcientijs ſpeculabilibus. Et ſic pauper religioſus de clauſtro deſcendit ad ſæculares vt eos doceat bonos mores. ſequit,

b Dic obſecro quòd ſoror mea ſis. Religioſus enim ſapientiam à Deo ſibi datam vocare debet ſororem. Prouerb. Dic ſapientiæ ſoror mea es. Hanc autem communicauit Ægyptijs, quia religioſus ſapientiam ſibi datam à Deo communicare debet ignorantib. & per hoc ditatur gratiæ bonis in pręſenti, & gloriæ in futuro. Prou. 7. a

* Aſcendit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E In cap. 12. vbi dicitur in poſtilla, Egredere de terra tua, id eſt de Chaldea.

ADDITIO I.

*¶ Non videtur rationabiliter dictum, vt cum Dominus dixit Abræ, Egredere de terra tua, intelligatur de Chaldæa, ſicut nec dicendum eſt quòd Abram fuit in Chaldæa natus. Conſtat enim, quòd Babylonia cum tota terra Sennaar, quæ eſt Chaldæa, pertinebat ad Cham filium* Gene.10.a *Noe & poſteritatem eius vbi Nemrod regnauit, vt ſupra Gen. Abram autem deſcendebat de Sem, cuius Sem poſteritatis habitatio erat in alijs regionibus, vt in eodem capitulo habetur. Nec huic obſtat quod dicitur ſupra vndecimo capitulo de Aram fratre Abræ. quòd mortuus eſt in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. Nam prout in hoc loco dicit Ra. Moyſes. Gerunden (& bene vt videtur) cum ibidem dicitur, In terra natiuitatis ſuæ referendum eſt ad Aram ſolum qui natus fuit in* Gene.24.c *Chaldæa, non autem ad Abram: nam infra Gen. Abram mittens ſeruum ſuum in Meſopotamiam dicebat ei, Ad terram, cognationemque meam proficiſcaris: in quo loco vbi nos habemus, Ad terram cognationemq; meam, Hebraica veritas habet, Ad terram natiuitatis meæ:* Gen.11.d *eadem enim dictio ponitur ibi & ſupra Gen. vbi dicitur, In terra natiuitatis ſuæ, & ſic patet quòd locus natiuitatis Abræ erat in Meſopotamia. Legitur etiam Ioſ. Quòd Ioſue alloquens filios Iſrael dicebat,* Ioſ.24.a *Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio, Thare pater Abram & Nachor. Conſtat autem quòd trans fluuium eſt Meſopotamia, vt in eodem cap. declaratur. Cum autem dicit, Ab initio, ſatis patet quòd inde erant oriundi. Et notanter ibi dicitur, Thare pater Abram & pater Nachor prętermittens Aram, eo quod Aram (vt dictum eſt) fuit natus in Chaldæa & non in Meſopotamia. Ex quibus habetur quòd cum dicitur Abrę, Egredere de terra tua, intelligitur de quodam loco qui dicitur Haram, qui erat in Meſopotamia, a qua terra nunquam legitur Abram fuiſſe egreſſus, niſi nunc de præcepto domini, & ſic queſtio Poſtillatoris, & eius ſolutiones non videntur hic habere locum. Si autem quæratur, Quomodo Aram frater Abrę dicitur natus in Chaldæa, Thare autem, Abram, & Nachor in Meſopotamia? Ad hoc dicendum, quòd littera nos cogit ad vtrumque concedendum, vt tactum eſt: Cuius ratio poteſt eſſe ſecundum Ra. Moy. prędictum quòd Thare habuit ire de terra ſua in Chaldeam poſt natiuitatem Abrę & Nachor, & antequam naſceretur Aram, & ibi in Chaldæa fuit natus Aram. Ratio autem quare Thare iuit in Chaldæam, non exprimitur in littera, poteſt tamen probabiliter dici, quod cum Nemrod fuiſſet vir oppreſſor hominum, vt ſupra dictum eſt, &* F *volebat attrahere gentes ad culturam ignis, quòd ideo vocaſſet Thare, & familiam ſuam qui erant notabiles de genere Sem vt ex diuturna habitatione eorum in Chaldæa, communicarent cum alijs in huiuſmodi cultura, & ſic ampliaretur iſte cultus execrabilis: qui fuerunt ibidem diu commorati intantum quòd ibi natus fuit Aram, & mortuus; & Thare & Nachor ignem coluerunt, quia commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Abram autem à Deo illuminatus & protectus, diuinitus fuit eductus inde ut littera dicit in auctoritate ſupra al-* Gen.15.b *leg. Ego ſum Dominus qui te eduxi de Vr Chaldeorum. Si fortè quęratur,* Quæſtio. *Quare ſcriptura pręmittit iſta particulariter narranda? Dicendum ſecundum Ra. Moy. prędictum, quod ſcriptura videtur abbreuiatè & obſcurè loqui in his quæ ad idololatriam pertinēt in primo ſtatu, ſcilicet ante legem. reſeruans ea ad tempus legis (in † qua principaliter fuit idololatria prohibita) plene declaranda,* alias † quo *vnde ſupra decimo capit. dicitur de ipſo Nemrod, qui deceptor animarum fuit cogens homines ignem adorare, vt in glo. nihil tamen traditur in ſcriptura de eo niſi quòd fuit robuſtus venator coram domino, quę ſunt verba breuiſſima & diuerſimodè interpretabilia; & eadem ratione prædicta hic omittuntur. Et attendendum, quòd in hoc cap. & alijs, Aram, eſt dictio ęquiuoca ſecundum linguam latinam, quia vno modo ſignificat Aram patrem Loth, & alio modo ſignificat, quendam locum in Meſopotamia: vt cum dicitur infra eodem cap. Cum ingrederetur de Haram: Sed in hebraica lingua non eſt in hoc loco æquiuocatio, quia Arā prout ſignificat hominem ſcribitur cū He quæ eſt quinta littera alphabeti hebraici; prout autem ſignificat locum, ſcribitur cum alia littera Cheth ferè inexpreſſibili in lingua noſtra quæ eſt in octaua littera in alphabeto hebraico.* G Aram æquiuocatio.

In eodem c.12. vbi dicitur in poſtilla, Hebræi exponunt ſic.

ADDITIO II.

*¶ Licet quod in hac expoſitione continetur ſit verum, ſcilicet quòd benedictio Chriſti ſit ſuper omnem nationem terrę, non tamen in hoc loco hoc fuit Abrę promiſſum prout patebit inf. c.22.*

In eo. 12. c. vbi dicitur in poſtilla, Sed quęritur hic, Quomodo Abram homo tantæ perfectionis.

ADDITIO III.

*¶ Hæc reſponſio Poſtillatoris vera eſt & conſona dictis Sanctorum & gloſſæ communi: poteſt tamen pręter hoc vlterius dici, quod Abram cum eſſet propheta, ut habetur Gene. in ſpiritu prophetię cognoſcebat,* Gene.20.a *quod ex hoc vxor ſua eſſet ſublata, non ſequeretur aliquid contra uxoris pudicitiam, ſed potius laus Dei, & eius cognitio apud ipſos infideles reluceret. Cognouerunt enim Pharao & ſui, quòd Dominus eos flagellabat maximis plagis propter Sarai vxorem Abræ, vt patet in littera, & ſic diuinam prouidentiam & eius iuſtitiam aliqualiter fatebantur promptius & humilius quàm Philiſtijm, qui videntes idola ſua corruentia, & ipſos multipliciter a Deo plagatos propter deuotionem arcæ domini, adhuc nitebantur proteruire dicentes, nequaquam manus ſua tetigit nos, ſed caſu contigit. Regum.* 1.Reg.6 *Et per amplius Pharao populum Iſraeliticum tyrannicè detinens, videns ſe & ſuos multipliciter flagellatos à Deo cum alijs ſignis, & prodigijs: adhuc non ceſſabat diuino mandato reſiſtere, vt patet in Exod. in multis locis. Aliter autem fuit in propoſito, cum ſtatim Pharao Deo obtemperauit dimittendo illicita, ex quo etiam fama glorioſa ipſius Abræ (pro quo Deus tanta operabatur) apud ipſos infideles claruit iuxta promiſſionem ſibi ſupra à Deo factam, cum dixit, Magnificabo nomen tuum. Ex quibus ſatis patet quorundam hebræorum error, ſpecialiter Ra. Moy. Gerunden. qui in hoc loco aſſerit, quod Abram multipliciter peccauit, non ſolum in mendacio & huiuſmodi, ſed etiam inquantum terram promiſſionis exiuit ſine mandato Domini, ad quam terram de eius mandato ſpeciali venerat: propter quæ quidem peccata Abræ, aſſerit quod filij Iſrael fuerunt in captiuitate Aegyptiaca per multos annos.* Rab. Moy. dicit Abram peccaſſe. *Quæ quidem aſſertio vana eſt. Nam licet de multis ſanctis legatur ꝙ aliquando peccaſſent, vt de Moyſe in aquas contradictionis: & Dauid in facto Vriæ & huiuſmodi, tamen ſcriptura palam eos reprehendit, eis certas pœnas iniungendo, vt de Moyſe, & de Dauid, ne eorum geſta in talibus ad exemplum trahantur.* Numer. 2.Reg. *Sed in propoſito eſt per oppoſitum, nam huiuſmodi factum Abræ non reprehenditur in ſcriptura, ſed potius ad laudem Dei & ſui facti honorem refertur. De hoc enim facto Abrę & quibuſdam ſimilib. legitur in Pſal. ad litteram, Pertranſierunt de gente in gentem &c. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges: Nolite tangere Chriſtos meos.* Pſal.104 *Ex quo patet, quod iſta ad laudem Dei & etiam ſanctorum ſuorum referuntur.*

REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

IN cap. 12. Poſtillator exponens illum locum, Egredere de terra tua, dicit quòd intelligendum eſt de Chaldæa: quod ægre ferens Burgen. inutili (vt apparet) digreſſione ſe fatigat, dicens Abram natum in Meſopotamia, non Chaldęa: & quia ſua digreſſio eſt intricata, ad clarius videndum ineptias eius, reduco ad certa puncta. Primum, Abram non eſt natus in Chaldęa. Secundum Chaldæa non eſt terra de qua in propoſito iubetur egredi. Tertium, Quòd Abram fuit natus ante Aram, quem genuit Thare in Chaldæa. Quartum, quòd Abram fuit natus in Haram loco Meſopotamiæ ſic dicto. Alia quæ addit Burgen. fabuloſa videntur: Sed primum eius dictum eſt contra beatum Hieron. prout allegatur in glo. ordin. Poteſt etiam probari authoritate Aug. etiam alleg. in gl. eadem, vbi dicitur quod Aram fuit primogenitus Thare, & is natus in Chaldęa ſecundum ipſum Burgen. & omnes. Thare autem ſemper manſit in Chaldęa vſque ad mortem Aram ſecundum omnes, & inter natiuitatem Aram, & mortem eiuſdem natus eſt Abram ſecundum beatum Hieron. & Augu. ſupra alleg. quos ſequitur Magiſter hiſtoriarum, dicens Abram primò nominari quamuis ſit vltimò genitus propter proſticum dignitatis. Similiter & Glo. ordin. & Ioſephus concordant: quibus omnibus plus credere oportet quam Burg. ſine ratione dicta ſanctorum poſtponenti. Eſt igitur terra natiuitatis Abræ ipſa Chaldæa: *Terra natiuitatis Abræ* Nec obſtat, quod Burgen. dicit poſteritatem Sem in Chaldæa non habuiſſe habitationem, quod quamuis verum ſit pro maiori parte, ſolus tamen Thare cum familia ſua dicitur in littera ibi habitaſſe: vt etiam idem Burg. poſt in eadem digreſſione: Nec obligat quod Burgen. dicit de Hebraicis litteris, nam credendum eſt magis noſtræ translationi per ſanctos Doctores concorditer expoſitæ. Nec puto omnes vſque ad Burgenſ. ſermonem Hebraicum ignoraſſe. Nec valet quod adducit de Ioſue, Trans fluuium aſſerens illam terram eſſe Meſopotamiam, cum Chaldæa etiam ſita ſit iuxta eundem fluuium Euphratem, & ita benedicitur transfluuialis ſicut Meſopotamia: vnde dicit Iſid. Quod Babylonia Aſiæ eſt prouincia in Chaldęa, cuius caput eſt vrbs Babylonia, à qua regio eſt nuncupata tam nobilis, vt Chaldęa, Aſſyria, & Meſopotamia in eius nomen aliquando tranſierunt, quam præterfluunt Tigris & Euphrates. Ineptè igitur Burg. exponit trans fluuium eſſe Meſopotamiam, cum ſecundum Iſidorum vbi ſuprà, & Magiſtrum proprietatum, ſit ſita inter prædicta duo flumina: vnde patet primum dictum Burgen. forè falſum: nam & ipſe Burgen. fortaſſe de pręſenti errore pęnitentia ductus hoc dictum retractat: Verius enim contradicit, Deutero. dicens, Abram primus pater fidei non ignorauit Chaldęam, ſed in ea fuit natus, & inde eductus, & niſi accipiatur pro retractatione, ſuſtineatur à ſuis amatoribus pro contradictione: Patet ergo primum dictum eſſe falſum, ſimiliter & ſecundum, quia cum Chaldæa ſit terra natiuitatis Abræ vt patet ex dictis, iubetur hic exire Chaldęam: Hęc eſt intentio beati Auguſt. & allegatur in Gl. ord. & Ioſephus dicit de hoc egreſſu: Abram



A Abram cum lxxv. annorum eſſet dimiſit Chaldęam, vt domino iubente migraret in Chananeam: Et ita hunc egreſſum S. Stephanus exponit Act. dicens, Tunc exijt de terra Chaldęorum & habitauit in Charam &c. Act.7.a Nec tertium dictum Burg. poteſt eſſe verum quia Sarai fuit filia Aram, quæ fuit nonagenaria, cum Abram eſſet centenarius, Gene.17.f Si igitur Aram fuit iunior quàm Abram viij. vel ix. annorum genuiſſet Sarai quod falſum eſt & fictum. ideoque & quartum eius dictum nullum eſt: nam terra transfluuialis dicitur in textu confinium Meſopotamiæ, vt patet Ioſ. Nec poteſt conuenienter intelligi ipſa Meſopotamia: C Ioſ.24.a Nam ibi patres non ſeruierunt dijs alienis, quos nominat textus ibidem, ſed in Chaldęa ad requiſitionem, & fortaſſe compulſionem Nemrod, prout dicit idem Burg. in iſta digreſſione. Chaldęa autem confinis eſt Meſopotamiæ, quia circa & intra eadem flumina (prout ſup. dictum fuit) ſita: Nec pertractione dignum eſt, in quo Burg. circa c. 13. & 14. notat Poſtillatorem, nam pueriliter occaſiones ſcribendi accepit.

GLOS. ORDIN.
Cap. XIII.

Hiſtorice. a q. Heb. Ge. c13.10.8.a *Ascendit ergo Abram &c. Hieron.* De Ægypto liberatus bene aſcendiſſe legitur. Sed quomodo potuit diues eſſe valde? Sed in Hebraica veritate habetur כבד grauis vehementer. In poſſeſſione auri, & argenti. In pecoribus, et auro et argento. Ægypti enim ponderegrauabatur. Et licèt videantur eſſe diuitiæ auri, & argenti, ſi autem Ægyptiæ ſunt, ſancto viro graues ſunt. Nec vt in Lxx. legitur, Abijt vnde venerat in deſertum vſque Bethe. Bethel. Hai. Sed ſecundum Hebræum, abijt in itinere ſuo per auſtrum vſque Bethel. De Ægypto enim profectus eſt, non vt deſertum peteret, quod in Ægypto reliquerat, ſed vt per auſtrum, qui aquiloni contrarius eſt, veniret ad domum Dei, vbi erat tabernaculū eius inter Bethel, & Hai. *b In Bethel &c.* Eſt autem Bethel ciuitacula in duodecimo lapide ab F Elia ad dexteram euntibus Neapolim: quæ prius Luza, id eſt amygdalus vocabatur in Tribu Beniamin. Hai verò in tribu Iuda ſeparata ſacerdotibus. Bethel domus Dei: Hai oculus vel fons. Bene ergo tabernaculum inter Bethel & Hai figens, altare domino ædificauit, quia ſancti à mundi principe, & ſęculi voluptatibus recedentes, abluti ſancto fonte baptiſmi. curſum præſentis vitę conſideratè ducentes, & hoſtiam laudis, & boni operis ſuper altare fidei Deo exhibentes, ad domum Dei, i. ad cęleſtem Hieruſalem feliciter tendunt. *Abrā Aegypto egreditur. Moraliter.* *c Ne quæſo ſit &c.* Nos quoque nihil concordiæ, & charitati præponamus, ſed per dexteram proſperitatis, vel ſiniſtram aduerſitatis in pace & dilectione perſeueremus. Rixa 1 Abram. inter paſtores Lot, & paſtores Abrę controuerſiam ſignificat inter paſtores catholicos, & ſubuerſores hęreticos. Vnde & Loth hæreſiarchas ſignificat, qui declinans interpretatur, & circa Iordanem, id eſt deſcenſum regionem ſibi elegit. Paſtores eius hæreticos, & ſciſmaticos, qui 2 In principio. pulchra & decliuia petunt, nec in 3 Ibi. montem cum Moyſe aſcendunt ad dominum, pacem, & vnitatem contemnentes, & optionem quo volunt eundi accipiunt, & gratiam fugientes, libero arbitrio ſe committunt. Paſtores verò Abræ catholicos Doctores ſignificant, qui hæreticos etiam localiter fugiunt. ſecundum illud ad Titum. † Inf.36.a Tit.3.c Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem deuita. & hoc inter gentes Chananæi, & Pherezæi, in terra ſcilicet promiſſionis, quia inter Catholicos, & hæreticos quorum ſit regnum cœlorum ſolet eſſe contentio. *d Fratres enim ſumus.* Tribus modis *Fratres trib. modis.* dicuntur fratres in ſancta ſcriptura. natura, vt Iacob & Eſau: cognatione, vt Abram & Lot: 4 Inter paſtores gregum Lot. gente, ſicut omnes Iudæi. Vnde ſi attenuatus fuerit frater tuus & vendiderit ſe tibi &c.

*a Sicut*

Cap. XIII.

a ASCENDIT ergo Abram de a Ægypto, ipſe, & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cū eo ad b Auſtralem plagam. Erat autem ¹ di- c ues valde in poſſeſſione auri, & argenti. Reuerſuſq; eſt per iter quo ve- d

a ¶ Cultoribus Dei, licet nox inſtet & perſecutio, non refrigeſcit tamen diuini cultus intentio.

b nerat à m²eridie in Bethel, vſque ad e locum vbi prius fixerat tabernaculum ² inter Bethel, & Hai, in loco altaris quod fecerat ³ prius, & inuoca- f uit ibi nomen Dñi. Sed & Lot, qui g erat cum Abram, fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul: † erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare cōiter. Vnde facta eſt rixa h

a ¶ Catholicos & hæreticos. b ¶ Subditorum. c ¶ Prælatorum catholicorum.

inter p^a ſtores gr^b egum Abr^c am &

a ¶ Hæreſiarcharum.

⁴ L^a ot. Eo autem tempore Chananæus, & Pherezæus habitabant in i terra illa. Dixit ergo Abram ad k

a ¶ Notandū quanta cura ſit ſancto viro conſeruandę pacis.

c Lot: N^a e quæſo ſit iurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, &

a ¶ Cognatione: Lot enim fuit filius Aram fratris Abræ.

d paſtores tuos, fr^a atres enim ſumus.

NICO. DE LYRA.
Cap. XIII.

a ASCENDIT ergo Abram de Ægypto ipſe & vxor. &c. *Hic conſequenter deſcribitur quomodo Abram bene ſe habuit ad proximum. Et primò quomodo ſe habuit ad proximum tempore proſperitatis, ſcilicet eius pacem conſeruando: Secundò quomodo tempore aduerſitatis, ſcilicet ipſum velociter adiuuando decimoquarto cap.* Diuitiæ contentionis cauſa. *Circa primum tria declarantur, quia primò deſcribitur inter familias Abræ, & Lot contentionis occaſio: ſecundò occaſionis pręciſio, ibi, Dixit ergo Abram ad Lot: tertiò pręciſionis approbatio, ibi, Dixitq; Dominus ad Abram. Occaſio autem contentionis fuit, quia vterque erat diues valde, & habebat familiā, & ex tali cohabitatione ſolet ſæpe contentio ſurgere. Dicit igitur,*

a Aſcendit ergo Abram de Ægypto. *Sequitur,*

b Ad auſtralem plagam. *Non eſt intelligendum, quòd terra promiſſionis ad quam aſcendit Abram rediens de Aegypto ſit in parte auſtrali reſpectu Aegypti, ſed eſt in aquilonari; ſed auſtralis plaga hic accipitur reſpectu Hieruſalem: quia illa pars terræ promiſſionis, quę eſt vicinior Aegypto, eſt pars auſtralis reſpectu Iudeę.*

c Erat autem diues valde in poſ. &c. *In hebręo habetur* כבד *Grauis, vel ponderoſus multum, quia habebat multa pondera auri, & argenti & aliarum rerum, & in idem redit.*

d Reuerſusque eſt per iter &c. *In hebræo autem habetur* למ עי *Per manſiones quibus venerat, & hoc duplici de cauſa. Vna, quia homines reuertentes ad terram ſuam vnde exierant conſueuerant accipere hoſpitium redeundo vbi fuerunt prius hoſpitati eundo. Alia, quia quando Abram iuit in Aegyptum non habebat pecuniam pro expenſis ſufficientibus, & contraxerat in hoſpitijs aliqua debita, ſed in redeundo erat diues valde, vt prædictum eſt, & ideo redijt per eadem hoſpitia ad ſoluendum illa debita.* ſupra 12.a

e A meridie in bethel: *Quia ſicut dictum eſt, intrauit terram promiſſionis à parte auſtrali. ſequitur,*

f Et inuocauit ibi nomen Domini &c. *Gratias Deo agens de hoc ꝙ ipſum, vxorem, & familiā conſeruauerat, & in bonis multiplicauerat.*

g Sed & Lot qui erat &c. *Hoc exprimitur ad oſtendendum occaſionem diſcordiæ. Diuitię enim frequenter ſunt cauſa diſcordię inter homines etiam propinquos & amicos, vnde ſequitur,* Lot et Abrā diuites.

h Vnde & facta eſt &c. *Quia tàm iſti quàm illi volebant ſibi præoccupare meliora paſcua, & meliores aquas. Hebręi dicunt, quod cauſa contentionis fuit, eo quòd paſtores Loth paſcebant animalia ſua in bladis alienis: paſtores autem Abram increpabant eos, quia erant edocti in iuſtitia à magiſtro ſuo, non ſic autem paſtores Lot. Sed prima expoſitio melior videtur.* Diuitiæ cauſa ſunt diſcordiæ.

i Chananæus & Pherezęus habitabant &c. *Ac ſi diceret, licet terra illa promiſſa eſſet à Deo ipſi Abrę, non tamen erat ſibi tradita, & ideo magis voluit Abram recedere à nepote ſuo, ne fortè ex contentione prędictorum famulorum moueretur lis coram iudicibus infidelibus.*

K Dixit ergo Abram ad Lot. *Hic conſequenter deſcribitur contentionis pręciſio. licet enim delectabile eſſet ipſi Abrę manere cum nepote ſuo, magis tamen voluit ab eo ſeparari quam, quòd occaſione ſeruorum contendentium moueretur lis inter ipſum & nepotem ſuum, & quamuis eſſet ſenior, dedit tamen electionem ipſi Lot.* Inf.17.b & 26.a

¶ a Ecce

MORALITER. Cap. XIII.

✱ a *Aſcendit ergo Abram de Aegy.* Per quod deſignatur, ꝙ religioſus poſtquam profecit in doctrina ſecularium ad clauſtrum redire debet, ad agendum Deo gratias, & orationi ſtudioq; vacandū.

*d Reuerſuſq; eſt per iter quo venerat à meridie.* Nam eadem charitate, qua deſcenderat propter ędificationem proximi, redire debet ad contemplationem Dei. Sed quia talis religioſus aliquando ſumitur ad regimen eccleſiæ, ſicut beatus Gregorius, & plures alij.

✱ Ec

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sicut Paradiſus &c.* Hic diſcimus E eſſe paradiſum terrenum, cui comparatur terrena irrigatio. Hæc enim regio plana erat, & campeſtris, & irrigata Iordane fluente, ſicut Ægyptus Nilo.

Hiſtoricè. b *Coram Domino.* Cui crimen puniendum committitur. Nam & hominibus manifeſtum crimen, ſed non puniendum.

c *Leua ocu. &c.* Quaſi aſpice per quatuor climata orbis, poſſeſſio Palæſtinæ promittitur ei, & ſemini eius. Quod in quibuſdam codicib. mare pro occidente ponitur, ideo fit, quia Palæſtina mare habet ab occidente.

d *Omnem terram &c.* Non hoc ſolum promiſſum eſt. non enim dictum eſt, tantum terræ tibi dabo quantum vides, ſed tibi dabo terrã quam vides. cum enim & vlterior vndique dabatur hæc precipuè dabatur, quæ videbatur.

Ecce vniuerſa terra coram te eſt, re-

a ¶ Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum & proiice abs te.
b ¶ Id eſt, ſiue tibi aduerſa contingant, mihi autem proſpera; ſiue tibi proſpera, mihi autem aduerſa.

cede à me obſecro. Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtrã per-

a ¶ Circunſpecta regione. b ¶ Vacuit ei.

gam. Eleuatis itaq; Lot oculis, uidit

a ¶ In deſcenſu ſcilicet poſitam.

omnem circa regionem Iordanis,

a ¶ A Iordane.

quę vniuerſa irrigabatur antequã ſubuerteret Dominus Sodomã, &

a ¶ Hortus delitioſus & irriguus.

Gomorrhã, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Ægyptus venientib. in

a ¶ Non ardua, ſed decliuia.

ſegor. Elegitq; ſibi Lot regiõnẽ cir-

a ¶ In occaſum iturus.

ca Iordanem, & receſſit ab oriente:

a ¶ Al. diuiſique ſunt alterutrim à fratre ſuo.
¶ Sic hæretici & catholici tàm locis quam moribus.
¶ A nobis exierunt: ſed non erant ex nobis.

diuiſiq; ſunt alterutrũ à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaã, † Lot verò moratus eſt in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines aũt Sodomitę peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Dixitq; Dñs

a ¶ Recedente ſciſmate iam hæreditas promittitur per omnes partes mundi merito fidei dilatata.

ad Abrã, poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos in directũ & vide à loco in quo nunc es, ad aquilonem, & meridiem, ad orientem, & occidentem †: Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, &

a ¶ Id eſt Chriſto qui de ſemine eius.

ſemini tuo vſq; in ſempiternum. Faciamq; ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis † põt hominum,

a ¶ Semen Iſrael ſecundum carnem.

numerare puluerem terræ, ſemen quoque tuum numerare poterit.

a ¶ Ne putetur ea terra tantum promitti, quæ ab Abram in eodem loco ſtante poterat videri.

Surge ergo † & perambula terrã in

a ¶ His ſcilicet qui de te naſcentur.

longitudine, & latitudine ſua, quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur

a ¶ Quia non habebat hic manentem ciuitatem.

tur tabernaculum ſuum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem

a ¶ Quæ ſic vocatur à Mambre amico Abræ.

Mambre quæ eſt in Hebron.

a ¶ Vt exhiberet culturam cui debebat fidem.

Ædificauitque ibi altare Domino.

G batur. Vnde & addidit, Surge & perambula terram &c. vt perambulando, ſcilicet perueniat ad eam, quã in vno loco ſtans videre nõ poterat. Significatur autem ea terra, quam acceperat Iſrael ſemen Abræ ſecundum carnem, non ſecundum fidem: quod futurum erat ſicut arena maris, quia numerari non poſſit.

1 Coram te eſt, hunc hebraiſmũ interp. c. 14. huius ſic reddidit, in poteſtate tua eſt.

Myſticè. e *Tibi dabo.* Chriſto promittitur hereditas omnium gentium, qui eccleſiam ſuam per totum mundum diffudit, cui pater dicit, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Et Pſalm. Et dominabitur à mari vſque ad mare. (Pſalm. 2. b; Ibi. 71. b)

Hebron. f *In Hebron.* Ciuitas eſt in tribu Iuda quæ & Cariatharbaha dr̃, id eſt ciuitas quatuor קרית Chariat enim hebraicè ciuitas ארבע arbaha quatuor. Ibi enim ſitus eſt Adam maximus, & Abram, Iſaac, & Iacob.

2 Omnem

GLO.

## NIC. DE LY.

¶ a Ecce vni &c. *Ad eligendum quam partem volueris.*

Habitat Lot in Sodomis, & Abram in Chanaan. b Si ad ſiniſtram ieris. *Acſi diceret, licèt ſeparemur ab inuicem, non tamen ita elongabor à te quin ſuccurram tibi in neceſſitate, quod patet per effectum in c. ſeq.*

c Eleuatis itaque &c. *Iſta erat regio Pentapolis, in qua erant quinque ciuitates, quas ſubuertit Dominus, vt habetur Gene. Quæ ante ſubuerſionem erat pulcherrima.* (Gene. 19. f)

d Sicut paradiſus Domini. *Non per æqualitatem, ſed per quandam ſimilitudinem.*

e Et ſicut Ægy. &c. *Terra enim Aegypti, in illa parte qua de Aegypto veniunt homines in Segor, eſt pulcherrima.*

f Elegitque ſibi Lot. *Propter conditiones prædictas, ſequitur,*

F Rurſum Abræ promittitur terra Chanaan. ſup. 12. b infra 15. b 26. a Rom. 4. d

g Et habit. in So. *Hebræi exponunt hoc in vituperium ipſius Lot, licet enim ſciret homines illius terræ eſſe peſſimos, voluit tamen habitare cum eis, & exinde peioratus eſt. Catholici autem exponunt hoc in laudem eius, ac ſi dicatur, Quamuis enim habitauerit inter homines peſſimos, tamen inter eos ſeruauit innocentiam, & munditiam, & hoc modo exponit Beatus Greg.* (1. Mor.)

h Homines autem &c. *De quorum malitia habetur Gen. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ &c.* (Geneſ. 18. & 19. Ezec. 16.)

i Dixitque Dominus ad Abram. *Hic conſequenter deſcribitur ſeparationis Abrã & Lot approbatio, per hoc quòd Dominus locutus eſt ipſi Abram poſt illam ſeparationem, promittens ei terram, & prolis multiplicationem, & hoc fuit conuenienter factum: Diuinæ enim reuelationes ſolent fieri mentibus quietatis, & à perturbationibus paſſionum ſedatis. Societas autem ipſius Lot propter rixam famulorum erat cauſa perturbationis, vt prædictum eſt; & ideo reuelatio diuina facta eſt Abræ poſt ipſius Lot ſeparationem, & patet littera vſque ibi.*

H Habitare in Sodomis, Amraphel, Sodoma. Reuelationes diuinæ quæ.

K Et habitauit &c. *Mambre nomen eſt hominis potentis illius terræ à quo denominata eſt vallis illa, et iſte fuit fœderatus cum Abram, vt patet c. ſeq.* (inf. 17. b. 26. a)

l Ædificauitque ibi altare Domino. *Ad ſacrificandũ, & gratias agendum ipſi Deo.*

¶ NIC.

Alias † ſit.

## MORALITER.

✻ Et huic conſonat interpretatio nominis Abram, quod interpretatur pater excelſus, quia ſtatus epiſcoporum altior eſt ſtatu religioſorum, & tunc fit in eo quędam rixa, vel contentio. Nam conſuetudo in religione habita trahit ipſum ad contemplationem, onus autem impoſitum ad actionem: vnde dicit Auguſt. Otium ſanctum quęrit charitas, negociũ iuſtum neceſſitas charitatis. Et quoniam in tali neceſſitate maior eſt obligatio paſtoralis curę, ideo Abram ſeparatur à Lot, per quod deſignatur quod religioſus epiſcopus pro neceſſitate ſubditorum interrumpere debet otium contemplationis, ſaltem ad tempus. Per hoc autem q; Lot elegit regionem delectabilem ſicut Paradiſus, ſignificatur q; contemplatio eſt valde delectabilis. Per hoc autẽ q; ſubditur: † *Abram habitauit in terra Chanaan.* Quæ interpretatur commutatio, vel mercatio, quæ habet curam, & anxietatem annexã. Vbi deſignatur quòd prælationis ſtatus eſt anxietatibus plenus. Et quia talis indiget diuina conſolatione, ideo ſubditur, i *Dixitq; Dominus ad Abram*, Ipſum conſolando de magnitudine meriti.

Epiſcoporũ ſtatus altior quam religioſorum. Hebron.

† *Omnem terram quam conſpicis &c.* Per quam deſignatur terra viuentium: Sequitur,

l *Aedificauitq; ibi altare Domino.* Pro gratiarum actione ex tanta bonorum promiſſione.

Ædificat altare Domino.

✻ † Ser-

In c. 13. vbi dicitur in poſtilla, Chananæus & Pherezęus &c.

## ADDITIO.

¶ *Rationabilius præſumitur quòd timebat Abram ne habitatores terræ qui erant ſine timore Domini, ſcilicet Chananęus & Pherezęus, videntes tantam eſſe abundantiam Abræ & nepotis eius, quòd non poterat capere eos terræ, expoliarent eos, vel ſaltem de terra eijcerent, ſicut eiecerunt Philiſtijm Iſaac propter ſimilem cauſam, vt infra. Et ideo interpoſuit ſcriptura in narratione huius receſſus, Chananęus & Pherezæus habitabant in terra, quaſi diceret, tales erant habitatores terrę quòd non tolerarent tantam abundantiam in extraneis.* (Gen. 26)

ADDI-



## GLOSSA ORD. Cap. XIIII.

A a Amraphel Interpretatur, dixit vt caderet, & eſt rex Sẽnaar, quæ excuſſio dentium, vel fœtor eorum interpretatur. Hic ſignificat hereticos qui ad caſum tendunt, & verbis doloſis fœtidũ ſenſum euomunt.

Arioth. b *Arioth rex.* Arioth Ebrius, vel Ebrietas interpretatur, Stultitiam gentiũ ſignificat, qui iniquitate ebrij creaturam pro creatore colunt & ſæculi illæcebris voluuntur.

Chodorlahomor. c *Chodorlahomor.* Decorus manipulus interpretatur, qui eſt rex Elam, id eſt huius ſęculi: Hypocriſim ſignificat, quæ licet vana ſit, & pernicioſa, tamẽ decora in ſuperficie videtur, ſed in futuro quid fuerit apparebit.

Thadal. d *Thadal.* Sciens iugum, vel explorator, qui eſt rex gentium: auaritiam ſignificat, quæ ſagax, & verſuta multos ſibi ſubiugat. *Amraphel &c.* Hi quatuor reges figurãt quatuor principalia vitia, quatuor virtutibus principalibus contraria: quæ quinque ſenſus per quinque reges ſignificatos ſubiugare nituntur, per concupiſcentiam carnis, per concupiſcentiã oculorum, per ambitionẽ ſęculi.

Solitis Amalechitis, & reliquis infertur bellum.

e *Bale. Hieron.* Hebraicæ deuoratio dicitur, Tradunt hebræi hanc alibi Seliſſam dici & vitulam conternantem, quia tertio terremotu abſorpta ſit. Ex quo Sodoma, & Gomorrha, Adame & Seboim diuino igne ſunt ſubuerſæ. Illa paruula nuncupatur. Segor enim trãsfertur in paruulam, quæ Syra lingua zoara dicitur. Vallis autem ſalinarum in qua fuerunt putei bituminis poſt Dei irã, & ſulphuris pluuiam in mare mortuum verſa eſt, quod à Græcis ſtagnum Aſphalti, id eſt bituminis dicitur. *Myſticè.* (e Heb. ſup. Ge. 14. c. 3.; Vallis ſalinarum.)

Myſticè. B Quatuor reges quinque ſuperant, dum contrariæ poteſtates quinque ſenſibus corporis abutentes vitijs illaqueant & captiuant.

Allegoricè. *Allegoricè.* Tales reges ſuperant primũ Bara qui interpretatur malitia vel creatura, & eſt rex Sodomorum, id eſt cęcitatis, vel pecudis ſilentis, cũ eis qui in vetuſta malitia perſeuerãt, more pecudum cæcitatem libidinis ſequi perſuadent. Vincunt & Berſa, id eſt in anguſtia conſtitutum, regem Gomorrhæ, id eſt populi tumentis & ſeditioſi; cum eos qui curis ſæculi anguſtiantur, ac nefas rapinæ agere non formidant, obruunt & proſternunt. Vincunt quoque Sennaar regem Adamæ, id eſt terrenæ, cum eos qui terrena tantum ſapiunt in luxuria permanere hortantur, vt dicant, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vincunt Semeber qui interpretatur ibi perditio: & eſt rex Seboim, id eſt cinguli męroris, cum per iracundiam, & inuidiam incautos decipiunt, vnde Iob, Stultum interficit iracũdia, paruulum occidit inuidia. Regem quoque Bale vincunt, cum puſillanimes in deſperationem mittunt. Bale nanque interpretatur precipitatio, vel abſorbitio: Ad hoc maxime diabolus certat, vt poſt lapſum peccati in deſperationem mittat.

1 Cum eis. in ham. C 1 Cor. 15. d 1 Arioch. Iob. 5. a alias † Baſa

f *Duodecim enim annis ſerui. &c.* Duodenarius ſuperfluus eſt numerus. in qua ſuperfluitate ſeruiunt quinque ſenſus noſtri vanę ſuperſtitioni, quã ſignificat Chodorlahomor, & quatuor vitijs ſibi adiacentibus, & recedere volentes grauem perſecutionẽ patiuntur, & ſæpe ſuperantur. (alias † Sennaar.)

g *Percuſſeruntq;. Hier.* Alia editio habet, Et ceciderunt gigantes in Aſtaroch, & Carnaim. & gentes fortes ſimul cum eis, & homines in Sabæ ciuitate antequam Sodomam peruenirent. Quatuor reges profecti de Babilone interfecerunt gigãtes, hoc eſt Raphaim. Robuſtos quoq; Arabię, & zuzin, & emim in ciuitate Cabe quæ vſque hodie ſic vocatur. Zuzim autem & Emim, terribiles, & horrendi interpretantur, pro quo Septuaginta magis ſenſum ſequentes, gentes fortiſſimas poſuerunt, Et reuertentes venerunt ad fontem iudicij, hoc eſt Cades: per anticipationem dicitur, quia poſtea ſic vocatũ. Significat autem locum apud petram, qui fons iudicij nominatur: quia ibi populum Deus iudicauit. (Hyſtoricè. vt ſupra. 2 Seruierant. In ſolitudine. D)

h *Raphaim in Aſtaroth, &c.* Noĩa locorũ & gentium ſignificant carnaliter viuentes, quos facile vitia vincunt.

a He-

## Cap. XIIII.

Factum eſt autẽ in illo tẽ-

a ¶ Dixit vt caderet: hi ſunt qui contra Dominum loquentes cadunt.

pore, vt Amraphel, rex

a ¶ Fœtor dentium eorum. ſ. qui fœtidã doctrinam ſpargũt.
b ¶ Ebrius qui ſcilicet Dei cultus oblitus creaturam colit.
c ¶ Gentium omni errore circundatarum.

Sennaar, & Arioch rex Ponti, &

a ¶ Decorus manipulus; hi ſunt hypocritæ qui decori virtutibus volunt videri. b ¶ Secularium.

Chodorlahomor Rex Ælamitarum, & Thadal rex gentium,

a ¶ Sciens iugum, auaritiam ſignificat dominam gentium.
a ¶ Malitiam.

inirent bellum contra † Bara Re-

a ¶ Pecudis ſilentis. b ¶ In anguſtijs.

gem Sodomorum, & contra Ber-

a ¶ Populi tumentis.

ſa Regem Gomorrhæ, & con-

a ¶ Qui interpretaẽ excuſſio, vel fœtor dentiũ. b ¶ Terrenorũ.

tra † Sennaab Regem Adamæ,

a ¶ Perditionẽ. b ¶ Quod eſt vinculum mortis, vel mœroris.

& contra Semeber Regem Se-

a ¶ Deuoratio: alias vorago, vel precipitatio.

boim, contraque Regem Bale, ip-

a ¶ Paruula.

ſa eſt Segor. Omnes hi conuene-

a ¶ Vel illuſtrem. b ¶ Poſt ſubuerſionem Sodomorum.

runt in vallem Syluestrem, quæ

a ¶ Cauſam belli exponit.

nunc eſt mare ſalis. Duodecim

a ¶ Generatio manipuli: vel habens decorum manipulum.

enim annis ſeruierunt Chodor-†

a ¶ Impar numerus concordiam ſignificat Trinitatis.

lahomor, & tertio decimo anno receſſerunt ab eo. Igitur anno

a ¶ Redeũte fragilitate quaternarij nituntur vitia ſuperare.

quarto decimo venit Chodorlahomor, & reges qui erant cum eo,

a ¶ Gigantes, i. de ſe præſumentes.

percuſſeruntque Raphaim in Aſta-

a ¶ Cornua, vel defenſiones conſcindens fluctum, ſeu diuiſio commotionis. b ¶ terribiles.

roth, & Carnaim & Zuzim cum

a ¶ Horrendi. b ¶ Saturitas pfecta vocatio ſpẽs, vel abũdans.

eis & Emim in Saue, Cariathaim,

a ¶ In tumore eorum qui moribus hiſpidi.

& Corrhæos in montibus Seir vſq;

a ¶ Ferocitas eorum.

ad cãpeſtria Pharã, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſiq; ſunt, & venerunt

## NIC. DE LYRA.

Factum eſt autem in illo tẽpore. *Hic conſequenter oſtenditur quõ Abram benè ſe habuit ad proximum in aduerſis. Et primò deſcribitur ipſius Lot captio, ſecundò eiuſdem liberatio, ibi, Et ecce vnus qui euaſerat. Circa primũ ſic proceditur: quia primò deſcribitur bellum in generali: ſecundò cauſa belli, ibi, Duodecim. n. annis: tertiò deſcribitur captio Lot in ſpeciali, ibi, Et egreſſi ſunt. Circa primum dicit ſic,*

a Factum eſt autem &c. *Id eſt poſt ſeparationem Lot ab Abram.*

b Vt Amraphel rex Sennaar &c. *Secundum Hebræos iſte eſt Nemrod de quo ſupradictũ eſt q; regnauit in Babilone, quæ eſt terra Sẽnaar.*

c Et Thadal rex Gentium, inirent bell. &c. *Sic enim nominatus eſt, quia in regno ſuo erant homines congregati de diuerſis nationibus.*

d Sennaab regem Adamæ, &c. *In Hebræo habetur שנאב. Sincab regem Bale nomen eſt ciuitatis quæ alio nomine vocata eſt Segor.*

e Omnes hi conuenerunt in vallem &c. *In hebræo habetur, In valle campeſtri. & potuit eſſe q; illa vallis ex vno latere haberet nemora, & in alio campos arabiles, & ſic ab vtroque nomine poterat nominari, ſ. ſylueſtris, & campeſtris.*

f Quæ nunc eſt &c. *Quia poſtquam ſubuerſæ ſunt quinque ciuitates, quę erant in illa regione, locus ille factus eſt lacus magnus ſalſiſſimus, & valde ſpiſſus, ita q; veſtimenta ibi proiecta magis ſordidẽtur quàm lauentur: & ideo nullus piſcis poteſt ibi viuere, ſecundum q; dicit Philoſ. Et ideo in alio loco vocatur mare mortuum. Apud Hebręos enim mare vocatur congregatio aquarum in magna quantitate.* (Mare ſal. 3. Methe.)

g Duodecim enim annis ſeruierũt &c. *Hic exprimitur cauſa belli, quæ fuit, quia rex Sodomorum, & alij quatuor reges cũ eo prænominati 12. annis ſeruierant Chodorlahomor regi Aelamitarum reddentes ei tributum: Et tertio decimo anno rebellauerũt. Propter quod anno xiiij. adduxit tres reges ſecum ſupra nominatos ad debellandum eos. Veruntamen qa rex Sennaar erat maior inter illos, pp qđ ſupra prænominatus eſt; Iõ probabile eſt, licet nõ exprimaẽ in littera, q̃ facit mentionẽ de iſtis ſolũ pp captionẽ Lot, q; ille Amraphel, & forſitã alij duo reges hẽbãt ẽt aduerſarios rebellantes: in quorũ debellatione Chodorlahomor primo adiuuit eos, & poſtea venerunt cũ eo ad debellandũ regẽ Sodomorũ, & alios quatuor reges prænominatos cum eo. & hoc eſt quod ſubditur,*

h Percuſſeruntque Raphaim. *Id eſt gigantes.*

i In Aſtaroth. *Nomen eſt villę, vel terrę vbi habitabant.*

k Et Carnaim Zu. &c. *Noĩa ſunt gentiũ à prædictis debellatarũ. In Sabe Chariathaim, i. in planicie illius terræ. שוה Saue. n. in Hebræo eſt nomen commune, & ſignificat planiciem, legiturq; hic ſabe pro ſaue.*

l Et Corrhęos. *Iſti ſunt Corrhæi. In Hebręo ſcribitur per heth litterã cui in Latino correſpondent duæ, ſcilicet c. h. prout ſupra dictum eſt de Haram, quæ in actibus Apoſtolorum vocatur Charam.* (Cap. 11.)

m In montib. Seir. *Sic noĩati ſunt ab Eſau, qui nondũ erat natus, & iõ iſtud nomen ponitur hic per anticipationem. Vr̃ tamẽ melius q; vocatus ſit mons Seir ab alio præcedente Eſau, vt habetur Gen. à quo deſcenderunt duces in monte Seir antequam filij Eſau haberent ibi principatum.* (Mõtes ſeir. Gen. c. 36)

n Vſq; ad campeſtria Pha. quæ &c. *Vſque illuc perſecuti ſunt eos.*

o Reuerſique ſunt. *Ab illo loco vbi perſecuti ſunt eos.*

p Et venerunt vſque ad fon. &c. *Quod ſignificat iudicium in Hebræo.*

¶ Vocatur

Moraliter. ✻ a *Factũ eſt aũt &c.* Hic agiẽ de captione Lot in debellatione Sodomorũ, & eius liberatione per Abrã auunculũ ſuũ, Captionis autẽ eius occaſio fuit bellũ quatuor regũ cõtra quinque. Per v. reges intelligi pñt quinque ſenſus corporis, nã eorum delectationi obediũt multi, propter quod reges poſſunt dici. & de iſtis dr̃ q; † *Ser. Codor.* Qui ſecundũ Hebręos fuit ipſe Nemrod, qui fuit robuſtus venator hominum vt ſupra dictum eſt. Ideo ſignãt diabolũ de quo dr̃ Pet. Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit q̃rẽs quẽ deuoret. Et ei ſeruiũt quinq; ſenſus corporis inq̃tũ ad peccatũ p delectationes inducũt. & ſilr̃ illi qui ſẽſuũ delectationib. obediũt. † *Et xiij.* (1. Pet. 5. d)

✻ *a ino*

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Hebræo.* LXX. transfluuiali. Quia ſcilicet de Meſopotamia veniens tranſito fluuio Euphrate, ſedem poſuit in terra Chanaan. Vnde Ieſus Naue: Quid vultis ſeruire dijs patrũ veſtrorum, qui ſunt trans flumen.

(*Myſtic.* Super Ge. c. 14.) b *Quod cum audiſſet &c. Iſido.* Similiter fides noſtra cum firmata eſt ſpiritu principali, quinque ſenſus corporis quaſi quinque reges ſubijcit verbo Dei triumphans de homine exteriori. Ille in trecentis decem & octo aduerſarios debellauit, quia nos in ſacro Crucis, quam Thau lr̃a ſignat, q̃ ccc. ſignat quinq; ſẽſus carnales, nos antea varijs vitijs captiuantes ſuperamus. Decem & octo ex ternario, & ſenario multiplicatus, fidem Trinitatis, & perfectionem ſignificat operis, quibus virtutum contra vitia plena victoria perficitur. *Strab.* (*Allegoricè.*) *Allegoricè.* Bellum Abræ cum quatuor regibus ſignificat bellum virtutum, & vitiorum. Pater ergo fidei, & prima via credendi pro fratre ſuo Lot dimicauit, & vicit, nõ in multitudine exercitus, ſed in trecentis decem & octo expeditis vernaculis. Sic quiſque pro anima ſua contra ſpirituales nequitias bellum gerat cum trecentis decem & octo vernaculis, id eſt cum auxilio ſanctæ Crucis. Thau enim littera quæ hẽt figurã Crucis ccc. exprimit.

(*Dan fons Ior.*) c *Dan.* Autem vnus eſt de fontibus Iordanis: Alter enim Ior vocatur, qđ interpretatur Riuus. Duob. ergo fontib. qui nõ procul à ſe diſtant, in vnũ riuulũ fœderatis Iordanis appellatur.

a *At*

a ¶ Petram de qua Moyſes produxit aquam. ¶ Impetus aquarum. b ¶ Vbi poſtea populus murmurans iudicatus eſt.

vſque ad fontem Miſphat (ipſa eſt Cades) & percuſſerunt omnem

a ¶ Iudicium. ¶ Interpretatur etiã ſancta, per antiphraſim. a ¶ Terram ingentium. b ¶ Amaricantium.

regionẽ Amalecitarũ, & Amorrhæorum qui habitabãt in Aſaſonthamar. Et egreſſi ſunt rex Sodomorum, rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Bale quæ eſt Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle ſylueſtri, ſcilicet, aduerſus Chodorlahomor regem Ælamitarum, & Thadal regem gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti, quatuor reges aduerſus quinque. Vallis autem ſylueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibi, & qui remanſerant fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum; & vniuerſa, quæ ad cibum pertinent, & abierunt: Necnon et Lot, & ſubſtantiam eius, & filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaſerat, nunciauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eſchol & fratris Aner: Hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo; & perſecutos eſt eos vſque Dan.

a ¶ Idest in vrbe palmarum vbi ſuperbi reges victoriã adepti ſunt. Hoc eſt oppidum Engaddi, balſami & palmarum fertile. Sed Aſaſonthamar vrbs palmarum interpretatur. a ¶ Pecudum ſilentium. b ¶ Populi tumentis. a ¶ Tenenorum. b ¶ Merentium. a ¶ Voratorum. a ¶ In vilitate morum incultorum. a ¶ Quia inculti mores in profundum malorum pertinaces trahunt. a ¶ Canes muti non valentes latrare, & elati cedunt vitijs. a ¶ Vitijs non cedentes. a ¶ Virtutum eminentiam. a ¶ Hoc fit cum vitia vincunt rationem, & immittunt famẽ verbi, quo anima paſci debuit. a ¶ Occultando inſidias. a ¶ Ex ſocietate malorum pœnas temporales ſuſtinent aliquando iuſti. a ¶ In Hebręo tranſitori. a ¶ Non vxoratos, de quibus dicitur in ſequentibus exceptis his quę comederunt iuuenes. a ¶ Vbi vnus de fontibus Iordanis oritur qui nunc dr̃ Dan. ¶ Hieron. oppidum Phęnicis quod nunc Paneas dicitur.

## NIC. DE LY.

(*Fons iudicij.*) ¶ *vocatur enim fons ille fons iudicij, quia ibi cõgregabantur iudices terrę illius ad determinandum iudicia. Secundum autem Hebræos dictus eſt locus ille fons iudicij, in ſignificationem futuri iudicij. Quia futurum erat quòd Moyſes, & Aaron ibi iudicarentur pro aquis contradictionis, propter quas Dominus protulit ſententiam contra eos, q̃ morerentur ante ingreſſum terræ promiſſionis.* (Sodoma, & Gomorra diripiũtur. *Cades.* Num. 20. b)

a Ipſa eſt cades. *Sic enim alio nomine vocata eſt* קדש *Cades. n. ſanctũ ſignificat in Hebræo, quia Dominus ibi ſanctificauit nomen ſuum educẽdo aquas de petra, vt ibidem hr̃.*

(*Abducitur Lot captiuus.*) b Et percuſſ. om. reg. &c. *Hoc dicitur per anticipationem, quia nondum erat natus Amalech.*

(2. Paralip. c. 20. g) c Et Amorrh. qui &c. *Et ipſa eſt Engaddi, vt hr̃ expreſſe Paralip. Ipſa eſt regio abundans plurimum in balſamo, & palmis.*

(Proprium nomen Mambræ.) d Et egreſſi ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur captio Lot in ſpeciali: Debellatis .n. aduerſarijs trium regum, qui erant cum Chodorlahomor venerunt tres dicti reges cum Chodorlahomor ad debellandum regem Sodomorum, & alios quatuor qui ei rebellauerant: quibus debellatis captus eſt ipſe Loth, qui habitabat in Sodomis, ex ſocietate enim malorum iuſti aliquando incurrunt pœnam temporalem, licet non ſint participes criminis ipſorum, & patet littera vſque ibi,* (*Nota.* Nunciatur Abræ.)

e In valle ſylueſtri, ſ. aduer. Co. regem &c. *Exponatur ſicut prius.*

(*Putei bituminis.*) f Vallis aũt ſil. &c. *Dicunt aliqui, quòd ibi erant putei euomentes bitumen: quod eſt genus cementi fortiſſimi, ita quòd non diſſoluatur niſi ſanguine mẽſtruo. Hebræi autem dicunt, q̃ in illa valle accipiebatur terra ad faciendum cementum, qua ſublata remanebant ibi foſſæ, quæ dicebantur foſſæ cementi: Vnde & in Hebræo habetur puteos cementi, illud autem interponitur hic propter quod ſequitur,* G

g Cecideruntq; ibi, &c. *Quia fugientes de prælio timore turbati, non conſiderabant loca periculoſa quibus ſe ingerebant, & ſic ceciderunt in foſſas illas. Hebræi autem dicunt quòd factum eſt illud propter Abram, de quo non credebant homines illius terræ, q̃ exiſſet illæſus de incendio Chaldæorum. Sed quando viderunt quòd rex Sodomorum ceciderat in puteos illos armatus, & exiuerat inde ſanus miraculosè, tunc crediderunt de Abram, quòd ſimiliter exiſſet de incendio Chaldęorũ.* (1 Meſpha.) (2 Amorrheum.)

h Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, &c. *Quantum ad diuitias artificiales.*

i Et vniuerſa quę ad cibum pertinent &c. *Quantum ad diuitias naturales ex quib. vita ſuſtentatur.*

K Necnon & Lot & ſubſtantiam eius, filium fratris Abram &c. *Omnia prædicta de bellis iſtis interpoſita ſunt propter captionem ipſius Lot, ſequitur,*

l Ecce vnus qui euaſerat, nunciauit. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Lot liberatio, vbi primò deſcribitur Abrahæ fidelitas. Secundò ipſius benedictio, ibi, At verò Melchiſedech. Tertiò eius liberalitas, ibi, Dixit autem rex Sodomorum. Fidelitas autem eius apparet, quia non timuit ire ad pugnandum contra quatuor reges fortiſſimos, vt liberaret nepotem ſuum audita captione eius. Et hoc eſt quòd dicitur, Et ecce vnus qui euaſerat. Dicunt aliqui Hebrei, quòd iſte fuit Og rex Baſan, qui euaſerat de diluuio: ſed hoc ſupra improbatum eſt ſeptimo cap. Alij autem dicunt, quòd fuit idem Og qui euaſerat alijs Gigantibus interfectis in Aſtaroth, vt prędictum eſt in iſto capitulo. De quo etiam ſcribitur Deut. Solus quippe Og rex Baſam reſtiterat de ſtirpe Gigantum: Sed hoc non eſt veriſimile, quòd euadens de prelio, omnibus ſocijs ſuis interfectis, ſecutus fuiſſet aduerſarios ſuos: ſed magis fugiſſet ad partem oppoſitam. Et ideo prędictę expoſitiones videntur extortæ à littera. Propter quod ſecundum planum ſenſum litterę dicendum eſt, quòd fuit de exercitu regis Sodomorum, qui fugiens tranſiuit vſque ad locum vbi manebat Abram, qui non erat multum remotus à loco belli: & quia cognoſcebat Lot & Abram patruum ſuum. Ideo nunciauit Abræ nepotis ſui infortunium.* (*Pinſa.*) (Gen. 7.) (Deut. 3.) H

m Abram Hæbræo, qui habitabat in conualle Mambrę Amorrhæi fratris Eſchol, & fratris Aner. *Ex hoc patet quòd Hebrei non ſunt dicti ab Abram ſed ab Heber, à quo etiam ipſe Abram hic dicitur Hebræus. Item idem patet per litteras in Hebręo, quia Abram incipit ab Aleph. Heber verò per Ayn. Et ideo ſi Hebręus diceretur ab Abram inciperet per Aleph: quod non eſt verum, ſed incipit ab Ayn.* (Hebræus de quo.)

n Hi enim. *Scilicet tres fratres, qui erant de genere Amorrhęorum.*

o Pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audiſſet Abram captum, videlicet Loth fratrem ſuum. *Et ideo adiuuerunt eum, vt habetur in fine huius cap.*

p Numerauit expeditos, *Id eſt paratos ad pugnam.* (Numerauit expeditos ...)

q Vernaculos ſuos, *Id eſt ſeruos ſuos natos in domo ſua:* trecentos decem & octo, &c.

¶ a Et

*Moraliter.* ✠ *anno receſſerunt ab eo. Igitur anno xiiij. venit Codorlahomor, &c.* Nam aliqui reſipiſcunt à ſeruitute diaboli. & bene dicitur xiij. anno. Nam per ternarium ſignificatur fides Trinitatis, & per denarium obſeruatio x. præceptorum: & hi duo reſilire faciunt a diabolo, de quo valde dolens iterum nititur eos ſubiicere ſibi, & aſſumit ſecum tres alios Reges, ſcilicet concupiſcentiam carnis, appetitum honoris, & rei temporalis: qui reges dicuntur, eo quod multi ſeruiunt eis: & iſtis tribus regibus ad ſuum intentum vtitur diabolus. Et ſic debellat multos pœnitentum, & eos iterum ſibi ſubiicit per peccati recidiuum, & cum eis capitur Lot, qui vt ſupradictũ eſt contemplatiuum ſignificat ſeu religioſum. Aliqui vero de numero religioſorum à diabolo capiuntur per inſultum trium regum dictorum.

l *Et ecce vnus qui euaſerat nunciauit Abram.* Per iſtum deſignantur boni euadentes inſultum diaboli, qui ipſi Abram, id eſt prælato, qui præeſt, & prodeſſe poteſt peccata denunciant ſociorum ſuorum, vt apponatur remedium, & ipſe liberat denunciatos de diaboli poteſtate, & ſic liberatur Lot de diaboli captione.

✠ a *Dixit*



(Heb. ſuper Gene. c. 14.) a *At vero Melch. &c. Hieron.* Hunc aiunt Hebręi eſſe Sem A filium Noe & computatione annorum oſtendunt eum vſque ad Iſaac vixiſſe, & omnes primogenitos a Noe vſq; ad Aaron Pontifices fuiſſe. Salem verò poſtea dicta eſt Hieruſalem. Apoſtolus memorans Melchiſedech, ſine patre, & matre, refert ad Chriſtum, & per eũ ad eccleſiam gentiũ, quia gloria capitis ad membra refertur. Quoniam benedixit Abrahę circũciſo, & in eo Leui, ſic & Aarõ de quo poſtea ſacerdotium. Ex quo vult colligere ſacerdotium eccleſiæ habentis præputiũ, benedixiſſe circũciſo ſacerdotio ſynagogæ. Qui autem ait, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec: miniſterium noſtrũ verbo ordinis ſignatur, non per Aaron irrationalibus victimis immolandis, ſed oblato pane, & vino id eſt corpore Domini, & ſanguine conſecrari. *Strab.* Melchiſedech (qui interpretatur rex iuſtitiæ & dicitur rex pacis) Chriſtum ſignificat, per quem recõciliati ſumus, & qui in fine ſæculi iuſte iudicaturus eſt.

(Super Ge. 14.) b *Dedit ei decimas. Iſid.* Sciẽs ergo patriarcha, melius ſacerdotiũ fuiſſe in populo gentium, quam leuiticum: quod de ipſo erat naſciturum, & à meliore benedicendũ, decimas ſubſtantiæ poſt benedictionẽ dedit Melchiſedec: ſicut ſacerdotibus benedicentibus ſibi, populus ſecundum legem decimas dabat. Melchiſedec interpretatur rex pacis, vel iuſtitiæ. Per Chriſtum enim recõciliamur Deo, qui venturus eſt diſcernere bonos à malis. Ipſe eſt ſacerdos, qui pro omnibus Deo patri ſeipſum obtulit, & B verus rex qui in præſenti ſuos regit, & in futuro iuſtè iudicabit

a *Aſilo*

a ¶ Socij Abrahæ, id eſt fidei, ſunt charitas & ſpes, quæ ſuis vicibus quaſi ſeparatim occulta inſpiratione vitioſas infundant mentes ¶ fides cum ſpe & charitate vitia perſequitur.

Et diuiſis ſociis, irruit ſuper eos nocte: Percuſſitq; eos: & perſecutus eſt eos vſq; Hoba, & Phenicẽ quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius: mulieres quoque, & populum. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius poſtquam reuerſus eſt à cęde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt vallis regis. † At verò Melchiſedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cœlum, & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. † Et dedit ei decimas ex omnibus; Dixit autem rex Sodomorum ad Abram; Da mihi animas cętera tolle tibi. Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad dominum Deum excelſum poſſeſ-

a ¶ Id eſt vſque ad aduerſitatem effundendi ſanguinis; Damaſcus enim potus ſanguinis interpretatur. a ¶ a captiuitate vitiorum liberat fides rationem & intellectum, quaſi fratrem, & ſubſtantiam fratris cum virtutibus purgati animi. a ¶ virtutes politicas. a ¶ omnium virtutum ſpecies. b ¶ victis vitijs alia inſidias moliuntur, maxime luxuria, quę ſodomitis dominatur. a ¶ hæc ſacramenta noſtrorum ſacramentorum figura fuerunt. a ¶ ſummum ſacerdotem ſignificans. a ¶ vel ſummi. b ¶ ſicut maior minorem. a ¶ quaſi: Hæc victoria Deo excelſo eſt aſſignanda, & ei gratiarum actio pro beneficijs exhibenda. ¶ vel ſuis. a ¶ Moraliter. Decima datur cum bono operi perſeuerantia additur. ¶ In quo Leui tanquam minor decimatus eſt. a ¶ Vitia ſolas animas quærunt. a ¶ ſpolia. ¶ per cupiditatem fallere molitur.

## NIC. DE LY.

¶ a Et diuiſis ſo. *Scilicet Abner, Eſchol et Mambre faciebant diuerſas turmas, vt in pluribus partibus inuadens aduerſarios, incuteret eis maiorem timorem. Aliter exponunt Hebręi. Diuiſis ſocijs, quia illos ſibi fœderatos ſeparauit, & diuiſit ad ſarcinas cuſtodiendas & parati erant ei ſuccurrere ſi indigeret, ipſe tamen cum ſeruis ſuis intrauit bellum.*

b Irruit ſuper eos nocte. *Quando dormiebant ſopore graui propter laborem præcedentis diei, & quia dormiebant ſecuri, ſuper eos irruit antequam poſſent armari.*

c Reduxitque omnem ſubſtantiam &c. *Quoniam illi qui euaſerunt manus eius ita fuerunt præoccupati, quòd nihil poterant ſecum portare.* (a Cætera ſubſtantiã.)

d Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius poſt. &c. *Ad faciendum ei reuerentiam, & reddendum ei gratias de occiſione aduerſariorum ſuorum.*

e In valle Saue. *Id eſt in valle plana, & æquali.*

f Quæ eſt vallis regis. *Habebat enim ibi rex maneriũ, à quo denominabatur vallis illa,*

g At verò Melchiſedech. *Hic conſequenter ponitur ipſius Abrahę benedictio. Circa quod ſciendum, quòd Iudæi aduerſarij fidei Chriſtianæ, ſcripturas quæ loquuntur de Chriſto nituntur deprauare, inter quas eſt Pſalmus centeſimusnonus in quo fit mentio de ſacerdotio Melchiſedech. Et occaſione illius Pſalmi, qui de Chriſto loquitur, paſſum iſtum peruerſe exponere nituntur, dicentes quod iſte Melchiſedech protulit panem, & vinum, non in ſacrificium, ſed magis ad reficiendum Abram, & populum eius, qui veniebat de prælio. Sed hoc patet falſum per litteram præcedentem & ſequentem. Dictum eſt enim ſupra, quod illi quatuor reges quos debellauerat Abram aſportauerant de Sodomis vniuerſa quæ ad cibum pertinent, nec poterant adhuc omnia conſumpſiſſe. nec fugiendo poterant ſecum portaſſe, & ideo Abram ibi inuenit ſatis de victualibus pro ſe, & pro populo ſuo: & hoc etiam patet per litteram ſequentem, vbi Abram de præda nihil voluit retinere, exceptis his quæ comederunt iuuenes: id eſt bellatores qui ſecum fuerant. Item poſt illa verba, Proferens panem, & vinum: immediate ſubditur pro qua cauſa.* (Pſal. 109.) C

h Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi. *Ex quo patet, q̃ cauſa pro qua protulit panem, & vinum fuit ad offerendum ſacrificium, quod pertinet ad ſacerdotis officium; pro refectione enim bellatorum magis pertinet ad hominem laicum proferre victualia, quã ad ſacerdotem: & ideo alij aliter peruertentes exponunt dicentes, quod Melchiſedec protulit panem, & vinum pro ſacrificio offerendo: non per ſe ipſum; quia ſecundum iſtos ſacerdos non erat: ſed per ipſum Abrã, qui tanquam ſacerdos legitur pluries conſtruxiſſe altare, & ſacrificium Deo obtuliſſe vt habetur infra vigeſimoſecundo capitulo, & ideo illud quod ſequitur, Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi: non refertur ad ipſum Melchiſedech, ſed ad ipſum Abram. Et ſimiliter illud quod ſequitur, Et dedit ei decimas ex omnibus, ſcilicet Melchiſedech Dedit decimas de omnibus ipſi Abrę tanquam ſacerdoti. Sed falſitas huius expoſitionis apparet per hoc, quod Melchiſedech benedixit ipſi Abræ dicens, Benedictus Abram Deo excelſo &c. Benedicere autem ad ſacerdotem pertinet: quia quod minus eſt ſine contradictione à maiori benedicitur, vt dicitur ad Hebr. Item quod Melchiſedech daret decimas de omnibus reportatis ipſi Abræ, patet falſum per litteram ſequentem, quia Abram iurauit quod de omnibus illis non acciperet a filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, i. nullam rem quantumcunq; minimã acciperet. & ideo vera expoſitio eſt iſta q̃ Melchiſedech erat Sem primogenitus filius Noe qui adhuc viuebat. Quod patet ſi computentur anni eius ſupra poſiti, imo vixit poſt vltra natiuitatem Iacob, & Eſau, vt probatur inf. Sed contra hoc arguitur, quia dicitur de Melchiſedech: Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierũ, neque finem vitæ habens, quod non põt dici de ipſo Sem, ergo non eſt idem homo. Sed ad hoc reſpondetur à doctorib. noſtris quod hoc dicit Apoſtolus, non quod Melchiſedech nõ habuerit patrem, & matrem &c. ſed quia ſcriptura nõ facit mẽtionẽ de patre eius &c. Sed adhuc vr̃ argumentum remanere, quia ſcriptura facit mentionem de patre Sem, & matre eius, & genealogia, et de principio vitæ eius & fine. Dicendum q̃ verum eſt: ſed hoc non eſt ſub noĩe Melchiſedech, ſed ſolum ſub nomine Sem. & ſic intelligit Apoſtolus, & doctores ſancti, q̃ ſub noĩe Melchiſedech non ſit mentio in ſcriptura de patre, & matre eius, nec determinat et de genealogia, nec de principio & fine vitæ ſuæ. Erat enim ſacerdos Dei altiſſimi, quia pater erat omnium illorum, qui remanſerant in cultu Dei, & quia erat primogenitus ratione natiuitatis, vt dicunt aliqui, vel ſaltem ex ordinatione patris, ſi non fuit primò natus, vt dicunt alij. Ius enim primogenituræ bene transferebatur ad filium poſtnatum ex ordinatione patris maxime de voluntate Dei, ſicut Iacob ius primogenituræ tranſtulit à Rubem primo nato ad Ioſeph quantum ad duplicem portionem hæreditatis accipiendam; & ad Iudam quantum ad dignitatem regiam, vt inf. Sacerdotium autem fuit annexum primogenituræ vſque ad legem datam per Moyſem, & ideo audita victoria Abræ diuina virtute facta, protulit panem, & vinum, id eſt ſacrificium reddendo gratias Deo, & ideo benedicendo Abram dixit, Benedictus Abram Deo excelſo &c.* (Ad Hebr. c. 7. c) (De conſe. diſt. 2. c. in capite.) D (Gene. 29. a) (Heb. 7. a) († 23. q. 5. c. dicat. Melchiſedec cibat ipſum Abram cui ipſi Abram dat decimas.) (Hebr. 7. a) (Gen. c. 48. & 49.)

i Et de. ei. de. *Scilicet Abram ipſi Melchiſedech cui debebãtur tanquam ſacerdoti: Et ſic exponit Apoſt. ad Hebræos, Oſtendens quòd Leui fuit decimatus in Abram.* (Heb. 7. a)

k Dixit autem rex Sod. *Hic deſcribitur liberalitas Abræ, quia quamuis totam prædam poſſet retinere, noluit tamen aliquid recipere.*

l Da mihi animas cætera tolle ti. *Ideſt viros, mulieres, & paruulos.*

m Leuo manum meam. *Modus eſt iurandi.*

¶ a Ne

## MORALITER.

✠ K *Dixit autem Rex Sodomorum ad Abram.* Da mihi animas cętera tolle tibi. Per iſtum ſignificantur illi, qui offerunt prælato munera, vt deſiſtat à correctione debita. Sed bonus prelatus omnia reſpuit, excepta competenti refectione pro ſe, & familia, ideo ſubditur,

✠ *Exce-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a A filo ſubtegminis &c. Eſa. Vir iuſtus manus ſuas excutit ab omni munere: In quo oſtenditur, quia beſtia à fidelib. non cupiditate, ſed charitate committenda ſunt. Stipendia militantium excipit, & partes eorum qui pariter cum eo pugnauerant, partim iuſtitiam ſuam demonſtrans, partim ſtipendia legitimè pugnantibus debita non abnegans.

Eſa. 33. c

b Qui vene. &c. Vtitur enim aliquando fides teſtimonijs infidelium, vnde Apoſtolus, Malæ beſtiæ, pigri ventris: Sed ad vtilitatem fidelium.

Abram ſpolia renuit ac cipere. Ad Tit. 1. a

GLO.

a Quaſi nec minimum. Excutit manus ſuas ab omi munere.

a forem cœli, & terræ, quòd à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ, † non accipiam ex oib. quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abram, ex a b ceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partib. virorum, qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre. Iſti accipient partes ſuas. c

a Iuſte cuique tribuit quod ſuum eſt.

citur hic de ipſis, Qui venerunt mecum, vno modo exponitur, quòd cum ipſo intrauerunt bellum, vt prædictum eſt. Et ſecundum hoc certum eſt, quòd habuerunt ius in parte prędę. Alio modo quòd non intrauerunt bellum, ſed remanſerunt ad cuſtodiendum ſarcinas. & ſecundum hoc etiam declarauit Abram, quòd haberent ius in parte prædæ. Et ex iſto loco accepit Dauid illud quod determinauit, 1. Reg. dicens, Aequa pars erit deſcendentis in prælium, & remanentis ad ſarcinas. Vnde quod ibidem ſequitur, Et factum eſt hoc ex illa die, & deinceps conſtitutum & quaſi lex in Iſrael. In Hebręo habetur, Et factum eſt hoc ex die illa, & deſuper, vel de ante, quia obſeruatum fuerat tempore Abram, vt patet ex dictis. Veruntamen quòd Abram hoc ſeruandum decreuerit, Dauid poſtea magis declarauit, & firmius ſtatuit tanquam ex regia poteſtate &c.

G

NIC.

NIC. DE LY.

a Ne dicas: ego &c. Hoc dixit, non ad iactantiam, ſed ad Dei gloriam, qui ei promiſerat multiplicationem bonorum temporalium, vt ſupra dictum eſt. & ideo nolebat quòd eius ditatio aliquo modo alij attribueret.

b Exceptis &c. Id eſt bellatores qui fuerunt mecum in prælio.

c Et partib. viro. &c. Iſti enim non erant de familia Abræ, & ideo non erat ſuum dare partes ipſorum de præda illa. Quod autem dicitur

MORALITER.

✱ a Exceptis his &c. Et talis prælatus à Melchiſedech benedicitur: per quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificatur, ſicut exponit Apoſtolus. Secun-

In cap. 14. vbi dicitur in poſtilla, Quod factum eſt iſtud propter Abram,

ADDITIO I.

Hæc expoſitio Hebræorum eſt friuola, quia ex hoc quòd rex Sodomorũ miraculosè exiuiſſet de puteo, non attribuerunt gentes exitum Abræ de incendio Chaldæorum, teſtimonio veritatis diuinæ fidei in deteſtationem idololatriæ, pro qua Abram expoſuit ſe periculo incendij, cum etiam rex Sodomorum, qui peſſimus, & idololatra erat, ſic exiuerat armatus de puteo & illęſus, ſed potius iſta attribuebant magicis artibus, vel huiuſmodi. Et ſic iſtud miraculum factum regi Sodomorum non redundaret in gloriam Dei, quod eſſet valde inconueniens &c.

In eodem capit. 14. vbi dicitur in poſtilla, Ex hoc patet, quòd Hebræi non ſunt dicti ab Abram.

ADDITIO II.

Vnde dicatur Abram Hebræus, plenius habetur in additione ſuper Matth. vide ibi.

Cap. 1.

In eo, c. 14. vbi dicitur in poſ. Numerauit expeditos vernaculos.

ADDITIO III.

F

In hoc loco vbi littera noſtra dicit, Et numerauit expeditos, littera Hebraica habet, Muniuit expertos, & eſt ſenſus quòd muniuit ſuos armis bellicis, ſcilicet illos ſeruos, qui erant experti, ex quo patet prudentia Abræ in re militari, quia non inermes accepit qui ad fugam ſunt proni, vt dicit Vegetius, ſed munitos ſeu armatos. Similiter non accepit tyrones, ſed iam expertos. Poteſt eſſe, quòd ex vitio ſcriptorum hæc varietas contingat, ſic quòd vbi dicitur, Muniuit, poſuerint Numerauit, & vbi habetur expertos, poſuerint expeditos propter ſimilitudinem harum dictionum ad inuicem, & etiam propter hoc quòd ſtatim adduntur termini numerales, ſcilicet cccxviij. Sed hoc non obſtat, nam ex hoc non ſequitur, niſi quòd tantus fuerat munitorum & expertorum numerus.

In eo. c. 14. vbi dicitur in poſtilla, Et ideo audita victoria Abræ diuina virtute &c.

ADDITIO IIII.

Hoc ſacrificium quod obtulit Melchiſedech non eſt intelligendum eſſe idem realiter cum noſtro ſacrificio, ſed eſſe figuratiuum illius: vnde gloſſa interlinearis ſuper illud verbum, Proferens panem, & vinum dicit, Hęc ſacramenta noſtrorum ſacramentorum figura fuerant.

REPLICA. Correctorium corruptorij, his additionib. non reſpondet, quoniam dicit illas non eſſe dignas pertractatione. cum ſint nullius vtilitatis, ſicut patet ſuprà reſpondendo additionibus tertijdecimi capituli.

H

GLOS. ORDIN.

Cap. XV.

Myſticè. a

His itaq; tranſ. &c. Noli timere. Myſticè. Triũphata multitudine vitiorũ, confortatur ſpes cuiuſque fidelis a Domino ne titubet, ſed mercedem expectet.

† 23. q. 5. c. dicat.

b Dixitq; Abram. Myſt. Murmurationem ſignificat antiquorum, qui longa expectatione ſuſpenſi, iam quaſi de aduentu eius hæſitabant, qui tanquam Dominus æternam hæreditatẽ acce-

Myſticè. Deus protector, & merces. Eccl. 30. a

Cap. XV.

a HIS itaque tranſactis, factus eſt ſermo Domini a

a per occultam inſpirationem.

ad Abram per viſionẽ dicens: † Noli timere Abram, b ego protector tuus ſum, & mer- c b ces tua magna nimis. Dixitque d Abram, Domine Deus quid da- e

a Qui vitia vicit, boni operis fructum quaſi multiplicati ſeminis fœcunditatem quærit.

bis mihi? Ego vadam abſque li- f

a Qui omnia diſpenſat & diſtribuit familię cibaria.

beris, & filius procuratoris domus g

a Ab hoc aiunt Damaſcum nominatam. & conditam, & & ipſum ibi regnaſſe. b Deus meus adiutor.

meæ iſte Damaſcus Eliezer. † Addiditque Abram, Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce verna h

Circa primum primò ponitur Abræ petitio. Secundò petitionis exauditio, ibi, Statimq; ſermo Domini &c. Tertiò exauditionis confirmatio, ibi, At ille ait, Domine Deus. Circa primum deſcribitur occaſio petitionis. Abram enim ex victoria tã ſolemni, quam Dominus dederat ei, timuit ne in hoc accepiſſet totam mercedem iuſtitiæ ſuæ à Domino: & ideo Dominus aſſecurauit eum de contrario dicens,

b Noli timere, De eo quod cogitaſti, ſequitur,

c Et merces tua &c. Id eſt victoria quam dedi tibi non eſt merces tua, ſed maiorem ſatis ego reſeruo tibi. Et ex iſto verbo Domini habuit occaſionem petendi prolem, quia quilibet naturaliter deſiderat in bonis ſuis hẽre hæredẽ ſiue ſucceſſorẽ. Propter quod ſequit.

d Dix. Ab. Oſtendendo ſuum deſiderium.

e Domine Deus, &c. Acſi dicat parum valebunt iſta mihi, ex quo filium non habeo.

f Ego va. ab. li. &c. Quia Sara erat ſterilis.

g Et fil. pro. &c. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo ſic, vt ſit ſenſus, Procurator domus meæ habet filium, cui poteſt bona ſua relinquere, non aũt ego, & ſic melioris conditionis me eſt quantum ad hoc. Alio modo vt cum dicitur, Et filius procuratoris domus meæ, (ſubintelligitur) erit hæres meus, quia cogitabat eum adoptare in filium, eo quòd vxor ſua erat ſterilis: Et iſta expoſitio magis conſonat litteræ, quia ſequitur poſtea.

h Et ecce verna meus, Id eſt ſeruus natus in domo mea.

a Hęres

NIC. DE LY. C. XV.

Diuiſio. a

HIs itaque tranſac. Poſtquam deſcripſit Moyſes qualiter Abrã bene ſe habuit vt incipiens, & hoc quantum ad Deum, & proximum hic conſequenter oſtendit qualiter ſe habuit ad ſeipſum. Et quia proles reputatur vna perſona cum patre, & ſecundum illud Eccleſ. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, reliquit enim filium ſimilem ſibi, & ſimiliter vir, & vxor quaſi vna perſona computantur, ſecundum dictum Saluatoris, Matt. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro: Ideo primò oſtenditur qualiter Abrã ſe habuit in petenda prole. Secundò qualiter in regenda vxore. vt inf. Circa

Eccl. 30. a

Matt. 19. a

Cap. 16.

MORALITER. Cap. XV.

✱ Secundum Hebræos Abram ex victoria tam excellenti de quatuor regib. habita, timuit, ne foret in hoc ſua iuſtitia remunerata, propter quod dixit Dominus ei, ne timeret. Igitur Abram ſignificat quemlibet iuſtum, qui exaltatus ex aliquo dono Dei, timet ne fortè de bonis ſuis remuneratus ſit in præſenti. Propter quod Dominus conſolatur eum per inſpirationem internam, dicens,

b Noli timere Abram &c. Scilicet in futurum reſeruata. Homo vero ſic viſitatus à Deo reputat ſe parum aut nihil feciſſe, ſecundum illud Luc. Cum omnia bene feceritis, dicite ſerui inutiles ſumus. Sic beatus Franciſcus dicebat fratribus ſuis: Modo incipiamus ſeruire Domino, quia vſque nunc parum profecimus. Ideo ſubditur,

f Ego vadam &c. Id eſt abſq; operib. bonis in quib. cum Dei gratia homo per liberũ arbitrium operatur. † Iſte Damaſ. &c. Id eſt ille

✱ qui



A acceptùrus multiplicato ſemine credẽtium, ſterilem legem tanquam vernaculi diſpenſationem erat excluſurus. Quorum hæſitatio prophetico ſpiritu remouetur, & fides confirmata iuſtitiam promeretur. Vnde, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.

a Suſpice cœlum &c. Superius dixit, Erit ſemen tuum ſicut arena maris, quia in illa plebe quidam erant carnales, & terreni, qui arenę comparantur, quia aridi & à bonis operibus infœcũdi; alij quaſi ſtellæ fulgentes. Duplex ſignificatio promiſſi ſeminis datur. Oſtenſis ſtellis dicitur ei, ſic faciam ſemen tuum, id eſt gentem chriſtianam, cuius tu pater futurus es in fide, ſcilicet reſurrectionis lumine coruſcare. Oſtẽſa verò arena dicitur: ſic erit ſemẽ tuum &c. id eſt copioſa erit gens Iudæorũ, ſed arida, & infecũda.

b Sume inquit mi. &c. Iſid. Vacca triennis plebs iudaica poſita ſub iugo legis; capra eadem futura peccatrix; aries regnaturam ſignificat. Hæc trima dicuntur, quia per articulos temporum ab Adam vſq; ad Noe, & inde vſque ad Abraham, & inde vſque ad Dauid, tanquàm per trimã ætatem gens adoleuit. Per turturẽ & columbam ſpirituales populi figurantur, filij promiſſionis, & hæredes regni futuri, quorum ætas tacetur, qui æterna meditantes, temporalia tranſgrediuntur. Animalia trima contra ſe partibus conſtitutis diuiduntur, quia carnales & in veteri populo, & nunc ab inuicem ſeparantur. Aues non diuiduntur, quia ſpirituales, nec ſciſmate, nec hæreſi ſeducuntur, ſed pace fruuntur; Siue ſolitarij vt turtur, ſiue cum alijs vt columba conuerſentur. Volucres deſcendentes ſuper corpora diuiſa: ſignificant dæmones paſtum ſibi de carnalium diuiſione quærentes. Abram aues abigẽs, ſignificat multos carnales merito ſanctorum in fine mundi liberandos. Circa ſolis occaſum pauor irruit in Abram, & horror magnus, & tenebroſus inuaſit eũ, quia circa finem ſæculi magna perturbatio ab Antichriſto inuadet ſanctos. Vnde erit tribulatio qualis nõ fuit ab initio. Cum ergo occubuiſſet ſol &c. ſignificat poſt finem ſæculi futuram diem iudicij, quando per ignem ſeparabuntur boni à malis.

B

Super Geneſ. Vacca triennis. Tertio promittitur Abræ terra Chanaã ad cuius confirmationẽ dat Deus ſignum.

c Vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium. Quia ab Adam vſque ad Noe & inde vſque ad Abram, deinde vſque ad Dauid populus adoleuit.

a Deſcende-

culus meus hæres meus erit. Sta- a b timque ſermo domini factus eſt ad eum dicens: Non erit hic hæ- c res tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. d Eduxitque eum foras, & ait illi: a Suſpice cœlum, & numera ſtel- e las, ſi potes. Et dixit ei: Sic erit f

a Cœleſte ſcilicet. Chriſtianus populus coruſcans lumine reſurrectionis.

ſemen tuum. Credidit Abram g Deo: & reputatum eſt illi ad iu- h

a Quia iuſtus ex fide uiuit.

ſtitiam. Dixitque ad eum: † E- i

a Igne. Myſtice: ignis Chaldæorum incẽtiua uitiorum.

go dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, ut darem tibi ter- k ram iſtam, & poſſideres eam. At l m

Signum quærit nõ tentando, ſed ſperando, & modum quęrendo: hinc mos inoleuit Iudæis, vt ſigna petant.

ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim n eam? Et reſpondens Dominus: o

a Plebem iudaicam iugo legis preſſam.

b c Sume (inquit) mihi vaccam p

a Eandem peccatricem futuram.

triennem, & capram trimam †

eſt ſemper his quæ ſunt ad finem, & præmium à Deo principaliter promiſſum ſemper eſt melius quàm opus meritorium, propter quod promittitur. Bona autem quęcunque temporalia, ſunt minora quàm iuſtitię opera: & ideo hic & in alijs locis ſacræ ſcripturæ, vbi pro operibus virtutis verè, & propriè dictis, promittuntur aliqua bona temporalia, non intelliguntur principaliter promiſſa, ſed quaſi manuductiua ad bona ſpiritualia & æterna, quę principaliter intelligũtur promiſſa. & hoc conueniebat maximè tempore legis Moſaicæ & naturę: in quo homines imperfecti erant reſpectu tẽporis gratiæ ſecundum quod dicit Apoſtolus, Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Modus autem imperfectorum eſt, vt ad amorem bonorum ſpiritualium, & cęleſtium inducantur per amorem temporalium & terreſtrium, vt ſecundum Grego. animus ex his quæ nouit ſurgat ad incognita quę non nouit: & per hoc quod ſcit notum diligere, diſcat & incognita amare. Quòd autem Abraham in hoc loco intellexerit ſibi & ſemini ſuo non ſolum eſſe promiſſa terrena, ſed etiam cęleſtia, quę per Chriſtũ ſunt adimpleta (ut in Io. vbi dicitur Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meũ: vidit & gauiſus eſt. Dies autem Chriſti, vel tempus, intelligitur tempus paſſionis, & reſurrectionis eius ſecundum quod ipſe dixit imminente paſſione. Matt. Tempus meum prope eſt &c. Et tunc aperta eſt ianua cęleſtis, et educti ſunt ſancti patres de inferno; & propter prędicta bene dicitur in officio de mortuis, Sed ſignifer ſanctus Michael repręſentet eas in lucem ſanctã quam olim Abrahę promiſiſti & ſemini eius) accipitur ex hoc loco. Conſiderandũ quòd in hoc paſſu & cõſimilibus eſt aliquo modo duplex ſenſus litteralis. Vnus de bonis terrenis, que minus principaliter et manuductiuè promittuntur. Alius de ſpiritualibus ſeu ęternis, quę principaliter intenduntur, quia ſenſus principaliter intentus literalis dicitur: tamen aliquo modo poteſt dici vnus, quia ſecundũ philoſophũ, Vbi vnũ propter alterũ vtrobique tantũ vnũ. Minus principale verò ſemper eſt propter magis principale. Illud autem quod hic dictum eſt prębet viam ad intelligendum multa, quod continentur in veteri teſtamento propter quod diutius hic moratus ſum.

C

Promittitur Abræ Iſaac filius. Heb. 7. c

Ro. 4. a Gal. 3. a Iac. 2. d Io. 8. g Matt. 26. b

D

g Credidit &c. In nullo hęſitans de diuino promiſſo.

h Et reputatum &c. Quia fides formata per dilectionem illa ſola eſt quæ verè iuſtificat mentem formaliter.

i Ego dominus &c. Id eſt igne Chaldæorum ſecundum vnam opinionem, vel de tali loco qui eſt in Chaldęa, ſicut dictum eſt ſupra. xi. c.

K Vt darẽ &c. Per quã principaliter intelligit terra viuẽtiũ promiſſa.

l Et poſſideres eam. In hereditatem perpetuam.

m At ille ait &c. Hic cõſequenter ponitur prædictæ promiſſionis cõfirmatio per ſignum Abrę diuinitus oſtenſum. Ad cuius intellectũ cõſiderãdũ quòd Abrã nõ dubitauit quin haberet plẽ ſibi promiſſam, & ſimiliter hereditatẽ in perſona propria, vel filiorũ. Aliter nõ eſſet verum quòd dictum eſt, Credidit Abrahã Deo &c. Sciebat tñ Abrã quòd ſicut bona conferũtur à Deo propter opera meritoria, ita propter oppoſita auferũtur: & iõ ad cõſeruationẽ boni diuinitus collati: requiritur quòd hoĩes ſint ſoliciti cõſeruando exercitium operis Deo placiti: & propterea de hoc quęſiuit Abrahã dicẽs,

n Domine D. vnde &c. acſi diceret: Quid eſt illud per quod cõſeruabitur bonum quod promiſiſti? ideo non dixit vnde ſcire poſſum quòd accepturus ſim eam, ſed poſſeſſurus.

o Et reſpondens Do. Ad intellectũ huius conſiderandum, quòd ſicut patet ex diſcurſu totius veteris teſtĩ quãdiu filij Iſrael ſteterũt in cultu vnius veri Dei poſſederunt pacificè terrã promiſſionis ſibi collatam: & quando declinauerunt ad idololatriã fuerunt ab alijs impugnati & deiecti, ſicut patet in libro Iudic. & Reg. & alijs locis, & aliquando quando eorum malitia nimis abundauit, fuerunt eiecti & captiuati de terra illa. primò per Nabuchodonoſor regẽ Babylonis; & ſecũdò per Romanos, eò quòd authorẽ fidei Ieſum Chriſtũ negauerũt & occiderũt. Verus igitur cultus vnius Dei eſt illud per quod poſſideri poterat terra illa Abrę promiſſa. Iſte autem cultus principaliter eſt in actibus interioribus mẽtis, ſecũdum quòd dicit B. Aug. in Enchiridio, Fide, ſpe, & charitate colitur vnus Deus: verũtamen cũ huiuſmodi cultu interiori requirit cultus exterior qui eſt quaſi quędã proteſtatio interioris cultus. Talis aũt cultus in veteri lege fuit per ſacrificia Deo oblata, ideo de talibus ſacrificijs in lege ſiẽdis Dominus inſtruit Abraham dicẽs,

p Sume inquit mihi vaccam triennem &c. Quia de iſtis tribus ſpeciebus

NICO. DE LYRA.

a Hæres meus erit. Iſte Damaſcus Eliezer. Eliezer enim erat procurator domus Abræ, & Damaſcus filius eius fuit, à quo etiam denominata eſt ciuitas Damaſci.

Eliezer procurator domus Abrahe.

b Statimque ſermo domini factus eſt ad eum. Hic ponitur ſuæ petitionis exauditio. Petitio enim eſt deſiderij oſtenſio, & ideo quia Abrã oſtenderat deſiderium ſuum de prole habenda, dominus reſpondet illi dicens,

c Non erit hic hæres tuus. Scilicet filius procuratoris tui.

d Sed qui egredie. &c. Ideſt quem generabis in vxore tua, & quia non ſolum promiſit ſibi prolem, ſed etiam prolis magnam multiplicationem. Ideo ſequitur,

e Suſpice cœlum &c. Et accipitur hic ſi pro non.

f Sic erit ſemen tuum. Scilicet in tanta multitudine, quòd vix aut nũquàm poſſit numerari ab homine. Patet etiam ex dictis, quod iſta viſio oſtenſa eſt Abræ de nocte quando ſtellæ poſſunt videri. Conſiderandum quòd licet Deus etiam per hoc intenderet ſignificare multiplicationem ſeminis Abræ, comparando ipſum ſtellis cœli, tamen principaliter intendebat promittere ei & ſemini eius vitam beatam quæ erit in reſurrectione mortuorum, vnde dicit apoſtolus, Stella differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Multiplicatio enim prolis & bona quæcunque temporalia, non poſſunt eſſe merces, vel finis principalis operum iuſtitiæ, vel virtutis, quia finis principaliter intentus melior eſt

1. Cor. 15. c

Cultus diuini eſſentia.

Moraliter.

✱ que officio, vel ſtatu eſt me minor in operibus bonis.

c Non erit hic hęres meus. Ideſt hæreditabit vitam æternam me excluſo, vel ſaltem erit mecum ibidem in maiori loco propter quod ſubditur aſſecuratio de contrario cum dicitur,

e Suſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes &c. Quaſi dicat plus quã poſſes credere augmentabitur meritum tuum.

i Ego dominus qui eduxit te de Vr Chaldæorum. Id eſt de incendio vitiorum.

K Vt

K Vt darem tibi terram. Scilicet viuentium. Et de hoc conſequenter datur ſignum cum dicitur,

p Sume vaccam triennem. Id eſt humilitatẽ quæ per vaccam ſignificatur, eo quod vacca iugo ſubijcitur. quæ benè dicitur triennis, quia per humilitatem homo ſubijcitur maiori, equali, & minori.

Nota.

† Et capram trimam. Id eſt veram pęnitentiã in qua confitetur homo ſuã ignorantiam, propter quod per caprã ſignificatur, & dicitur prima, propter tres pęnitẽtię ptes, quę ſũt cõtritio, cõfeſſio, & ſatisfactio.

k ✱ Et arietem

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Deſcenderuntq; vo. &c. *Greg. Tropologicè.* In ipſo orationis ſacrificio ingerunt ſe importunæ cogitationes rapere, vel violare cupientes, ſed manu ſanctæ diſcretionis debemus cuſtodire quod foris offerimus, ne maligni ſpiritus, & peruerſæ cogitationes rapiant.

*Tropologicè.*

b Sopor ir. ſu. &c. *Aug.* Tractãda eſt iſta quæſtio propter eos qui contendunt iſtas perturbationes non cadere in animum ſapiẽtis, vtrum tale ſit quale memorat Aulus Gellius quendam ſcilicet Philoſophum in magna maris tempeſtate turbatum & animaduerſum a quodam luxurioſo adoleſcente. Qui cum ei poſt periculũ inſultaret quod philoſophus citò perturbatus eſſet; Reſpondit, ideo illum non perturbatũ, quia nequiſſimæ aiæ ſuæ nihil timere deberet, quod nec digna eſſet pro qua aliqd timeret. Cæteris autem protulit librum, in quo legebatur non placuiſſe Stoicis, nullam talem perturbationẽ cadere in animum ſapientis, quaſi nihil tale in eorum appareret affectibus: ſed perturbationem ab eis diffiniri, cum ratio talibus motibus cederet. Cum autem non cederet, non dicẽdam perturbationem.

In quæſt. ſuper Geneſ. q. 30. to. 4. *Moraliter. Propter Stoicos. Aulus Gellius lib. 19. c. 1*

c Scito prænoſcens &c. *Iſid.* Populus Iſrael in Ægypto ſeruiturus prophetatur: non quòd Ægyptijs annis quadringentis ſeruierit, ſed quia hic numerus in illa afflictione cõpletus eſt, quia ab illo tpe computatur, quo iſta Abrahæ promittuntur. *Auguſtinus.* Scito prænoſcens &c. Non ſic accipiendum eſt, tanquàm in illa duriſſima ſeruitute quadringentos annos populus Dei fuerit. Sed quia dictum eſt in Iſaac vocabitur tibi ſemen, Ab initio natiuitatis Iſaac vſque ad annum egreſſionis Iſrael ex Ægypto computantur anni quadringenti quinque. Cum ergo de quadringentis triginta detraxeris vigintiquinque qui ſunt à promiſſione vſque ad natum Iſaac, non mirum eſt ſi quadringentos quinque annos ſumma ſolida voluit appellare ſcriptura, quæ ſolet ita numerare tempora, vt quod ſummæ numeri paululum excreſcit: aut infra eſt non computetur. Non ergo quod ait In ſeruitutem redigẽt eos & affligent, ad quadringentos annos referendum eſt, tanquàm per tot annos in ſeruitutem habuerint eos: ſed referendi ſunt anni quadringenti, ad id quod dictum eſt, Peregrinum futurum eſt ſemen tuum in terra non ſua. ſiue enim in terra Chanaan, ſiue in Ægypto peregrinũ erat antequàm hæreditatem haberet, ex promiſſione Dei, quod factum eſt, poſtquam ab Ægypto liberati ſunt: Vt per hyperbaton ſit ordo verborum, Sciendo ſcias, quia peregrinum erit ſemẽ tuum in terra non ſua quadringentis annis. Iſtud autem ſit interpoſitum, Et ſubijcient eos ſeruituti, & affligent. ita vt ad quadringentos annos hæc interpoſitio non pertineat. In extrema enim parte ſummæ huius, id eſt poſt mortem Ioſeph populus Dei in Ægypto dura ſeruitute afflictus eſt.

Super Geneſ. c. 15. *Prophetia ſeruitutis Iſrael in Ægypto. De ciuitate Dei lib. 16. c. 24. & 25. Hyperbaton.*

a ¶ Regnaturam. b ¶ Simplices innocentes. Vtraque enim auis ſimplicitatem habet & innocentiam.

& arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui

a ¶ Quia carnales ab inuicem diuiduntur. b ¶ Animalia.

tollens vniuerſa hæc, diuiſit ea per medium, & vtraſque partes

a ¶ Quia ſpirituales ſeruãt vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis.

contra ſe altrinſecus poſuit: aues autem non diuiſit. Deſcende-

a ¶ Dæmones: Importunæ cogitationes.

runtque volucres ſuper cadauera

a ¶ Quia multi carnales merito ſanctorũ in fine liberabũtur. b ¶ Illius merito de anguſtijs liberatus eſt Iſrael.

& abigebat eas Abram. Cum-

a ¶ Quia circa finem mundi perturbatio magna ab Antichriſto inferetur ſanctis.

que ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram: & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Dictumque eſt ad eum † Scito prænoſcens quòd peregrinum

a ¶ Populus Iſrael.

futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubiicient eos ſer-

a ¶ Extranei. b ¶ Iſido. in afflictione. 400. anni complebuntur. ¶ Vltima parte huius temporis.

uituti, & affligent quadringen-

a Genera-

## NICO. DE LYRA.

¶ ſpeciebus animalium ſolum erant ſacrificia fienda in lege, vt patebit in Leuit. & ideo de qualibet ſpecie nominat vnum indiuiduum. Conſiderandum etiam, quòd de qualibet ſpecie prędicta fiebat in lege triplex ſacrificium. Vnum vocabatur hoſtia pro peccato, quod fiebat pro expiatione alicuius peccati commiſſi. Aliud vocabatur hoſtia pacifica, quod offerabatur Deo pro aliquo bono obtento, vel obtinendo. Tertium erat hoſtia in holocauſtum. quę tota incendebatur ad honorem diuinum, & ideo ad hoc triplex ſacrificium deſignandum dicitur hic, quòd quodlibet indiuiduum prędictum ſit trium annorum.

*Triplex ſacrificium in lege.*

a Turturem quoque & columbam. *Quia futurum erat in lege danda per Moyſen, vt fieret ſacrificium de iſtis ſpeciebus auium tantum, niſi in emundatione leproſi, vbi fiebat oblatio de paſſeribus, propter quod de iſta ſpecie auis non fit hic mentio, quia non erat communis oblatio, vel ſacrificium. Licet autem aſſignare rationes plenius & in particulari, quare de prædictis fiebant ſacrificia magis quàm de alijs, pertineat ad librum Leuiticum, tamen poteſt hic breuiter aliquid præmitti. Dictum eſt autem quòd ſacrificia legis erant quædam proteſtationes fidei; ideo rationes ſacrificiorum ſunt accipiendæ ex ipſa proteſtatione. Secundum verò Auguſt. in lib. de lege & gratia nullus vnquam hominum fuit ſaluatus niſi in fide mediatoris, in quo eſt duplex natura, diuina, ſcilicet & humana. Diuinitatem autem ipſius proteſtabantur ſacrificia, inquantum homines per illa ſacrificia oſtendebant ſe habere vitam a Deo, & per conſequens alia bona. Hoc autem fiebat in ſacrificijs prædictorum animalium, ſcilicet bouis, ouis, & capræ, quia iſta animalia, tanquàm domeſtica ſunt cum hominibus, & cedunt in vſum eorum ad ſubſtentationem vitæ. Alia verò animalia communiter ſunt ſylueſtria, vel ſi ſunt domeſtica, ſunt immunda, vt porcus & ſimilia. Item prædicta animalia repræſentabant humanitatem Chriſti, inquantum fuit inſtrumentum noſtræ redemptionis; quia ouis repręſentabat eius innocentiam; capra ſimilitudinem carnis peccati; bos fortitudinem Chriſti ad ſuſtinendum labores maximè in paſſione: turtures autem & columbę abundabant in terra illa, & ideo ex illis fiebant ſacrificia pauperum, quia de facili poterant haberi. Turtur etiam caſtitatem Chriſti ſignificat; columba verò quę ſine felle eſt, eius mititatem, ſecũdũ illud Matth. Diſcite a me quia mitis ſum &c. Et ſic patet quare de prædictis fiebant ſacrificia vt communiter.*

Matt. 11. d

b Qui tollens vni. hęc diuiſit &c. *Cauſa huius diuiſionis & partitionis eſt, quia tunc temporis quando homines ad inuicem faciebant pactũ vel fœdus inuiolabile, ad hoc deſignandum interficiebant vnum animal, & diuidebant in duas partes, & tranſibant inter illas partes, ad deſignandum quod digni eſſent morte, ſi pactum illud tranſgrederentur. Dominus autem hic pepigit fœdus, & pactum cum Abram: vt dicitur infra eodem cap. & ideo animalia iſta fuerunt diuiſa in duas partes, & partes ſic poſitæ quòd poſſet eſſe tranſitus inter illas partes.*

c Aues autem non diuiſit. *Quia in confirmatione talis pacti vel fœderis auis non occidebatur, nec diuidebatur etiam cum alias immolabatur in holocauſtum. vt habetur Leu. Alia eſt cauſa myſtica, quia per animalia deſignatur vita actiua, quæ diuidit hominem circa multa, ſecundum illud Luc. Martha Martha ſollicita es & turbaris erga plurima. Per aues verò propter volatum deſignantur vita contemplatiua quæ vnit hominem ad Deum, ideo ſubditur ibidem, Porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit &c.*

d Deſcenderuntque volucres ſuper cadauera. *Id eſt ſuper ſacrificia, ad deſignandum quòd dæmones qui per aues deſignantur. in Matth. (& maximè, quia iſtæ erant aues de nocte volantes, vt patet per ſequentia) nituntur deſtruere vel fędare bona opera.*

e Et abigebat eas Abram. *Quia ſi in operibus bonis dęmones nos volunt impedire, debemus eos feruore charitatis repellere.*

f Cumque ſol occumberet: *In hebræo dicitur, occubuiſſet. Ex quo patet quod iam erat nox.*

g Sopor irruit ſuper Abram. *In hebręo habetur* תַּרְדֵּמָה *tardema id eſt extaſis. Extaſis verò non ſignat propriè ſomnum, ſed magis raptum à ſenſibus exterioribus.*

h Horror magnus &c. *Per hoc enim deſignabantur afflictiones & anxietates quas paſſuri erant filij eius, antequàm obtinerent terram promiſſionis, & quos oportet ſuſtinere fideles antequàm veniant ad terram viuentium, ſecundum illud Act. Per multas tribulationes oportet tranſire ad regnum, propter quod ſubditur,*

i Scito prænoſcens quòd &c. *Iſti quadringenti anni non poſſunt referri ad ſeruitutẽ & afflictionẽ quam paſſi ſunt filij Iſrael in Aegypto; quod probatur manifeſtè. quia Caath deſcendit in Aegyptum cũ Leui patre ſuo, & Iacob auo ſuo, vt habetur Geneſ. Item iſte Caath vixit 133. annis, & Amrã filius eius. 137. vt habetur Ex. Et Moyſes filius Amrã erat octoginta annorũ in exitu de Aegypto, vt habetur Ex. qui anni cõiuncti faciunt. cccl. annos tantum: & adhuc ſi volumus habere præciſè numerum annorum a principio deſcenſus in Aegyptum vſque ad exitum, oportet ſubtrahere à prædictis. cccl. annis omnes annos quibus vixit Caath antequã deſcenderet in Aegyptum, & annos quibus vixit Amrã poſtquã genuit Moyſen. Ex quo patet q; non fuerũt in Aegypto quadringentis annis, ſed fuerunt ibi ducentis decem annis tantum, vt dicunt hebræi ex alijs ſuis chronicis, quibus credendum eſt in talibus quãdo ex textu bibliæ non poteſt veritas haberi, ſicut eſt in propoſito, & eodem modo Hierony. & alij doctores catholici in caſu ſimili recurrunt*

¶ ad hiſtoriam

## MORALITER.

✱ a *Et arietem trium annorum*, Id eſt fortitudinem: quam aries deſignat: quia cornibus fortiter pugnat: & dicitur annorum trium, quia per virtutem fortitudinis homo ſuſtinet patienter dura verba, rerũ dãna, corporis ſupplicia. *Turturem.* Quæ ſignificat caſtitatem. *b Et columbam.* Id eſt charitatem, quia Spiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ ſuper Chriſti humanitatem. Oblatio verò facta Deo de iſtis, ſignum eſt aſſecurans coniecturaliter de adoptione futuræ beatitudinis, ideo ſequitur poſtea,

✱ i *Et apparuit*



a Generatione autem &c. *Hiero.* Moyſes verò alibi dicit quinta progenie aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti, ſed quarta, generatione egreſſi ſunt. Leui enim genuit Caath: Caath genuit Amram, ille Aaron: Aarõ Eleazar, & ille genuit Phinees. Caath cum patre ſuo Leui ingreſſus eſt in Aegyptum. Eleazar verò cũ Aaron egreſſus eſt. A Caath vſq; ad Eleazar generationes quatuor. Quidam tamen ab Amram incipiunt, & ad Phinees perueniunt. Quinta verò generatione egreſſi ſũt, quia Iudas genuit Phares: Phares genuit Eſrom; Eſrõ genuit Arã: Arã genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon, qui genuit Salmon. Phares cum Iuda patre ſuo ingreſſus eſt Aegyptum. Naaſon princeps tribus Iudæ in deſerto ſubſcribitur, cuius filius Salmon in terram promiſſionis intrauit. A Phares vſque Naaſon generationes quinque. Quidam tamen ab Eſrom incipiunt, & ad Salmon perueniunt.

In q. Hebr. ſuper Geneſ. ca. 15. to. 3. Damaſ. q. 2. to. 3. *Indicabo pro vindicabo & vlciſcar poſitum eſt.*

a Igitur

tis annis. Veruntamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cum

a ¶ Moriendo

magna ſubſtantia. Tu autem

a ¶ Sanctos prędeceſſores.

ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. Gene-

a ¶ A Caath filio Leui uſq; ad Eleazar generationes quatuor. & ab Abraam uſque ad Phinees. b ¶ Filij Abraæ.

ratione autem quarta reuertentur

a ¶ Vt iam debeant amittere terram ſuam.

tur huc: Necdum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhęorum uſque ad præſens tempus. Cum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo

a ¶ Tribulationem & anguſtiam futuram ſignificat.

ligo tenebroſa, & apparuit cli-

a ¶ Iudicium per ignem ſignificat, quo ſeparandi ſunt mali a bonis. b ¶ Ignis iudicij ſeparabit bonos a malis.

banus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram dicens: † Semini

a ¶ Rinocorula: qui diuidit Paleſtinam & Aegyptum.

tuo dabo terram hanc, à fluuio Ægypti uſque ad fluuium magnum Euphraten; Cinæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Ethæos, & Pherezæos Raphaim quoque, & Amorrhęos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

egreſſi ſunt cum magna ſubſtantia.

d Tu autem ibis &c. *Id eſt antequàm prędicta ſeruitus & afflictio ſuperueniant ſemini tuo.*

e Sepultus in ſe. bona. *id eſt decedens in gratia, quia non dicitur hoc niſi de iuſtis.*

f Generatione autem quarta re. huc. *Id eſt ad terram Chanaam Abræ promiſſam. In illa enim erat Abram actu quãdo dñs ſic loquebatur cum eo. Aduertendum tamẽ quòd iſtę quatuor generationes non ſunt accipiendæ ab Abram ſed à Iacob, qui deſcendit in Aegyptum, & ſi computentur generationes ab eo per lineam regiam, inueniuntur quatuor vſque ad reditum in terram promiſſionis quia Iacob genuit Iudam. Iudas autem genuit Phares, Phares autem genuit Eſron vt habetur Mat. Eſrom autem genuit Caleb: vt habetur Paral. Et iſte Caleb in quo completa eſt quarta generatio fuit de intrantibus terram promiſſionis, vt habetur Nu. Tranſlatio verò lxx. habet, Quinta generatione reuertentur huc. & hoc eſt verum ſi computentur generationes per lineam ſacerdotalem quia Iacob genuit Leui; Leui autem genuit Caath; Caath autem genuit Amram; Amrã autem genuit Aaron vt habetur Exo. Aarõ autem genuit Eleazarum ſacerdotem, & iſte Eleazarus in quo completa eſt quinta generatio fuit de intrantibus terram promiſſionis, quia ipſe & Ioſue filius Nun diuiſerunt terram illam filijs Iſrael vt habetur Ioſ.*

Mat. 1. a Paral. 2. a Num. 14. d & Ioſue 14. b Exo. 6. c Ioſ. 14. a

g Necdum enim com. &c. *Iſtud interponitur pro cauſa dilationis implendæ promiſſionis factæ Abræ de terra illa, quia ini iuitates populi qui habitabat terram illam actu, adhuc non tantum increuerant quod deberet inde expelli: Deus enim expectat in talibus menſuram ſui iudicij.*

*Quarto promittitur terra Chanaan.*

h Cum ergo oc. ſol. *Repetit quod ſupra prædixit, vt reuertatur ad conſummationem ſacrificij Abrahæ.*

i Et ap. clibanus &c. *Sicut enim ſupra dictum eſt: iniens pactum, vel fędus firmum cum aliquo trãſibat inter partes animalis occiſi: Deus autem faciebat pactum firmum cum Abraham, vt ſtatim ſubditur,*

## NICO. DE LYRA.

¶ *ad hiſtoriam Ioſephi, & annales Iudæorum: & ideo iſti anni quadringenti prædicti reducendi ſunt ad illud quod prædicitur, Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum &c. quia a natiuitate Iſaac, in quo vocatum eſt ſemen Abræ, vt habetur. Gen. vſque quo genuit Iacob fluxerunt anni ſexaginta vt habetur infra. Iacob autem erat annorum. cxxx. quando deſcendit in Aegyptum vt habetur inf. Et ſic à natiuitate Iſaac vſque ad deſcenſum in Aegyptum fluxerunt anni cxc. quibus ſi iungantur anni cc. & x. quibus filij Iſrael fuerunt in Aegypto, habentur anni cccc. præciſe in quibus ſemen Abræ fuit peregrinum in terra non ſua ſcilicet partim in terra Chanaam: in qua Iſaac cum patre ſuo fuit peregrinus, primò, quia licet Deus promiſiſſet ſibi terram Chanaan, non tamen dedit ſibi in actu paſſum pedis in ea, vt habetur Act. poſtea peregrinatus eſt Iſaac in Gerare, & poſtea Iacob cũ filijs ſuis in Aegypto, & propter hoc non dixit dominus Abræ Peregrinum erit ſemen tuum in terra Aegypti cccc. annis, ſed dixit in terra non ſua. & ſubiicient eos ſeruituti & affligent. Iſta fuit ſeruitus & afflictio Aegypti, quæ terminata eſt in illis cccc. annis, ſed non incœpit à principio illius temporis, vt viſum eſt.*

Gen. 21. c Gen. 25. c Gen. 47. b Act. 7. a

a Veruntamen gentem cui. &c. *Id eſt gentem Aegyptiorum.*

b Ego iudicabo. *Percutiendo decem plagis, vt habetur in Exod.*

c Et poſt &c. *Qui filij Iſrael in exitu de Aegypto acceperunt mutuo à vicinis ſuis vaſa aurea & argentea & veſtes ut habetur Exo. Et ſic egreſſi*

K In illo die pe. &c. *Deitas verò oculis ſenſibilibus videri non poteſt: ideo apparuit ignis repræſentans pręſentiam Dei, ſicut Moyſi in rubo: Exo. & tranſiens inter diuiſiones prædictas, ad oſtendendum firmitatem pacti cum Abram. Sequitur,*

Exo. 3. a

l A fluuio Aegypti. *Qui diuidit terram Chanaam ab Aegypto, & vocatur Rinocorula & iſte eſt terminus terre promiſſionis à parte auſtrali.*

*Rinocorula.*

m Vſque ad fluui. Euphra. *qui eſt alius terminus ex parte oppoſita.*

n Cinęos & Ce. &c. *Enumerat hic decem gentes quarũ terras dedit hic dominus filijs Abræ & Iacob; Filij enim Eſau aliquã partẽ obtinuerũt.*

¶ Igitur

*Moraliter.*

✱ i *Et apparuit clibanus fumans & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* Quæ ſunt ſigna diuinæ acceptationis ſicut habetur de igne deſcendente ſuper ſacrificiũ Heliæ: & ſuper ſacrificium Aaron & filiorum eius in eorum conſecratione.

3. Reg. 18. f Leuit. 9. d

✱ Hic

In c. 15. vbi dicitur in poſtilla. Circa primum deſcribitur occaſio petitionis.

## ADDITIO I.

¶ *Dicere quòd Abram timuit, ne in victoria quam habuerat accepiſſet totam mercedem iuſtitiæ ſuæ à domino, videtur irrationabiliter dictum. Tum quia primum promiſſum Abræ factum fuerat, Faciamq; te in gentem magnam, ſup. ſed hoc non erat impletum iſto tpe quo Abrã timuit, pro tunc enim nullam prolem habebat. & ſic nondum habebat totam mercedem à Deo ſibi promiſſam: Tum quia etiam veri philoſophi licet fœlicitatem æternam non cognouerint, non tamen ponunt totam mercedem bonorum operum in victoria vel hmõi vt patet Eth. Et multo minus prę ſumendum eſt de Abraam: quòd totam mercedem à Deo ſibi promiſſam eſtimaret conſummi in quadam temporali victoria. Sed iſte locus aliter poteſt exponi, & vt credo melius, ſcilicet q; Abraã ex prædicta victoria timuiſſet propter duo. Primum ne fortè illi reges ab eo victi irruerent ſuper eũ ſicut pluries contingit inter bellatores, eo modo quo timuit Iacob à Sichimitis, & cõuicinis eorũ infra. Secundũ timebat: ne fortè exceſſiſſet in perſecutione illorum regum, & deuaſtatione eorũ. Non. n. legitur q; hoc feciſſet ex iuſſu diuino: & ideo timuit ne fortè in illo actu peccaſſet, iuxta illud Iob. Verebar opera mea, præſertim cum in littera nõ appareat quòd Abraam fuiſſet certificatus quòd illi quatuor reges iniuſtè ſe habuiſſent contra alios quinque aduerſarios ſuos. Vnde Deus aſſecurauit ipſum de vtroque timore: De primo, ſcilicet cũ dicit,* Ego prot. tu. ſum. *Et ne terrearis à facie eorum, quia ego protegã te: De ſecundo verò aſſecurauit eũ dum dicit;* Et merces tua mag. *q. d. non ſolum nõ deliquiſti aliquid in prædicta perſecutione, & victoria prędictorum regum, ſed etiam per eam vlterius meruiſti mercedem magnam inquantum ex zelo charitatis fraternę & ad honorem diuinum hoc fuit factum.*

Gen. 12. c 1. Ethi. Gen. 34. d Iob 9. d

In eod. ca. xv. vbi dicitur in poſtilla. Quod autem Abram in hoc loco intellexerit ſibi & ſemini ſuo.

## ADDITIO II.

¶ *Hęc verba Chriſti à Ioanne narrata, ſcilicet, Abram exultauit vt videret diem meum &c. non ſunt referenda ad viſionem Abræ de qua in hoc loco agitur; quia hic non fit mentio de paſſione Chriſti, nec de eius reſurrectione, nec in re, nec in figura, vt ſatis patet aduertenti. Sed hęc verba euangelij potius ſunt referenda ad tempus immolationis Iſaac. de quo inf. Sed q; Abraham intellexiſſet in hoc loco ſibi, & ſemini ſuo eſſe promiſſa, non ſolũ bona terrena, ſed etiam cęleſtia, ex tribus poteſt comprobari in hac viſione contentis. Primò ex hoc quòd promiſſio de multiplicatione prolis facta Abræ, aliter facta fuit. ſupra xiii. c. & aliter hic. Ibi enim aſſimilat multitudinem prolis multitudini arenę in hoc; quia arena eſt quaſi innumerabilis. Dicit enim: Si quis poteſt numerare puluerem terræ &c. In hoc autem loco concludit ſimilitudinem ſimpliciter inter ſemen ſuum & ſtellas cæli. Dicit enim. Sic erit ſemen tuum, ſcilicet cæleſtę, lucidum, & incorruptibile iuxta illud. Dan. Qui autem ad iuſtitiam erudiunt plurimos quaſi ſtellæ in perpetuas ęternitates. Secundò etiam hoc deſignatur per illud quod prædicitur immediatè,* Eduxitque eum foras. *Non videtur propriè intelligendum per motum corporalem, nam hoc videtur ſuperfluum eſſe, quia Abram non poſſet*

Gene. 22. a Dan. 12. b

k 2 ſuſcipe-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *ſuſcipere cælum exiſtens infra domum vel tentorium : & ſic ſuffeciſſet dixiſſe ei, ſuſpice cęlum. Et ait illi : ſuſpice cęlum, & numera ſtellas. Cum enim dicit, Eduxitq; eum foras. Ipſe enim obediendo mandato exiuiſſet ad locum vbi poſſet ſuſpicere. Sed hæc eductio aliter intelligenda eſt, ſcilicet quòd ad hoc quòd Abraham haberet cognitionem ſaltem enigmaticam per fidem de felicitate æterna : oportebat eum ſupra* Eccl.3.c *ſe ſeu extra ſe educi. Eccle. Plurima enim ſuper ſenſum hominis oſtenſa ſunt tibi. Et ſic exponunt iſtud verbum antiqui Hebræorum, licet non ad eundem finem. Dicunt enim : Quid eſt quòd eduxit eum foras? Hoc eſt dicere, eduxit eum de credulitate ſeu opinione ſua, & notandum, quòd non dixit, Exi foras : ſed, eduxit eum foras, ad denotandum quòd fides Dei donum eſt.* Ephеſ.2.b *Tertio comprobatur quòd Abraham* Sap.3.c *in hoc loco credidit bona ſpiritualia ſibi, & ſemini ſuo promitti, ex hoc quod ſequitur, Abraham credidit Deo & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Ad quod ſciendum, quòd licet Abraham à principio ſui exitus de domo ſua, & de cognatione ſua ſeparauerit ſe ab infidelibus tanquàm fidelis, fides tamen Abræ in hoc loco fuit approbata à Deo tanquàm fides iuſtificans, & de hoc dicitur, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Rom.4.c *Cuius ratio eſt ſecundum Apoſtolum eo quòd contra ſpem in ſpem credidit, ſcilicet contra ſpem naturę in ſpem gratiæ: quod intelligitur non ſolum in hoc quòd credidit ipſum futurum eſſe patrem multarũ gentium ſecundum carnem, quod eſt contra ſpem naturæ, cum ipſe eſſet ſenex & vxor ſua ſterilis; ſed potius in hoc quòd credidit ſe & ſemen ſuum cõſecuturos eſſe vitam beatam, ſcilicet celeſtem : quod eſt maximè contra* 1.Cor.2.b *ſpem naturæ, vt d. Pa. Oculus non vidit, quę præparauit Deus diligentibus ſe. Illa enim quæ fuerunt antea dicta ſeu promiſſa Abrę, non excedebant totam facultatem naturę, ſicut cum dicitur, Faciam te in gentem magnam &c. Et ideo in hoc loco pręcipuè fides ſua reputata fuit ad iuſtitiam propter prædicta.*

In eo.ca.xv.vbi dicitur in poſtilla, *Sopor irruit ſuper Abram.*

## ADDITIO III.

In hebręo in hoc loco propriè dicitur, *Sopor irruit ſuper Abram.* Sicut in tranſlatione noſtra : eadem tamen dictio ponitur hic, & ſupra ij.cap. vbi dicitur, Immiſit dominus Deus ſoporem in Adã.

## REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

F IN cap. xv. *vbi poſtillator introducit Abram timuiſſe ne forte promiſſio ſibi facta c. xv. ſuprà per datam tam ſolemnem victoriam eſſet impleta. Burgen. hoc dicit fore irrationabiliter dictum ex motiuis modicum valentibus vt patebit. poſtillator enim conformat ſe dictis ſanctorum & Glo. ordi. qui hunc paſſum myſticè introducentes dicunt: Triumphata multitudine vitiorum confortatur ſpes cuiuſque fidelis à domino ne titubet : ſed mercedem expectet. Ad cuius inſtar hic facit poſtillator attendens ex littera hanc victoriam non eſſe mercedem, ſed aliam multo maiorem expectandam. Nec valet obiectio prima Burgeñ. quia etſi per iſtam victoriam non creuit in prolem, creuit tamen in gentem, iuxta verba promiſſionis ſuprà factæ vbi dicebatur. Faciam te creſcere in gentem magnam.* G *Ex illa enim victoria creuit in gentem magnam : quia non ſolum coram omnibus illis regibus, pro quibus dimicauit reputatus eſt, ſed & magna gens ei adheſit, ut putaret Abram promiſſionẽ illam impletam eſſe, quia non dicebatur de prole ſed de gente. Rationabiliter igitur dictum eſt Abram timuiſſe. Nec ſecunda obiectio Burg. valet, nam etſi Abraham concedatur fuiſſe philoſophus & theologus, nondum tamen perfectus, quia videtur de promiſſis. c. xv, & hic temporaliter ſapuiße, vt patet ex textu. Nam de promiſſione hic facta dixit.* Domine Deus quid dabis mihi? *&c. quę ſequuntur non grandipendens promiſſum, non habito hærede temporaliter ſuccedente. Si enim eam promiſſionem de æterna mercede intellexiſſet : planè fruſtrà hęredem carnalem petiſſet, cum in ea nemo alteri ſuccedit vt hęres eius, cum omnes ſint ibi cohæredes Chriſti; nec ſine culpa vernaculo inuidiſſet, cum in æterna mercede liber, & ſeruus appendantur ęqua lance. Non valent igitur obiectiones Burgen. ſtat enim timor per poſtillatorem inductus cum duobus timoribus poſitis per Burgen. Item in eodem cap. vbi poſtillator facit vtilem digreſſionem ad intelligendum multos locos veteris teſtamenti, inter cetera oſtendit Abram per Deum in hoc loco inſtructum, ut de cætero intelligeret ſibi & ſemini ſuo promiſſa non ſolum de temporalibus, ſed principaliter de æternis bonis fore intelligenda; quę non niſi per Chriſtum potuerunt ſortiri effectum; & ſic diem Chriſti eis ſpiritualiter hic inſinuatum & implicitè. de quo exponitur illud Ioan. Abraham pater veſter exultauit &c.* Ioan.8 *Burgen. obiicit hic, quod de Chriſto hic nulla fiat mentio, nec in re, nec in figura. Ad quod dici poteſt, quòd in eo quod Burgen. hoc tribus rationibus oſtendit, Abraham intellexiſſe promiſſiones ſibi factas principaliter de ęternis, ad quas tamen peruenire non poſſe ſciuit, niſi per Chriſtum; Idcirco oportet eum dicere, quòd hic implicitè fiat mentio de die & tempore Chriſti, vt de cauſa ſine qua non : nam illius mercedis æternę ſibi promiſſæ effectus fuit impoſſibilis ſine merito Chriſti, quod conſurgit ex die natiuitatis, & paſſionis &c. Et ad id videntur pertinere tres rationes Burgen. in hac digreſſione poſitæ, vt patet intuenti. Et ad plenè ſatisfaciendum obiectioni Burgenſ. videtur quod in hoc capit. fiat mentio de Chriſto per figuram vaccæ triennis, capræ, arietis, & columbarum, prout declarat latè poſtillator authoritate beati Auguſtini in libro legis & gratiæ. In eodem capit. facit Burgenſ. difficultatem in hoc termino, ſopor: cum tamen multi textus loco eius habeant, pauor.* H *Et huic alludit quod ſequitur, Et horror inuaſit Abram, & ita beatus Auguſti. videtur exponere, vt patet in gl. ord. Vbi autem habetur ſopor, non debet accipi pro ſomno, ſed extaſi ſicut ſupra 2.c. vbi enim Adam per ſoporem extaticum illuſtratus prophetauit, hic Abram doctus futura pręuidit.*

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. XVI.

a IGitur Sarai vxor Abram &c. *Rab.* Non eſt adulter Abram ſi viuente vxore ancillę iungitur, quia nondũ promulgata erat lex euangelij vnius vxoris: & genus ſuũ multiplicandũ audierat, ſed per quam mulierem neſciebat quia Saram ſterilem nouerat, non fuit in coitu libidinoſa voluptas, ſed prolis habendę pia charitas, vxor quoq; hoc voluit, & coegit: quę filios habere nõ poterat. Ideo ex alia ſuſcipere cupiebat quem in locũ proprij adoptaret.

b *Ingredere ad ancillam &c. Hieron.* Nota diligenter, quod procreatio filiorum in hebræo ædificatio dicta eſt. Legitur enim ibi : Ingredere ad ancillam meam, ſi quomodo ędifices ex ea. forte hoc eſt quod in Exo. dicitur, Benedixitq; Deus obſtetricibus, & ædificauerunt ſibi domos. *Myſt.* Agar terrenam hieruſalem ſignificat, in qua vetus lex carnaliter, & ſeruiliter exercebatur. Sara verò gratiam no. teſta. quæ ciues ſupernæ Hieruſalem liberos parit. Sed gratia noui teſtamenti diù in manifeſto non fuit, & vete. teſtam. quaſi ancillæ generandi licentiam dedit, ſeruos, ſcilicet timore, non amore ſeruientes : antequàm de ſemine Abræ filios generãs, quos ad vnius Dei culturã aſtringeret, & ab idolis quibus gentes ſimilia ſacrificia impendebãt, reuocaret. Sed cum populus ille de operib. carnis inflatus veniẽte Chriſto gratiam refutaret, & in ſeruitute incredulus perduraret, præualẽte gratia ſic afflictus & attritus eſt, vt regnum, & ſacerdotium perderet. Vnde in ſolitudinẽ redactus ſedulò ſcrutando & meditando fontem legis ſitiens : nihil inuenit niſi vt monente lege per Moyſen tanquàm per angelum lata, in gratiam redeat, & ſe ſubijciat. *Raba. Myſticè.* Hæ duæ mulieres ſunt duo teſta-

Dimiſſo. — Abram nõ adulterat ob Agar concubitũ. — Sarai dat viro ancillam ſuam. Inq. Heb. Ge.16.t.3. † 32.q.4.c dixit Sara. & ea. quæ.§.1.in princ. & c. quis ignoret. — Exo.1.c — Myſtice. — 1 Sibi. — Agar filia Regis Aegypti. — Myſtice. Duo teſtamenta.

### Cap. XVI.

a IGitur Sarai vxor Abrã non genuerat liberos : ſed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar, dixit marito ſuo. Ecce cõcluſit me dñs, ne parere : † Ingredere ad ancillã meam

a Gratia. — a Qui liberè ſeruirent Deo. — a Datur locus carnali obſeruantiæ : quia nondum venerat gratiæ tempus

## NICO. DE LYRA.

### Cap. XVI.

IGitur Sarai. *Oſtenſo qualiter Abram ſe habuit in deſiderio prolis, hic conſequenter oſtenditur qualiter benè ſe habuit reſpectu vxoris ei conſentiendo. Primò in ancillæ deſponſatione, ſecundò in eius humiliatione ibi, at illa &c. Circa primum dicitur ſic,*

a Igitur Sarai vxor Abram non genuerat ſibi liberos. *(ly ſibi) quod interponitur non eſt de textu.*

b Sed habens ancillam Ægyptiam nomine Agar. *Iſta Agar, vt dicunt hebræi, fuit filia regis Ægypti. vna enim de vxoribus Pharaonis videns ſanctitatem Saræ, cũ eſſet in domo regis, & quomodo Pharao & domus eius fuerat flagellatus à domino propter ipſum ſuprà 12. cap. dixit in corde ſuo, quòd melius eſſet filiæ ſuæ Agar, ſi ſeruiret Sarai tanquàm ancilla, quàm ſi remaneret in magno honore in domo paterna, & ideo tradidit eam Sarai, tanquàm ancillam eius. Nec iſtud eſt abſonum rationi, quia in libro Heſter dicitur, quòd multi gentiles videntes quid dominus fecerat pro iudæis liberãdo eos à perſecutione Aman iungebantur ceremonijs eorum.*

c Ingredere &c. *Vt quia nõ poſſum habere filios naturales, ſaltẽ habeã per adoptionem. Videbat. n. Sarai quod non eſſet bonum quòd tam ſanctus homo*

Moraliter. ✻ Hic deſcribitur conceptio Iſmahelis de ancilla cum dicitur.

c *Ingredere ad ancillam me. &c.* Per Abram autem poteſt intelligi vir quicunq; bonus habens in ſua domo. i. in ſeipſo Sarai, quę interpretatur princeps mea. propter quod p ipſam ſignificatur rõ recta, ✻ quæ de-



duo teſtamenta. Agar vetus quod in ſynagoga Iudaicum A populum ſeruituti nutriebat obnoxium. Sara nouũ, quod populum Chriſtianum in libertatem fidei generauit. Multiplicati ſunt ancillæ filij, vt non numerarentur præ multitudine, qui ſuprà arenam comparantur. Ipſe ergo populus ferocitate ſua æmulus, & omnibus bonis contrarius, & maximè cum Chriſtianũ populum toto orbe inuidia ſtimulante perſequitur, & longè lateque diſperſus, vagando, & negociando omnibus eſt oneroſus.

a *Hic erit ferus homo.* Vel ruſticus ſecundum alios. *Hieronymus* in hebręo habetur פרא, pere quod interpretatur onager, ſignificat ſemen eius habitaturum in deſerto, id eſt Saracenos vagos incertis ſedibus qui omnes gentes quibus deſertum ex latere iungitur incurſantes, impugnantur ab omnibus.

a *Vocauit*

Alij liberos. — Alias, facere. — Deprecanti voci Sarai. — Sarai ut Abram. — Inq. Hebr. ſuper Gen.

ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam † filios. Cumque ille † acquieſceret deprecanti, tulit ✻ Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt annos decem quàm habitare † cœperant in terra Chanaan, & dedit eam viro ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa concepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam. Dixitque Sarai ad Abraham. Iniquè agis contra me: Ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, deſpectui me habet: Iudicet Dominus inter me & te. Cui reſpondens Abram, ecce (ait) ancilla tua in manu tua eſt, utere ea vt libet. Affligẽte igitur eam Sarai, fugam iniit. Cumque inueniſſet eam angelus Domini iuxta fontem † aquæ in ſolitudine, quæ eſt in uia Sur in deſerto dixit ad illam: Agar ancilla Sarai vnde venis? & quò uadis? Quæ reſpondit : A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei † angelus domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. Et rurſum : Multiplicans (inquit) multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce (ait) concepiſti & paries filium, uocabiſque nomen eius Iſmahel, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius cõtra omnes, & manus omnium contra eũ; & è regione vniuerſorũ fratrum ſuorum

a Mihi adoptando. — a Videns multiplicatum Iſrael ſecundum carnem. — a Gratiam liberos parituram. — a Quaſi de hærede præſumens. — a Quaſi ceſſet vmbra, dominetur veritas. — a Deſtruente gratia regnum, & ſacerdotium, non vult ſubijci ſuperbia Iudæorum — a Sermo diuinus. — a Litteræ legis innitentem. — b Ceremonijs ſuis priuatam. — a Conſequenter Ægyptia in via Sur, quę per eremum ducit ad Ægyptum, feſtinabat ire Ægyptum. — b In anguſtia. — a Quaſi nolo ſubijci gratiæ. — a Ex perſona Dei loquitur angelus. — a Exauditio Dei. — a Feraliter uiuentes præfigurans. — Agreſtis ruſticus. — a Impugnans domeſticos fidei. — a Reſiſtendo infidelitati. — a Qui de ſemine Abræ,

## NIC. DE LYRA.

Iniquè agis contra me, iniuria quę mihi infertur ſup te eſt, id eſt tibi imputãda.

*homo ſicut Abram careret prole, & quia ipſa concipere non poterat de corpore ſuo, ancillam ſuam vxorem ſibi tradere volebat, quę etiam ancilla ſibi ex deuotione tradita fuerat, vt prędictum eſt, & ideo in hoc volebat eam honorare præ alijs mulieribus.*

a Cumque illa acquieſceret deprecanti. *Propter quod Abram non vituperatur de bigamia, ſicut Lamech quia non accepit ſecundam vxorem motus libidine, ſed prolis amore, nec abſque conſenſu primæ vxoris, imo ipſa ſupplicante; quod non fecit Lamech, ſed libidine motus, & ſine conſenſu alterius vxoris.*

Bigamia Abræ non reprehenditur.

b Tulit Agar &c. *Iſte erat terminus, vt dicunt hebręi, infra quem debebat vir experiri, vtrum de vxore ſua poſſet habere* B *prolem, antequàm ratione ſterilitatis acciperet aliam.*

Angelus apparet Agar.

c At illa concepiſſe ſe videns. *Hic conſequenter oſtenditur quomodo conſenſit vxori de ancillæ humiliatione, & primò ponitur propter hoc ancillæ receſſus, & ſecundo eius regreßus, ibi Cumq; inueniſſet eam. Circa primùm ſciendum, quòd licet Agar eßet prius bona, & deuota puella, quia tamen non erat in bono confirmata, poſtquam fuit coniuncta Abræ in matrimonium, & vidit ſe concepiſſe ab eo, eſtimauit quòd omnia bona promiſſa ſemini Abræ complerentur in ſua prole, & ex hoc prorupit in quandam elationem.*

1 Ad Ancillam.

d Deſpexit dominam ſuam. *Tanquam à diuino promiſſo repudiatam. Ideo ſequitur,*

e Dixitque Sarai. *Quia nimis diſſimulabat iniuriam ſibi factam. & ille ſtatim acquieſcens rationi dixit,*

f Ancilla tua in manu tua eſt. *Id eſt, eſt in poteſtate tua ad caſtigandum, & humiliandum eam ſicut tibi videtur.*

g Affligente igitur eam Sarai. *Non eſt veriſimile, quod mulier tam ſancta affligeret eam iniuſtè, ſed caſtigabat eam & humiliabat rationabiliter, quæ humiliatio erat ipſi Agar afflictio, eo quòd ex elatione volebat Sarai ſe præferre. Ideo ſequitur,*

h Fugam iniit. *Verſus terram Aegypti vnde erat.*

i Cumque inueniſſet illam angelus domini &c. *Hic deſcribitur ipſius regreßus per monitionem angeli dicentis ſibi,*

k Agar ancilla Sarai. *Ac ſi dicat aduertere debes, quòd tu es ſeruilis conditionis reſpectu Sarai, & ideo non debes ei præferri.*

l Vnde venis, & quo vadis? *Non quærit ex ignorantia, ſed vt ex reſponſione Agar efficacius corrigat eam.*

m Quæ reſpondit &c. *Ex hoc enim quòd recognouit eam dominam, conuenienter angelus dixit ei.*

n Reuertere ad dominam tuam & humiliare &c. *Quia hoc eſt iuſtum, & quia angelus videt eam monitis ſuis acquieſcentem, nunciauit ei ex parte Dei bonos rumores de futuro, dicens,*

o Multiplicabo ſemen tuum. *Hoc patet impletum in Saracenis, qui Agareni deberent nominari, tanquàm deſcendentes ab Agar per Iſmahelem filium eius, ſed vſurpauerunt ſibi falſum nomen à Sara tanquàm à libera & digniori, qui Saraceni ſunt valde multiplicati.* C

Saraceni poſſent nominari Agareni.

p Ac deinceps: ecce ait concepiſti & paries filium, *In hebræo habetur* הנך הרה *hinnach harah, id eſt ecce tu prægnans, Ecce cõcipies. Et probatur per illud quod habetur Iudi. de vxore Manue, cui angelus apparens dixit, ecce concipies : Et eſt ibi idem verbum hebraicum ſicut hic; propter quod dicunt hebræi, quod Agar paßa fuerat aborſum, quod potuit eſſe in pœnam contemptus dominę ſuæ, & ſuperbi receſſus ſui ab ea, & ex labore itineris in fugiendo. Sed cum acquieuit angelo monenti de regreßu, & humiliatione, dominus, qui reſpicit humiles viuificauit fœtum in vtero extinctum : & iſta viuificatio vocatur hic ab angelo conceptio de nouo. Et quia iſta expoſitio eſt ſecundum litteram hebraicam, & ſatis conſona litteræ ſequenti, ideo ſecundum hoc poteſt exponi tranſlatio noſtra, cum dicitur, Ecce (ait) concepiſti, aeſi diceretur, prius concepiſti per concubitum Abræ, nunc iterum concepiſti, diuina virtute fœtum extinctum viuificante. Et propter rationem huius miraculi poteſt conuenienter dici, quòd prænominatus eſt ab angelo antequàm natus eſſet ſecundum miraculi facti proprietatem. Ideo ſequitur,*

Iud.13.a — Concipit Agar & dominam irridet.

q Vocabiſq; nomen eius Iſmahel. *Quod interpretatur exauditio Dei, ideo ſequitur,*

r Eo quod audierit dominus afflictionẽ tuam, *In hoc quòd paſſa fueris aborſum, & Deus viuificauit abortiuum; vel afflictionem ſuam vocat humiliationem, quia voluit reuerti ad dominam. Non enim poteſt hoc intelligi de afflictione, quam fecerat ſibi Sarai : quia illa fuit rationabilis, & iuſta, vt prædictum eſt. Nota quòd duo alij leguntur pręnominati antequàm nati in veteri teſtamento, ſcilicet Iſaac capitulo ſequenti, & Ioſias. In primo fuit duplex miraculum, ſcilicet propter patris, & matris ſenectutem, & etiam ſterilitatem matris. In ſecundo, ſcilicet ſciſſio altaris Bethel, & effuſio cinerum, & arefactio brachij regis. In nouo teſtamento duo leguntur prænominati, ſcilicet Ioannes baptiſta, & Ieſus : & de miraculis in vtroque patet. Et ideo probabile eſt quòd in Iſmahele ſimiliter fuerit miraculum, quantum ad viuificationem fœtus prædictam.*

Fugit Agar Sarã. — Qui & qui non prænominati antequã nati. 3.Reg.13. D

ſ Hic erit ferus homo. *In hebręo habetur, ſylueſter homo diligens nemora, & venationes, quia factus fuit iuuenis ſagittarius, vt infra.*

Cõſolatur eã angel'. — Gen.21.c.

t Manus eius contra omnes: & manus omnium contra &c. *Quia illi qui exierunt de eo, habitantes in deſerto frequenter faciebant inſultum his, qui habitabant in circuitu deſerti, & econuerſo illi reſiſtebant eis, & adhuc videmus, quòd Saraceni ſunt infeſti multis gentibus.*

u Et e regione uniuerſorum fratrum ſuorum &c. *id eſt tentoria. ſicut in bellis ſolet fieri.*

Iſmahel qualis futurus.

a Vocauit

## MORALITER.

✻ Quæ debet dominari, & Agar ancillam. id eſt carnẽ quæ debet ſubiici, id eſt caſtigari : per hoc autem quòd dixit Sarai, ingredere ad ancillam, intelligitur condeſcenſio facta carni ex cauſa rationabili. Sed quia difficile eſt ibi tenere modum debitum, ideo frequenter ex hoc conſurgit rebellio carnis ad ſpiritum, quod notatur, cum dicitur,

d *Deſpexit dominam ſuam.* Sed cum ratio denunciat homini talem rebellionem, debet rationi ſubiicere carnem, quod notatur cum ſubditur,

† *Cui reſpondens Abraham, ecce (ait) ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet.* Scilicet ad caſtigandum eam : & ſi caro talem caſtigationem refugiat, debet nihilominus reduci ad rationis obedientiam. Ideo ſequitur,

† *Dixitque ei angelus domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare &c.* Sequitur,



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vocauit autem Agar.* Rectè nomen eius ita vocauit, quia
E gratuitò conſulit miſeris: & humiles conſolatur. vnde,
Tu laborem & dolorem cõſideras,& Tibi derelictus eſt pau
Pſalm. 9. g per &c. Profectò hic vidi poſteriora videntis me. Tale eſt
illud, videbis poſteriora mea, nam facies non apparebit ti-
Exo. 23. d bi Exo. Non enim homo videbit faciem meam & viuet. Illam enim manifeſtationem ſapientiæ Dei nemo poteſt videre & viuere. Ipſa eſt ſpecies, ad quam ſuſpirat, qui Deum diligit toto corde, tota anima, tota mente: ad quam contemplandam, etiam proximum diligendo ſicut ſeipſum quantum poteſt ædificat. Poſteriora verò eius. i. incarnationem eius quam aſſumpſit poſtremis temporibus, nunc per fidem & dilectionem deſiderando contemplamur, & in futuro æterna contemplatione fruemur.

Inq. Heb. Ge. 17. t. 3. b *Propterea ap. &c. Hier.* Vſque hodie puteus Agar demonſtratur in deſerto Arabiç inter Cades, & Barad, qui ſignificat veteris legis & nouæ
Galat. 4. c ſcripturam, quam conditor noſter vita viuentium, ſpes morientium, intuitu piæ miſerationis mortalib. dedit, vt edocti & à vitijs correcti, Dei viſione ppetuo digni eſſe † mereant.
alias † mereamur.

GLO.

a ¶ Militabit.
figet tabernacula. Vocauit aũt nomen Dñi, qui loquebatur ad eam:
a ¶ Propitius fuiſti. ¶ In figura prophetiæ.
Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim, Profectò hic vidi poſteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis, & videntis me. Ipſe eſt inter
a ¶ Puteus ſignificat profunditatem dominicæ incarnationis in æternum manentis. b ¶ Altitudinẽ cõſilij cõſecutus.
a ¶ Nouum & vetus teſtamentum.
b ¶ Quia et filij carnis reputantur in ſemen.
Cades, & Barad. Peperitq́; Agar Abræ filium, qui vocauit nomen eius Iſmahel. Octoginta & ſex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Iſmahelem.
a ¶ Quia nondum peruenerat ad numerum cœleſtium ciuium, recipit carnalem filium.

priam & determinatam. Et ſimile habetur de Moyſe in Exo. Quando dixit ei Dominus, Videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris, tales enim apparitiones frequenter fiunt exterius, ad deſignandum diſpoſitionem hominis interius, cui fit apparitio ſecundum quod dicit Beatus Grego. de diſcipulis qbus poſt reſurrectionẽ ſuã Chrs apparuit in peregrini effigie, & finxit ſe longius ire, vt habetur in Luc. Hoc ergo ſimplex veritas non per duplicitatem fecit ſed talem ſe exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Hæc Greg. Hebræi autem aliqui dicunt quòd hic eſt verus textus, Hic vidi poſt videntem me, & eſt ſenſus, Angelus vidit me hic, vocando & monendo, & poſtea vidi eum. Alij autem dicunt quòd veritas textus eſt, Hic uidi poſt viſum meũ, & eſt ſenſus, Hic vidi Angelum Domini in hoc deſerto, poſtquam videram eum ante in domo Abræ, cuius ille angelus erat cuſtos & viſitator, & propterea non fuit territa ad viſionem angeli, ſicut Manue qui dixit, Morte moriemur, quia vidimus angelum Domini Iud. quia fuerat aſſueta videre angelos Domini in domo Abræ. Nec mirandum ſi in hoc loco & alijs pluribus locis veteris teſtamenti, littera pluribus modis, & ſenſibus accipiatur etiam ſecũdum Hebræos Doctores, quia hebræi non habent grammaticam ita diſtinctam & dearticulatam per declinationes nominum, & verborum, ſicut Latini, & Græci habent. Item apud eos ſunt multæ dictiones æquiuocę, & propter hoc eadem littera aliquando varijs ſignificationibus, & ſenſibus accipitur. &c.

(Margin: G; Exo. 33; Luc. 24. b; Iud. 13. d; Nota.; Hebræi non habent grãmaticam ita diſtinctã ſicut Græci & Latini.)

## NICO. DE LYRA.

¶ a Vocauit autem no. Do. &c. *Quia ille angelus in perſona Domini loquebatur, ideo vocauit eum Dominum & Deum, ſicut verbum præconis dicitur verbum Regis, & eodem modo dicit beatus Greg. de angelo qui loquebatur Moyſi in monte Sinai, quòd aliquando Deus & Dominus nominatur, quia in perſona Dei loquebatur.*

b Tu Deus. qui vid. me. &c. *Conſolando & viuificando fœtum.*

c Dixit enim. *Reddendo rationem quare eum ſic nominabat.*

F d Profectò hic vi. &c. *Dicunt expoſitores noſtri, quòd ille angelus qui apparuit ſibi, ſic apparebat in ſimilitudine aſſumpta, quaſi habens faciem ab ea auerſam, quod autem ſic videtur, ſ. à dorſo, non manifeſtè, & determinatè cognoſcitur. & per hoc deſignatur quòd de angelis non habemus cognitionem, niſi valde longinquam, & remotam, non propriam*

e Propterea appellauit puteum illum. *Quem prius vocauerat ſcriptura fontem, quia omnis puteus fons, non omnis fons puteus, ſecundum quod dicit B. Aug. ſuper Ioan.*

f Puteum viuentis, & videntis me. *Dicitur autem videntis, quia angelus ibi viderat ipſam Agar, vt prędictum eſt. Et viuentis: quia ibi fetus extinctus fuit viuificatus, vel quia angelus prędictus ſemper viuit cum ſit immortalis.*

g Peperitque &c. *Poſtquam reuerſa fuerat ad eius domum.* H

h Qui vocauit nomen eius Iſmahel. *Cognouit enim per reuelationem illud quod dictum fuerat Agar de nominatione pueri, & ideo ſic nominauit.*

¶ NIC.

Moraliter. ✠ g *Peperitq́, &c.* Quia cum caro obedit ſpiritui, producit opus bonum.

b *Qui vocauit nomen eius Iſma.* Quod interpretatur auditio Dei, nam ex Dei beneficio procedit talis operatio: propter quod regratiandum eſt ei dicendo illud Pſal. Refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Pſal. 27

In c. 16. vbi dicitur in poſtilla, Nec iſtud eſt abſonum rationi.

### ADDITIO I.

¶ *Ex illa hiſtoria Heſter non ducitur ſufficiens ſimilitudo ad hoc quod filia regis Aegypti voluntariè fieret ancilla Sarai; Tum quia ibi Gentiles non fiebant ſerui Iudęorum quamuis iungebantur eis in ſuis cerimonijs; quod longè minus eſt, quàm quòd filia regis fieret ancilla Sarai voluntariè Hebrææ: Tum quia ſcriptura ibi facit de hoc expreſſam mentionem ad laudem Dei: hic autem nihil exprimitur, nec etiam innuitur de hoc; vnde reputandum eſt fictitium potiùs quàm verum.*

In eo. cap. 16. vbi dicitur in poſtilla, Ecce ait concepiſti, In Hebræo habetur, Ecce concipies.

### ADDITIO II.

¶ *Benè concordat in hoc translatio noſtra cum hebraica veritate. Non enim hic ponitur dictio determinatè ſignificans futuram conceptionem: ſic in Iud. vbi ſecundum hebraicam veritatem ponitur verbum futuri temporis conceptionis ſignificatiuum: Sed in hoc loco ponitur dictio omnino ſimilis dictioni quæ ponitur infrà. vbi ponitur, De viro cuius hæc ſunt, concepi: vnde propriè etiam concorditer ad hebraicam veritatem translatio noſtra poſuit, Ecce concepiſti. Et ſic non oportet fingere aborſum, nec reuiuificationem; de quibus nulla fit mentio in littera. Nec etiam rationabile videtur, quòd hic fieret miraculum, ſicut in alijs qui fuerunt prænominati ante natiuitatem; Tum quia non fuerunt ſimiles in vita, imo valde diſſimiles; Tum quia illa miracula fuerunt publicè facta ad laudem Dei, & honorem natorum: hoc autem dato quòd eſſet miraculum, fuiſſet occultum, & ſic non induceret vtilitatem.* Iud. 13. a; Gen. 38. f

## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN. IVDAIZ.

IN cap. xvj. vbi poſtillator non reputat abſurdam hiſtoriam hebræorum dicentium Agar ancillam Sarai fuiſſe filiam regis Aegypti, ex deuotione oblatã: & cætera quę narrantur in poſtilla. Burgen. autem reijcit eam tanquam fictam, & falſam: Primò ex eo quia etſi in libro Heſter dicatur, gentiles coniunctos ex deuotione Iudæorum cerimoniis, non tamen vt eſſent ſerui Iudæorum. Sed quid mirum hic & ibi, quòd iunctus ex deuotione præſtaret obſequia & ſeruitia? vnde communi nomine diceretur ſeruus, vel ancilla, non ex obligatione, nec ex hoc vilis oritur conditio, nec veriſimile eſt Sarai, Abræ perſonam vilis conditionis voluiſſe coniungi, vt inde fructum adoptaret. Nec ſecunda obiectio Burgenſis valet, quia procedit ex authoritate negatiuè, quòd Huſſitis & VVitcleffiſtis eſt multũ familiare: Nec poterat eſſe formale. Nam non ſequitur, In Biblia non habetur; igitur non eſt verum: nam multæ ſunt catholicæ veritates, in canone non repertæ. Item in eodem cap. vbi poſtillator ſequens narrationem hebræorum, ſaltem non reprobans, dicit de aborſu Agar & viuificatione fœtus in fuga &c. dicit quòd hebræi exponunt cõcipies pro concepiſti. vbi Burgenſis dicit in hebraica veritate non contineri ſeu haberi concipies, ſed concepiſti. De hoc non iudico nec eſt magni ponderis, quia poſtillator exponit in vno ſenſu ſecundum vtrunque tempus. Sed cum Burgen. dicit illum aborſum fictum per hebræos, & irrationabile eſſe quod dicunt factum miraculum in reuiuificatione fœtus, rationibus tamen hebræorũ quas tangit poſtillator nõ ſatisfacit Burgenſis. Nam non poterit dicere, quòd pœnam Agar per Sarai iuſtè inflictam, & per Agar ſuperbè deſignatam Deus reſpexerit, & conſolationem dederit, cum ei dederit reprehenſionem, non conſolationem dicens, Vade humiliare ſub manu dominæ tuæ. Oportet igitur cum hebræis ſentire, quòd alia grandis tribulatio occurrerit ipſi Agar citra afflictionem iuſtam Sarai, propter quam viſitandam miſerit dominus angelum promittentem multiplicationem ſeminis, ſignificantem acceptionem prolis, & publicationem nominis nondum nati, nominis inquam gratioſi. quia Iſmael interpretatur exauditio Dei. quę omnia non poſſunt dici rationabiliter facta propter ſuperbiã Agar quando dominam ſuã ſpreuit, nec propter fugam, qua diſciplinam contemnendo declinauit. Videtur igitur ꝙ propter anguſtias aborſus, vt dicunt hebræi, domino humiliata orauerit, & meruerit conſolationem à Deo qui reſpicit humilitatẽ, vt dicit Gloſſa interline. in cuius ſignũ dicit angelus, Ecce concepiſti. ſcilicet per viuificationem



A nem fętus, de qua dicunt hebræi, fruſtra enim dixiſſet ei angelus concepiſti, deſignando naturalem conceptionem ab Abram, quia hoc antea nouit, & illius occaſione dominã contempſit. Conſentiat igitur Burg. hebręis, magiſtro hiſtoriarũ, poſtillatori, & alijs. Nec moueat in contrarium debilis obiectio, quam facit de facto miraculo. Non enim eſt inconueniens concedere miracula fieri per malos, multo minus inconueniens eſt fieri pro malis. Cedunt enim talia ad Dei laudem: & hominum vtilitatem. Erigitur enim per ea ſpes hominum, cum tanta vident & audiunt malis præſtita beneficia, non deſperant maiora ſibi (ſi voluerint) poſſe præſtari. Et mirum quod Burgen. putat propter paruam rem hanc apparitionem fuiſſe factam, quam grandipendit beatus Hila. de trinitate libro iiij. circa medium dicens, quòd is qui apparuit Agar, magni conſilij angelus fuit nomine, & natura Deus. Hæc ille. C

## GLOSSA ORDINARIA.
### Cap. XVII.

a FOedus: In hebræo בְּרִית berith: quod nõ teſtamentum, ſed fœdus, ſiue pactũ ſignificat.

b *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram. Hieronymus.* Dicunt Hebræi, quòd Deus ex nomine ſuo, quod apud illos tetragrammatõ eſt h literã Abrahę & Saræ addiderit. Dicebatur aũt Abrã: quod eſt pater excelſus, poſtea dictus eſt Abraham: quod eſt pater multarum: nam gentium in nomine non habetur, ſed ſubauditur. Nec mirandum, quòd cum apud græcos & nos a litera videatur addita, e litera addita dicatur. Idioma enim hebrææ linguæ e conſueuit ſcribere & a legere: ſicut econtrario e pronuntiare & a, ſcribere.

(Margin: In q. Hebr. Geneſ. 17. to. 3.; Mutatio nominis Abræ.; Abram dicitur pater multarum.; Hebræi e ſcribunt & non legunt.)

Allegoriæ. c *Chanaan.* Interpretatur motus eorum cuius terra à fidelibus in poſſeſſionem accipitur, cum mens prius diuerſis circumacta motibus in melius mutata, poſtmodum irreflexis oculis in anteriora extenditur.

In q. ſuper Gen. q. 31. to. 3. Aeternum. d *In poſſeſſionem æternam. Auguſt.* Scriptura vocat ęternum cuius finis non conſtituitur, aut quod non ita fit, vt deinceps non ſit faciendum, quantum pertinet ad curam, vel poteſtatem facientis. vnde, Seruiet æternum qui paruo neſciet vti. B

a Circun-

### Cap. XVII.

a ¶ Id eſt poſtquàm cœleſtium ciuium cęperat deſiderare ſocietatem.

POſtquàm uerò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei dominus, dixitq́ue ad eũ:
a ¶ Qui poſſum humiliare, & exaltare. b ¶ Secundum placitum meum.
Ego Deus omnipotẽs: Ambula coram me, & eſto perfectus. Po-
a ¶ Vt non timore, ſed amore ſeruias.
a ¶ Promiſſionem.
namq́ue fœdus meum inter me, & te, & multiplicabo te uehementer nimis. Cecidit Abram pronus
a ¶ In imitatoribus fidei tuæ.
a ¶ Humilis.
in faciẽ. Dixitq́; ei Deus: Ego ſum, & † pactum meum tecum, † eriſque pater multarum gentium.
a ¶ In anteriora ſe extendens. b ¶ Immutabilis.
a ¶ Id eſt prima uia credendi.
Nec ultrà uocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te: Faciamq́ue te
a ¶ Pater excelſus. b ¶ Pater multarum gentium, quia omnes gentes in ſemine eius credituræ. ¶ Quia in ſemine tuo. id eſt in Chriſto omnes gentes credituræ.
¶ Mutato affectu, mutatur nomen.
creſcere uehementiſſimè: & ponam te in gentibus, regeſq́ue ex te egredientur: Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. † Daboq́ue tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terrã Chanaan in poſſeſſionẽ ęternã, eroq́ue Deus eorum. Dixit iterũ Deus ad Abraham: Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactum
a ¶ In ſucceſſoribus. b ¶ Benedicẽtur in te omnes gẽtes.
a ¶ Dauid, Ezechias, & alij, bene ſe & ſubditos regentes.
a ¶ Circuncifionis.
a ¶ Quia aliquid ſempiternum ſignificabit.
a ¶ Voluntate qua ſum poteſtate.
a ¶ Imitatoribus fidei tuæ.
a ¶ Quia aliquid æternum per eam figuratur, vel æterna, id eſt in hoc ſeculo habenda.
a ¶ Circuncifionis.
¶ Sequaces.
a ¶ Exponit quid pactum.

f Et multiplicabo te &c. *Exaggeratio eſt verborum, ad deſignandum multitudinem, & magnitudinem bonorum quæ dominus intendebat ſibi facere.*

g Cecidit &c. *ad reddendum gratias Deo de tanto promiſſo. Aduertendum tamen eſt, quòd iſtæ promiſſiones frequenter factæ ſunt Abræ, tamen procedendo ſemper in expreſſiorem, & maiorem promiſſionem. Sicut enim natura & ars in operibus ſuis procedunt de imperfecto ad perfectum, ita eſt in proceſſu diuinarum reuelationum, & promiſſionum.* Nota.

h Dixitque ei Deus. Ego ſum, & ponam pactum meum &c. *acſi diceret, ſicut ſum immutabilis, ita pactum meum erit firmum, & ſtabile tecum.*

i Nec vltra vocabitur nomen tuum. *Quod interpretatur pater excelſus, quæ interpretatio conuenit magno homini, etiam ſi habeat modicam prolem vel familiam.*

K Sed appellaberis Abraham. *cuius ratio ſubditur cum dicitur,* Alias non habet † ponam.

l Quia patrem &c. *Abraham enim interpretatur pater multitudinis, vel multorum. Quod enim additur gentium, non eſt de ſignificato nominis, ſed ſubintelligitur.* † Eccl. 24. c; Eccl. 42. c; Rom. 4. c

m Et ponam te in gentibus. *Quia ſaraceni deſcenderũt de eo per Iſmaelem; & Idumęi per Eſau; & iudæi per Iſaac.* Abram nominatur Abraham.

n Regeſque ex te egredientur. *Quia in qualibet gente prędicta fuerunt plures reges.*

o Vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Daboque tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ: omnem terram Chanaam in poſſeſ. &c. *Licet enim ipſe ſit Deus omnium generaliter per creationem, ſpeciali tamen modo eſt Deus fidelium per ſpecialem, & verum cultum. Cætera patent ex dictis.* D

p Hoc eſt pactum meum. *Hic conſequenter exprimitur forma circunciſionis. Et primò dicta forma deſcribitur, ſecundò mutatio nominis Sarai inducitur, ibi, Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai vxorem. Ad circunciſionem verò tria neceſſariò requiruntur. Primum eſt ſexus maſculinus, & quantum ad hoc dicitur. Circuncidetur ex vobis omne maſculinum. Secundum eſt corporis pars determinata, ideo ſequitur. Et circuncidetis carnem præputij veſtri. Tertium eſt tempus determinatum, & quantum ad hoc dicitur, Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Ratio autem iſtorum eſt, quia circunciſio ſignum fuit diſtinguens Iſrael à gentilibus, inquantũ habebant veram fidem, & cultum vnius Dei. Et datum fuit iſtud ſignum tempore legis naturæ, & ideo debuit dari in ſexu per ſe intento à natura, qui eſt ſexus maſculinus. Secundum enim philoſophum, fœmina eſt mas occaſionatus. Item fides illa, & cultus deriuabantur tunc temporis ad alios per generationem carnalem inquantum patres docebant filios de talib. In maſculo vero eſt principium generationis actiuum, & ideo ſolis maſculis datum eſt prædictum ſignum. & eadem ratione factum eſt in membro generationis. Item ad debilitatem concupiſcentiæ, quæ magis viget in illa parte. Item in deteſtationem idololatrię. quia gentiles in ſacris Priapi partem illam honorabant, & per modum cuiuſdam augmenti aliqua addebant: quia Priapus propter magnitudinem membri virilis inter Deos fuit reputatus à gentilibus: propter quod etiam dicebatur Deus hortorum, propter fœcunditatem quæ deſignatur in membro generationis. Propter quod, in ſignum diſtinctionis fide-*

(Margin: Requiſita ad circunciſionem.; † 32. q. 4. c. recurrat. §. his itaque. Quinto promittitur Abrahæ Chanaam.; Maſculin' ſexus tantum circũciditur & quare.)

## NIC. DE LYRA.
### Cap. XVII.

a POſtquàm vero nonag. &c. *Poſtquàm Moyſes deſcripſit ſtatum Abræ inquantũ fuit incipiens, hic conſequenter deſcribit eiuſdem ſtatum inquantum fuit proficiens. Et primò quantũ ad Deum, ſecundò quantum ad proximum. xix. cap. tertiò quantum ad ſeipſum. xx. cap. Circa primũ oſtenditur profectus fidei eius, inquantum accepit mandatum circunciſionis, quæ fuit ſignum diſtinctiuum fidelium ab infidelibus: & obedientia eius ad Deum, ſuſtinendo dolorem circunciſionis voluntariè & promptè, in ſe, & in filio ſuo, & familia. Sic ergo in hoc capitulo proceditur, quia Primò ponitur ipſius Abræ diſpoſitio ad circunciſionem, ſecundò exprimitur circunciſionis forma & ordo, ibi, Hoc eſt pactum meum. Tertiò ſubiungitur mandati executio ibi, Tulit autem Abraham. Circa primũ conſiderandum, quòd diſpoſitio Abræ fuit per Dei monitionem ad opera perfectionis, & per eius promiſſionem in bonis conferendis, & per mutationem nominis: & hoc eſt quod ſubditur,* Diuiſio.

b Ego Deus omnipotens. *Et ideo plus poſſum tibi tribuere quam tu poſſis cogitare.*

c Ambula coram me, *Id eſt, acſi me præſentialiter ſemper videres.*

d Et eſto perfectus, *tendens ad perfectionem, quia ſcriptura non loquitur hic de ſtatu Abræ, ut iam perfecti, ſed ut proficientis, ut dictum eſt: Et eſt ſimilis modus loquendi. Matth. Si vis perfectus eſſe vade. &c. non quia ille iuuenis hoc faciens ſtatim eſſet perfectus, ſed per hoc tendens ad perfectionem.*

e Ponamque fœdus &c. *Per ſpecialem amicitiam.*

f Et

## MORALITER.

Roma. d In hoc capitulo ponitur circunciſionis carnalis præceptum, quæ fuit circunciſionis ſpiritualis ſignum Roma. Non enim qui in manifeſta manifeſto iudæus eſt, neque quæ in manifeſto eſt carnis circunciſio: ſed qui in abſcondito iudęus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu non littera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

✠ † Infans

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Circumcidetur ex vo.o.ma.&c. Str.* Tribus de cauſis hoc præcipitur Abrahæ. Primò vt per obedientiam mandati placeat, per cuius præuaricationem Adam diſplicuerat. Secundò, vt hoc ſigno à ceteris nationibus diſcerneretur. Tertiò, vt in eo membro circuncíſus, quo libido ſolet dominari, caſtitatem ſibi ſeruandã, & impudicitiam reſcindendam cognoſceret.

b *Carnem præputij. Rab. Str.* Circuncíſio facta in vno membro ſignificat circuncíſionem ſpiritualem quæ in corde, & in omnibus ſenſibus exhibenda eſt. Circuncidendum eſt cor, ne noxia cogitemus. Oculi, ne vanitatem videamus. Aures circuncidendæ ſunt, id eſt obturandæ, ne audiant ſanguinem. Et ſic in omnibus ſenſibus celebrãda eſt circuncíſio. *Albuinus.* Ideo autem Abrahæ circuncíſio commendata eſt, vt ſub lege eſſet, ſicut Adam, ne de ligno manducaret, vt probaretur, ſi hoc compleret, an non. Credidit enim Abraham filium ſe habiturum, in quo benedicerentur omnes gentes, & in cuius nepotibus caſtitatis, & ſobrietatis exẽplar maneret. Vnde ibi ſignum fidei accepit: vnde Iſaac filius Dei, non carnis, naſciturus erat: † in truncata corporis parte deformior, ſed fidei ſigno glorioſior. igitur pro Deo aliquid perdere, lucrum eſt, non damnum. Si Adam pactum Dei cuſtodiſſet, Abraham hoc pactum non ſuſcepiſſet. Sed quia ille in hoc membro culpam inobedientiæ prius cognouit, decuit, vt iſte in hoc membro ſignum obedientiæ ſecundò acciperet † vt inde oſtenderet obedientes quãdoque generare filios ad vitam, vnde olim præuaricatores generarunt ad mortem. *Aliter.* Iam tunc propter futuram peregrinationem, ne miſceretur ſemen eius gentibus, circuncíſionis pactum datur in ſignum, quia ſignificat naturam renouatam per baptiſmum poſt ſpoliationem veteris hominis per Chriſtum, qui reſurrexit poſt baptiſmum. Seruos verò vernaculos emptitios etiã circuncidi præcepit, vt doceret ad omnes pertinere redemptionis gratiam. Ibi & parentum mutantur nomina, vt oĩa reſonent nouitatem. Abrã pater excelſus, Abraham pater multarũ gẽtium.

c *Maſculus cuius præputij caro. Iſidorus.* Quæritur quomodo pueri incircuncíſi, qui pactum Dei irritum non fecerunt, ſed qui eos circuncidere neglexerunt, perire debeant? Sed pactũ Dei non ſecundum opus, ſed ſecundum originem in primo homine irritum fecerũt, in quo omnes peccauerunt. Naſcuntur enim omnes, nõ propriè: ſed originaliter peccatores. Ideo pereũt omnes, qui per regenerationem non liberantur.

d *Sarai vxorem tuam. Iſid.* Declaratur promiſſio de vocatione gentium in Iſaac filio promiſſionis, id eſt gratiæ, non naturæ, quia de ſene patre, & ſterili matre: & quia hoc non per generationem ſicut Iſmahel, ſed per regenerationem futurum erat, imperata eſt circuncíſio, quando Saræ filius promittitur in typo eccleſiæ, non quando Iſmahel qui typus iudæorum. *Hieron. Iſido.* Errant qui putant primum Sarã per vnum .r. ſcriptum fuiſſe: & poſtea additum eſſe alterum r. & quia .r. apud græcos .c. ſignificat, multas ſuper hoc nomine ſuſpicantur ineptias, cum & vtcunque velint vocabulum commutatũ, non græcam, ſed hebraicam debet habere rationem; hebræum eſt enim. Nemo enim altera lingua quemlibet vocans, etymologiam vocabuli ſumit ex altera. Sarai ergo primum vocata eſt per Scin, Res, Iodh. Sublata ergo Iodh addita eſt he litera, quæ pro a legitur, & vocata eſt Sara. Antea .n. dicebatur princeps mea. quaſi vnius familiæ mater: poſtea abſolutè princeps, omnium .ſ. gẽtium princeps futura. Quidam peſſimè ſuſpicantur eam prius lepram fuiſſe vocatam, & poſtea principem, cum lepra Zaraat dicatur, quod in noſtra lingua videtur habere aliquam ſimilitudinem: ſed in hebræo penitus eſt diuerſa. Scribit enim p Zadi & Reſc. & Hai & Tau. quod à trib. ſuperioribus, id eſt Scin, Reſc & He, quibus ſcribitur Sara, manifeſtè diſtat.

† quod obſeruabitis inter me & uos, & ſemen tuum poſt te: Circuncidetur ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputii veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. † Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne maſculinum in generationibus veſtris tam uernaculus quàm emptitius, circuncidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra. Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius præputii caro circuncíſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum. Eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem † ſuam, & riſit in corde ſuo dicens: Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum: Vtinam Iſmahel viuat coram te. Et ait Deus ad Abrahã: Sara vxor tua pariet tibi filium, uocabiſque nomen eius Iſaac: Et conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſemini eius poſt eum. Super Iſmahel quoque exaudiui te: Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illũ in gentem magnam. Pactum verò meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara tempore iſto, in anno altero. Cumq; finitus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus † ab Abraham. Tulit autem Abraham Iſmahel filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſoſque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ, & circuncidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputii ſui: & Iſmahel filius eius tredecim annos impleuerat tempore circuncíſionis ſuæ. † Eadem die circuncíſus eſt Abraham, & Iſmahel filius eius. & omnes viri domus illius, tam vernaculi quàm emptitii, & alienigenæ pariter circuncíſi ſunt.

(Interlinear glosses:) Condictum. — Circuncíſio vetuſtatis eſt depoſitio. — Quia in hac parte eſt propagatio corruptionis. — In teſtimonium ſcilicet quod ego veſter Deus, & vos populus meus a gentibus diuiſus. — Quia in octaua ætate, id eſt in æternitate ſeptennariæ volubilitati ſuccedente exuimur omni corruptione. — Domo natus. — Quia ibi neq; ſeruus, neque liber. — Quia neque ibi barbarus, neque Scytha. — In depoſitione carnalium. — Quoniam ad æternitatem ducit. — Qui carnalia non depoſuerit. — Non commutabitur inter ſanctos. — De cœtu ſanctorum. Vnde, Tu autem ibis ad populum tuum. — Adæ in paradiſo datum in quo omnes peccauerunt. — Id eſt non ſeruauit, quod in baptiſmo promiſit. — Id eſt principem meum. — Abſolute. — Exaltando principem: quia eccleſia in omni gente principatur. — Non ex Agar. — In cuius ſemine benedicentur omnes gentes. — Quia Chriſtus dominabitur in gentibus. — Dauid & alii, vel motus ſuos bene regentes. — Non retro ut reprobi. — Gauiſus eſt, vnde filius eius Iſaac riſus vocatur. — Applaudendo, non diſceptando, vnde Paulus: Nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum iam eſſet centum annorum, & emortuam vuluam Saræ. — Optabat enim vt filij carnis reputarentur in ſemine. — Riſus propter gaudium parentis. — In Iſaac vocabitur tibi ſemen, non filio carnis, quia filij promiſſionis filij Dei vocabuntur. — Filium carnis. — Quodammodo. — In temporalibus non æterna promiſſione. — Duodecim tribus carnalium Iudæorum. — Apoſtolos duodecim, qui de iudaica plebe fuerunt, uel duodecim tribus populi. — Aeternæ promiſſionis. — Chriſtianum populum. — Ad eos ſcilicet, quos fide generabat. — Gratia noſtræ. — Vetuſtate immutata. — Præſenti vita. — In aſſumpta forma viſibili. — Inuiſibilem ſe præbuit. — Præfigurans quia ad omnem profeſſionem ſpiritualis pertinet circuncíſio, quia circũcidendi ſunt omnes ſenſus. — Quia obedientia eſt complenda ſine mora. — Innouatus hoc numero inſinuatur pertingere ad ſocietatem ciuium ſupernorum. — Non pertingens ſcilicet ad expletionem legis, & euangelij quæ quaternarij numero figuratur.

e *Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo. Hieronymus.* Poſt paulum ſequitur, *Et vocabis nomen eius Iſaac.* Qui riſus interpretatur, de riſu Abrahæ, non de riſu Saræ. Poſtquàm enim ex riſu Abrahæ vocatus eſt filius eius Iſaac, legitur Saram riſiſſe.

## NICO. DE LYRA.

*nis fidelium ab infidelibus fiebat reciſio. Tempus autem octo dierum non poterat anticipari, ſicut nec animalia ante octauum diem poterant Deo offerri, quia ante ſunt quid imperfectum: perfecta autem ſunt Deo attribuenda. Item periculum eſſet puero de vita, ſi ſtatim egreſſus de vtero matris circuncideretur, nec poterat vltra octo dies differri: alioquin pater pueri, vel eius tutor, ſi pater eſſet mortuus, morte debebat puniri: Ipſe etiam puer veniens ad ętatem adultam ſi negligeret circuncíſionem accipere, puniendus erat morte. vnde prędicta cadunt ſub pręcepto circunſionis. Cętera autem, quæ de circuncíſione poſſent dici, pertinent magis ad quartum ſententiarum.*

a Tam vernaculus, *Id eſt ſeruus natus in domo.*

b Quam emptitius. *Ideſt ſeruus acquiſitus per emptionem, circuncidetur.*

c Et quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra, *Si debeat recipi in conſortium & ritum veſtrum.*

d Eritque pactum &c. *Ad hoc enim circuncíſio in carne facta eſt, vt firmius eorum memorię imprimeretur. Cętera patent vſque ibi,*

e Sarai vxorem tuam. *Vbi ponitur mutatio nominis Sarai. Vir enim & vxor ſunt quaſi vna perſona, & ideo, quia mutauerat nomen Abrahę, conſequenter hic mutat nomen vxoris ſuę dicens, Sara vxorem tuam non vocabis Sarai, quia interpretatur principiſſa mea. quia per hoc deſignaretur, quòd eſſet principiſſa vnius domus tantum.*

f Sed Saram. *Id eſt principiſſam abſolutè, quaſi per excellentiam.*

g Et benedicam ei & ex illa dabo tibi filium, *Quia Iſaac non fuit ex ea natus virtute naturę tantum, ſed cum hoc affuit adiutorium gratiæ, quia tranſierat tempus concipiendi ſecundum naturam.*

h Cecidit Abraham in faciem, *Regratiando Deo de tanto beneficio.*

i Et riſit in corde ſuo dicens: *Non ex deriſione, alioquin fuiſſet increpatus à Deo ſicut fuit Sara, vt habetur ca. ſe. ſed riſit præ cordis exultatione.*

K Putaſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? *Hoc non dixit dubitando, ſed diuinum beneficium admirando:*

l Vtinam Iſmahel viuat coram te. *Id eſt faciens voluntatem, & beneplacitum tuum.*

m Et ait dominus, *Repetendo præmiſſum beneficium, & explicando magis prædicens nomen pueri naſcituri dicens,*

a Vocabis

## MORALITER.

* † *Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Myſticè.* Per dies intelliguntur anni. Diem pro anno tibi dedi. Infans enim octo annorum incipit habere rationis vſum, & ex tunc reſtringendus eſt à turpibus, & inhoneſtis, per quam reſtrictionem intelligitur circuncíſio ſpiritualis, propter quod dicit Philoſophus quòd non parum facit ad virtutem à pueritia aſſuefieri ad virtutis opera.

† *Omne maſculinum in generationibus veſtris, tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunque &c.* Per ſexum maſculinum intelligitur fortitudo; Sexus enim muliebris inconſtans eſt, & fragilis. Per hoc igitur deſignatur quod illi, qui ſunt contra vitia fortes, & in virtute ſtabiles ſunt ſpiritualiter circuncíſi: molles autem, & inſtabiles ſunt effœminati.

* a *Apparuit*



a *Nomen eius Iſaac. Hieronymus.* Sciendum, quòd quatuor in veteri teſtamento nominibus ſuis apertè antequàm naſcerentur vocati ſunt, Iſmahel, Iſaac, Samſon, & Ioſias: Lege ſcripturas.

b *Conſtituam pactum meum illi in fœdus &c.* Pactum verò domini cum Iſaac populo, ſcilicet fideli, quem mater eccleſia per fidem, & baptiſmum generauit, & fœdus ſempiternum: quia æternæ vitæ poſſeſſio, & ſoli promittitur, qui cum capite ſuo Chriſto regnum cęli ſemper poſſidebit.

c *Super Iſmahel quoque exaudiui te:* Iſmahel populum Iudæorum ſignificat, qui multiplicatus eſt valde, duodecim duces generauit cum multitudo carnalium iudæorum ex duodecim patriarchis genita, in duodecim tribus eſt diuiſa.

d *In anno altero.* Annus alter quo Sara genuit Iſaac, tempora ſunt regenerationis, quibus fuſus eſt ſanguis Chriſti, & genus humanum ad vitam reſtauratum.

e *Tulit autem Abraham Iſmahel filium ſuum, &c.* Non intendebat Deus, vt tãtum præputium carnis Abrahæ & ſobolis eius circunciderетur, ſed ei quem à cunctis elegerat, æterni teſtamenti munera cõferebat. vnde Pau. Nos enim ſumus circuncíſio, qui ſpiritu Deo ſeruimus. Et alibi Ro. Non enim qui in manifeſto iudæus eſt, neque, quæ in manifeſto in carne eſt circũcíſio. Circuncidamus ergo Dei verbo aures, labia, cor, præputium, & oĩa mẽbra carnis. De circuncíſione aurium dicitur. Qui habet aures audiendi audiat. In circuncíſis auribus verba ſapientiæ, & veritatis non poſſumus audire. Circuncidamus labia, ne aliquid turpe, vel malum, vel otioſum loquamur. Circuncidit carnem pręputij, qui ſola cauſa poſteritatis certis, & legitimis temporibus cõiugio vtitur, qui aliter agit non circũcidit. Eccleſia verò gratia Chriſti pro ſe crucifixi roborata, non ſolum ſe ab illicitis temperat, ſed etiam à conceſſis, & tanquam virgo ſponſa Chriſti pudicis virginibus floret, in quibus vera circuncíſio præputij ſeruatur in carne. Qui autem non obſcœnis deſiderijs, vel ſenſibus hæreticis, & blaſphemis aſſertionibus męchatur, ſed fidei puritatem in conſcientia cuſtodit, corde circuncíſus eſt: & de eo dici poteſt illud. Matt. Beati mundo corde &c. Circundantur manus, ne mala faciãt. Pedes, ne in malum currant. Viſus, ne illicita concupiſcat. Guſtus vt ad gloriam Dei manducet, & bibat. Odoratus, vt Chriſti odorem capiat, & operibus miſericordiæ odorem ſuauitatis ſpargat. Singula quoque membra, ſi in officijs Deo ſeruiant, circũcíſa ſunt. Si vltra præſcriptam legem luxurient, incircuncíſa. *Hiero. Stra.* Quæri ſolet, quomodo fęminæ ſaluabantur, quæ non circũcidebantur? Fide .ſ. & hoſtiarum oblatione, ſicut ante circũcíſionem viri ſancti mundabantur. vnde, Fide purificans corda eorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Vocabiſque nomen eius Iſaac. *quod interpretatur riſus, eo quòd pater prę exultatione riſit, vt prædictum eſt.*

b Et conſtituam pactum meum illi in fędus ſempiternum, &c. *De circuncíſione & hæreditate promiſſa.*

c Super Iſmahel quoque exaudiui te. *Et ex hoc dicunt hebræi, & verum videtur, quòd Iſmahel finiuit vitã ſuam in bono, quia de hoc Abraham rogauerat ipſum Deum, vt prædictum eſt. Cætera patent vſque ibi.*

d Aſcendit Deus ad Abraham. *Id eſt diſparuit apparitio & viſio illa.*

e Tulit autem Abraham &c. *Hic conſequenter ponitur executio mãdati de circuncíſione, & patet obedientia Abrahæ, quia eadem die abſque retardatione adimpleuit illud mandatum in ſe, licet eſſet ſenex, & in alijs. Ex quo patet etiam obedientia Iſmahelis filij ſui, qui cum eſſet .xiij. annorum, non recalcitrauit, & ſimiliter totius familiæ ipſius maſculinæ. & patet litera. Notandum tamen quòd Saraceni exemplo Iſmahelis à quo proceſſerunt, circuncidunt filios .xiij. annorum tranſgredientes formam præcepti, quod diem octauam includit, Vt prædictum eſt.*

In cap. xvij. vbi dicitur in poſtilla. *Ambula coram me,* Id eſt acſi me ſemper præſentialiter videres.

## ADDITIO I.

*Ille qui corã alio ambulat: non ſemper eum videt: ſed potius ille qui ſequitur hominem, communiter videt eum, ſaltem eius poſteriora vnde cum dicitur,*

Ambula coram me: *non propriè exponitur dicendo, acſi me præſentialiter ſemper videres, vt in poſtilla. & ideo aliter videtur hic dicendum. Pro quo attẽdendum eſt, quòd de iuſtis ſeu perfectis qui fuerunt ante aduentum Chriſti, ſæpe dicitur in ſcriptura, quòd ambulant coram Deo, vt in hoc loco. & in iiij. Reg. vbi Ezechias dixit: Memento, obſecro quomodo ambulauerim coram te. Similiter de eodem Eſa. & ſic in quibuſdam alijs. De iuſtis autem qui fuerunt poſt aduentum Chriſti, non dicitur, quòd ambulauerũt coram Deo, ſed potius quòd ſequuntur Deum. Qui mihi miniſtrat &c. & Ioan. Qui ſequitur me &c. & ſic de quàm plurimis alijs. Cuius ratio eſt: nam ſecundum doctores exemplar perfectionis humanæ eſt ipſe Chriſtus, in cuius imitatione tota conſiſtit humana perfectio. & ideo quia primi iuſti exemplar perfectionis ſcilicet Chriſtum in hac vita exiſtentem habebant poſt ſe, ideo perfectio eorum conſiſtebat in hoc, quòd ambulauerunt coram Deo, id eſt ambulauerunt per viam per quam Chriſtus erat ambulaturus. poſtremò verò quia exemplar perfectionis, ſcilicet Chriſtum habebãt ante ſe ſeu coram ſe perficiebantur in hoc quòd Chriſtum ſequerentur: vnde Matth. Si vis perfectus &c. Vnde in propoſito notandum eſt, quòd Deus daturus Abrahæ mandatum circuncíſionis, in quo pręcepto Abraham fuit † pręuius cęteris fidelibus, conuenienter dicitur ei Ambula coram me &c. nam impletione huius pręcepti Abraham fuit imitator perfectionis Chriſti, ſpecialiter in duobus: Primò in placendo Deo per obedientiam, cui per præuaricationem Adam diſplicuerat; Secundò in hoc quòd obedientia ipſius Abrahę fuit quodammodo exemplaris ad eius poſteritatem. Vnde ſic de Chriſto dicitur. Quod ſicut per inobedientiam unius &c. ſic ſuo modo Abrahę obedientiam ſecuti ſunt fideles. Et hęc poteſt eſſe ratio, quare iuſti, qui ante aduentum Chriſti ſeu eius paſſionem deceſſerunt, dicuntur eſſe in ſinu Abrahę. Quamuis multi iuſti deceſſerunt antequàm Abraham fieret, vt Adam Abel, & multi alij: & ideo in hoc loco propriè dicitur Abrahę,* Ambula coram me &c. *Hoc eſt dicere, ambula per viam obedientię, per quam ego ſum ambulaturus:* & eſto perfectus, *ſic quod eam tradas poſteris tuis imitandam, eo modo quo ego tradam viam meam imitandam cunctis. De hoc enim commendatur Abraham à Deo vbi ſic dicitur: Scio enim quod precepturus ſit filijs ſuis & domui ſuę poſt ſe, vt cuſtodiant viam domini &c. Quę quidem expoſitio etiam concordat rationi naturali. Natura enim ſecundum Boetium initium ſumit à perfectis, & ideo quia Deus diſpoſuerat, quòd Abraham eſſet pater multarum gentium, & accepiſſet ſignaculum fidei iuſtificantis, quem poſtea alij quàm plurimi ſequerentur, ideo eidem dicit in hoc loco,* Eſto perfectus, *quaſi diceret, accipiatur à te quodammodo initium perfectionis modo prędicto. Et notandum quòd de quibuſdam iuſtis, qui fuerunt ante Abraham, legitur quòd ambulauerunt cum Deo, vt legitur de Enoch & de Noe, quòd cõcordat prędictis. Nam de iſtis non poteſt dici propriè quòd ambulaſſent coram Deo, ſicut de Abraham cum non eis conueniant ita expreſſe prędictę rationes, nec de eis poſſet dici quòd fuiſſent ſecuti Deum, cum fuerint ante aduentum Chriſti: ſed benè eis conuenit ambulare cum Deo ſcilicet in uia iuſtitię, & innocentię: quę ſanctis conuenit communiter.*

## ADDITIO II.

In eo .c. 17. vbi dr in poſtil. Alioquin pater pueri vel eius tutor &c.

*Omittens circuncíſionem non erat morte corporali puniendus etiam*

*ſecundum*

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſecundum hebræos. non enim dicitur hic Morte moriatur: ſicut in alijs criminibus in quibus lex vetus mandabat puniri morte corporali. ſed dicitur hic, Delebitur anima ipſius &c. id eſt nõ computabitur inter ſanctos ſecundum Gloſſam. Cuius ratio eſt: quia talis anima remanebat obligata originali peccato, in cuius remedium circuncißio fuit data: vt in iiij. diſtin. j.

## REPLICA CORRECTORII
### contra Burgen. delirum.

IN cap. xvij. vbi poſtillator exponens illum paſſum, Ambula coram me dicẽs ac ſi me præſentialiter ſemper videres. Burgen. dicit illam expoſitionem nõ eſſe propriam, quia (vt inquit) qui ambulat corã aliquo, non ſemper eum videt: Sed ſolum qui ſequitur aliquem, ſemper videt poſteriora eius. Sed hoc videtur quoddam ſenectutis deliramentum, loqui de Dei aſpectu, ſicut de hominibus ſeſe aſpicientibus. Nam qui Deum videt, vel quaſi videt præſentialiter, videt eum ante, poſt, ſurſum, deorſum &c. Sine enim errore non poteſt dici, aſſignando Deo ſic vnam differentiam poſitionis quaſi non aliam, quia ſic diceret Deum diffinitiuè in loco, quod eſt erroneum: quia Deus vbique totus eſt ſecundum eſſentiam, præſentiam, & potentiam. propriſſimè igitur dixit poſtillator, Ambula coram me. ac ſi me præſentialiter ſemper videres, quia me præſente maleſacere timebis, & filialiter timendo proficies. Ideo ſequitur, & eſto perfectus: Sic & beatus Gregorius ſuper illo paſſu Iob, In oculis eius quaſi hamo capiet: dicit, In oculis quippe habere dicimur, quod coram nobis poſitum videmus. Non igitur magni ponderis eſt diſtinctio quam Burgen. ponit inter ambulare coram Deo, cum Deo, & poſt Deum. Deus enim cunctis iuſtis ab initio non ſolum coram, ſed præuius, & obuius oſtendit viam perfectionis & iuſtitiæ, his quidem clariùs, his verò obſcurius, vt non ſolum ſancti noui teſtamenti poſſint dici imitatores Dei, ſed etiam veteris. nunquid Ioſue cum populo veteri imitator fuit quando dixit, Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à Domino, et relinquamus ueſtigia eius? Ioſ. Nunquid & Ezechias de quo dicitur Reg.. Adhæſit Domino, et nõ receſſit à veſtigijs eius? Nunquid Iob quando dixit: Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus? Nunquid Ioſias quando percuſſit fœdus corã Domino, ut ambularet poſt dñm vt dr̃ Re. & Par. & ſæpe ſancti veteris teſtamenti dicuntur poſteriora Dei vidiſſe, & idcircò non ſolum coram, ſed poſt dominum ambulaſſe. Et verum eſt ſecundum rem, omnem iuſtum, diuini exemplaris imitatorem vocari, non obſtante vocali diuerſitate quam Burgen. fabricat: quæ tamen ad ſenſum litteralem nihil facit, niſi habendo reſpectum ad Chriſti humanitatem. Nam ſi per hypotheſim Chriſtus non fuiſſet incarnatus, nihilominus non defeciſſent iuſti, qui in via Dei ambulaſſent. Nec videtur valere quod Burgen. dicit, Primos iuſtos exemplar perfectionis, ſcilicet Chriſtum ſolum habuiſſe poſt ſe, non ante ſe, coincidit enim cum Eluidio, qui dixit Chriſtum ante Mariam non fuiſſe: Apoſtolo tamen dicente ad Hebræ. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſæcula. Sapientia enim Dei patris quæ Chriſtus eſt, ab initio viam perfectionis, & ſi non humana conuerſatione, tamen doctrinæ & legis deriuatione multipliciter exemplificauit. Vnde & Burgen. ſibiipſi in hac digreſſione contradicendo dicit Abram fuiſſe imitatorem perfectionis Chriſti in duobus. Nec mirum: quia omnes patres veteris teſtamenti ſpiritualiter legem intelligendo dicendi ſunt viri euangelici ſecundum Bonauen. & alios inter quos potiſſimus Abraham fuit, quemadmodum Burgen. ipſe fatetur. In eodem capitulo vbi magiſter Nico. dicit, Negligentem circuncißionem ſiue patrem ſiue tutorem morte plectendum &c. Burgen. credidit quòd de morte corporali dictum eſſet, & ita vadit ſua inuectio. Sed videtur poſtillator non de morte corporis, ſed animæ dixiſſe ſecundum Gloß. ordin. & ſpecialiter de morte comminata primis parentibus: quia omnes nati pereunt qui de regeneratione non ſanantur vt dicit Iſid. & eſt Glo. ordi.

In moral. lib. 33. c. 1 40. c. — Ioſue 24 f — 4. Re. 18 — Iob 23 c — 3. Re. 23 a & 2. Paral. 34. g — Hebr. 13 b — G

## GLOSSA ORDINARIA.
### Cap. XVIII.

Tropologia. — a — F

APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre. *Iſido.* Abraham triplicem figuram gerit. Primam ſaluatoris, qui relicta cognatione venit in mũdum. Alteram patris, quia filium vnicum immolauit. Tertiam (quæ in hoc loco apparet) ſanctorũ, qui aduentum Chriſti cum gaudio ſuſceperunt. Tabernaculum Abrahę Hieruſalem ſignificat, vbi pro tẽpore Prophetæ & apoſtoli habitauerunt, & Chriſtus adueniens à credentibus exceptus, ab incredulis in ligno ſuſpenſus eſt.

Myſterium trinitatis. Allegoriæ.

b *Tres viri. Alle.* Tres viri Chriſti pronunciant aduentum quem duo Angeli comitantur. Moyſes ſecundum quoſdam, & Helias, vnus legiſlator, qui in lege aduentum Domini indicauit. Alter qui in fine venturus eſt, ſecundum aduentum Chriſti nunciaturus, & Euangelium eius prædicaturus. Vnde transfigurato Domino in monte cum eo videntur. Tres vidit & vnum adorauit, ſaluatorem ſcilicet oſtendens, cuius aduentum præſtolabatur. Vnde, Abraham vidit diem meum & gauiſus eſt. Io. Præuidit enim myſterium futuri ſacramenti. Vnde pedes eorum lauit, vt in fine mundi purificationem lauacri futuram monſtraret. Pedes enim nouiſſima ſignificant. (Io. 8 g. Mat. 9 a)

a Quos

### Cap. XVIII.

APparuit autem ei Dominus in conuàlle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo feruore diei. Cumque eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri

*Interlinear:* a ¶ Apparet Deus humilibus. — a ¶ Fide per quam intratur in Eccleſiam, quæ eſt tabernaculum, quia in ea Deo militatur. — a ¶ Affectu boni deſiderij. — a ¶ Quia ita affectis manifeſtatur fides trinitatis.

## NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. XVIII.

APparuit autem ei dominus. *Hic oſtenditur quomodo Abraham vt proficiens ſe habuit ad proximum, Et primò in operibus charitatis corporalibus hoſpitalitatem prębendo. Secundò in ſpiritualibus pro liberatione Lot, & aliorum orando, in medio, capituli, ibi, Dixitq; dominus, Num celare potero. Circa primum ſciendum quòd aliter exponitur à Doctoribus catholicis, aliter ab hebręis, vtraque tamen expoſitio conſona eſt fidei noſtrę & ideo vtranque intendo ponere, & primò expoſitionem hebraicam, reciſis tamen quibuſdam friuolis: quę ab ipſis interſeruntur. Dicunt igitur quòd deſcribitur hic duplex apparitio, prima eſt ipſius Dei, cum dicitur,* (Diuiſio.)

a Apparuit autem ei. *Ideſt Abrahę.*

b Dominus in conualle Mambre. *Nomen eſt hominis à quo denominabatur illa vallis in qua manebat Abraham.*

c Sedenti. *Hic dicit quędam glo. Heb. quòd Abraham voluit ſurgere ex reuerentia diuinę apparitionis ſed Dominus dixit ei: Sede: tu es enim in ſignum filiis tuis, Futurum eſt enim vt filij tui ſedeant tanquam iudices in conſilio, & ego ſtem. Quę glo. fidei noſtrę eſt conſona, quia hoc fuit adimpletum, quando Saluator noſter verus Deus, & verus homo ſtetit coram principibus ſacerdotum, ſedentibus in Concilio ad iudicandum ipſum, vt deſcribunt quatuor euangeliſtæ; quod ſuſtinuit pro ſalute electorũ, qui ſunt veri filij Abrahæ. Contingit .n. aliquando quòd præter intentionem loquentis, diuina virtute hoc faciente, aliquod verbum ſic proferatur, vt eſt conſonum fidei catholicæ, licet pronuncians illud verbum hoc non intelligat, ſed aliud: Sicut Caiphas dixit de Chriſto, Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo &c. vt habetur Ioan. & euangeliſta ſubdit, Hoc autem à ſemetipſo non dixit &c. Intendebat enim Caiphas ſolummodo dicere, quòd melius erat Chriſtum mori, licet non haberetur cauſa ſufficiens contra eum, quàm quòd occaſione populi credentis in eum, venirent Romani, & deſtruerent locum, & gentem. Sed à Deo factum eſt, vt hanc ſententiam per talem modum loquendi proferret Caiphas, vt illa locutio ſignificaret mortem Chriſti futuram pro redemptione generis humani: quod Caiphas non intelligebat, ſicut plenius dixi exponens hoc verbum Caiphæ, ſcribendo ſuper Ioan. Sic dico in propoſito. Quid enim intellexerit iſte gloſſator, neſcio: ſed manifeſtè patet quòd ſic gloſſam prędictam protulit vel ſcripſit, quòd verba gloſſæ prædictæ conſonant fidei noſtræ.* (Apparitio duplex. — H — Nota — Ioan. 11 g)

d In oſtio tabernaculi ſui, *Ad videndum ſi tranſirent viatores, quos poſſet ad menſam recipere, quia hoſpitalitatem diligebat.*

e In ipſo feruore diei. *Cum enim incipit dies ferueſcere, tunc eſt hora, qua viatores ſolent ad domum aliquam cauſa refectionis declinare.*

f Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri &c. *Cum enim Deus videret affectum eius ad opus hoſpitalitatis, & non venirent aliqui homines, fecit tres angelos apparere in ſpecie virorum, vt eis exhiberet hoſpitalitatis beneficium. Dicunt etiam Hebręi, quòd cum hoc alia de cauſa apparuerunt, quia vnus veniebat ad nunciandum Saræ conceptum,*

## MORALITER.
### Cap. XVIII.

✱ a *Apparuit autem ei Dominus.* Hic prænunciatur Saræ conceptus & Sodomorum interitus. Circa primum dicitur: Apparuit autem ei, ſcilicet Abrahæ.

b *Dominus in conualle &c.* Per hoc autem deſignatur quòd reuelationes diuinæ fiunt illis qui ſunt in humilitatis conualle. Mat. Confitebor tibi pater domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hęc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. (Matt. 11 d)

c *Sedenti in oſtio &c.* Vt tranſeuntes videret, & eos ad prandium inuitaret. & ecce tres viri. i. angeli in ſpecie hominum, per quos deſignantur prædicatores, fidem trinitatis annunciantes: & quia non ſolum ſunt ſuſcipiendi, ſed etiam deuotè inuitandi, Ideo ſubditur,

✱ Cucurrit



A a *Quos cum vidiſſet. Greg. Moraliter.* Abraham tribus angelis occurrit, quia vir & dominus domus, ſcilicet ſpiritualis intellectus debet in cognitione trinitatis clauſtra carnis excedere, & quaſi habitationis infimę ianuam exire. Cura carnis, quam Sara ſignificat, foris ad iactantiam non appareat, ſed poſt tergum viri, id eſt ſub diſcretione ſpiritus ſolis neceſſarijs intenta, neſciat procaciter detegi, ſed verecũdè moderari. *Greg.* Abraham non potuiſſet angelos videre, hoſpitio ſuſcipere, & cibos adhibere, niſi corpus ex aere aſſumpſiſſent. Non enim apparerent, non cibos ſumerent niſi ſolidum corpus ex cęleſti elemento haberent. Nec mirum, quòd modo angeli, modo Dominus vocantur, quia angeli vocantur qui exterius miniſtrãt, & Dominus oſtenditur, qui eis interius imperat. (In moral. lib. 9. c. 40. to. 1. Moraliter. — vt ſupra lo conualle gato. — Adorauit interpres, poſter vbique adorauit pro inclinauit, vel incuruauit ſe, ſe uertit.)

b *Sed afferam.* Ad hoſpitalitatis officia reuertitur, quæ etiam angelis exhiberi poſſunt, cum ex elementis corpoream formam aſſumunt: quod Abraham intelligens, deitatẽ in vnitate adorabat, & diſpenſationi angelicæ in forma viſibili miniſtrabat.

c *Tria ſata.* Hæc in typum eccleſiæ dicuntur, quæ de tribus mundi partibus in vnitatem fidei congregata eſt, & quaſi panis ſine fermento igne Spiritusſancti decocta eſt. *Stra.* Satũ genus eſt menſuræ: *Tria ſata*, tres filios Noe ſignificãt, ex quibus omne genus hominum diſſeminatum eſt. Significatur ergo eccleſia, vel euangelica doctrina per totum mundum diſſeminanda, & in tribus mundi partibus, Aſia, Africa, & Europa, multiplicanda. *Tria ſata*, De quibus Sara ſubcinericios panes facit, tres filios ſignificant Noe, ex quibus omne genus hominum natum eſt: qui diuinæ trinitati credentes aqua baptiſmatis per Saram, id eſt eccleſiam conſperſi ſunt, & in vnum panem corporis Chriſti redacti. Hæc ſunt tria ſata farinæ, quæ mulier in euangelio fermentauit: Azimi ſunt panes, quia ſine fermento malitiæ, & † languore nequitiæ & feruore peruerſæ doctrinæ oportet eſſe credentium vnitatem. (Typice. — Satum 3. Reg. 8 d — B — Luc. 13 c — Galatian. 5 c.)

d *Subcinericios.* Subcinericij ſũt vt per pęnitentiam delictorum ſpiritusſancti vapore decocti, eſca Deo acceptabilis efficiantur.

e *Vitulũ tenerrimum.* Vitulus tener & ſaginatus, Chriſti corpus eſt quod pro ſalute mundi ad arborem Crucis immolatum eſt. Hic eſt vitulus, qui prodigo filio occiditur.

f *Butyrum & lac.* Cum carne vituli appoſuit, quia lac veterem legẽ ſignat: vnde Cor. Lac potũ dedi vobis, non eſcam &c. Tradiderat enim illis legis mandatum, quaſi Lac de vberibus duarum tabularum expreſſum, hoc eſt teſtamentum fidei, quia nondum poterant euangelicæ doctrinæ ſolidam eſcam ſumere. Butyrum vberrimum, & pinguiſſimum, euangelicum eſt teſtimonium, quod velut oleum fidelibus in ſignum datur. Vitulum cum lacte, & butyro appoſuit, quia nec corpus domini ſine lacte legis, nec hoc ſine euangelio eſſe poteſt. Sub arbore autem ſederunt in dominicæ paſſionis ſignum cuius prædicatores ſunt. (Allego. — 1. Cor. 3 a)

g *Ecce in taber. &c. Stra.* Abraham foris cum angelis. Sara in tabernaculo eſt, quia fortium & doctorum eſt apertè prędicare, exemplis inſtruere. Infirmorum & inſipientium diſcere, & ſubditos eſſe. (Allegor.)

a Et habebit

ſtantes propè eum. Quos cum uidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terram, & dixit: † Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes ueſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamque bucellam panis & confortetur cor ueſtrum, poſtea tranſibitis: idcircò enim declinaſtis ad ſeruum ueſtrum. Qui dixerunt: Fac ut loquutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: Accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe uerò ad armentum cucurrit, & tulit inde uitulum tenerrimum & optimum, deditque puero; qui feſtinauit & coxit illum. † Tulit quoque butyrum & lac, & uitulum quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe uerò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumque comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara uxor tua? Ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt. Cui di-

*Interlinear:* a ¶ Studio hoſpitalitatis hoc in exemplum relinquẽs nobis. — a ¶ Initio fidei. — a ¶ Vnum, qui tres uiderat. — a ¶ Deũ in angelis ſentiẽs mauult domino loqui; quàm angelis. — a ¶ In beneplacito, b ¶ Ne tranſitorie ſtuar uiſione tua. — a ¶ Vt hęc officia uobis exhiberem. — a ¶ Ne charitatis uitare viderentur officia. — a ¶ Ne ſenex miniſtrare uideretur tepide. — a ¶ Vt mulier infidelis per uirum fidelem ſaluetur. — a ¶ Quaſi dicat eccleſiæ, congregare de omnibus partibus. b ¶ Amphoras. Idem myſterium hic & in euangelio, vbi mulier tria ſata fermentat. — a ¶ Quia ſancti ſpũs igne decocti, ſũt Deo cib' acceptabilis. b ¶ In pane unitas credentium ſignatur, quia panis ex multis granis conficitur. — a ¶ Vt eccleſia ex gentibus congregaretur, recurrendum erat ad antiquos patres. — a ¶ Chriſtum de patriarchis natum, vnde, Placebit Deo ſuper uitulum nouellum &c. b ¶ Excellentem in genere humano. — a ¶ Commiſit ordini prophetarum annunciandum. — a ¶ Studioſe prædixit paſſione conſummandum. — a ¶ Euangelicam pinguedinem vel doctrinam: b ¶ Potum paruulorum, ueterem ſcilicet legem. c ¶ Chriſtum paſſum. — a ¶ His ſacramentis aluntur miniſtri Chriſti. — a ¶ Quia ſacramentum crucis intuebatur. — a ¶ Cruce. — a ¶ Quia in eccleſia mulieri non permittitur docere latet Sara. ¶ Quaſi non eſt mulieris in publicum prodire.

## NICO. DE LYRA.

C

¶ *conceptum, alius ad ſubuertendum Sodomam, & alias quatuor ciuitates: & tertius ad ſanandum Abraham qui de nouo erat circunciſus, & liberandum Lot de ſubuerſione Sodomorum. Dicunt etiam quòd apparitio fuit tertia die poſtquã fuerat Abraham circunciſus, et iſta apparitio angelorum eſt ſecunda. Expoſitores autem catholici dicunt, quòd à principio capituli vſque adhuc, & in toto cap. ſequenti fuit vna apparitio tantum, ita quòd dominus non apparuit in ſe, vel in aliqua ſimilitudine ipſum immediatè repreſentante: ſed tantũ in angelis, quos fecit apparere, quorum vnus poſtea locutus eſt in perſona ipſius Dei: Sic igitur exponunt litteram à principio capituli, Apparuit autem ei dominus. in hoc primo deſcribitur apparitio iſta in generali, & in ſequẽtibus deſcribitur modus apparitionis in ſpeciali. Et primò quantum ad locum, cum dicitur, In conualle Mambre. Secundo quantum ad diſpoſitionem Abrahæ cui fiebat apparitio, cum dicitur, Sedenti in oſtio tabernaculi ſui. Tertiò quantum ad tempus, cum ſubditur, In ipſo feruore diei. Quartò quãtum ad perſonas apparentes auctoritate Dei cum dicitur, Apparuerunt ei tres viri, id eſt angeli in ſpecie virorum. Littera autem exponatur ſicut in expoſitione prædicta, excepto principio, cum dicitur, Apparuit autem ei dominus ſedenti, ſcilicet per angelos quos fecit apparere.* (Actu. 10 d 1. Cor. 14 e — Abrahæ hoſpitalitas, qua Deum ſub trium Angelorũ forma domi ſuſcipit.)

a Quos cum vidiſſet, &c. *In quo oſtenditur eius promptitudo ad hoſpitalitatis beneficium: & in hoc datur diuitibus exemplum.*

b Et adorauit in terra: *Adoratione duliæ, vt illos conuenientius poſſet inuitare.*

c Et dixit: Domine ſi inueni gratiam &c. *Licet eſſent tres: tamen ſic apparebant quaſi vnus eſſet principalis, & dominus inter illos, & ideo illum alloquitur credens, quòd ſi ipſum inducat ad hoſpitium, alij duo ſequãtur. Dicũt autem hebræi, quòd iſti tres angeli fuerũt Michael, Gabriel, & Raphael. ita quòd Michael erat in medio, alij autẽ duo ad dextram, & ſiniſtram. Et hic erat modus ambulandi tunc, quando aliquis ſuperior erat duobus alijs, quòd ille ambulabat in medio, & in hoc cognouit Abraham quis erat ſuperior. & dicũt quòd Michael hic erat in medio, & hic venerat ad denunciandum Saræ conceptũ; quia hoc erat principale negotium, eo quòd Meſſias, id eſt Chriſtus erat inde naſciturus, & interpretatio nominis conſonat: Michael enim interpretatur quis vt Deus? Gabriel autem venerat ad ſubuertendum Sodomam, & interpretatio conſonat, interpretatur enim fortitudo Dei. Raphael autem venerat ad ſanandum Abrahã, & ad ſaluãdũ Lot, et interpretatio conſonat, quia interpretatur medicina Dei.* (Abraham lauat pedes peregrinorum & inſeruit menſę. Tres angeli qui fuerint &c. — D — 35. diſ. c. ſexto die & 42. diſ. §. 1.)

d Sed afferam pauxillum aquæ &c. *Homines enim tunc non ita ibant equitando & calciati ſicut modo.*

e Et requieſcite ſub arbore. *In vmbra & ad auram, propter æſtum imminentem.*

f Ponamq; bucellam panis &c. *Et hoc manifeſtè patet, quòd tunc credebat eos eſſe homines, ſciebat enim quòd angeli non indigebant talibus.*

g Qui dixerunt &c. *In quo apparet gratia hoſpitalitatis.*

h Feſtinauit Abraham. *Ne attædiarentur in nimia expectatione.*

i Et tulit &c. puero. *Id eſt coco. Hebræi autem dicunt, quòd iſte puer fuit Iſmahel filius ſuus cui tradidit cibum parandum, vt eum aſſueſaceret hoſpitalitatis operibus.*

K Ipſe vero &c. *Ad videndum ne aliquid deficeret. Sequitur,*

l Vbi eſt Sara vxor tua? *Hoc petunt non ex ignorantia, ſed vt conuenientius nuncietur eius conceptus de propinquo futurus.*

m Ecce in tabernaculo eſt. *Erat enim ſimplex & verecunda, & ideo ſe non exponebat aſpectibus hominum.*

n Cui di. *ſ. ille angelus de trib. qui venerat ad nunciandũ eius cõceptũ.*

¶ a Reuertens

## MORALITER.

✱ a *Cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui,* Ad eos deuotiſſimè inuitandum, ſicut patet in textu ſequenti. & hoc modo ſuſceperunt Galathæ Paulum. Vnde dicit Gala. Sicut angelum Dei ſuſcepiſtis me. (Gal. 4 b)

d *Et lauentur pedes ve.* Scilicet per famulos meos, Ecce humilitas.

f *Ponamq; bucellam pa.* Ecce humanitas, quæ prædicatoribus eſt impendenda.

g *Qui dixerunt: fac vt locutus es.* Prædicatores enim gratanter accipere debent quæ ſibi à ſuis hoſpitibus offeruntur.

n *Cui dixit. Reuertens veniam ad te.* Sequitur,

d Et

✱ c Et habe-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

Eſa.54.a. & Gal.4.d — a *Et habebit fi.* Promittit Deus Saræ ſterili filium dicens, Circa hoc tempus veniam: non tempus, ſed qualitatem ſui aduentus ſignificat: quoniam per filium repromiſſum fidelis populus erat naſciturus. Vnde Eſa. Lætare ſterilis quæ non parturis &c.

in quæſt. ſuper Gene. q.36.70.4. Infra.21.a Rom.9.b 4.Reg.4.c — b *Quo audito &c.* *Auguſt.* Arguitur Sara, quia riſit, & non Abraham cum ſimiliter riſerit, quia illius riſus admirationis fuit, huiꝰ dubitationis, quod dijudicare potuit qui corda nouit. Negat Sara ſe riſiſſe cum Deum non poſſit latere, ſed fortè homines putabat Abraham verò Deum intelligebat, ſed humanitatis officia † præbẽdo, quæ tantum infirmæ carni neceſſaria ſunt, mirum eſt, niſi homines prius arbitratus eſt, ſed in quibꝰ Deũ loqui intelligeret, quibuſdam ſignis diuinæ maieſtatis apparẽtibus, ſicut in hominibus Deum apparuiſſe ſæpe ſcriptura teſtatur, ſed poſtea angelos fuiſſe cognouerunt.

aliàs † exhibendo. † Luc.1.b

† 1.Pe.3.a — c *Erant autem &c.* Seniorum ætas minor eſt, quàm ſenum, & ſi ſenes appellentur ſeniores. Vnde ſecundum medicos ſenior vir de muliere ſeniore filios facere nõ poteſt etiam ſi adhuc muliebria fluant. ſecundum hoc Abraham miratur Dei potẽtiam de promiſſione filij, & hoc miraculũ potuiſſe apoſtolum accipere poſſumus. Emortuum enim corpus non omnino ad generationem erat, ſi mulier iuuenilis ætatis fuiſſet. Sed de prouecta ætate generare non poterat, de Cetura enim poſtea generauit, quia iuuencula fuit. Tradunt enim medici: quia ſenex de fœmina prouectioris ętatis (& ſi muliebria contingant ei) generare non poſſit: de iuuencula autem poſſit. Ruſus mulier prouectę ętatis, & ſi adhuc muliebria cõtingãt ei, de ſeniore parere nõ poteſt, de iuuene poteſt. Miraculũ ergo fuit, quia vterque ſenex & prouectę ętatis, & deſierant muliebria Sarę.

Rom.4.d

F

Moraliter. in moral. l. c. 9. 40. tom.1. — d *Voluptati operam dabo.* *Grego.* *Moraliter.* Cura carnis, cum ſępe dicitur, vt de ſe minime pręſumat, & totam ſe in diuinę ſpei fiduciam transferat deſpicit, & ceſſãte ſtudio adeſſe ſibi vitę ſubſidia diffidit. Vnde Sara promiſſiones Dei audiens ridet, ſed ridẽs corripitur, correpta protinus fęcundatur, & quę in iuuentute vigẽs fœcundari nõ potuit, annis fracta ſenilibus concepit, quia cum cura carnis ſui confidentiã habere deſiſtit, cõtra ſpem ex diuina promiſſione accipit, quod habiturã ſe ex humana ratione dubitauit. Vnde benè qui generatur riſus dicitur, quia dum ſupernæ ſpei fiduciam concipit, quid mens noſtra aliud quàm gaudium parit?

Dei familiaritas & bonitas cũ Abraham. — Chriſtus bndictio fidelium. — Abraham docuit familiã ſuã viam Dei.

e *Num celare pote.* Benè dñs Abrahę ſecreta ſua committit, quem voluntatis ſuę & ſecretorum fidelem executorem cognouit, de quo in carne naſciturus erat, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientię abſcõditi. Promittit quoque Abrahę non ſolum pręmia, ſed obedientię filiorum eius iuſtitiam, & circa eos promiſſa compleri. Rurſumque promittitur Iſaac in gẽtẽ magnã futurus, & ꝙ in eo benedicentur omnes gentes terrę. Quibus verbis duo illi promittuntur: Gẽs Iudæorum ſecundum carnem, & omnes gentes per fidem.

Col.2.a

in quæſt. ſuper Gene. q.39 tom.4. — f *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ &c.* *Auguſt.* Si hęc verba nõ dubitãtis, ſed iraſcẽtis & minãtis accipiamus, nulla eſt quęſtio. Humano enim more ad homines loquitur Deus, & ita eius ſine perturbatione eſt, quia immutabilis eſt. Sępe autẽ ſic minãdo dicimus, Videamus ſi nõ tibi facio, & ſi non potero tibi facere, vel ſciam, id eſt experiar vtrum non poſſum. Sed perturbatio non cadit in Deum. Mos autẽ humanę lo- ☞ cutionis eſt,

a ¶ Prius refecti vt homines in vnitate deitatis, cuius beneficio erant implenda ventura prædicunt.

xit: Reᵃuertens veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo

a ¶ Hic Sara ſynagogam ſignificat, quæ in vmbra ſacramentorum ſe abſcondens, Chriſtum veniſſe non credit. b ¶ Quia non ſum fidem adhibuit.

audito Sᵃara, riſiᵇt poſt oſtium tabernaculi. ✱ † Erant autem ambo

a ¶ [illegible] tam ætate quàm moribus. b ¶ Quibus deficientibus mulier parere deſinit: vt commendetur miraculum ſi ſterilis pariat.

ſenes prouectæque ætatis, & dᵇeſierant Saræ fieri mᵃuliebria. Quæ

a ¶ Menſtrua. b ¶ Diſceptando de oraculo. a ¶ Naturalem ſequitur rationem.

riſit occultè, dicens: † Pᵃoſtquàm conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham:

a ¶ Quaſi quare plus aequieuit naturæ, quàm diuinæ potentiæ? b ¶ Diſceptando.

Quᵃare riſit Sara dicens, Nᵇum uᵃerè paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile?

a ¶ Quaſi ſicut dixit fiet. a ¶ Anni futuri, quia prætereunte tempore vmbræ ſuccedet qui ſignabatur in vmbra. b ¶ Antropopatos, ſicut cætera.

Iuxtᵃa condictum reuertar ad te hoc eodem tempᵃore: vitᵇa comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara dicens, Non riſi, timᵃore perterrita.

a ¶ Quia ſcilicet timuit. a ¶ Adhuc fœmineam incredulitatem increpat.

Dominus autem, Nᵃon eſt (inquit) ita, ſed riſiſti.

a ¶ Quia cum Abraham tractauerant de futura miſericordia: iam contra Sodomam iudicium intentatur.

Cum ergo ſurrexiſſent inde viri, dirᵃexerunt oculos contra Sodomam:

a ¶ Euentum futurorum ignorans. Sed dominus ſicut vult pios ſcire præmia iuſtorũ, ſic nõ ignorare ſupplicia impiorũ.

& Abrahᵃam ſimul gradiebatur, deducens eos. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum, cum futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ?

¶ Quaſi ideo notifico ei iudicia mea: vt ſequacibus ſuis nota faciat.

Scio enim quòd præcepturus ſit

¶ Non ſolum præmia: ſed etiam obedientiam iuſtitiæ filiorum eius promiſit Deus Abrahæ: vt circa eos etiam promiſſa compleantur.

filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cᵃuſtodiant viᵇam domini: & faciant iudicium, & iuſtitiam, vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum.

a ¶ Eo fine. b ¶ Præcepta. c ¶ Recedant a malo.

Dixit itaque Dominus: Claᵃmor Sodomorum & Gomorrhæ

a ¶ Euidentia publicati flagitij, quæ accuſatore non eget.

## NICOLAVS DE LYRA.

G

¶ a Reuertens veniam ad te. *In quo oſtenditur quòd angeli ſunt ſolliciti de viſitatione iuſtorum.*

b Vita comite. *Loquitur more humano, quia homo æſtimabatur ab his quibus loquebatur.*

c Et habebit fi. &c. *Non adoptiuum ſed naturalem.*

d Quo audi. &c. *Reputans illud dictũ friuolum: & cauſa ſubditur,*

e Erant autem am. &c. *Et ſic erat vnum impedimentum generationis commune ambobus, & vnum ſpeciale in Sara, quod notatur cum ſubditur,*

f Et deſierant Saræ fieri muliebria. *Id eſt menſtrua, poſt quorum ceſſationem non eſt apta mulier ad conceptionem. Sequitur,*

g Poſtquàm conſenui &c. *Quaſi dicat non decet, & ex hoc videtur, quòd Sara cõtinuit ab actu coniugali, ex quo tranſijt tempus ſuũ concipiendi ſecundum naturam, quouſq; fuit certificata de cõceptu futuro diuina uirtute:*

h Dixit autem dominus ad Abraham. *i. ille angelus qui inter tres apparebat ut ſuperior, & qui venerat ad nunciandum Sarę conceptum.*

i Nunquid Deo eſt quicquàm difficile? *Acſi dicat, licet impoſſibile ſit naturæ dare tibi conceptum, non tamen Deo eſt difficile, cætera patent vſque ibi,*

k Cum ergo ſurrexiſſent inde viri: *id eſt angeli in ſimilitudine virorum.*

l Direxerunt oculos &c. *Incipientes ire verſus partem illam.*

m Et Abrahã ſimiliter gradiebatur. *Sicut ſolet fieri ex curialitate humana, ꝙ hoſpites per aliquod ſpacium cõducantur. Abraham enim adhuc credebat eos eſſe homines itinerantes.*

n Dixitque dominus. *Hic oſtenditur pietas Abrahæ orando pro proximo, & primò eius oratio deſcribitur; & ſecundò exauditio oſtenditur. Circa primum ſic proceditur, quia primò ponitur reuelatio Abrahæ facta de Sodomorũ ſubuerſione. ſecundò ponitur oratio eius pro populi liberatione, ibi, Abraham verò. Primum exponitur dupliciter: ſecundum enim expoſitionem hebraicã in principio huius capituli poſitã, Dominus qui loquebatur non eſt aliquis de tribus angelis prędictis. ſed ipſe Dominus qui ſecundum illam expoſitionem dicitur apparuiſſe Abrahæ in principio capituli. Secundum autem aliam expoſitionem iſte qui vocatur hic Dominus, eſt ille angelus qui denunciauit cõceptum Saræ, vt prędictum eſt: & ſecundum hoc dicendum ꝙ licet Abraham vſque tunc crediderit illos angelos eſſe homines, tamen tunc reuelauerunt ei quòd eſſent Angeli, & extunc ille principaliter Angelus loquebatur in perſona Dei. Litera autem ſequens in alijs vniformiter exponitur ſecundum iſtam & aliam expoſitionem.*

H

o Num celare po. ab. &c. *Acſi diceret, Cũ Abraham ſit mihi familiaris amicus, non eſt decens quòd ego celem ei vindictam, quam facturus ſum in ciuitatibus Sodomorum, & maxime cum illam terrã promiſerim Abrahæ: & cauſa amicitiæ Dei cum Abraham, ſubditur,*

p Scio enim &c. *Et ſequitur,*

q Clamor Sodomorum & Gomorrhæ. *Peccata enim eorum erant patentia & manifeſta, ſecundum quod dicitur in Eſa. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt nec abſconderunt: & propter hoc dicuntur hic clamare. Et eſt hic conſiderandum quòd tria genera peccatorũ legũtur clamare ad Deum. Primum eſt occiſio innocentis, ſecundum quod dicit Dominus ad Cain. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.*

¶ Secundum

## MORALITER.

✱ c *Et habebit filium Sara.* Per hoc oſtẽditur ꝙ prædicatores non debẽt ſuis hoſpitibus dicere friuola, ſed ædificatoria; ex quibus Sara (per quam ratio ſignificatur, vt dictum eſt ſupra) concipiat & pariat opus bonum. Circa ſecundum. ſ. Sodomorum interitum ✱ dicitur, Deſcendam



A

☞ cutionis eſt, cui Deus ſe coaptat, vt humanæ infirmitati conueniat. *Greg. Moraliter.* Peccatum verò cum voce, culpa eſt in actione. Peccatum verò cum clamore, culpa cum libertate.

In libr. de paſtorali cura c.34. tom.4. — a *Deſcendam & videbo &c.* Mala hominum non ante credamus, quàm probemus. Et ecce per Angelos ad cognoſcenda mala deſcendit, & tanto crimine inuolutos inueniens, quaſi patientiam prætermiſit, & eos igne iudicij ante iudicij diem præuenit, qui cum tranquillitate iudicat, vt maiora crimina tardè credantur, & veraciter agnita citius puniantur.

lib.16. Moral. cap.13. Super Gen. cap.18.

b *Si fuerint quinquaginta iuſti &c.* *Iſi.* Quinquagenarius numerus à quo vſque ad decem deſcendit, pęnitẽtiam ſignificat. Vnde & quinquageſimus Pſal. pœnitentialis eſt. Si ergo conuerterẽtur, ſaluarẽtur. Sed cum Deus aſpicit delinquentes nolle ad pœnitentiam conuerti, illico ardorem immoderatæ luxuriæ igne gehennæ compeſcit: Vſque ad decem iuſtos nõ perire Sodomam dixit, quia ſi in quolibet per decem præceptorum cuſtodiam Chriſti nomen inueniatur, nõ peribit. Denarij enim numeri figura nomen & crucem Chriſti ſignificat.

Myſtic. Quinquagenarius numerus pœnitentiam ſignificat.

In moral. lib.3. c.17. tom.1. — c *Loquar ad Dominum, &c.* *Gregorius Myſtice.* Sancti quanto magis diuinitatis interna perſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe conſpiciunt. Nuſquàm legitur Abraham ſe cinerem, & puluerẽ profeſſum eſſe, niſi cum meruit Dei locutionem habere. Et ait, *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis &c.* Fortaſſe enim aliquid ſe eſſe credere, ſi veram eſſentiã quę ſuper ipſum eſt non ſenſiſſet. Vnde & Dauid exclamat: Memento Domine quoniam puluis ſum &c. *Gregorius Moraliter.* Quoſdam per tumorem ſenſus non eleuat, ſed per miſericordiæ opera. Quidã dum ſe terrenis abundare conſpiciunt, veras diuitias non requirunt, & † æternum regnum non amant, quia temporalia ſufficere putant. Non eſt ergo cẽſus in crimine, ſed affectus. Cuncta enim quæ Deus condidit bona ſunt. Sed qui bonis malè vtitur hoc agit vt per edacitatis ingluuiem eo quo viuere debuit pane moriatur.

aliàs † hic Abſit à te aliquid in dex omnis terræ non faciet iudi cium? Diuitiæ. In morali lib.10.c.17. tom.1. Pſal.102.c. aliàs † cæter æ patriã.

B

Luc.16.c — Pauper ad requiem Lazarus venerat, ſuperbum diuitem cruciabant tormẽta. Diues tamen Abraham fuerat, qui Lazarum in ſinu tenebat. Ait tamen, *Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis & cinis &c.* Quid diuitias ſuas æſtimabat, qui ſeipſum puluerem cineremq; putabat? Apertè cernimus in quo loco ſe poſuerat, qui ſe puluerem, & cinerem (etiam cum Deo loqueretur) æſtimabat. Qua ergo pœna feriendi ſunt, qui ad ſumma non proficiunt, & de minimis ſe extollunt?

Nota.

d *Quinque fuerint.* Quinque ciuitates ignis imbribus cõbuſtę. Oẽs.n.q quinq; corporis ſẽſus libidinoſè tractauerunt, futuro incendio ſunt cremandi.

☞ *Quid ſi in-*

multiplicatus eſt, & peccatum eorum ᵃaggrauatum eſt nimis.

a ¶ Conſuetudine quaſi ſuperpoſito lapide. a ¶ Vt ſe à præcipitatione iudicij compeſceret, mala Sodomæ prius voluit probare, quàm iudicare.

† Dᵃeſcendam, & uidebo vtrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam.

a ¶ Quia Dominus in angelis loquitur: nunc in eius perſona: nunc in angelorum ſtilos alternatur.

Conuᵃerteruntque ſe inde, & abierunt Sodomam: Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino: & appropinquans ait: Nunquid perdes iuſtum cum impio?

a ¶ Per iuſtitiam paucorum vult impetrare miſericordiam multorum. ¶ Aliqui remiſſione digni, quia quinquageſimus remiſſionis annus eſt.

Si fuerint qᵃuinquaginta iuſti in ciuitate, peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos, ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus, ſicut impius. Non eſt hᵃoc tuum, qui iᵃudicas omnem terram nᵃequaquàm facies iudicium hoc.

a ¶ Vt innocens pereat. a ¶ Iuſte diſponis. a ¶ Orando hæc dicit, non inuehendo.

Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondenſq; Abraham ait: Quia ſemel cœpi, loquar ad dominum meum, cum ſim pᵃuluis & cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis qᵃuinque fuerint? delebis propter quᵃadraginta quinq; vniuerſam vrbẽ?

a ¶ Sublimitatẽ ꝓmiſſionis tẽperat ſubiectione humilitatis. a ¶ Quinque ſenſibus dediti: & remiſſione indigni. a ¶ Id eſt propter eos qui corpus quadragenaria abſtinentia domãt: & ſenſibus quinq; ordinate vtuntur nõ parces oĩbus. a ¶ Parcam

Et ait: Non dᵃelebo, ſi inuenero ibi quadragintaquinque. † Rurſumque locutus eſt ad eum: Sinautem quadrᵃaginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne qᵃuæſo (inquit) indigneris Domine, ſi loquar: Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit, Non fa-

a ¶ Legis & Euangelij præcepta ſeruantes. quater enim decem quadraginta ſunt. a ¶ Quia videbatur Dominum interrogans arctare reſponſo, temperat præfatione quod quærit.

*tas Sodomę ſororis tuę, ſuperbia, ſaturitas panis, & otium, & manum egeno & pauperi non porrigebant.*

C

c Deſcendam & videbo &c. *Hoc dicitur non quia Deus indigeat tali inueſtigatione, ſed vt doceantur per hoc iudices non ſententiare donec diligenter inquiſierint veritatem.*

d Conuerteruntque &c. *ſcilicet duo angeli qui apparebant in ſpecie virorum vt habetur in principio ſequentis capituli. Tertius autem qui annunciauerat Sarę conceptũ, & qui loquebatur in perſona Domini, vt dictum eſt, adhuc remanſit ibi cum Abraham ſecundum iſtam expoſitionem. Secundum uerò expoſitionem hebraicam prætactam, ille Angelus qui annunciauerat Saræ cõceptum, quia perfecerat legationem ſuam, diſparuit & receſſit, quia duo tantũ Angeli mittebantur à Deo Sodomam, vnus ad ſubuertendum patriam, alius ad liberandum Lot. Et ille qui vocatur hic communiter Dominus cum quo Abrahã loquebatur, eſt ipſe Deus qui ſibi apparuit prout dictũ eſt in principio capituli. In alijs autem littera vniformiter exponitur. Abraham uerò adhuc ſtabat coram Domino. Abraham enim audita populi condemnatione, pietate motus cępit rogare Dominum pro eius liberatione. Et ideo dicitur, Stabat coram Domino, paratus ad populi adiutorium, & accipitur hic Domino pro ipſo Deo ſecundum expoſitionem hebraicam: ſecundum aliam uerò pro Angelo loquente in perſona Dei.*

† 2.q.1. De accuſat. qualiter 2. & ſecundi lectis 1. De ſimo. cap. licet Heli. Prædicitur Abrahæ interitus Sodomorum.

e Et appropinquans ait. *Vt conuenientius orationem ſuam proponeret.*

Abrahã intercedit pro Sodomitis.

f Nunquid perdes iuſtum cum impio. *quaſi dicat non. Et quia ſciebat Lot eſſe iuſtum, liberationem eius habuit pro obtenta, & ideo conuertit ſe ad liberationem aliorum. dicens,*

g Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate, *id eſt in ciuitatibus, quia erant quinque ciuitates. In hebręo autem aliquando accipitur ſingulare pro plurali. Exo. Venit muſca grauiſsima, id eſt multitudo muſcarum. Vel In ciuitate in ſingulari pro Sodoma, quia illa ciuitas principalis erat, & ſub illa intelliguntur aliæ quatuor quę erant ei ſubditę, propter qđ reges illarum iuerunt cum rege Sodomorum ad prælium tanquàm vaſalli ſui, vt habetur ſupra decimoquarto. Patet ergo qđ pro qualibet ciuitate accipiebat decem iuſtos, petens à Domino liberationem cuiuſlibet ciuitatis pro decem iuſtis in ea repertis ſecundum quod exponunt hebręi. Sequitur,*

Exod.8.f

D

Abrahã perſeuerans in oratione.

h Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinque fuerint? *Ita quòd cuilibet ciuitati aſſignẽtur nouem iuſti, petit Abraham quòd pro illis nouem parcatur cuilibet ciuitati, non enim auſus fuit ad minorem numerum deſcẽdere, quia cõſiderabat, quòd octo perſonę iuſtę fuerant in arca tempore diluuij, & tamen nullus alius fuit ſaluatus propter eorum iuſtitiam: et ideo quando Abraham quęrit vltrà, ſi parceret propter quadraginta, intelligitur de liberatione quatuor ciuitatum tantum, & quando propter triginta, intelligitur de liberatione trium; & quando propter viginti, de liberatione duarum; & quando propter decem, de liberatione vnius; & ideo ibi ſtetit quia non erat vltra deſcenſus. Expoſitores autem catholici dicunt, quòd à principio petitionis Abrahæ vſque ad finem intelligitur facta pro liberatione totius populi quinque ciuitatum, ſed procedit ſic deſcendendo vſque ad decem iuſtos, tentando, obtenta una gratia, ſi poſſit maiorem impetrare. Vltra verò decem, non deſcendit. Decem enim homines, & non pauciores faciunt populum. Quòd autem pro iuſtitia minoris populi, petatur liberatio populi maioris iniuſti, non videtur irrationabile petere, ſed quod pro iuſtitia tam paucorum, qui non poſſunt dici populus peteretur liberatio populorum quinque ciuitatum videtur magis extraneum: & ideo Abraham non fuit auſus vltra deſcendere.*

Decẽ homines faciunt populum.

¶ Veneruntq;

## NIC. DE LYRA.

¶ *Secundum eſt peccatum contra naturam ſicut hic dicit. Tertium eſt defraudatio pauperum laborantium de quo habetur Iacobi, Merces operariorum veſtrorũ, qui meſſuerunt regiones veſtras, quę fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini ſabaoth introiuit.*

Iacob 5.a

a Multiplicatus eſt. *Addendo peccata peccatis.*

b Et peccatum eorum aggraua. &c. *Hebræi dicunt, quod iſta aggrauatio fuit eo quod quandam puellam occiderunt morte inſolita, eo quod dederat alimentum pauperi. & hoc conſonat dicto Ezech. Hęc fuit iniquitas Sodo-*

Ezec.16.f

## MORALITER.

✱ c *Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. &c.* Per hæc Domini verba cuius oculis omnia ſunt nuda, & aperta. Heb. oſtenditur nobis, quòd ſententia contra aliquem non eſt citò, ſed poſt diligentem examinationem ferenda. Sequitur, Hebr. 4. d

† *Nõ dele. ſi inue. ibi quadraginta quinq;. Rurſum &c.* Poſtea ſubdit: *Non delebo*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Quid ſi inuenti &c. Alchu.* Non neceſſe eſt hoc de omni loco accipere. De Sodomis autem potuit dici, quia ſciebat Deus nec decem eſſe ibi, & ideo ſic reſpondebatur Abrahæ ad exaggerationem iniquitatis Sodomorum.

*Denarius numerus crucem Chriſti ſignificat.* b *Decē.* Denarius crucē Chři deſignat, quia, x, littera qua denari exprimit ĩ figura crucis format.

c *Dixit.* Sciebat enim nec vnum ibi eſſe præter Lot, ad exaggerandam iniquitatem hoc dicitur, ſicut apud Hieremiam, Videte ſi inueniatis hominem facientem iuſtitiam, quaſi, Inuenite vel vnum, & parco eis. Hiere.5.a

a ¶ Legem cum fide trinitatis ſeruantes, ter enim decem triginta fiunt.

ciam, ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum: Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: Non

a ¶ Seruantes mandata cum dilectione Dei, & proximi propter denarium & binarium.

interficiam propter uiginti. Obſecro (inquit) ne iraſcaris Domine, ſi loquar adhuc ſemel: Quid

a ¶ Decalogi mandata ſeruantes.

b ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dic xit: Non delebo propter de† cem. Abiitq; Dominus, poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham, & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

G

MORALITER.

* † *Non delebo propter decem.* Ex quo patet, quòd propter paucos iuſtos, parcendum eſt multitudini, quando bono modo poteſt fieri, & quando mali ſine periculo bonorum non poſſunt exterminari: Propter quod ſaluator Matth. dicit. Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem, ne colligentes zizania eradicetis ſimul & triticū. Matt.13.

* *Venerunt*

¶ *In c.18. vbi dicitur in poſtilla. Expoſitores autem catholici dicūt quòd à princ. capituli.*

ADDITIO I.

¶ Diſcuſſio ſeu examinatio harum duarū expoſitionū circa apparitionem Abrahæ factam in hoc loco, nō eſt ſic ſuperficialiter tranſeunda, ſicut in poſtilla. Cōiter.n. tenet eccleſia in hoc loco, Abrahę fuiſſe factam reuelationem de trinitate diuinarū perſonarum, & vnitate diuinæ eſſentiæ: Vnde eccleſia cōiter cantat, ꝙ Abraham tres vidit, & vnum adorauit: Sed diligenter aduertēti ſatis comprobatur veritas ex litera catholicæ expoſitionis ex multis. Primò: quia ſi hic eſſent duæ apparitiones, prima eſſet omnino ſuperflua. Cū enim dr̄, *Apparuit ei Dominus &c.* non exprimitur quod aliquid dixiſſet Dominus Abrahæ, nec econtra, quia ſtatim ſubdit, *Cumq; eleuaſſet oculos.* Ex quo patet, quod proceſſus ſeu forma illius viſionis conſiſtebat in apparitione illorum trium virorum: Et ſic exponit Ra. Moy. in libro de directione perplexorum ſcilicet quod apparitio Domini in hoc loco facta Abrahæ exprimitur per hoc quod ſequitur, *Cum eleuaſſet &c.* Item quia Angelo loquente cum Abraham de annunciatione Saræ, & ipſa ridente Deus locutus eſt Abrahæ continuando locutionem angelicā ſine aliqua interruptione quaſi eſſet idem Angelus ſcilicet qui loquebatur & Deus. Vnde dicit, *Dixit autem Dominus &c. Quare riſit Sa.* quod non eſt intelligendum de identitate eſſentiali, ſed de identitate repreſentatiua, ſcilicet quòd ille Angelus tunc loquebatur in perſona diuina, quam in illa apparitione repreſentabat. Item dictū Angeli ſcilicet reuertens veniam ad te &c. non legitur impletum niſi in hoc quod dicitur infra 21. cap. Dominus autem viſit. Sa. &c. In F quo apparet quòd ille angelus qui dicit ſe reuerſurum, & Dominus viſitans, accipiuntur in hoc loco pro eodem modo prædicto. Item hoc patet ex adoratione Abrahæ quòd poſtquam vidit tres, vnum adorauit, quod intelligendum eſt de adoratione latriæ. Dicit enim, *Et adorauit in terra.* quod vnum ab ipſo adoratum, Adonai vocauit, vt patet in littera hebraica. Item hoc patet ex obſequio Abrahę prędictis viris ſeu Angelis impenſo. Tum in locutione cum ſe vocat ſeruum. Vt cum dicit, *Ne tranſeas ſeruum &c.* Tum in hoc quòd ea quæ ad conuiuium parauerat per ſeipſum cum magna diligentia ſeu feſtinatione faciebat; vt cum dicitur, Feſtinauit Abraham in tabernaculum &c. Ipſe verò ad armentū cucurrit &c. qui feſtinauit &c. Tulit quoque butyrum &c. & poſuit coram eis: Vnde Orige. Conſydera protinus ſenem Abraham impigrum & alacrem in officijs. Itē quia ipſis recūbentibus dicitur, Ipſe verò ſtabat iuxta eos quaſi non audens conſidere cum eis, nec etiam illi ipſum Abraham ad hoc inuitabant, quæ omnia attenta dignitate Abrahæ & eius ſenectute irrationabiliter fierent, niſi hæc apparitio eſſet ſibi repreſentatiua diuinorum: & Abraham hoc ſpiritu prophetico cognouiſſet. Vnde Amb. in lib. de Abraham. Vide primò fidei myſterium: Deus illi apparuit, & tres aſpexit, cui Deus refulſit in trinitate, non ſine filio patrem ſuſcipit, nec ſine ſpirituſancto filium confitetur. Hæc ille. Ex quibus & alijs ad hoc corriſpondentibus in littera contentis ſi attentè conſiderentur, manifeſtè patet quòd hæc fuit vna apparitio incedens ad hoc quod dicitur, Apparuit autē ei Dominus, in principio huius c.18. vſque ad principium ſequentis c.ſ.19. vbi dicitur, Abijt Dominus poſtquam ceſſauerat loqui Abraham. Et ideo cum Angeli receſſiſſent abeundo Sodomam, interponitur, Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino, continuando prædicta dicendis ſub eadem apparitione. In qua Abrahæ poſtquàm à Deo audiuit, Ambula coram me, & eſto perfectus &c. prout ſuprà fuit dictum in additione in c. immediatè præcedenti, & recepit pactum Domini in carne ſua in fœdus æternum &c. ſ. ad æternitatem ducens: ut in glo. ſtatim fuit ſibi facta apparitio trium diuinarum perſonarum cum vnitate diuinæ eſſentiæ repreſentatiua: vt ille qui pater multarum gentium conſtituebatur à Deo in vera fide, vltimum terminum in quē fides tendit ſaltem ænigmaticè ſeu repreſentatiuè videret. Et conſequenter oſtenderetur eſſe interceſſor pro delinquentibus etiam alienigenis, tamquàm pater multarum gentium, vt patet in facto Sodomorum, quæ eſt ſecunda pars poſt principalem huius apparitionis. Vnde rectè conſideranti hæc expoſitio eſt vera apud catholicos & literæ magis conſona, licet fortè apud infideles diſtinctionem perſonarum in diuinis non recipientes poſſet irrationabiliter declinari, de quo catholicus exponens curare non debet, prout declaratum fuit in q. ſuper prologum arti. 5. Et notandum ꝙ licet in exordio creationis mūdi, & deinceps ſæpe pluralitas perſonarum diuinarum cum eſſentię vnitate innuatur, non tamen numerus determinatus diuinarum perſonarum explicitè oſtenditur vſque ad tempus Abrahæ in hac apparitione, ex quo dignitas Abrahæ demonſtratur, & præſertim in his quæ ad fidem pertinent.

¶ *In eo.c.18. vbi dicitur in poſtilla. Et adorauit adoratione duliæ.*

ADDITIO II.

¶ Hæc adoratio videtur eſſe latriæ, quia vbi dicitur, Domine ſi inueni gratiam &c. ibi ponitur Adonai: vt dictum eſt. Adorabat enim Abraham Deum repreſentatum per iſtos tres viros: Vnde Auguſt. Abraham in tribus viris Deum cognoſcebat, cui per ſingularem numerum loquebatur, etiam cum eos homines eſſe arbitraretur. Hæc ille. Nec valet quod hebræi dicunt: quòd unus apparebat quaſi Dominus inter alios, quem Abraham alloquebatur: nam Abraham ibi expreſsè vocat ſe ſeruum illorum, non tantum unius: dicit enim, Idcirco declinaſtis ad ſeruum veſtrum. De nominibus autem horum trium angelorum non videtur temerè aliquid aſſerendum: ſed veriſimiliter videtur eſſe dictum quod ille qui venerat ad denunciandum Sarę conceptum, à qua Chriſtus ſecundum carnem naſciturus H erat, eſſet Gabriel. Ipſe enim denunciauit Danieli tempus aduentus Chriſti. Dan. Similiter & Zacharię conceptum pręcurſoris ipſius Chriſti. Luc. Et finaliter beatę Virgini Chriſti conceptionem. Luc.

¶ *In eo.c.18. vbi dicitur in poſtilla. Secundum aūt aliam expoſitionem.*

ADDITIO III.

¶ Secundum verò expoſitionem, ſcilicet catholicam ſuprà dictam iſte qui vocatur hic dominus, eſt verus Deus ſub ratione deitatis ab Abraham apprehenſus, non habito reſpectu ad diſtinctionem perſonarum, ſicut in quàmplurimis locis ſacrę ſcripturę reperitur.

¶ *In eodem capitulo 17. vbi dicitur in poſtilla, Vltrà verò decem non auſus eſt deſcendere.*

ADDITIO IIII.

¶ Hiere. legitur: Circumite vias Hieruſalem, & quęrite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quęrentem fidem, & propitius ero ei ſcilicet Hieruſalem; ex quo videtur, quòd pro iuſtitia vnius tantum, nō eſſet irrationabile quòd liberaretur vnus populus. Vnde non videtur extraneum, quòd Abraham auſus fuiſſet petere quod Hieremias in perſona Domini concedebat. Ad quod dicendum ꝙ in hoc loco Deus loquitur more humano, vt doceret Abraham: qui (prout Deus in hoc loco teſtatur) pręcepturus erat filijs ſuis, ac domui ſuę poſt ſe cuſtodire viam Domini, & facere iudicium, & iuſtitiam, quoniam procedendum eſſet per viam iuſtitię in puniendis magnis flagitijs, quę publicam euidentiam habent, de quibus intelligitur, Clamor. Vnde ſecundum Ambr. Peccatum cum clamore, culpa cum libertate eſt. Et ideo iſtę collationes inter Deum & Abraham referendę ſunt ad informationem ipſius Abrahę modo humano, vt cum dicit, Deſcendam & uidebo, pręcipitationem iudicii compeſceret, pręſertim quo ad maiora crimina, quę quanto acrius ſunt punienda, tanto videntur tardius credenda, vt in glo. Abraham autem non petiuit in hoc loco miſericordiam ſimpliciter, ſed admixtam cum iuſtitia: Vnde dicit, *Abſit a te, vt oc. iu. cum im. &c.* Et ideo poſtquàm acceſſit ad numerum decem ceſſauit ultrà petere, ęſtimans quòd modicum quaſi nihil reputatur, ut dicit Philoſophus. Phy. Hieremias uerò in perſona Dei more diuino loquitur, cuius miſericordia eſt infinita, ut ſic etiam propter vnum tantum parcendum dicit eſſe quandoque cæteris.

REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRG. FICTOREM.

IN capitulo 18. exponit poſtillator apparitionem factam Abrahę ſecundum intentionem hebręorum & etiam doctorum catholicorum ad litteram multum ſufficiēter, & intelligibiliter: Sed quia myſticā expoſitionē hic nō tangit, ſed in opere ſuo morali Bur. dicit eū ſuperficialiter facere, & facit longā digreſſionē, q̃ tñ ad ſenſum litteralē non uř pertinere. Nā illū paſſum, Tres uidit & unū adorauit, ēt exponit de trinitate perſonarū & unitate eſſentię, per allegoriam. Similiter B. Aug. & Gl.ord. Vnde etſi in hac apparitione Deus repreſentabatur ad litteram, & in eius perſona fiebat locutio miniſterio Angelico in corporibus aſſumptis, Abraham



A Abraham tamē primò putabat eos eſſe homines, quibus humanitatis impendebat obſequia: ſed ex colloquio aliquid ſupra hoīes excellentiæ habere eos concepit, vtputa ſcire occultum, ſcire riſum, &c. quæ ex littera trahi poſſunt, vnde non dubitauit Deum adeſſe. Hæc eſt ſententia B. Aug. & Magiſtri hiſtor. Patet etiam in ſpeciali ex geſtis Abrahæ ipſum primò non intellexiſſe Deum vel Angelos fuiſſe in hac apparitione: Quemadmodum ſentit Burg. hic contra poſtillatorem. Nam ſtultum fuiſſet Deo vel Angelis pedū corporalem exhibere loturam, nec minus ſtultum intelligētijs infatigabilibus deputare locū quietis poſt laborem, multumq; irrationabile immortalibus proponere cibum. Qui enim cibo egent immortales eſſe nō poſſunt. Quod vidit Ariſtoteles in lumine naturali, & Abraham nō dubitauit, nec dubitare debuit ex lumine fidei. Ex quibus manifeſtum eſt quòd primum putabat eos homines eſſe, & pro tūc eis cultum duliæ tantummodo exhibuiſſe: ſed per colloquia, mores, & eorum concluſiones & determinationes continuo didicit Abrahā angelos eos eſſe, ipſumq; Deum repreſentare: Ideo aliquando loquebatur eis pluraliter dicens, Idcirco declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Aliquando ſingulariter dicens: Nunquid perdes iuſtum cum impio? ſicq; exhibuit eis cultū hyperduliæ: ſed ſi latriæ, recepit ſignatum pro ſigno, repreſentatum Deum pro repreſentantibus Angelis. Quibus benè penſatis ſoluuntur faciliter ea quæ per Burg. ſunt adducta in contrarium. In eodem cap. vbi poſtillator exponens adorationem Abrahæ dicit eam fuiſſe latriam, allegans ad hoc quod in hebræo habetur Adonai, ubi nos habemus Domine. Hoc videtur Burgen. fingere, quòd in hebræo ſcilicet habeatur Adonai. Nam Exod. dicitur Ego ſum Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac & Iacob, & nomen meum Adonai nō indicaui eis. Quomodo igitur Abraham vocaſſet dominum Adonai cum nomen illud non fuit ei notū nec indicatum? Et puto eum ſępe ſic fingere quando loquitur de hebraica veritate: Hoc tamen non vrget: quia ſecundum beatum Hiero. Adonai non eſt proprium nomen, quia interpretatur Dominus, vel dominator, quæ poſſunt conuenire alijs quàm ei cui latria eſt adhibenda. Nec valet inſtantia ad illud quod dicunt hebræi, vnum ex illis tribus apparuiſſe quaſi alijs præſtantiorem, quia dicit Burg. quod Abraham dixit ſe ſeruum omnium trium. Stat enim apparere regē cum quatuor vel quinque principibus. Inter quos rex apparet ſolēnior, & tamen quis dicat ſe ſeruum omnium. Sed in principali videtur Burg. implicare. Allegat enim B. Aug. quòd Abrahā arbitrabatur eos homines eſſe, ſicut & verum eſt, vt patet ex dictis in præcedenti. Et ibidem Burg. dicit Abraham Deo latriā exhibuiſſe in propoſito, qui ſingulariter de eis loquebatur. Vnde arguitur contra Burg. C quia Abraham in eodem litteræ contextu loquebatur de eis pluraliter igitur non exhibuit eis latriam à contrario ſenſu. igitur ſi exhibuit latriam, non exhibuit latriam, quæ eſt implicatio: Nec fortaſſe valet fugere ad myſterium trinitatis perſonarum, quia hoc in veteri lege fuit valde velatum, quamuis multipliciter fuit ſub velaminibus expreſſum. Nec Abraham adhuc in hoc loco in eo miſterio fortè plenè fuit inſtructus. Quibus ſic ſtantibus pro Burgenſi reſpondetur, quod cum Abraham eos quos æſtimabat eſſe homines, ex certis ſignis cognouit Angelos eſſe, & ipſos Deum repreſentare, locutus eſt eis ſingulariter, habendo reſpectum ad Angelos repreſentantes, & ita æſtimatione prima exhibuit illis duliam, vt vult poſtillator. Sed poſthæc melius inſtructus propter repreſentatum latriam exhibuit, vt vult Burgen. Et hunc intellectum videtur aperire idem Burgenſis, in additione ſequenti vbi dicit quòd Abraham apprehendit in hoc loco Deum verum ſub ratione deitatis, non habito reſpectu ad diſtinctionem perſonarum. Sed quid veritatis habeat hoc dictum Burgenſis quo ad aliqua, alium requirit tractatum. In eodem capit. vbi poſtillator dicit Abraham vltra decem non deſcendiſſe &c. Burgenſis, inſtat per illud Hierem. Circumite vias Hieruſalem. &c. vbi ſecundum quod Burgenſis exponit pro vnius iuſtitia tantum, conceditur venia toti communitati, non ergo fuiſſet extraneum Abraham petere pro paucioribus quàm decem. Hier.5.a Hic dico quòd illum paſſum Hieremiæ aliter poſtillator exponit & melius, dicens, quod Virum non accipiatur hic pro vnico tantum, ſed accipitur ſingulare pro plurali. Sicut Exod. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum. Exod.8.f Probat autem ſuam expoſitionem ex eo, quia ibi erant Hieremias, Baruch, & Abdemelech æthiops, qui iuſti commemorantur. De duobus primis dubium non eſt. De tertio dicitur Hierem. Anima tua erit tibi in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam ait Dominus. Hier.39.d Et hunc locum dimittit Burgenſis intactum: Nec valere videtur diſtinctio Burgenſis, de modis loquendi hic & ibi diuino ſcilicet & humano, quia vtrobique ſunt quæſtiones, non deciſiones. Deus enim parcit aliquando multis propter paucos: aliquando autem non parcit propter multos. Nam in Reg. habetur quomodo non pepercit Samariæ: ſed totam afflixit fame propter idololatriam, cum tamen ſaluati fuerint ſeptem millia virorum qui non curuauerant genua ſua ante Baal, ibidem. 3.Reg.18. Sic & aliquando punit multos propter vnum, ſicut propter peccatum Dauid in Reg. quorum omnium cauſas quærere non eſt præſentis propoſiti. 2.Reg.vlt.

B

GLOSSA ORDINARIA.

Cap. XIX.

a VEneruntq; duo Angeli &c. Notandum quòd tres Angeli numero impari Abrahę apparent, quia numero impari Deus gaudet. Sodomam venerunt pari numero id eſt duo, qui numerus primus ab vnitate recedit, & princeps eſt alteritatis, quaſi fœmineam figurans molliciem. Venerūt in ueſpere, quia iam Sodomitis occubuerat ſol iuſtitię.

b *Qui cum vidiſſet, &c.* Dum occurrit Lot & adorat, Angelos uidetur intelligere: dum ad refectionem corporis inuitat, homines uidetur putare. Sed de his, & de illis qui Abrahę apparuerunt, idem intelligendum eſt. Ex hoc autem loco ſcripturę & multis alijs commendatur virtus hoſpitalitatis. Vnde Paulus Hebr. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis hoſpitio receptis. Heb.13.a

c *Lauate.* qđ hoſpitib9 ſolet fieri, vt affect9 terreno puluere ſordidati, & accidia, & puſillanimitate tāq̄ puluerulētis ſqualloribꝰ emūdēt. Vñ ĩ monaſterijs ꝑ uenietibus de uia orō celebrat. *Moraliter.*

*Compulit*

Cap. XIX.

a VEneruntque duo angeli Sodomam ue-

a ¶ Expectante cuiuſlibet hoſpitis aduentum.

ſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis.

a ¶ Vt appareret quàm hoſpitalis eſſet.

b Qui cum uidiſſet eos, ſurrexit & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terram, & dixit: Obſecro, domini, declinate in domum pueri ueſtri, & manete c ibi: lauate pedes ueſtros, & mane proficiſcemini in uiam ueſtram. Qui dixerunt: Mini-

a ¶ Futurum exterminium ſignificant, dum ſe immunes & abhorere flagitia Sodomorum monſtrant.

me, ſed in platea manebimus.

NIC. DE LYRA. Cap. XIX.

a VEneruntque duo Angeli. &c. *Hic conſequenter deſcribitur Abrahæ exauditio, quantum ad liberationem ipſius Lot, in qua ſic proceditur, quia primò ponitur deſtructionis Sodomæ occaſio. Secundo ipſius Lot liberatio. ibi, Iam propè erant vt effringerent fores. Tertio deſtructionis executio, ibi, Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam. Quarto inceſtus perpetratio, ibi, Aſcenditq; Lot de Segor. Circa primum ſciendum, quòd licet peccata præterita demeruiſſent ſubuerſionem Sodomorum, tamen vltima occaſio fuit ex nefario crimine, quod volebant cum Angelis in ſpecie iuuenum apparentibus exercere, quod deſcribitur cum dicitur,* D

a Veneruntq; duo Ang. Sodomam, &c. *Vnus ad ſubuertendum patriam, alius ad liberandum Lot & eius familiam.*

b Veſpere. *Tantum enim tardauerunt, vt viderent ſi Dominus parceret terræ propter preces Abrahæ, quia erant Angeli boni.*

c Sedente Lot in foribus ciuitatis. *Dicunt hic hebręi, quod illa die ſederat tāquàm principalis inter iudices, qui tunc temporis ſedebant ad iudicandum in porta ciuitatis: Sed iſtud non conſonat litterę ſequenti infra eod. cap. vbi dicitur ipſi Lot: Ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices? quaſi dicatur, non: & ideo melius dicitur, quòd in domo Abraham didicerat hoſpitalitatem, & ideo circa veſperam venerat ad portam ciuitatis, vt videret ſi venirent peregrini, & eos duceret ad domum ſuam. Et ideo ſubditur,*

d Qui cum uidiſſet eos. *ſcilicet in ſpecie uirorum.*

e Surrexit & iuit &c. *Credens eos eſſe homines peregrinos.*

f Adorauitque. *adoratione dulię, vt facilius inclinaret eos ad declinandum in domum ſuam. Sequitur,*

g Qui dixerunt, minime. *Videtur quòd mentiti ſint Angeli: quia intendebant ad domum eius declinare. Dicendum quòd non: quia licet intenderent finaliter illuc ire, tamen non intendebant immediatè ire ad petitionem primam ipſius Lot, vt per hoc ¶ declararetur*

MORALITER.

*Veneruntq; duo Angeli Sodomam veſpere.* In hoc capitulo tria deſcribuntur, ſcilicet ipſius Lot ſalus, Sodomorum interitus, & ipſius Lot inceſtus Circa primum dicitur,

a *Veneruntq; duo Angeli Sodomam veſpere.* Per quos deſignantur prędicatores ſimul combinati, ſicut dicitur Luce de prędicatoribus Euangelij. Miſit illos binos ante faciem ſuam &c. Qui debent denunciare Sodomæ ideſt congregationi malorum deſtructionem. Luc.10.a

b *Sedente Lot in foribus ciuitatis.* Vt peregrinos duceret in domum ſuam, per quod deſignatur quòd homo iuſtus ſtudeat alios inducere ad iuſtitiam. Prouerbio. Excogitat iuſtus de domo impij, vt retrahat impios à malo. Et quoniam ſicut iuſti nituntur impios à malo retrahere, ſic impij iuſtos ad malū inducere, ideo ſubditur, Prou.21.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Compulit illos. Alchu. Angeli quaſi coacti domū Lot ingrediuntur, vt charitas ipſius tentata & probata remuneraretur, & vt oſtenderet quantū eſſet hoſpitalitatis bonū. Hoſpitalē domū ingreſſi ſunt, & hoſpitem liberauerunt clauſis hoſpitibus domos ignis ingreſſus, peccatores perdidit.

b Habeo duas filias. Aug. Vtrum admittenda ſit compenſatio flagitiorū vel quorumlibet peccatorū, vt faciamus mala, ne fiant grauiora. an perturbationi Lot non ſit conſilium tribuendum, merito quæritur? & nimirum periculoſiſſimè hæc compenſatio admittitur. Si autem perturbatio mentis fuerit: nullo modo eſt imitanda.

c Et introdux. ad ſe Lot Gregorius moral. Malis aduerſantibus intra domum Lot reducitur & munitur, quia quiſque iuſtus prauorum inſidias ſuſtinens, ad mentem reuertitur, & manet interritus. Sodomitæ in domo Lot oſtium inuenire nequeunt, quia corruptores mentium contra vitam iuſti nullum reprehenſionis aditū inueniunt,

a Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum: Ingreſſisque domum

a Quia humana forma indutos uel ueſtitos videbat.
b Quia immunis a fermento nequitiæ Sodomorum.

illius fecit cōuiuium & coxit azyma, & comederūt. Prius aūt quàm

a Quia tranquillitatem caſtitatis ſemper inquietare molitur circumſtrepens fartago libidinum.

irent cubitum, viri ciuitatis uallauerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri qui introierunt

a Filij noctis operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis.

ad te nocte? Educ illos huc vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum accludens oſtium, ait: Nolite (quæſo) fratres mei, nolite malum hoc facere.

a Perturbatus flagitium flagitio vult commutare.

† Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis, ſicut uobis placuerit, dummodo

a Hominès tantum putabat.
a Mos fidelium eſt ab omni iniuria hoſpites defenſare.

† viris iſtis, nihil mali faciatis quia ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei. At illi dixerunt: Recede illuc. Et rurſus: † Ingreſſus es (inquiunt) vt aduena, nunquid ut iudices? Te ergo ipſum magis

a Quaſi peregrina iudicia non recipimus.
a Quos tentatione libido ſuperare non poteſt, grauioribus ſtimulis vrget.

quàm hos affligemus. † Vimque faciebant Lot vehementiſſimè. Iamque propè erat, ut effringerent fores: & ecce miſerūt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clau-

a Qui cū caſtitas pene vſque ad lapſum impetitur, ſæpè bonorū adiutorio intra conſcientiæ clauſtra inuiolata ſeruatur.
a Quia aditus cordis cōtra prauos motus ratione munitur.

## NIC. DE LYRA.

declararetur magis pietas ipſius, & daretur alijs exemplum hoſpitalitatis. Ideo ſequitur,

a Compulit illos oppido. ideſt, ualde, & tunc acquieuerūt: Simile habetur de duobus diſcipulis euntibus in Emaus, cum quibus Dominus erat in ſpecie peregrini, & finxit ſe longius ire, cum ſubditur, quod coegerunt eū. & remanſit cum illis: Ex quo patet quod ad ſimplicem inuitationem non remanſit cum eis. et ex iſtis locis & ſimilibus habetur quòd peregrini non ſolum ſunt inuitandi ad hoſpitium ſuperficialiter & leuiter, ſed cum inſtantia magna.

b Coxit azyma. &c. Ex hoc loco dicunt hebræi, quòd tempus erat paſchale, in quo præcipitur in lege, quòd iudæi comedant azymos panes ſeptem diebus. Et quòd Lot iſtam obſeruationem didicerat in domo Abrahæ. Sicut enim aliqua alia cerimonialia ante dationem legis obſeruabantur. vt de circunciſione dictum eſt: Et de obſeruatione ſabbati Ita dicunt hic de obſeruatione paſchali: Sed hoc videtur falſum: quia vbi agitur de exitu filiorum iſrael de Aegypto dicitur, quod exierunt nocte paſchali. Et cauſa quare tunc comederunt panes azymos aſſignatur, quia non poterant tunc aliquid fermentare, eo quod Aegyptij cogebāt eos exire. ex quo manifeſtè patet, quòd non habebant azyma comedere ex aliqua obſeruatione prius inſtituta, ſed ex hoc quòd in illo exitu fuerunt coacti vti azymis, inſtitutum eſt vt de caterò in ſolemnitate paſchali azymis vterentur, in memoriam ſui exitus de Aegypto. hoc etiam videtur ex nomine paſchæ quod tranſitus interpretatur, eo quòd illa nocte angelus Domini tranſijt per Aegyptum, ægyptios percutiens, & filios Iſrael ſaluans, & quia eadem nocte filij Iſrael inceperunt exire de Aegypto ſe diſponendo ad exeundum in mane, vt videbitur, vt trāſirent ad terram promiſſionis. Propter quod non videtur quod antea eſſet aliqua obſeruantia paſchalis. Et ideo quando dicitur, Coxit azyma, hoc eſt, quia tales panes citò poſſunt fieri hoſpitibus aduenientibus. Sequitur,

c Omnis populus ſimul, Synecdoche eſt locutio, ſicut dicitur, Tota ciuitas currit ad tale ſpectaculum, licet aliquando maior pars remaneat. Non enim eſt veriſimile quod totus populus vnius ciuitatis magnæ eſſet circa domum Lot.

d Educ illos & cætera. concubitu nefario.

e Egreſſus ad eos Lot poſt & cætera. ne intrarent domum eius, & impeterent hoſpites quos adhuc credebat eſſe homines.

f Habeo duas filias & cætera. Hoc dixit vt euitaretur maius malum, ſcilicet vitium contra naturam, & violentiam hoſpitum ſuorum. De iure enim naturali eſt conſeruare hoſpites. Et patet littera. Hic quærendum eſt vtrum Lot peccauit offerendo filias illis luxurioſis? Et videtur quòd non, quia de duobus malis minus malum eſt eligendum: ſed maius malum eſt vitium contra naturam, quam deſloratio virginum per ſtuprum ergo &c. Item Moyſes permiſit dare libellum repudij, quod erat illicitum, ſecundum quod dicit ſaluator ad duritiam cordis veſtri &c. Et hoc ad euitandum maius malum ſcilicet uxoricidium. Vnde dicit gloſſa ibidem. Permiſſum eſt eis, vt vxores dimitterent ne eas occiderent; & tamen Moyſes ſanctus fuit, nec in hoc peccauit: ergo & ipſe Lot potuit concedere filias ſuas ad euitandum vitium contra naturam, & violentiam hoſpitum ſuorum. Item licitè permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia turbentur libidinibus ſecundum Auguſtinum. Contrarium videtur per dictum Auguſtinū. quòd Lot turbatus dixit hoc, quia tales commutationes non ſunt faciendæ. Dicendum, quòd illicitum fuit ſibi concedere abuſum filiarum ſuarum. Charitas enim eſt ordinata, & ideo nullus debet committere aliquid inordinatum quo ad ſe, vt præcaueat maiori peccato alterius. Vnde ſecundum Auguſtin. lib. contra mendacium, etiam ad præcauendum homicidium non eſt mentiendum. Lot autem non potuit offerre filias ſuas modo prædicto, quin conſentiret in re, quod erat peccatum de genere, non ſolum veniale ſicut eſt mendacium officioſum, ſed etiam mortale, tamen exoneratus fuit à tanto, & ſi non à toto. Tum ratione perturbationis mentis in qua erat: Tum quia vitio peſſimo in ſuis conciuibus, & violentię in ſuis hoſpitibus occurrere intendebat. Ad primum in contrarium dicendum, quod verum eſt in corporalibus, ſed quòd homo faciat peccatum quodcunq; minimum ad euitādum maius in alio: non eſt licitum. Non enim facienda ſunt mala, vt veniant bona, ſecundum quod dicit apoſtolus. Ad ſecundum dicūt aliqui, quod Moyſes non conceſſit ex ſe, quia peccaſſet, ſed ex auctoritate domini qui poteſt matrimonium coniungere & diſſoluere prout ſibi placet. Nec illi qui ſic vxores dimittebant peccabant quantum erat ex ipſa dimiſſione, ſicut nec filij Iſrael peccauerunt ſpoliando Aegyptios auctoritate Domini, qui poteſt prout vult vni auferre, & alteri dare. Poterat tamen eſſe peccatum in dimittentibus ex alia cauſa ſcilicet ſi iniuſtè odiebant vxores vel huiuſmodi. Sed hoc dictum non videtur conſonum verbo ſaluatoris dicentis, quod ſi quis dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit mœchatur: quod non eſſet verum, ſi primum matrimonium eſſet diſſolutum. Et ideo aliter poteſt dici, quod repudium vxoris fuit permiſſum, quia non puniebatur in lege, non per hoc quod foret licitum, ſicut & dare ad vſuram extraneo, vt habetur Deut. vbi de hoc plenius dicetur. Ad tertium dicendum, quod lex humana permittit meretrices: inquantum non punit talem fornicationem, quia non poteſt omnia punire, ſed aliqua rationabiliter dimittit Dei iudicio punienda: non tamen licitum eſt legiſlatori ad meretricium vel fornicationem inducere, etiam pro maiori malo vitando. Quod autem inducitur quod de iure naturali eſt conſeruare hoſpites ſuos, & cętera. Dicendum quod quilibet tenetur hoſpites tueri inquantum poteſt per modum licitum, non tamen debet peccare ad eorum tuitionem propter ordinem charitatis, vt dictum eſt.

g Iam prope erat & cætera. Hic interponitur ipſius Lot liberatio, quia violentia ſuper ipſum increſcebat.

h Et ecce miſerunt manum & cætera. ideſt angeli: quia tempus erat vt oſtenderent poteſtatem angelicam.

i Et introdux ad ſe Lot. inuitis omnibus qui erant circa domum.

Et eos

## MORALITER.

*† Viri ciuitatis valla. do. vt cum angelis, quos homines putabant, iacerent opus nefarium; ſed quoniam iuſtus pro poſſe malum nititur impedire, ideo ſubditur in perſona eius,

f Habeo duas fil. &c. Per quas intelligi poſſunt ſubſtantia temporalis & corporalis vita. Hæc enim pro proximi ſalute ſunt exponenda. Sed quia mali nolunt acquieſcere verbis bonorum, Ideo percutiuntur primo cæcitate per obſtinationem. Et ſecundò, igne & ſulphure per æternam damnationem. Pars illorum in ſtagno ignis & ſulphuris. Dicitur autem ipſi Lot, per quem figuratur iuſtus: * Noli reſpicere



A percuſſi cæcitate quaſi domum circumeunt, quia inuidentes facta & dicta perſcrutantur. Sed quia de vita iuſti fortis & laudabilis actio vbiq; obuiat, errantes parietem palpant.

a Percuſſeruntq; cęcitate. Aug. Grecæ ἀορασία, id eſt auidentia, ſi poſſit dici, quæ faciat non videri, non omnia, ſed quod non eſt opus. Quomodo .n. deficerent quærendo oſtiū, ſi cæcitate percuſſi eſſent, vt nihil viderēt? Sua enim calamitate turbati, nihil vlterius requirerent. Hac aoraſia percuſſi erāt, qui Heliſeum quærebant, & qui Chriſtum poſt reſurrectionem cum ipſo ambulantes non cognoſcebant.

b Egreſſus itaque Lot &c. Hieron. In ſequentibus filiæ Lot virgines fuiſſe leguntur: Et ipſe ad Sodomitas dixit, Ecce duæ filiæ meę, quæ non cognouerunt virum &c. Nunc autem dicitur habuiſſe generos. Sed quidam arbitrantur eas, quæ viros habuerunt in Sodomis periſſe, & quæ virgines erant cum patre exiſſe. Sed hebraica ueritas habet, Egreſſus eſt Lot, & locutus eſt ad ſponſos, qui accepturi erant filias eius. Virgines ergo filiæ necdū fuerāt matrimonio copulatæ.

c Cumq; eſſet mane &c. Iſido. Lot frater Abraham iuſtus & hoſpitalis, in Sodomis ſignificat corp⁹ Chriſti, quod in omnibus ſanctis inter impios gemit, quorum factis non conſentit, & à quorum permixtione liberabitur in fine ſæculi illis damnatis ſupplicio ignis ęterni.

d In monte. Stra. Mons altitudinem virtutum ſignificat, ad quam angelus hortatur, ſecundū illud Math. Si vis perfectus eſſe, uade & uende omnia quę habes &cet. Qui uerò uiderit ſe non poſſe conſcendere, melius eſt ut in Segor, id eſt in paruula remaneat, contentus laicali & communi uita, quàm mōtem uirtutis arripiat, & ad ſecularia redeat. Virginitas altus mōs eſt ad quam angelus hortatur. Si quis uidet ſe non poſſe conſcendere, maneat in Segor, id eſt in legitimo coniugio, quia melius eſt mediocri bono uti, quàm per abrupta libidinis pręcipitari. Vnde Cor. Propter fornicationem unuſquiſq; uxorem habeat. Nec poſſum in monte, ſcilicet perturbatus non credebat Domino, quem in angelis agnoſcebat, ſicut perturbatus filias proſtituebat.

e Eſt ciuitas hæc &c. Iſid. Sodoma interpręttatur cęcitas, & exprimit mūdana deſyderia. Altitudo montium ſpeculatio perfectorum. Sed quia multi mundi illecebras fugiunt, tamen in actione poſiti contemplationis apicem ſubire nequeunt. Exiuit Lot à Sodomis, ſed ad montana non peruenit. Vñ Lot ait. Eſt ciuitas hæc &c. Iuxta dicitur, & tamen ad ſalutem tuta, quia actiua uita nec à mūdi curis ex toto diſcreta, nec à gaudio ęternę ſalutis eſt aliena.

f Ad quam poſ. &c. Qui ad cōtemplatiuam aſcendere non ſufficiunt, ad actiuam uitam confugiunt in qua ſaluantur. Grego. Moral. Arentem Sodomam fugere eſt incendia carnis declinare. Altitudo montium mundi contemptus. Vel in monte ſunt qui carnali copulę inhęrent, ſed niſi cura ſuſcipiendæ prolis, nulla ſoluuntur uoluptate carnis. Sed quia multi carnis ſcelera deſerunt, nec tamen in coniugio carnis poſiti, uſus ſolummodo

ſeruntque oſtium, & eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent.

a Auidentia.
a Ita vt iniuſto nihil reprehenſibile viderent.
a Cætera videbant.

Dixerunt autem ad Lot: Habes hic quempiam tuorum generum aut filios, aut filias? Omnes qui tui ſunt, educ de urbe hac. Delebimus enim locum iſtum,

a Familiares Lot, merito eius poſſent ſaluari, ſi voluiſſent cum eo à malis longè fieri.
a Quaſi plus ualuit apud eos malum inolitum, quàm bonum inſolitum.

eò quòd increuerit clamor eorum coram domino, qui miſit nos vt perdamus illos. † Egreſſus itaque Lot, loquutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erant filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco iſto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cumque

a Quos prauæ conſuetudinis amor ligauerat.
a Quia opus lucis eſt a malis recedere.

eſſet mane, cogebant eum angeli, dicentes: Surge * tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum uxoris * ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret dominus illi: eduxeruntque eum, & poſuerunt extra ciuitatem, ibique locuti † ſunt ad eum dicentes. Salua animam tuam. Noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas. Dixitque Lot ad eos: Quæſo domine mi, quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecū, ut ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat me malum & moriar. Eſt ciuitas hæc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, &

a Qui aliquo affectu carnali malorum conſortium exire diſſimulant, crebra bonorum admonitione cogendi ſunt, ne bonos mores corrumpant exempla malorum.
a Ne redeas ad Sodomam.
b Quia nemo mittens manum in aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.
a Sicut ſodomitica extera fuge vitia.
a Culmine virtutum.
a Necdum ſe perfectioni virtutum idoneum ſentiebat.
b Si cœpero ſcilicet quæ ferre non poſſum.
a Segor quæ ſic uocata eſt, ex quo Lot dixit, Eſt ciuitas parua.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et eos &c. Non taliter quod nihil viderent, ſed quia non videbant ea quæ quærebant & volebant videre, & vocatur talis cæcitas ἀορασία, capiendo pro ἀκρισία, quod eſt priuatio iudicij. Eodem modo percuſſi fuerunt illi qui quęrebant Heliſeum, vt habetur Reg.

b Dixerunt autem ad Lot. Reuelantes ei quòd eſſent angeli miſſi ad deſtruendum ciuitatem propter populi iniquitatem.

c Habes hic quempiam tuorum gen. &c. Et hoc dicunt hebręi quòd Lot habebat duas filias maritatas in ciuitate, quarum filij hic filij Lot vocantur. Sed hoc non videtur verum, quia infrà dicitur, quod Lot iuit ad generos ſuos, qui accepturi erant filias ſuas, vt ſaluaret eos, & multo fortius ſi habuiſſet in ciuitate filias maritatas & nepotes, citius iuiſſet ad ſaluandum eos, cætera patent vſque ibi,

d Et viſus &cæt. Id eſt irriſoriè. Volebat enim Dominus quod perirent cum alijs. per iſtos deſignantur peruerſi & in peccatis obſtinati, qui quando audiunt comminationes de diſtrictione iudicij futuri, reputant quaſi ridiculum.

e Cumque eſſet mane. Tota enim nocte fuerat deprecatus in oratione pro populi liberatione.

f Cogebant eum angeli. Volentes diuinum mandatum exequi.

g Diſſimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum &c. Quia ſemper retardabat quęrens miſericordiam Dei ſuper populum. Sequitur,

h Salua animam tuam. Ac ſi dicerent, Sufficiat tibi ſaluare vitam tuam, & illorum qui tecum ſunt.

i Noli reſpicere &c. Per inordinatum affectum ad ea quę remanent in ciuitate, quia hoc eſſet contra diuinam iuſtitiam, quam tibi annunciauimus.

K Nec ſtes in omni circa regione. Quia venerant ad ſubuertendum cum Sodoma quatuor alias ciuitates, & etiam ſpatium intermedium.

l Sed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas &c. Hebrei dicunt, In monte, id eſt prope Abraham, eo quod eius precibus Lot ſaluabatur, Alij expoſitores dicunt, In monte propinquo ciuitati Sodomæ; quia dominus volebat deſtruere vallem in qua erant predictę ciuitates.

m Dixitq; Lot &c Licet enim loqueretur duobus angelis: tamen direxit ſermonem ſuum ad illum qui venerat ad ſaluandum ipſum.

n Nec poſſum in monte ſaluari. Secundum expoſitionem hebręorum, In monte: id eſt propè Abraham qui tunc manebat in monte, magis tamen remoto à Sodoma quā mons ille de quo loquuntur alij expoſitores; timebat enim Lot ſecundum expoſitores hebræorum, ne ſi veniret iuxta Abraham qui erat ſanctus: eius imperfectio magis appareret & à Deo puniretur, qui tamen de Sodomis ſaluabatur, in quorum comparatione iuſtus erat. Simile habetur Reg. de muliere Sareptana, quę dixit ad Heliam: Ingreſſus es ad me, vt memorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. Alij expoſitores dicunt, quòd Lot dixit hoc, eo quòd mons ille propinquus erat Sodomæ, & timebat ne ſubuerſa ciuitate mons rueret. Vel quia erat ſenex, timebat ne frigus ipſum apprehenderet ibi & infirmaretur. Et ideo petit pro alio loco.

o Eſt ciuitas hæc iuxta: ad quam poſſum fugere parua, & ſaluabor in ea: Acſi dicat; Modicus eſt ibi populus, & per conſequens iniquitates eius non ſunt tantæ ſicut aliarum quatuor, propter quod facilius poteſt parci illi ciuitati.

Et ſaluabor

## MORALITER.

* i Noli reſpicere poſt tergum. Quia damnatis non eſt compatiendum: ſed magis de diuina iuſtitia congaudendum. Pſal. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Circa ſecundum ſcilicet ſalutem ipſius Lot dicitur,



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſolummodo debiti iura conſeruāt. Exiit Lot de Sodomis, ſed nō mox ad montana peruenit, quia damnabilis vita relinquitur, ſed adhuc celſitudo coniugalis continentiæ ſubtiliter non tenetur. Eſt in medio Segor quę fugiētem infirmum ſaluet, quia cum per incontinentiam miſcentur coniuges, lapſus ſcelerum fugiunt, & cū venia ſaluantur, & quaſi paruam ciuitatem inueniunt, in qua ab ignibus defenduntur: quia coniugalis vita nō virtutibus mira eſt: ſed tantum a ſupplicijs ſecura. Vnde, Eſt ciuitas hęc &c. Vitam ſuā coniuges: quaſi in parua ciuitate cuſtodiūt quando pro ſe aſſiduis orationibus intercedunt. Vnde ad Lot dicitur,

*a Ecce etiā in hoc ſuſce. preces tuas*, Quia cum Deo oratio funditur, talis vita
1 Cor. 7 a coniugij non damnatur. Vnde Cor. Nolite fraudare inuicem &c.

In morali. li. 14. c. 10. to. 1. *b Igitur dominus pluit ſuper &c. Grego.* Sulphur, fœtor carnis; Ignis ardor carnalis deſyderij. Cū Dominus carnis ſcelera punire decreuiſſet, qualitate vltionis innotuit macula criminis. Sulphur enim fœtet, ignis ardet. Qui ergo ad peruerſa deſideria carnis fœtore arſerāt, iure ſulphure & igne perierunt: vt iuſta pœna diſcerent, quod iniuſto deſiderio feciſſent. *Strab.* Notandū quia primos peccatores aqua diluuii exterminauit, qui ſimiliter offenderant Deū concupiſcentia carnis. Sodomitæ verò grauiori ſupplicio ignis, ſcilicet, & ſulphuris diluuio perierunt. Licet enim illi menſuram excederent, quaſi naturaliter peccabant; Iſti verò cōtra naturā, ideo grauiſſimi ſupplicij exēplo dānati ſunt.

Sodomorum interitus. Iſa. 13. d. Iere. 50. f. Eze. 16. f. Oſe. 11. c. Amos. 4. d. Luc. 17. f. Iudæ. 1. b. Sap. 10. b.

*c Vniuerſos habita. Alchu.* Infantes cum parētibus in Sodomis cremati ſunt, ne poſſet aduerti impijſſimū facinus Sodomitarum ſi de origine eorū aliquod remaneret veſtigium. Et prouiſum eſt illis, ne diu viuētes ſequerētur exēpla patrū, & grauius inde punirētur. Parentes quoq; tā pro ſe quā pro eis rei ſunt. Mors enim filiorum crimen eſt parētum. Ideo futuri ſunt accuſatores eorum. Eſt etiam qualecunque beneficium, non reum eſſe qui glorioſus non eſt. prodeſt enim pauperē non eſſe, qui rex eſſe nō pōt.

23. q. 5. §d ergo. 1. q. c. Eccleſ. §. ite paruu. Ios. 24. q. 3. §. in princ. 32. q. 7. flagitia. 42. diſ. §. 1. De pe. diſ. 3. cap. ſunt plures. §. auctoritas: de ex. ceſſ. prælat. c. clerici.

F

Myſtice Super Geneſ. c. 19. Luc. 9. g.

*d Reſpiciens q; vxor eius. Iſid.* Vxor eorū genus figurat, qui gratia vocati retrò aſpiciunt & ad ea quæ reliquerāt redire contendunt. de quibus dicitur Luc. Nemo ponens manum in aratro & reſpiciēs retrò, aptus eſt regno Dei. Ideo prohibetur illis retrò aſpicere. In quo oſtenditur non eſſe redeundum ad veterem vitam, his qui per gratiam ſunt regenerati, ſi vltimū cupiūt euadere incendium. Vxor retroſpiciens in ſalem verſa eſt, exemplum facta ſcilicet & condimentum vnde alij ſaliantur: vnde Chriſtus ait
Luc. 17. g Luc. Mementote vxoris Lot, vt nos ſcilicet tanquā ſale condiret, ne negligentes eſſemus, ſed prudenter caueremus.

Propter Abrahā liberatus eſt Lot.

Lot timidus egreditur Segor.

*e Cum enim ſubuerteret.* Innuit ſcriptura magis meritis Abrahæ Deum liberaſſe Lot, vt intelligamus iuſtum eſſe dictum
Iuſtitia, Lot. quodammodo: Maximè, quia colebat vnū verumq; Deum, & comparatione Sodomorum; inter quos viuens ad ſimile ſcelus flecti non potuit.

*f Recordatus eſt Abraham &c.* Patet meritis Abrahæ Lot fuiſſe liberatum, quem ſcriptura appellat iuſtum. Et ſciendum, quia iuſtus erat, non ſicut Abraham, ſed comparatione Sodomitarum.

In q. Heb. Gen. 19. c. 3. Quæſtio. Segor. *g Aſcenditq; &c.* Sic coniugati de humilitate actiuę vitæ, aliquando aſcendunt ad altitudinē contemplatiuę. *Aſcenditq; Lot de Segor &c. Hiero.* Quæritur primum cur mōtis fugæ Segor prętulerit, & eā in qua habitaret liberari uoluerit? Rurſus cur de Segor ad montem tranſierit. Reſpōdebimus, ueram eſſe hebręorum de Segor coniecturam, quòd frequenter terræmotu obruta, primum Bale, & poſt Saliſa dicta ſit: timueritq; Lot dicens, Si cęteris ſtantibus iſta ſępe ſubuerſa eſt, quantòmagis in communi ruina non poterit liberari? & hanc occaſionem infidelitatis, cauſam inceſtus fuiſſe. Qui enim cæteras viderat ſubrui, & hanc ſtare, ſeque Dei auxilio erutum, de eo quod ſibi conceſſum audierat, ambigere non debuit.

G

*a Dixitq;*

a ¶ Hoc eſt, non ſufficit imbecillitati meæ ad vitam.

ſaluabor in ea: Nunquid non modica eſt, & uiuet anima mea? Dixitque ad eum. Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, ut non ſubuertam urbem, pro qua loquutus es. Feſtina & ſaluare ibi, quia non potero facere quicquàm, donec ingrediaris illuc. Idcirco uocatum eſt nomen urbis illius Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor. † Igitur dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham, ſulphur & ignem à domino de cœlo; & ſubuertit ciuitates has & omnem circa regionem, uniuerſos habitatores urbium, & cuncta terrę uirentia. † Reſpicienſque uxor eius poſt ſe uerſa eſt in ſtatuam ſalis. Abraham autem conſurgens mane, ubi ſteterat prius cum domino, intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & uniuerſam terram regionis illius; uiditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum. Cum enim ſubuerteret dominus ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Lot de ſubuerſione urbium, in quibus habitauerat. Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte, duę quoq; filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo.

a ¶ Quaſi: Qui poteſt capere capiat.
a ¶ Id eſt acquieſco precibus tuis.
a ¶ i. parua. b ¶ Quia corrupta ciuitas ſub luce dānata eſt.
a ¶ Fugiens incendia Sodomæ.
a ¶ Putorem. b ¶ Vt terra in ęternum areſceret, non ſicut poſt diluuium vireſceret.
a ¶ Diuino iudicio, quia putore & ardore luxuriæ computruerant.
b ¶ Quia clamor peccati eorum aſcenderat in cœlum.
a ¶ Quæ ſimilia faciebat.
a ¶ Quibus delectati fuerant.
a ¶ Quaſi mente euerſa, ut fatuos hoc exemplo condiret.
b ¶ Condimentum fidelium, pœna impij, eruditio iuſti.
a ¶ Per reliquias combuſtionis imprimitur nobis memoria ſubuerſionis, ad exemplum correctionis.
a ¶ In quem prius monente domino aſcendere noluit.

NICO. DE LYRA.

¶ a Et ſaluabor in ea, *Quod etiam conceſſum eſt ei. Sequitur,*

b Feſtina & ſaluare ibi, *Sicut petiſti.*

c Quia non potero facere quicquam, &c. *Hoc autem dixit angelus, qui erat miſſus ad ſubuertendum. Sciebat enim volūtatem Domini de liberatione Lot, contra quam venire non poterat, nec volebat.*

Preces iuſtas, facientuam hebr. pro euadiuite.

d Idcirco vocatum eſt nomen urbis illius Segor. *Id eſt parua: propter verbum Lot, qui dixerat, Nūquid nō modica eſt &c. Sequitur,*

e Igitur dominus pluit. *Hic ponitur ſubuerſionis executio, & quia pœna debet correſpondere peccato, Ideo ſubditur,*

f Sulphur & ignem &c. *Ignis enim ſulphureus habet ardorem, & fœtorem ad ſignificandum vitium Sodomorum, cuiuſmodi eſt vitium contra naturam, quod fœtet vilitate, & ardet concupiſcentiæ feruore.*

g Et ſubuertit ci. &c. *Per miniſterium angeli. Dicunt enim hebræi, quòd illæ quatuor ciuitates erant ſituatæ ſuper rupem vnam, & angelus ſubuertit rupem illam, & per conſequens ciuitates deſuper ſituatas. Alij expoſitores dicunt,* Subuertit. *Ideſt deſtruxit igne ſulphureo prædicto.*

h Reſpicienſque &c. *Inordinato affectu contra præceptum angeli.*

Peccatum vxoris Lot. Vxor Lot in ſtatuam ſalis verſa. Luc. 17. a. Supra. 18.

i Verſa eſt &c. *Dicunt autem hebræi, quòd hoc fuit quia nocte præcedenti peccauerat in ſale, vt ſic pœna correſponderet peccato: petenti enim Lot ſal pro condimento cibi angelorum quos homines credebat, ipſa renuit apportare, quia ſecundum modum Sodomorum, inter quos habitabat, affectum ad hoſpites non habebat. Noſtri autem expoſitores dicunt quod factum ſit in figura. Sal enim condimentum eſt ciborum, & ideo vxor Lot reſpiciens retrò verſa eſt in ſtatuam ſalis, quia punitio eius dat condimentum ſapientiæ pœnitentibus, ne ad priſtina peccata reuertantur, propter quod & ipſe dominus dixit Luc. Memores eſtote vxoris Lot. Et iſta expoſitio licet myſtica videatur, poteſt tamen dici litteralis, prophetæ enim ſancti qui prophetabant ſpiritu domini, aliquando prophetabant verbis: ſicut Hieremias deſtructionem prædixit ciuitatis Hieruſalem. Aliquando enim prophetabant factis; ſicut idem Hieremias poſuit cathenas ligneas in collo ſuo, ad deſignandum quòd ſic ducerentur catenati in Babylonem. Et eodem modo dicendum quod ipſe Dominus cuius ſpiritu locuti ſunt prophetæ, aliquando inſinuat futura verbis, vt patet quaſi innumerabilibus exemplis in ſcriptura; aliquando factis, ſicut in hoc loco de vxore Lot, & in pluribus alijs.*

H

Luc. 17. Hier. 39. Iere. 27.

K Abraham autem &c. *Motus pietate, vt videret quid factum eſſet circa regionem illam, pro qua die præcedenti Dominum rogauerat.*

l Viditq; aſcendentem &c. *Id eſt quaſi fornacis in qua coquuntur lapides pro calce facienda. Sequitur,*

m Recordatus eſt &c. *Ex quo patet quòd Lot non ſolum fuit liberatus pro iuſtitia ſua, ſed principaliter pro precibus Abrahæ.*

n Aſcenditque &c. *Hic conſequenter deſcribitur inceſtus ipſius Lot videns enim ciuitates quatuor quæ erāt in valle ſubuerſas, videns etiam montem de cuius ſubuerſione timuerat, timuit ne Segor quæ erat in valle ſubuerteretur: ideo aſcendit in montem cum duabus filiabus ſuis. Ciuitas etiam Segor poſt eius receſſum ſubuerſa eſt, ſicut propter eum fuerat ſaluata ad tempus.*

¶ *a* Dixitq;

MORALITER.

✽ *n Aſcenditq; Lot.* Quia periculum etiam viro iuſto eſt manere propè locum peccatorum, ne patiatur in anima, vel in corpore propter vicinitatem eorum ſicut ſup. dictum eſt de iſto Lot quòd fuit captus à Codorlaomor occaſione Sodomorum. Gen. 14.

† *Et manſit in mōte.* Scilicet iuſtitiæ, de qua dicitur Pſal. Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Pſal. 35.

† *Timuerat &c.* Timēdū eſt .n. viro iuſto ne cadat à iuſtitia ex ma-
✽ lorum con-



A *a Dixitq; maior ad minorem &c. Hiero.* Quod pro excuſatione dicitur filiarum, quia genus humanum defeciſſe putauerūt, ideoque cum patre accubuerunt. Non autē excuſat patrem qđ ſequitur, & neſciuit qđ dormiſſent cum eo & cū ſurrexiſſent ab eo: appungunt de ſup Hebręi obelo, quaſi ſuperfluū quaſi incredibile ſit, quia rerū natura non capiat coire quempiam neſcientem. *Stra.* Lot inexcuſabilis eſt, primò quia angelo non credidit, deinde qa inebriatus eſt, & fuit peccatum cauſa peccati. *Hiero.* Sic praua ſuggeſtio & delectatio, vt inceſtę mulieres inſidiantur continentibus, vt accepta occaſione torpentes vino fallaciæ imbuant, & à ſtatu rectitudinis quaſi ignorantes deiiciant.

In q. Heb. ſuper Geneſ. 19. to. 3. Tenans Lot. vt ſup. loco prealleg. † 40. diſt. c. ueliber. 35. diſt. ca. ſecundo dic. 15. q. 1. ca. inebriauerunt. 40. di. ſit aliquali-ber.

*b Veni inebriemus &c. Alchui.* Didicerant duæ filiæ Lot conſummationē mundi futuram per ignem. Sed tanquā puellæ non perfectæ neque ſciebant quod Sodomitis igne vaſtatis, multum ſpatium integrum remaneret, & ſuſpicatæ ſūt tale aliquid factū quale in temporibus Noe audierāt, & ad reparandum genus humanum ſuperſtites ſe eſſe cum patre. Et quāuis grande crimē concubitus patris, grauior videbatur impietas ſi ſeruata caſtitate ſpem poſteritatis delerēt. Ideo conſilium ineunt, & patris mœſtitiam, vel rigorem uino molliunt, & ſingulis ſingulæ noctibus ſuſcipiunt ab ignorante conceptum, nec repetunt.

vt ſup. loco prealleg. Moraliter. *c Dederunt &c. Iſido.* Lot in hoc loco legem ſignificat, quia quidam ex illa procreati & ſub illa poſiti malè intelligendo quodammodo ſe inebriant, eaque non legitimè vtendo: infidelitatis opera pariunt. Bona eſt enim lex ſi quis ea legitimè vtatur.

*d Conceperūt er. &c. Hieron.* מואב Moab
B interpretatur ex patre & totum nomen etymologiam habet. Ammon uerò, cuius quaſi cauſa nominis redditur, filius generis mei, ſiue ut melius eſt in hebręo בן־עמי benammi, id eſt filius populi mei, ſic deriuatur ut ex parte ſenſus nominis, ex parte ipſe ſit ſermo. Ammon enim à quo Ammonitæ, uocatur populus meus.

Hebræo. Ammon benammi, id eſt filius populi mei.

*Profectus*

a Dixitque maior ad minorem: † Pater noſter ſenex eſt, & nullus uirorum remanſit in terra, qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem uniuerſæ terræ. Veni, inebriemus eum uino, dormiamuſque cum eo, ut ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemen. Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitque cum patre. At ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere uinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Deduruntq; etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinū: Ingreſſaq; minor filia dormiuit cum eo. Et nec tunc quidem ſenſit quando concubuerit, uel quando illa ſurrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitque maior filium, & uocauit nomen eius Moab. Ipſe eſt pater Moabitarum uſque in præſentem diem. Minor quoque peperit filium, & uocauit nomen eius Ammon, id eſt filius populi mei. Ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

a ¶ Quem Sodoma non uicit, uina uicerunt.
a ¶ Sicut Lot in Sodomis iuſtus in monte peccauit, ſic quidam ſęculares inter malos ſtatum rectitudinis tenent: cum uero ad altitudinem vitæ aſcendunt negligentiores facti grauiter peccant.
a ¶ Tales fructus parit deſidioſum otium.
a ¶ Qui interpretatur ex patre, & ſignificat abutentes lege, quibus dicitur. Vos ex patre diabolo eſtis. Ioan. 8. f
a ¶ Qui interpretatur filius populi mei, & ſignificat hæreticos de quibus dicitur 1. Ioan. 2. c. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.

NICO. DE LYRA

¶ a Dixitque ma. &c. *Ac ſi diceret cito in eo deficiet virtus generandi, vel forſitan morietur.*

b Et nullus &c. *Credebant enim, quòd ſicut per diluuium omnes mortui fuerāt excepto Noe, & qui cum eo erant in arca, ita mortui eſſent omnes generaliter per prædictum incendium, maximè, quia audierant à patre mundum periturum incendio in futuro ſicut perierat per diluuium de præterito, & ideo habuerunt piam intentionem, ſcilicet conſeruationem generis humani, licet malo modo ad hoc vellent venire, ſcilicet per inceſtum cum patre, quod fuit ſemper illicitum & deteſtabile.*

C

c Veni inebriemus &c. *Dicunt hebræi, quod iſtud vinum factum eſt à Deo in ſpelunca miraculoſè, vt per hoc fieret procreatio duorum populorum, ſcilicet Moabitarum & Ammonitarum. Sed hoc patet falſum, quod Deus faceret miraculum ad procreandum inceſtum. & ideo aliter dicitur, quod in principio noctis angeli dixerunt Lot, & familiæ ſuæ quòd deſtruenda erat ciuitas, & quòd exirent: quod patet ex prædictis, & tamen non exierunt inde vſque mane, & ſic per totam noctem ſe potuerunt ad exitum præparare. propter quod probabile eſt, quod portauerunt ſecum victualia, quæ poterant habere in promptu: inter quæ magis reputantur panis & vinum. Dicunt etiam aliqui quòd filiæ Lot in illo vino miſcuerunt aliqua alia, quæ habebant virtutem inebriandi, & prouocandi ad coitum ignorante patre. Sequitur.*

Opinio hebræorum de vino Lot. Filiæ Lot de ſeruando ſemine conſultat. Ebrietas. Crimē inceſtus Lot cū filiabus.

d At ille non ſenſit &c. *Dicunt hebræi, & videtur verum, quòd impoſſibile eſt ipſum Lot cognouiſſe carnaliter mulierem, & maximè virginem: quales erant filiæ ſuæ, vt ſuprà dictum eſt in hoc capitulo, & non aduertere de cōcubitu cum muliere. & ideo dicunt quod Lot euigilans de nocte bene aduertit mulierem iuxta ſe, & quod cognouit eam carnaliter, ſed quod eſſet filia ſua forſitā ignorauerit, quia calefactus vino non recoluit quòd vxor ſua eſſet mortua, & ideo credebat ſe eſſe cum ea, ſed per hoc Lot totaliter non excuſatur, quia in craſtino non cauit ſibi de ſimili, & propter prædicta ſcriptura non dicit, quòd Lot non ſenſit, quando cognouit mulierem, vel filiam, ſed quòd non ſenſit.*

Quomodo Lot ignorauit eſſe filias.

e Quando accubuit filia. *Id eſt quando lectum intrauit cum eo.*

D

f Nec quando ſurrexit, *Id eſt quando exiuit lectum iuxta eum, quia ipſo dormiente intrauit, & poſt impregnationē patre iterum dormiente exiuit. & eodem modo dicendum eſt de alia filia. Et ſic patet litera vſque ibi,*

Moab.

g Peperitq; m. &c. *Ex patre. Ex quo patet quòd ipſa inuerecunda fuit, quia turpitudinem quam operata fuerat cum patre, expoſuit, & reuelauit in nomine filij oſtendens quòd ex patre ſuo conceperat.*

h Minor quoque peperit filium & vocauit nomen eius &c. *Iſta fuit honeſtior, quia in nomine filij ſui non exprimitur inceſtus eius, de populo enim ſuo poterat mulier concipere licitè, ſicut patet de Sara quę concepit de Abraham qui erat auunculus eius.*

Ammon.

¶ Profectus

MORALITER.

✽ lorum conſortio. Circa tertium ſcilicet inceſtum Lot, qui ſignificat hominē iuſtum. ſciendum quòd licet homo ſit iuſtus, aliquando tamen diabolo procurante, & Deo permittente labitur in peccatum, cuius modus ſubditur cum dicitur,

*c Veni inebriemus eū vino: dormiamuſq; cum eo.* Per duas filias Lot intelligitur temporalium abundantia & caro propria (ſicut dictum eſt ſupra) hæc autem duo virum iuſtum aliquando inebriant, ſicut Reg. legimus de Salomone qui per diuitias, & libidinem carnis ad idololatriam declinauit. Igitur ille qui fuerat iuſtus, ſic inebriatus incurrit peccatum luxuriæ & auaritiæ, quod ſignificatur per generationem Moab, & Ammon. Propter quod in huius figura dicitur Deut. Ammonites, & Moabites poſt decimam generationem non intrabunt in eccleſiam Dei, id eſt nunquam intrabunt, quia luxurioſi, & cupidi non ſunt in eccleſia promouendi.

3. Reg. 11. a. Deut. 23. a. Luxurioſi et auari non ſunt in eccleſia promouendi.

✽ *a Profectus*

In capit. xix. vbi dicitur in poſtilla, Ex quo patet quod ad ſimplicem &c.

ADDITIO I.

¶ *Notandum quòd angeli inuitati ab Abraham ad primam inuitationem acquieuerunt, vt patet ſuprà decimo octauo capitulo vbi ad primam petitionem Abrahę, angeli dixerunt, Fac vt locutus es; inuitati tamen à Lot non acquieuerunt niſi ad magnam inſtantiam, & quaſi compulſi, vnde dicit ibi,* Compulit eos &c. *Ex quo dicunt quidam hebręorum expoſitores, Et videtur rationabile, quòd ex hoc datur doctrina hominibus, vt cum inuitantur à viris magnæ auctoritatis, non debent ſe retrahere, ſed acquieſcere ſtatim propter eorum reuerentiam, ſicut angeli fecerunt Abrahę, cum autem inuitentur ab hominibus mediocris, ſeu modicę auctoritatis, non debent ſtatim acceptare inuitationem ſeu conuiuium, ſed aliqualiter ſe retrahere, ne leues videantur, ſicut angeli fecerunt cum Lot.*

Nota doctrinam.

In eodem capitulo decimonono, vbi dicitur in poſtilla, Omnis populus ſimul, Hyperbolica eſt locutio &c.

ADDITIO II.

¶ *Iſte locus non videtur exponendus hyperbolicè: non enim dicitur hic ſolum, quòd tota ciuitas ſeu viri ciuitatis vallauerunt domos Lot, ſed ſuper hoc addit à puero vſque ad ſenem, & adhuc vltra dicit,* Omnis populus ſimul. *Vnde datur intelligi quod omnes fuerant ibi propriè loquendo, nec debet pro non veriſimili reputari, quòd populus valde numeroſus ſit circa vnam domum vel caſtrum, quia dato quòd non omnes ſint propè, ſed aliqui propè ſint, & aliqui remotè, omnes tamen ſunt circa caſtrū qui longè vel propè circūdant, & intendunt eum vallare, quę quidem cōſideratio nō eſt in hoc loco ſine myſterio. Dixerat enim domi-*



nus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E nus Abrahe ſup. Deſcendam, & videbo vtrum clamorẽ &c. vbi Deus loquens more humano, vt dictum eſt, oſtendit quod volebat ſe habere in hoc facto Sodomorum ad modum volentis aliquid experiri vel tentare, ſupra quod fuit conceſſum à Deo, quòd ſi inuenti fuiſſent decem iuſti quòd non delerentur, vt ibidem. Hæc autem in proſecutione facti ſcriptura nos docet, quod non ſolum erant ibi decem iuſti, ſed nec vnus præter Lot: & ideo exprimitur in littera, quòd à puero vſque ad ſenem omnis populus fuit in illo facinore. q. d. Deus fideliter ſe habuit cũ Abraham, quia non exercuit vltionem ſuam in Sodomitis, donec per angelos ſuos repertum fuit, quòd omnes ſimul à puero vſque ad ſenem nullis exceptis conueniebant in crimine, vnde Ambr. in lib. de Abraham. Audi ſcripturam teſtificantem, Circumdederũt domum ab infante vſque ad ſenem: totus populus penitus, nulla ætas erat culpæ immunis &c.

Gen. 18. d

In eodem ca. xix. vbi dicitur in poſtilla, Sed hoc dictum non videtur conſonum verbo ſaluatoris. Matthei dicentis: Quòd ſiquis dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, mœchatur &c.

Matt. 19. b

ADDITIO III.

*In additione ſuper Matth. xix. de hac materia tractatur ſatis plenè & etiam infra in Deute. Domino concedente tractabitur. ibi enim proprius eſt locus de hoc inquirendus: & ideo ad præſens relinquo.*

Deut. 24. a

REPLICA

REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ. G

IN cap. xix. vbi poſtillator dicit eſſe hyperbole cum dicitur, Omnis populus circumibat domum Lot &c. Burg. ſe opponit dicens propriè debere intelligi: quia omnes propè erant ibi, ſicut participes in crimine, & ſolus Lot iuſtus ibi repertus eſt, ſed huius Burgen. expoſitio ſimpliciter eſt falſa. Pueris. n. peccati non capacib. ſecũdum B. Aug. illud facinus imputari non poteſt. Si. n. propriè intelligi debet ſicut vult Burg. mulieres ſunt de populo, & ſic oportuit omnes vtriuſque ſexus adeſſe, immo ẽt vagientes in cunabulis, quia ſequitur in littera, *Eos qui foris erant percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum.* Eſt igitur hyperbole, & quod dicitur à puero vſque ad ſenẽ oportet accipi excluſiuè non incluſiuè propter prædicta. Nec valet argumentum Burg. quia ſolus Lot fuit iuſtus, igitur omnes alij fuiſſent ibi in obſidione, & ſic filiæ Lot & vxor eius cum alijs fuiſſent participes in crimine & ſocietate in obſidione, quod falſum eſt & contra litteram, ſtat enim ibi neminem præter Lot iuſtum fuiſſe & tamen in illo crimine non participaſſe: & illud beati Ambr. per Burgenſem allegatũ quod ibi nulla ætas erat culpæ immunis, intelligi debet de ætate peccati capace ſecundum beatũ Aug. vt vbi ſupra; vel dicatur qđ loquitur de peccato originali cui etiam omnes pueri vnius diei obnoxii fuerunt.

21. decreta. Deut. 16. to. 5.

## GLOSSA ORDINARIA.

Cap. XX.

PRofectus inde Abraham in terram auſtralem, *a Cades.* Fons iudicij. *Sur.* anguſtia quibus figuratur patientia.

*b Dixitq; de Sara &c. Auguſt.* Quæri ſolet quomodo in illa ætate Abrahã pro Saræ pulchritudine periclitari timuerit. Sed formæ illius vis miranda eſt, quæ adhuc amari poterat. *Iſid. Dixitq; de Sa. &c.* Tacuit vxorem, dixit ſororem ne ipſe occideretur, & illa captiua ab alienigenis poſſideretur, certus quod à Deo inuiolata ſeruaretur, ſicut apud Pharaonẽ. Vnde Abimelech ſomno commonitus intactã reddidit. Abraham Chriſtum; Sara ſignificat eccleſiã, quæ in hac peregrinatione inter alienigenas ſine macula viuit & ruga, in gloriam Chriſti viri ſui, cuius pulchritudo honor Chriſti, cuius pulchritudini reges offerũt munera ſicut Abimelech Saræ, plus in ea admirans formæ decus, quod amare potuit, non violare. Eſt. n. eccleſia Chriſti vxor in occulto, abſcondito quippe ſecreto inhæret anima Dei in verbo, vt ſint duo in carne vna, hoc magni coniugij ſacramentũ in Chriſto & in eccleſia apoſtolus cõmendat. regnum verò terrenum quòd reges ſignificant qui non permittuntur violare Sarã, nõ expertum eſt eccleſiam eſſe coniugẽ Chriſti, niſi cum violare tentauit. Diuino enim teſtimonio per fidem martyrum ceſſit, correptumq; in poſterioribus munere honorauit, quam in prioribus corrumpere non valuit. Quod enim in vno rege prius, & poſterius figuratum eſt, hoc in iſto regno vno prioribus & poſterioribus regibus impletum eſt. Cuius vxor ſit eccleſia occultatur alienigenis, non cuius ſoror: quia intellectu difficile eſt, quomodo anima humana verbo Dei copuletur cum ille ſit Deus, hæc creatura. Secundum hoc enim ſponſus & ſponſa

In quæſt. ſuper Geneſ. q. 48. to. 4. Quæſtio. Peregrinatur Abrahã in Geraris. Vnde Beda ſuper Gen. c. 20. † 21. q. 2. c. quæritur. Miſtice. Rapit eius vxorẽ Abimelech. F Deus protector obiurgat ipſum Abimelech. Oratio Abimelech.

Cap. XX.

PRofectus inde Abraham (a)
*a Quæ ſemotem tribulationis ſignificat.*
in terram auſtralem, habitauit inter Cades & Sur, & pere-
*a Vbi Moyſes produxit de petra aquam contradictionis. Cades. fons iudicij. b Sur. anguſtia.*
grinatus eſt in Geraris. † Dixitq; (b)
*a Terra Palæſtinorum.*
de Sara vxore ſua, Soror mea eſt.
*Dum habet homo quid faciat, non debet tentare Deum.*
*Ex priori Pharaonis correctione certus erat, quia uiolari non poterat.*
Miſit ergo Abimelech Rex Gerare, & tulit eam. (c) Venit autem
*a Quamuis Abraham humana ratione vſus, tamen totum ſe Deo commiſit.*
Deus ad Abimelech per ſomnium (d)
*Admonendo dixit ut caueat, non affirmando.*
nocte, & ait illi: En morieris †
propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait: Domine, num gentem ignorantem †
*a Non putat ſe adulterium committere, volens ſororem Abrahæ in coniugium ducere.*
& iuſtam interficies? Nonne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſa

## NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XX.

PRofectus inde Abraham. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter Abraham vt proficiẽs ſe habuit ad propriam domum, & primò reſpectu vxoris. Secundò reſpectu prolis. xxi. cap. Circa primũ ſic proceditur, quia circa vxorem Abrahæ deſcribitur culpa ſublationis. Secundò pœna correptionis, ibi, Venit autẽ Deus ad Abimelech. Tertiò ſatisfactio trãſgreſſionis, ibi, Statimq; de nocte conſurgens & Quartò relaxatio punitionis ibi, Orante autem Abraham. Circa primum ſic dicit.*

Diuiſio.

a Profectus inde Abrahã. *Scilicet de loco vbi manebat, non multum longè à Sodoma. Et cauſa fuit (vt dicunt hebræi) quia diligebat multum hoſpitalitatem. ſubuerſis autem quinque ciuitatibus, & omni populo mortuo, nullus de illis ciuitatibus remanſerat, qui tranſiret vltrà ad domum Abrahæ, nec ex alijs locis veniebant ad prædictas ciuitates per domum Abrahæ trãſeuntes, & ideo quia non poterat exercere hoſpitalitatem tranſtulit ſe ad alium locum, vbi viæ eſſent frequentatæ, & ſic poſſet hoſpites recipere.* H

Hoſpitalitas Abrahæ.

b Dixitq; de Sa. &c. *Cã huius inf. exponit.*

c Miſit ergo &c. *Vt acciperet eã ſibi vxorẽ: ſed hoc videtur abſurdum quia reges non accipiũt alienigenam, niſi propter magnam pulchritudinem, vel aptitudinem ad prolẽ, vel propter vtrumq;: Sara autem iã erat nonagenaria & vetula, & deſierant in ea fieri muliebria, vt prædictũ eſt cap. xviij. & ideo non videbatur pulchra, nec conceptui apta. Dicunt igitur hebræi, quod vſq; ad finem vitæ ſuæ remãſit in ea teneritudo carnis, & viuacitas coloris. Et ſimile habetur de Moyſe cũ eſſet centum uiginti annorum non caligauit oculus eius. In hebræo habetur, Non eſt obſcuratus color eius vel non emarcuit recentia eius, ſcilicet carnis, & coloris eius. Et de Caleb dicitur Ioſ. quòd cum eſſet octogintaquinque annorum erat ita fortis ad bellandum & gradiendum, ſicut cum fuerat xl v. anno. Et eodem modo poteſt hic dici de pulchritudine Sarai, et teneritudine carnis, qđ cõſeruatæ ſunt à Deo propter eius ſanctitatẽ. Et licet hic ſenſus non ſit hic expreſſus in littera, tñ probabiliter poteſt trahi ex circũſtãtia litteræ, ſcilicet ex cõcupiſcẽtia regali ſup eã in tãta ætate.*

Pulchritudo Saræ. Deut. 34. Ignorantia & iuſtum etiã. Ioſ. 14. d

d Venit autem De. *Hic conſequenter ponitur pœna diuinæ correptionis* nam ideo ſubditur,

† *En morieris.* Hoc enim dicit dominus tyranno per prædicatorẽ, vel per bonum confeſſorẽ, vel per ſynderеſim remurmurãtẽ malo.

† *Num gentem &c.* Nam tyrannus propter conſuetudinem malam dicit ſe innocentem, allegans cauſam aliquam apparentem: ſicut. Reg. de præda Amalech male accepta, Saul excuſauit ſe per domini ſacrificia. Et in legenda ſanctorum Ioannis & Pauli dicitur, quòd Iulianus apoſtata auferens patrimonia Chriſtianis auaritiam ſuam euangelij teſtimonio colorabat dicens, Chriſtus veſter dicit, Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sed quia tales aliquando reſtituunt, ſicut Cõſtantinus qui fuerat eccleſiæ perſecutor, poſtea multa bona fecit eccleſiæ, ſicut dicitur in legẽda beati Syluestri: quod ſignificatur per hoc quod Abimelech magna dona dedit Abrahæ & Saræ, nam aliqua data ſunt eccleſiis, & aliqua earum prælatis.

1. Reg. 15. Iulianus apoſtata. Conſtantinus.

✻ *Orante autem*

## MORALITER.

Cap. XX.

✻ *a Profectus inde &c.* Bonus enim prælatus (qui per Abraham ſignificatur) tendere debet ad perfectionem charitatis, quæ per auſtrum deſignatur: eo quòd inde prouenit feruor caloris. Iob. Nonne veſtimenta tua ſunt calida, cum perflata fuerit terra auſtro?

Iob 37. c

*b Dixitq; de Sara vxore ſua ſoror mea.* Vxor prælati eſt ſua eccleſia; bona verò alicuius pro ipſo frequẽter accipiuntur, ſicut dr̃ de aliquo talis deſtructus, eo quod deſtructa ſunt bona eius, & ſic alicuius eccleſiæ bona poſſunt accipi pro ipſa. Prælatus igitur vxorẽ ſuã dicit eſſe ſuam ſororem. i. alteri nubilem, quando bona eccleſiæ ſuæ paratus eſt charitatiuè communicare. Sed contingit aliquando quòd tyrannus eam rapit iniuſtè quod ſignificatur cum dicitur,

*c Miſit ergo Abimlech &c.* Sed quia tyrannus ex hoc meretur pœnam



ſponſa, vel vir & vxor. Quod uerò cognatione fratres Chriſti ſint omnes ſancti, gratia diuina non conſanguinitate terrena, hoc eſt de patre, nõ de matre, & aſſabilius dicitur, & capacius auditur. Inter ſe enim ſancti omnes per eãdem gratiam fratres ſunt. Sponſus autem cæterorum ſocietate nullus illorum eſt. Dicitur eccleſia ſoror Chriſti, de patre non de matre: nec terrena generatio, quæ euacuatur, ſed gratiæ cœleſtis quæ æterna eſt cognatio commẽdatur, qua accepta mortales nõ erimus, ſed filij Dei. Neque enim hãc gratiam de ſynagoga matre Chriſti ſecundum carnem, ſed de Deo patre percipimus. vnde Matthæ. nolite vocare patrem ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt.

A. Cuſtodiuit, prohibuit. Matth. 23. a

*a Dixitq; &c. Aug.* Quod dicitur Abimelech pro Sara, Et peperci tibi ne peccares in me. aduertẽdũ eſt Deum feciſſe, quando admonuit vxorem eſſe Abrahæ, quam putabat ſororẽ. Et notãdum q̃ in Deum peccatur, cum talia committuntur quæ putant homines, vel non eſſe peccata, vel leuia haberi, tanquam in carne peccata.

In quæſt. ſuper Gene. q. 49. t. 4. In Deũ peccare.

*b Alias autem &c. Hiero.* Quoniam in hebræo habetur גַּם vegam, id eſt etiã verè ſoror mea eſt, filia patris mei, ſed non filia matris meæ, & ſonat magis, quòd ſoror Abrahæ fuerit. In excuſatione eius dicimus, nõdum tales nuptias lege prohibitas.

In q. Heb. ſuper Geneſ. ca. 20. to. 4. Hiſtoricè.

*c Filia patris.* Alia tranſlatio apertius à patre & non ex matre. erat enim filia Aran fratris Abrahæ ſoror Lot.

*d Poſtquam autem eduxit &c.* Poſtquã ſermo Dei repulſus eſt à Iudæa, omnes fideles ſunt Chriſti fratres, & ſorores: vnde Matth. Quicũque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt ipſe frater meus, & ſoror & mater eſt.

Matt. 12. d B

*e Tulit igitur &c. Allego.* Abraham ſignificat Chriſtum. Sara eccleſiam. Abraham honoratur propter Saræ pulchritudinem, & Chriſtus propter eccleſiam. Vnde Pſal. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Habebat Sara virũ, ſed latebat. Habet eccleſia Chriſtum, qui in ſæculo non vr̃, in cœlo receptus.

Allegoricè. Pſal. 67. d 35. q. 1. ca. cum igitur. §. hac itaque.

*f Vbicunque tibi &c.* Qui aliquando terrore principũ credere diſtulerant, eiſdem iubentibus ad eccleſiam, quæ Chriſti ſoror & vxor eſt, ſeſe contulerunt: & per omnes mundi partes gloriam Chriſti, & eccleſiæ dilatauerũt.

*g Mille argenteos &c.* Quaſi iocando loquitur. quia illa dixit fratrem ſuum eſſe, qui maritus erat, & hortatur, vt in poſterum hoc meminerit, ne deinceps ſimile improperium deprehenſa incurrat. Mille argẽtei dãtur Chriſto, cum eloquio doctores mundi de gentili conuerſatione ad fidem Chriſti tenendam, & prædicandam aſſumũtur. Millenarius enim ex denario quadratus, ſtabilẽ & ſolidã deſignat euãgelicæ prædicationis doctrinam.

*h Orante autem.* Orante filio patrem ſanatur infœcunditas mũdanorũ, & principum & ſubditorũ populorum.

Velamen, id eſt maritus tuus reſpõdere poterit omnib. quòd intacta remanſeris, vt non fuerit neceſſe te erubeſcere.

✻ *Viſitauit*

## NIC. DE LYRA.

*nis ſuper Abimelech, quia poſt ſublationem Saræ ſtatim infirmatus eſt, vt dicit Ioſephus, & deſperãtibus medicis Dominus apparuit ſibi in viſione, dicens, quod non erat niſi propter Saram: & quod etiam moreretur niſi eam redderet viro ſuo. & patet littera vſque ibi,*

a In ſimpl. &c. *Id eſt ignorans quòd eſſet alligata viro.*

b Et

ait: frater meus eſt? In ſimplici- (a)
*a Putans verum eſſe quod dicebatur.*
*b Coniugij fidem conſeruare volens, non concubinam quærens.*
tate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. Dixitq; (b)
ad eum Deus. † Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris, & ideo cu-
*a Peccantes in proximum in Deum peccamus.*
ſtodiui te, ne peccares in me, & non (c)
*a Vt peruenires ad flagitium. b Soluitur commiſſum cum reſtituitur amiſſum.*
dimiſi vt tangeres eam. Nunc (d)
ergo redde viro ſuo uxorem, &
*a Vt dimittatur tibi illicita iniuria.*
*b Futurorum præſagus.*
orabit pro te, quia propheta eſt, & (e, f)
viues. Si autem nolueris reddere, ſci-
*a Quia peccatum incorrectum non remanebit inultum.*
to quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua ſunt. Statimque de no- (g)
*a Viſione perterritus.*
cte conſurgens Abimelech uoca-
*a Ne temerè videretur repudiare coniugium.*
uit omnes ſeruos ſuos, & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum: timueruntque omnes viri valdè. Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: Quid
*Quicquid hoc facto commiſit: in eum reflectit, qui veritatem ſuppreſſit: parum enim diſtat vtrum facinus committas, an admittas.*
feciſti nobis? Quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande? Quæ non debuiſti facere, feciſti nobis. Rurſumque expoſtulans ait: Quid uidiſti ut hoc faceres? (h)
*Quaſi noluit tentare Deum.*
Reſpondit Abraham: Cogitaui mecum dicens, Forſitan non (i)
*a Sic Iudæi Chriſtum occiderunt propter eccleſiam quæ eſt ſoror Chriſti, de patre cœleſti, non de patre terreſtri.*
eſt timor Dei in loco iſto, et interficient me propter vxorem meam.
Aliàs autem & uerè ſoror mea eſt, (k)
filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam uxorem. Poſtquàm autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc miſericordiam facies mecum in omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus (l)
*a Quia principes terræ pulchritudinem eccleſiæ dilexerunt, omnia quæ habebant in obſequium Chriſti dederunt.*
ſim. Tulit igitur Abimelech oues (m)
& boues, & ſeruos & ancillas, & dedit Abraham: reddiditque illi Saram uxorem ſuam, & ait: Terra coram uobis eſt, ubicunque tibi placuerit habita. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi in uelamen oculorum ad omnes qui tecum ſunt, (n, o)
& quocunque perrexeris, memento te deprehenſam. Orante autem (p, q, r)
Abrahã, ſanauit Deus Abimelech, & uxorem, ancillaſq; eius, & pepererunt. Concluſerat enim Dñs omnem uuluam domus Abimelech, propter Saram uxorem Abrahæ.

b Et munditia &c. *Quia non intendebant eam tangere niſi affectu maritali. Sequitur,* C

c Et non dimiſi &c. *Affligendo te infirmitate, ſic vt non poſſes eam tangere.*

d Nunc ergo red. vxo. vi. &c. *Ac ſi dicat: non formides eã reddere, timens q̃ ipſe nõ recipiat eam, vel q̃ eam odio habeat, eo q̃ fuerit in domo tua, quia p ſpiritũ prophetiæ ſcit eam eſſe mundam, & quòd eã non tetigiſti.*

Ne peccet Abimelech ſeruat Deus.

e Et orabit &c. *Quia ſanctus eſt & Deo acceptus.*

f Et viues. *Id eſt curaberis ab infirmitate.*

g Statimq; de nocte conſurgens. &c. *Hic ponitur ſatisfactio culpæ in hoc, quòd Abimelech Deo obediuit Sarã ipſi Abrahæ reddẽdo, & cũ hoc ei munera offerẽdo: eo quòd Sarã ſibi acceperat. nõ enim ſufficiẽter inquiſiuit ſi eſſet alligata viro vel nõ: ideo peccauit eam accipiendo, & patet littera vſq; ibi,*

Propheta Abraham.

h Quid vidiſti vt hoc fac. i. *quid monuit te ad dicẽdũ de vxore tua quòd eſſet tibi ſoror?*

i Reſpõdit Abra. &c. *Et ideo celauit quòd eſſet vxor ſua, quonq; ſciret cõditionẽ illius populi. timebat. n. ne eſſent tales ſicut Aegyptij & ideo ex eadem cauſa quæ dicta eſt ibi celauit Saram eſſe vxorem ſuam nec expoſuit periculo ipſius caſtitatẽ. quia iã expertus fuerat in Aegypto, quòd ipſa habebat angelũ ſuæ caſtitatis cuſtodẽ. & iterũ hic de nouo per ſpiritũ propheticũ ſciuit eã nõ eſſe tãgendã, ſicut dictũ eſt Abimelech, Redde vxorẽ viro ſuo, quia propheta eſt. & conſequenter excuſat ſe de mendacio dicens,*

13. c.

K Alias autem &c. filia matris. *Erat enim filia Aram fratris ſui & per conſequens dicebatur filia Tharæ patris Abrahæ quia filij filiorum dicuntur etiam filij auorum. Verumtamen quia Abram & Aram non erant de eadẽ matre, quia Thare habuit plures vxores, ideo dicitur quòd non erat filia matris Abrahæ; attinebat enim ex parte patris ſui, & non attinebat ſibi ex parte matris. Vnde & Lot, qui in eodem gradu attinebat ipſi Abrahã, vocatur frater eius ſup. Sequitur,*

Abimelech obiurgat ipſum Abraham. Gen. 13. a

l In omni lo. ad quem ingre. *Qui mihi erit ſuſpectus propter tuam pulchritudinem, & populi malitiam, dices quòd frater tuus ſim.* D

m Tulit igitur &c. *Vt honoraret eũ & prouocaret ad orandũ pro ſe. Saræ autem dixit,*

n Ecce mil. &c. i. *Abrahæ quem vocaſti fratrem tuum.*

o Hoc erit &c. *Id eſt iſte modus loquendi quo vocaſti virum fratrem tuum, qui eſt quoddam velamen veritatis, debet tibi eſſe inter illos qui tecum ſunt, qui cognoſcũt quòd ipſe eſt vir tuus, quia per talẽ modũ loquendi nõ decipientur credẽtes te ſolutã eſſe à viro.*

Sarai filia fratris Tharæ ſoror Abrahæ adoptiua. ſupra 12. c.

p Et quocumque &c. *inter extraneos.*

q Memento te &c. *Id eſt acceptam à me in vxorem, propter talẽ modũ loquendi velatũ, et ideo inter homines extraneos nõ debes vti tali modo loquẽdi. Aliter tamẽ exponitur ſecũdũ Hebræos qui habẽt talẽ literã, Hoc tibi in velamẽ oculorũ omnibus qui tecũ ſunt, & omnibus argumentũ vel probatio. & eſt ſenſus, Illud quod dedi Abrahæ erit in velamẽtum oculorum omnibus qui tecũ ſunt, vt non poſſint dicere quòd ego fœdaui te, & poſtea reddidi te vacuam ſicut ſolet fieri de leuibus mulieribus, ſed per dona prædicta oſtendi quòd ego cõpulſus ſum à Deo reddere te mũdã viro tuo & iſtud etiã erit tibi argumentũ vel probatio ad omnes alios qui malè vellent loqui de te, eo quòd fueris in domo mea.*

Abimelech cum donis reddit vxorẽ.

r Orante &c. *Hic ponitur relaxatio pœnæ quia orante Abraham pro Abimelech, ſanatus eſt ab infirmitate, & vxor eius & ancillæ ab impoſſibilitate pariendi.*

MORALITER.

✻ *Orante autem &c.* Prælati nanque per ſe & per ſubditos ſuos debent orare pro benefactoribus ſuis, & eccleſiarum ſuarũ.

Orat Abraham pro Abimelech.

In cap. xx. dicitur in poſtil. Nunc redde vxorem viro ſuo quia propheta eſt.

ADDITIO I.

*Hæc expoſitio poſtillatoris confirmat illud quod dictum fuerat ſupra cap. xij. in additione*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E ditione tertia. *Nam ſi per ſpiritum prophetiæ Abraham cognoſcebat Saram eſſe mundam ab Abimelech, licet fuiſſet in domo ſua, eodem ſpiritu potuiſſet cognoſcere Saram non fore contaminatam in domo Pharaonis, quod ſufficit ad euacuandam quæſtionem ibi motam, vt ibidem dictum fuit.*

In eo.c.xx. vbi dicitur poſt. Aliter aũt exponitur ſcdm Hebręos.

ADDITIO II.

¶ *Multis alijs modis exponitur ille locus ab alijs doctoribus Hebræorum, eò quòd verba litteræ ſunt truncata, quos cauſa breuitatis omitto, quia non videtur hic eſſe magna vis. Sed notandum, quòd in hoc loco nõ eſt dictio quę ſonet Memento, ſicut in translatione noſtra dicitur, nec eſt ibi dictio ſonans illud quod eſt argumentum ſeu probatio, ſed potius eſt ibi quædam dictio, quæ ſignificat redargutionem ſeu reprehenſionem verbaliter, vel nominaliter, quod concordat cum prima expoſitione. Et eſt ſenſus, quòd quocũque perrexeris ſcilicet inter extraneos eris redarguta ſeu reprehenſa, propter talem modum loquendi ſcilicet vocando virum tuũ fratrem. Alia autẽ expoſitio. ſ. ſecunda quæ ponitur hic ſecũdũ hebręos nõ videtur rationabilis, quia licet per dona prædicta quæ Abimelech dedit Abrahæ, oſtendatur ipſum Abimelech fuiſſe à Deo compulſum, no tamẽ ex hoc oſtẽditur quòd vxor redderetur mũda viro, ſed potuiſſent dicere obloquentes, quòd tanta dona fuiſſent data Abrahæ ad ſatisfaciendum de iniuria adulterij. Poteſt etiam aliter exponi, ſcilicet quòd cum dicitur in hoc loco, Hoc tibi erit in velamẽ oculorum &c. ly hoc refertur ad Abraham, de quo dixerat immediatè, Dedi fratri tuo. Vt ſit ſenſus, frater tuus Abraham erit tibi in velamentum, non quibuſcumque hominibus ſed omnibus qui tecum ſunt, quia cum ipſe ſit propheta, talis reputetur apud ſuos ſcilicet eos qui tecum ſunt illi non poſſunt dicere quòd ego fœdaui te, videntes quòd ipſe propheta te acceptat tanquàm mundam, ſed quocunque perrexeris, ſcilicet inter extraneos, eris reprehenſa ſeu redarguta: eò quòd non omnes habebant Abraham tanquàm prophetam, ex quo hortari intendebat Saram, ne vltra hoc modo loquendi vteretur, ſicut etiam increpauerat Abraham de hoc ſupra eodem cap.* G

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. XXI.

a V *Iſitauit autem: &c. vſque ad Circumcidit eum octauo die.* Circuncisionis figura multiformis eſt. Signaculum enim eſt ſecundum Apoſtolũ iuſtitiæ fidei Abrahæ & ſemini eius. Et iudicium caſtigandi eos, qui ad hoc ſemen & fidẽ pertinerent. Et prophetia naſcituri de hoc ſemine ſaluatoris, qui nos in præſenti per baptiſmũ ab omni peccato mundaret, & in futuro poſt reſurrectionem ab omni mortis corruptione liberaret. Octonarius autem reſurrectionis gloriæ cõuenit. Dominus enim octauo die id eſt poſt ſeptimam ſabbati reſurrexit, & nos poſt ſex ætates huius ſæculi, & ſeptimam ſabbati ideſt quietem animarum, quæ interim in alia vita geritur, quaſi octauo tempore reſurgemus ab omnibus carnalis concupiſcentiæ co ruptionibus & vitijs (in quibus luxuria maximè regnat) expoliati.

Circuncisionis figura.

† Heb.11.c

Naſcitur Iſaac, ſup. 17.c. 18.b Gala. 4.c. Heb.11.c Matth. 1.a ſupra 17.d

F

Myſticè

b *Circuncidit &c. Strab.* Circunciſio cũ ob multas cauſas præcepta ſit, ſpecialiter figurã tñ Chriſti prætendit, qui nos per baptiſmum veteri homine exuit, & in futuro poſt reſurrectionẽ circuncidet omnem mortalitatem, & corruptionem. Quod autem octauo die circunciſus eſt Iſaac, deſignatur octaua ſęculi ætas, quando generaliter reſurrectio ſanctorum celebrabitur.

Saræ pudor & caſtitas.

In q. ſuper Gen.q. 50. to.4.

Conuiuiũ in die ablactationis Iſaac.

c *Creuit ig. &c.* Creſcit qui aſcenſiones in corde diſponens, ad ſolidum doctrinę cibum peruenit: Vnde, Creſce & mãducabis me. *Augu. Creuit. &c.* Nec in die natiuitatis, nec in die circũciſionis filij ſui, ſed in die ablactationis conuiuium fecit: quia debet magnum eſſe gaudium ſpiritualis ætatis, quando talis factus eſt homo, qui paſcatur ſolido cibo, nec eis ſimilis, quibus dicitur Cor. Lac vobis potum dedi, non eſcam.

1. Cor. 3.a

In q. Hebr. ſuper Gene.q.21.t.3 Exo.32.b † Gal.4.b

d *Cumque vi. ſa. Hiero.* Dupliciter hoc exponitur: vel quòd idolis ludos fecerit iuxta illud Exod. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Vel ꝙ aduerſũ Iſaac quaſi maioris ętatis ioco ſibi primogenita vendicauerit, qđ Sara audiens non tulit.

e *Eijce ancillam &c.* Quæritur cur antea Sara voluit de ancilla filium

### Cap. XXI.

a V ISITAVIT autem a
a ¶ Eccleſiam quæ longo tempore ſterilis fuerat.
Dominus Saram ſicut promiſerat & impleuit
a ¶ Per prophetas. b ¶ Nouiſſimis temporibus natus eſt de uirgine Chriſtus.
quæ locutus eſt. Concepitque
& peperit filium in ſenectute ſua,
tempore quo prædixerat ei Deus.
Vocauitque Abraham nomen fi-
a ¶ Gaudium: quia in natiuitate Chriſti gauiſi ſunt paſtores & angeli.
lii ſui quem genuit ei Sara, Iſaac,
a ¶ Quia poſt ſeptimam ſabbati omnis corruptionis & immortalitatis propago tolletur.
b & circuncidit eum octauo die,
ſicut præceperat ei Deus, cum centum eſſet annorum: Hac quippe ætate patris natus eſt Iſaac.
Dixitque Sara: Riſum fecit mihi b
a ¶ Congaudebit.
Deus: quicunque audierit, corri- c
a ¶ Verba exultantis de collato ſibi beneficio.
debit mihi. Rurſumque ait: Quis d
a ¶ Vel auditorum.
auditurus crederet Abraham quòd
a ¶ Quod ſcilicet de corporibus ſenum iam exhauſtis infans naſceretur & contra naturam lactaret anus: & eſt commendatio gratiæ.
Sara lactaret filium, quem pe-
c perit ei iam ſeni? Creuit igitur,
puer, & ablactatus eſt: Fecitque
Abraham grande conuiuium in
a ¶ Non natiuitatis, quia quod ortum eſt occidit. Nec circũciſionis. hoc enim non eſt huius temporis, ſed ablactationis, ubi intelligitur profectus mentis.
d die ablactationis eius. Cumque e
uidiſſet Sara filium Agar Aegy-
a ¶ Lubricum & laſciuũ eſſe docebat, ſicut ipſe erat. ¶ Sic iudæi tenebrarum filij illudunt Chriſtianis deridentes mortẽ Chriſti, quod Sara id eſt eccleſia grauiter accipit, & legis litteram cum carnali populo litteræ dedito in ſortem ſuam non recipit.
ptiæ ludentem cum Iſaac filio
e ſuo, dixit ad Abraham: † Eijce
ancillam hanc & filium eius, non

b Dixitq; Sara, riſum &c. *Id eſt materiam exultationis in partu prolis concepta ſupra virtutem naturæ.*

c Quicũq; &c. *Id eſt gaudebit de Dei bonitate. Et maximè hoc dr, qa de Iſaac nata eſt beata virgo, quæ p filiũ ſuũ gaudiũ attulit uniuerſo mũdo.*

De Iſaac prodiit Virgo Maria.

d Quis au. &c. *In ætate ſic prouecta, quaſi diceret nullus: quia hoc factũ eſt diuina virtute ſupra naturã. In Heb. habetur ſic, Quis auditurus crederet Abrahã, ꝙ Sara lactaret filios? & ex hoc dicũt hebræi, ꝙ vicinæ mulieres dicebãt Iſaac nõ eſſe filiũ Saræ eo ꝙ diu vixiſſet cũ marito abſq; prole, ſed acceperat eum Sara occultè ab alia muliere pro pretio, & finxerat ſe eũ genuiſſe. Et ad hãc opin. tollẽdã Abrahã fecit cõuiuiũ grãde in die ablactationis pueri, ut ſtatim ſubditur in litera, & vicinæ mulieres uocatæ ad cõuiuiũ apportauerũt pueros ſuos adhuc lactãtes, & Sara lactauit eos, ad probãdũ ꝙ habuerat puerũ. Secũdũ verò trãſlationem noſtrã quæ habet, Filiũ. põt dici ꝙ in hebræo vbi dicitur Filios, accipitur plurale pro ſingulari, ſicut aliquando econuerſo ſingulare ponitur pro plurali, vt dictum eſt ſupra.*

Ioſue 14. Matth. 1

e Cumq; vidiſſet Sa. *Hic deſcribitur ipſius Agar cũ filio ſuo eiectio. Et primò dicta eiectio deſcribitur; ſecundò eiectorũ cõſolatio ſubditur ibi, Exaudiuit aũt dñs. Circa primũ primò ponitur cauſa eiectionis & ſubditur,* Cumq; vidiſſet Sa. &c. *Dicunt .n. aliqui ꝙ Iſmahel qui erat antiquior, & fortior luctando cũ Iſaac, & aliàs ludendo, ipſum lędebat, quod Sarę diſplicuit, propter quod voluit Iſmahelẽ eijci. ſed iſtud dictũ procedit ex modo translationis noſtræ. ſ. ꝙ de textu ſit illud totũ quod præmiſſum eſt, Ludentem cũ Iſaac filio ſuo. Sed in hebręo non habetur niſi Ludẽtem tantũ, & quod ſequitur nõ eſt de textu: ideo aliter exponunt hebrei. vbi .n. nos habemus, Ludentẽ: hebræi habent* מצחק *mezachec: & eſt dictio ęquiuoca in hebręo: quia ſignificat ludentẽ, idololatrantem, occidentem & coeuntẽ, ſiue laſciuiẽtẽ. vnde Exo. vbi nos habemus, Sedit populus mãducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, hebręi dicũt idolatrare. Reg. vbi habemus, Surgãt pueri et ludãt, hebręus dicit. Et occidãt. & inf. vbi habemus, Vidit Abimelech Iſaac iocãtem cũ Rebeca vxore ſua. Hebreus dicit, Coeuntẽ. & in oĩb. paſſibus iſtis allegatis eſt ſimile hebraicũ prędictę dictioni Mezachech. & ſic patet æquiuocatio prędicti nõis ſecũdũ hebræos. Et ſnia iſtorũ paſſuum oſtendit veritatẽ prędictorũ ſenſuum ſaltem apparenter, quã ęquiuocatio nõ videtur ignoraſſe trãſlator noſter uel eam nõ reputaſſe, quia ubiq; trãſtulit in vna ſignificatione. ſ. prout importat ludum. Dicunt igitur hebræi quòd dictio prædicta Mezachech accipitur hic in triplici ſignificatione, quia Sara vidit Iſmahelẽ facientẽ aliqua quæ pertinebãt ad idololatriã. Itẽ pcepit ꝙ quęrebat cautè Iſaac occidere, vt haberet hæreditatẽ: vnde & apoſtolus Gal. dicit. Quod is qui erat ſecũdum carnẽ. i. Iſmahel perſequebatur eũ qui tunc erat ſecundũ ſpiritũ. ſ. Iſaac. Itẽ percepit, ꝙ eſſet pronus ad luxuriã, & timẽs ne ad ſimilia induceret filium ſuum Iſaac, nũciauit iſta Abrahæ, petens vt Iſmahelem eijceret. d.*

Diuiſio. Gen. 16.

H

Ludus Iſmahel.

Exo.32.b

2. Reg. 2

Gen.26

† 47. diſt. quantumlibet. † 32. q. 2. non omnis & q.4. recurrat & dicat. Gal.4.d

f Eijce ancillam hanc & filium eius: &c. *Quia non poterat filius conuenienter*

## NICO. DE LYRA.

### Cap. XXI.

¶ V *Iſitauit autem &c. Hic oſtenditur conſequenter quomodo Abraham ſe habuit reſpectu prolis. Et primò deſcribitur liberæ parturitio. Et ſecundò ancillæ, & filij eius eiectio, ibi, Cumq; vidiſſet Sara. Et tertiò eijcientis Abrahæ ſtabilitio, ibi, Eodem tẽpore dixit Abimelech. Circa primum deſcribitur natiuitas Iſaac de Sara, & patet littera ex prædictis. 17.c. & 18. vſq; ibi,* b Dixitq;

Diuiſio.

## MORALITER. Cap. XXI.

* a *Viſitauit autẽ De.* Hic agitur de ſeparatione Iſmahelis ab Iſaac, & de confœderatione Abimelech, & Abrahã. Circa primũ dicitur, f *Eijce ancillam hanc & filium &c.* Prælatus enim bonus, qui per Abraham



filium ſuſcipere, aut cur cum matre eum nunc iubet expelli? A Quod non facit zelo accenſa, ſed prophetiæ miſterio cõpulſa. Agar enim ſecundum Apoſtolum in ſeruitutem genuit carnalem populum. Sara verò ſpiritualem & liberũ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. Significabatur ergo hoc myſterio priorem populum in ſeruitute generatum nõ manere in domo Saræ. i. eccleſiæ in æternum, nec eſſe hęredem vel cõſortem chriſtianorum, nec cum filio nobili, id eſt populo fideli regnum gloriæ poſſidere.

Durè accepit hoc Abrahã pro filio ſuo, diſplicuit hoc Abrahæ ppter filium ſuum.

a *Durè accepit &c. Augu.* Quæritur quare cõtriſtatus ſit Abraham, cum hæc prophetia fuerit, quam ipſe magis quàm Sara noſcere debuit? ſed ex reuelatione hoc dixit Sara quod ſibi prius fuerat reuelatum. Ille verò paterno affectu commotus eſt, cui Dominus poſtea reuelauit. Vel fortè ambo prius neſcierunt quid eſſet, & per Saram neſcientem prophetizatum eſt, cum muliebri animo mota eſt propter ancillæ ſuperbiam.

Quæſtio. In q. ſuper Gen. q. 51. to.4. Videatur aſperum, diſpliceat hoc.

Vt ſupra. Nota. Rom.9.b

b *Quia ſemen tuum. Auguſt.* Notandum quòd & Iſmahel à Deo ſemẽ Abrahę dictus eſt, quod Apoſtolus ait. Ro. Non filij carnis, ſed filij promiſſionis æſtimabuntur in ſemine. Sed hoc ꝓpriè ad Iſaac pertinet: qui non filius carnis, ſed promiſſionis, & ſemẽ ſpirituale ex ꝓmiſſione eſt, nõ ex carne.

Allegoricè.

c *Tollens pa. &c. Alc.* Cũ ergo Abraham eijceret Agar tollens panẽ, ideo humeris impoſuit: &.v. a. &c. Exiens Agar infantẽ humeris impoſuit quia peccator populus inſipiẽs ceruicem matris ſynagogæ grauauit dicens, Matth. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Panes autem ſignificant, quòd vetus ſacerdotium panes propoſitionis portaret ſecum, & B veſceretur. Vter verò aquæ quæ deficit, iudaica purificatio defectura, vel doctrina carnalis in pelle mortua clauſa, id eſt in carne veteris hominis præuaricationis ſententia damnata. quę nec refrigerat, nec ſatiat; ſed ęſtu tepida vomitum facit. Errat Agar in ſolitudine cum filio, & ſynagoga per orbem cũ populo ſuo, expulſa a terra ſua ſine ſacerdotio, & ſacrificio, & viam quæ eſt Chriſtus ignorat. Filius ſiti perit, ſcilicet populus, nullam ſpiritualem habens purificationem. Filium ſiti moriẽtem ſub arbore proijcit, & monſtrante angelo fontem aſpicit, quia quidam de populo ſub vmbra ligni crucis refugium petituri ſunt. *Auguſt.* Sumpſit panem & v. a. Quæritur quomodo impoſuit in humeris puerum tam grandem? Namque fuerat antequam eſſet natus Iſaac tredecim annorum circuncilus, cum eſſet Abraham nonagintanouem, & natus ſit Iſaac centenario patre. Ludebat autem Iſmael cum Iſaac, quando Sara commota eſt: vnde puero grandiuſculo, qui iam fuerat ablactatus, profectò pluſquàm. xvj. annorum fuit quando cum matre expulſus eſt. Sed vt hoc quòd cum paruulo luſit, per recapitulationem dictum accipimus, antequàm ablactetur Iſaac, etiã ſic amplius quàm tredecim annorum puer humeris matris C nonpotuit imponi, ſed ſubaudiẽdũ eſt, dedit puerũ ſuũ &c.

Nota. Matt.27.c

Vt ſup. loco prędleg. Riſoria.

Mirũ non quæ ſecundum Auguſtini & Hieron. non poteſt propter ætatem edictione vulgata.

d *Impoſuit ſcapulæ eius. Hiero.* Quando Iſaac natus eſt. xiij. annorum erat Iſmahel, & poſt ablactationem eius cum matre expellitur. Apud hebræos varia opinio eſt, alijs aſſerentibus quinto anno ablactationis tempus eius ſtatutum, alijs duodecimo. Nos igitur, vt breuiorem eligamus ætatẽ, poſt x. & viij. annos ſupputamus Iſmahelẽ eiectum cũ matre, nec conuenire iam adoleſcentem matris ſediſſe ceruicibus. Verum eſt autem illud hebrææ linguę idioma, quod omnis filius ad comparationem parentum infans vocetur & paruulus. Romæ quoque uſque hodie omnes filij infantes uocantur.

In q. Heb. ſuper Geneſ. to.3.

Hunc locũ Paulus interpretatur ad Gala. 4.d

Infantes.

e *Abiecit puerum &c. Hiero.* Quod ſequitur (Et proiecit puerum ſubter unam abietem & abiens ſedit cõtra lõgè quaſi iactus ſagittæ: Dixit enim, Non uidebo mortem paruuli mei & ſedit contra eum. & ſtatim ſubiungitur, Exclamauitque puer, & fleuit, & audiuit Dominus uocem pueri de cœlo ubi erat, & dixit angelus ad Agar) nullum moueat. In hebræo enim prius hoc ſcriptum eſt, Nõ uidebo mortem pueri mei. Ita conſequenter legitur, quod Agar ſederit contra puerum: & leuauerit uocem & fleuerit: & exaudiuit uocẽ paruuli. Flente enim matre, & mortem filij præſtolante, Deus exaudiuit puerũ, quem pollicitus erat futurum in gẽtem magnam. Mater enim non ſuã mortẽ, ſed filij deplorat. *Augu.* Quęritur quomodo mater puerum annorum amplius. xv. ſub arbore proiecerit? Videtur enim dici ꝙ eũ portauerit: ſed intelligendũ eſt ab animo proiectũ eſſe tanquã moriturũ, ſecũdũ illud. Pſ. Proiectus ſum a facie oculorũ tuorũ. Vſualiter quoq; aliqs ꝓijci dr ab eo cũ quo erat, ne ab illo uideat, aut cũ illo maneat. Subaudiendum eſt autẽ matrẽ à filio diſceſſiſſe, puero quo abierit ignorante, & ne filiũ deficiẽtẽ uideret in ſylua latuiſſe. quid autẽ mirũ puerum in illa ætate, & diu nõ viſa, & tanquã perdita matre, in tali loco fleuiſſe? Poſtea dicit, accipe puerũ, nõ vt eũ quaſi iacẽtem de terra tolleret, ſed ut ei ſe comitẽ iungeret, & manu teneret ſicut ſæpe faciũt cuiuslibet ætatis ambulantes.

Vt ſup. loco prætall. Veri filij Abrahæ ex Iſaac. Heb.11.d Rom.9.b

Eijcitur Agar ancilla cũ filio ſuo Iſmahel.

In q. ſuper Gen.q. 54. to.4.

D Pſal.30.g

f *Exaudiuit autem.* Puer exclamat plorans, & Deus exaudiuit, & monſtrãte angelo illa fontẽ aſpicit: & pro illis dicitur, qui ad Chriſtum conuertuntur, & deflentes peccata exaudiuntur, apertis oculis cordis vident fontem aquæ, id eſt Chriſtum, qui ait. Ioan. Qui ſitit ueniat ad me & bibat. Angelus Heliam ſignificat, per quem populus crediturus eſt. Vnde Mala. Ecce ego mittam uobis Heliã, qui conuertat corda patrum in filios.

Myſticè. Angelus conſolatur ipſã Agar.

Ioan.7.f Ab Iſmahele populus Turcarum magnus. Mala.4.b

g *Angelus domini. Iſid.* Quòd eum qui loquitur ad Agar prius angelum, poſtea dominum ſcriptura pronunciat filium Dei fuiſſe credendum eſt, qui per legem, & prophetas locutus

Super Geneſ. c.21.

enim erit hæres filius ancillæ cum
a ¶ Quia neſciebat hoc Saræ fuiſſe reuelatum.
a filio meo Iſaac. Durè accepit hoc a
Abraham pro filio ſuo. Cui dixit b
a ¶ Si cui de minoribus reuelatum quid fuerit, prior taceat.
Deus: Non tibi uideatur aſperum
ſuper puero & ſuper ancilla tua.
Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi
uocem eius, quia in Iſaac uocabi- c
a ¶ Spirituale. ¶ Quia populus Iudaicus ante aduentũ Chriſti & numeroſitate, & temporali fœlicitate diu floruit.
tur tibi ſemen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam,
a ¶ Carnale.
b quia ſemen tuum eſt. Surrexit ita-
c que Abraham mane, & tollens
a ¶ Panes propoſitionis carnalia ſacramenta Iudæorum.
b ¶ Inſipidam intelligentiam litteræ clauſam mortua pellibus oneratur ſynagoga ſeruilia implens mandata
d panem & utrem aquæ, impoſuit
a ¶ Et hoc facto. ¶ Matri commendauit.
ſcapulæ eius, tradiditque puerum
a ¶ Seruus non manet in domo in æternum.
& dimiſit eam. Quæ cum abiiſ-
a ¶ Errant qui viam quæ Chriſtus eſt, ignorant.
b ¶ Per anticipationem.
ſet, errabat in ſolitudine Berſabee.
a ¶ Carnalis obſeruantia.
Cumque conſumpta eſſet aqua in
a ¶ Quando ſynagoga clamauit: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. ¶ Ab animo & a cura ſua.
e utre, abiecit puerum ſubter unam
arborem, quæ ibi erat. Et abiit,
a ¶ Adhuc procul ſedet dum ſententias acuit, quas procul à veritate fidei iacit.
Seditq; è regione procul, quantum
poteſt arcus iacere; dixit enim, Non
a ¶ Mori crederet quos veræ fidei ſubiici vide et.
videbo morientem puerum: & ſe-
a ¶ Studioſe b ¶ Fidem.
dens contrà, leuauit uocem ſuam,
a ¶ Dolet amiſſo regno & ſacerdotio.
b ¶ Vt non penitus occidantur: vnde. Ne occidas eos: ne quando obliuiſcantur populi mei. Pſal 58.
f & fleuit. Exaudiuit autem Deus d
a ¶ Flente matre pro puero. b ¶ Sermo propheticus.
vocem pueri: uocauitq; angelus
a ¶ Scriptura.
Dei Agar de cęlo dicens: Quid agis
a ¶ Vt non occidatur.
Agar? Noli timere. Exaudiuit enim
a ¶ Iudaici populi in infidelitate manentis.
Deus uocem pueri de loco in quo
a ¶ Patet non onus fuiſſe matri, ſed comitem, quod autem manu parentis tenetur, ſollicitus monſtratur affectus.
b ¶ Suſtenta ambulando cum eo. c ¶ Manus tenetur, dum opera carnis exercere permittitur.
eſt. Surge, tolle puerum, & tene
a ¶ Vt etiam ex ſuis reges habeat.
manum illius, quia in gentem ma-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *uenienter emitti ſine matre. Sequitur,*

a Dure &c. *Quia nõ ſolũ illi diſplicuit eiectio, ſed ẽt eius indoles mala.*

b Cui dixit &c. *Et cauſa ſubditur,*

c Quia in &c. *In quo cõplebũtur promiſſa, q̃ tibi feci; & patet littera.*

d Exaudiuit autem Deus. *Hic conſequenter ponitur eiectorum conſolatio. Iſmahel autem iam erat. xx. annorum vel plus, quia iam. xiiij. annorum erat quando Iſaac fuit natus, & ideo videns ſe in periculo mortis, de malis ſuis præteritis doluit, & dominum rogauit pro vita ſua prolonganda, & fuit exauditus. Vnde ſequitur verbum angeli,*

Pœnitentia Iſmahel.

e Exaudiuit enim De. &c. *Acſi di. Attendit Deus pœnitentiã quã nũc habet in loco in quo iacet, non autẽ malitiam quam exercuit in alijs locis.*

¶ Apparuitq;

MORALITER.

* Abraham ſignificatur habet in eccleſia ſua, vel diœceſi aliquos filios bonos, qui per Iſaac ſignificãtur: & aliquos malos, & diſcholos, qui ſignificantur per Iſmahelem. Dictum eſt enim ſuprà de ipſo. xvj. d. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes &c. Et iſti ſuggerente Sara, per quam ſignificatur ratio recta, per prelatum debent à bonis ſeparari per excommunicationẽ, vel per corporalem ſeparationem ſi põteſt benè fieri, exemplo Pauli Apoſtoli. Actu. Cum autem quidam indurarentur, & nõ crederent maledicentes viam dñi corã multitudine, diſcedens ab eis, ſegregauit diſcipulos.

Sup.16.d

Act.19.b

a *Dure accepit hoc Ab.* Per quod deſignatur ꝙ talis punitio ſubditorum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quutus eſt, qui per obedientiam paternę voluntatis ange- E lus vocatur, ſecundum naturam Deus.

Quæſtio. Inq. ſuper Gen. q. 55. to. 4. a Eodem tempore. Aug. Quæri poteſt, quando cum Abimelech pactum fecit Abraham, & dictus eſt puteus quem fodit, puteus iurationis, quomodo congruat veritati? Agar enim de domo Abrahæ cum filio expulſa iuxta puteum iurationis (ſicut dictum eſt) errabat, qui longè poſt dicitur Factus eſt Abraham. Ibi enim Abimelech & Abraham iurauerunt, Agar cum filio prius expulſa. Fortè iam factum fuiſſe intelligendum eſt, ſed per recapitulationem memoratum, quod egit Abraham cum Abimelech, niſi fortè qui librum poſtea ſcripſit, ex puteo iurationis regionē appellauerit, in qua errabat, quaſi errabat in illa regione in qua factus eſt puteus iuramenti, quamuis poſtea factus ſit. Longè tamē ante ętatem ſcriptoris ſic dicebatur puteus, cum liber ſcriberetur nomen tenens antiquum, quod impoſuerat Abraham. Nec mouere debet quod puteum quem foderat Abraham neſciebat Agar, ſi antè eſt foſſus quam illa expulſa. Fieri enim potuit vt pecorum ſuorum cauſa longè a domo puteum foderet, quem illa neſciret. (Iſmahel ſagittarius.)

b Iura ergo &c. Sæpe qui foris ſunt, fidelium conuerſatione inducti, eiſdē deſiderant ſociari, & eorum exemplis ad melius informari, vt & ſibi cōſulant & proximorum ſaluti.

Abraham arguit ipſum Abimelech ob puteos amiſſos. c Idcirco vocatus eſt &c. Duplex cauſa eſt cur appellatus ſit in hebræo Berſabee. Vel quia ſeptem agnas accepit Abimelech de manu Abrahæ. Septē enim dicuntur Sabee. Vel quia ibi iurauerunt. F שבע Sabaa enim ſignificat iuramentum: Si autem hanc cauſam ſupra hoc nomen legimus, per prolepſim dictū eſt, ſicut Bethel & Galgala, quæ antequam haberēt hæc vocabula, aliter vocabantur. (Berſabee.) Notandum ex prioribus & præſenti loco, quòd Iſaac non ſit natus ad quercum Mambre (Alon אלון hebraicè, latinè quercus) vt in hebræo habetur, ſed in Geraris, vbi Berſabee vſque hodie oppidum eſt. quæ prouincia antè non grande tempus ex diuiſione præſidum Paleſtinæ ſalutaris dicta eſt. Vnde habitauit Abraham i terra Paleſtinorū diebus multis. (Fœdus Abimelech cū Abraham. Nota vbi natus eſt Iſaac.)

Inq. ſuper Gen. q. 56. to. 4. d Abraham vero &c. Auguſtinus. Abraham (ſicut Stephanus dicit) non acceperat hæreditatem ibi, nec ſpatiū pedis. Sed intelligenda eſt hæreditas quam Deus gratis daturus erat, non pretio empta. Intelligitur autem ſpatium circa puteum ad illud emptionis ſpatium pertinere, in quo fuerant ſeptem agnæ datæ, quando Abimelech, & Abraham ſibi iurauerunt. (Berſabee.) Quæ

## NIC. DE LYRA.

¶ a Aperuitq; &c. *Non quia non videret antè, ſed ad videndum illud de quo non aduertebat, ſcilicet puteum cuius aqua erat neceſſaria pro ſuſtentatione pueri & ſua. Et patet litera vſque ibi,*

b Factuſq; eſt iu. &c. *Id eſt exercens artē venandi. Hebræi dicunt, exercens latrocinia, & prędas à tranſeuntibus. propter hoc dictum eſt ſup. Manus eius contra omnes. licet n. pœnituerit in infirmitate, vt dictū eſt, tū poſtea rediit ad vomitū, vt dicunt hebræi.* (Abraham plantat nemus, inuocat Deum. Gen. 16. d)

c Et accepit il. &c. *Id eſt de terra in qua nata erat & nutrita.*

d Eodem tempore. *Hic conſequenter ponitur Abrahæ ſtabilitio: quia enim obediuerat dño in eiectione filij & matris, conueniens erat q dominus oſtenderet ei aliquod ſpeciale beneficium: quod factum eſt cum rex terræ venit ad eum quærens eius amicitiam & fœdus dicens,* G

a ¶ In reliquis tuis præparabis vultum eorum.

gnam faciam eum. Aperuitque a

a ¶ Intelligens ſacramentorum profunditatem credidit.

oculos eius Deus. Quæ uidens puteum aquæ, abiit & impleuit

a ¶ Cerimoniale. b ¶ Intellectis ſcripturis omnis Iſrael ſaluus fiet.

utrem, deditque puero bibere. Et b

a ¶ Concordia legis & euangelij. b ¶ Ad priorem ſtatum allegoria reuocanda eſt. c ¶ Multitudine non in merito.

fuit * cum eo: qui creuit, & mo- c

a ¶ In infidelitate.

ratus eſt in ſolitudine, factuſque b

a ¶ Acuens ſen. etiam ad impugnandam fidem.

eſt iuuenis ſagittarius. Habita-

a ¶ Generi ſimilium ſocietate gaudens.

uitque in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua uxorem de terra c

Ægypti. † Eodem tempore dixit d

Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus e

b tecum eſt in vniuerſis quę agis: iura ergo per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpique meæ: ſed iuxta miſericordiam quam feci tibi,

a ¶ Paleſtinus, qui nunc dicitur ſalutaris. Hæc eſt Gerara.

facies mihi & terræ, in qua uerſatus es aduena. Dixitque Abra- f

a ¶ Abraham, quia inter fideles & eos qui foris ſunt de profunditate ſacramentorum ſolet eſſe contentio.

ham: Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquæ quem ui abſtulerant ſerui eius.

a ¶ Nullius crimen maculat neſcientem.

Reſpondit Abimelech. Neſciui quis fecerit hanc rem, ſed & tu non indicaſti mihi, & ego non

a ¶ Reddite omnibus debitum. cui tributum &c. Ro. 13. b. & Lu. 20. d. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari &c.

audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abimelech: percuſſeruntque ambo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimelech: Quid ſibi uolunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſta-

a ¶ Hæ ſunt ſeptem mulieres Eſa. 4. a. id eſt ſeptem dona ſpiritus ſancti, quæ per manus impoſitionem epiſcoporum accipiunt in eccleſia Neophiti.

re feciſti ſeorſum? At ille: Septem (inquit) agnas accipies de a

a ¶ Doctoribus qui hæc ſacramenta in ſcripturis ſcrutati ſunt.

manu mea, ut ſint mihi in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco uocatus eſt locus f

a ¶ Puteus ſeptimus propter ſeptem agnas ibi datas vel puteus iuramenti.

ille Berſabee: quia ibi vterque iu- g

a ¶ Hoc ineunt fideles ſupra fontem baptiſmi.

rauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech & Phicol princeps exercitus eius: reuerſiq; ſunt in terram Palæſtinorum. Abraham uerò h

a ¶ Hæc eſt agricultura, quæ diuini fontis imbribus irrigatur. b ¶ Circa locum empti putei. c ¶ Quaſi in hæreditatem.

plantauit nemus in Berſabee, & inuocauit ibi nomen domini i

a ¶ Saluatoris quem expectabat. b ¶ Cuius patriæ cœleſtis inquilinus eſt mundi.

Dei æterni: & fuit colonus terræ k Palæſtinorum diebus multis.

e Deus tecum eſt. *Audierat enim, quod quatuor reges fortiſſimos cum Dei adiutorio debellauerat, & viderat quòd dominus in ſenectute ſupra virtutem naturæ filium ei dederat, & quòd propter eius vxorem dominus eum flagellauerat, ideo quæſiuit amicitiam eius. Et patet littera vſque ibi,*

f Idcirco vocatus eſt &c. *Id eſt puteus ſeptem, propter ſeptem agnas quas Abraham ibi ſtatuit: vel puteus iuramenti, cuius cauſa ſubditur,* (Deus.)

g Quia ibi vterque iurauit. *Scilicet Abraham, & Abimelech. Berſabee enim vtroq; modo interpretatur, ſcilicet puteus ſeptem & puteus iuramenti. Sequitur,* (Sabee ſeptem & iuramentum.)

h Abraham vero plantauit &c. *Hebræi dicunt hortum, in quo plantauit diuerſas arbores ad fructus ferendos: & hoc propter hoſpites tranſeuntes recipiendos, vt amœnitate loci recrearentur, et fructibus reficerentur.*

i Et inuocauit ibi nomen &c. *Quia poſt recreationem acceptam inuitabat hoſpites ad reddendum gratias Deo de beneficijs ſuis.* († Inf. 26.)

K Et fuit colonus &c. *Quia plus ibi manſit quàm in Hebron, vbi manſerat. xxii. annis hic autem manſit. xxv. annis.*

MORALITER. *torū debet eſſe grauis prælato, quàuis p ratione hoc facere cogat. Cōſimili modo pōt exponi de plato religioſo, qui ſubditos malos, & rebelles debet ab aliis ſeparare, p reclusionē, vel eiectiōne de ordine, ne alios inficiāt ſicut ouis morbida ſeparat à grege: durum tñ debet eſſe plato, quàuis hoc facere cogat ratione. Circa fin dicit.

d Eodem tempore di. Abr. &c. Sequitur.

e Deus tecum eſt &c. Principes enim, & potentes qui fuerant eccleſiæ perſecutores, videntes eam Dei adiutorio proſperari, quæſierunt cum prælatis eccleſiæ amicitia fœderari, quod ſignificatur per fœdus Abimelech regis cum Abraham patriarcha. & quia prelati nō debent hoc refugere, ſalua tñ veritate, Ideo ſubditur, H

† Dixitq; Abraham. Ego iurabo. Scilicet tenere amicitiam bonam.

*In ca. xxi. vbi dicitur in poſtilla. Aliter exponunt hebrei vbi. n. habemus ludētē &c.*

### ADDITIO.

¶Hęc dictio מצחק Mezachech quaſi ęquiuoca eſt in hebręo: ſignificat enim vt plurimum ridentem, ſicut in hoc ca. Dixitq; Sara: Riſum fecit mihi dominus, vbi hęc dictio ponitur. Quandoque verò ſignificat irridentem ſeu deridentem. Vnde Pſal. Qui habitat in cœlis irridebit eos, ibi etiam hæc dictio ponitur. (Pſal. 2.) Quandoque vero gaudentem ſicut in Pſal. cum dicitur: Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum. vbi ponitur hæc dictio. (Pſal. 125.) Quandoque ſignificat ludentem. ſicut Exo. Surrexerūt ludere, Et in alijs quàm plurimis. (Exo. 32.) Nunquàm tamen in hebręo hęc dictio ſignat idololatrantem, nec occidentem, nec coeuntem, ſeu laſciuientem, nec auctoritates ad hoc inductę per poſtillatorem hoc probant: ſicut domino concedente in ſuis locis patebit. Vnde tranſlator noſter propriè ſe habuit transferendo hanc dictionem quandoque per ludum, quandoque per riſum, ſeu gaudium, quandoque per irriſionem, nunquàm tamen per alia prædicta ſignificata. Iſte autem paſſus melius exponitur ab aliquibus expoſitoribus hebræorum magis autenticis quàm Ra. Sa. Dicunt enim quòd Iſmahel videns quòd tam magnum feſtum celebraſſet Abraham in die ablactationis fratris ſui Iſaac iunioris: illudebat ſeu irridebat, dans intelligere, quòd ex hoc non ſequeretur, quin ipſe Iſmahel eſſet hæres, ex quo erat maior natu, & legitimus, quia ex vxore, & etiā à Deo benedictus. vnde ſup. de Iſmahele dixit Deus, Ecce benedicam ei. (Gen. 17.) Et hoc eſt quod dicitur. Cūq; vidiſſet Sara filium Agar ludentē, i. illudētē ſeu deridentem,



A deridentem. Et quod ſequitur in littera noſtra, cum Iſaac: nō eſt de textu, prout dicit poſtillator: ex hoc aūt Sara timuit, ne fortè Iſmael in proceſſu temporis ingereret ſe hæreditati. Et poſt hoc ſequitur *Eijce ancillam & filium eius*. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, ſiue filio meo. q. d. non erit hæres ſicut ipſe ſe iactat deridendo. Similiter & Deus confirmans in hoc Saræ intentionem dixit Abrahæ, *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius*. Et reddens rationem ſequitur, *Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen*. quaſi dicat, licet Iſmael ſit filius tuus: non tamen hæres prout putat. Et hæc expoſitio videtur ſatis congruens litteræ & rationi. C

## REPLICA CORRECTORII CONTRA BVRGEN.

IN cap. 21. vbi poſtillator exponit ludum Iſmahelis pro idololatria, Burgenſis dicit dictionem Hebraicam hic poſitam non ſignificare idololatriam, ſed irriſionem. Reſpondeat hic beato Hieronymo Glo. ordinariæ: magiſtro hiſtoriarum. & auctoritatibus autenticis Hebræorum quos poſtillator hic ſequitur: quibus omnibus rationabile videtur maiorem adhibere fidem quàm ſoli Burgenſi, qui etiam rationibus poſtillatoris in propoſito non ſatisfacit. Expoſitio quoque quam ponit Burgenſis non videtur rationabilis, quòd videlicet pro ſola irriſione: Sic finaliter etiam per diuinam ſententiam, & mater & filius eijcerentur, ſed propter idololatriam, vel ludum ad idololatriam diſponentem, vt dicit beatus Gregorius. Et ponitur in glo. ordin. ſuper illo verbo Exod. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere, & ideo eiecti ſunt. (Exod. 32. b) Non enim legitur Iſmahelem, nec aliquem de eius poſteritate in cultu Dei veri perſeueraſſe. Iuſtum igitur fuit domum Abrahæ ea ratione ab huiuſmodi purgari.

## GLOSSA ORDINARIA.

### Cap. XXII.

Inquiſit. ſuper Ge. queſt. 57. To. 4. QVæ poſtquàm &c. Auguſtin. Iacobus dicit, quòd neminem tentat Deus, ſed vſualiter tentare pro eo quod eſt probare dicimus. Iacobus autē dicit de ea tentatione, qua quiſq; peccato implicatur Vnde Theſſ. Ne fortè tentauerit vos is, qui tētat. (Iaco. 1. 1. Theſſ. 3. b) Alibi enim ſcriptum eſt Deut. Tentat vos Deus veſter, vt ſciat ſi diligatis eum, id eſt vos ſcire faciat. (Deut. 13. a) Vires enim dilectionis ſuę homo ignorat, niſi experimento cognoſcat.

*b Tolle filium &c. Alchu.* Non ſtatim iuſſus eſt Abraham filium occidere, ſed triduo ad immolandum ducere, vt longitudine temporis tentatio augeretur. Per triduum enim, creſcentibus curis paterna viſcera cruciantur, & prolixo ſpatio pater filium intuetur, cibum cum eo ſumit, tot noctibus pendet puer in amplexu patris, B cubat in gremio, & per ſingula momenta in paterno affectu dolor occidendi filij cumulatur.

*c Quem diligis &c.* De charitatis admonitione, & nominis recordatione tentatio cumulatur, & paternus affectus mouetur ex memoria promiſſionis, quia dictum eſt, In Iſaac vocabitur tibi ſemen: tanquam ſi ille occideretur, tota ſpes promiſſionis fruſtraretur.

*d Vade in terram. Hiero.* Aiunt hebręi hunc mōtem eſſe in quo poſtea templum † ædificatum eſt in area Ornę Iebuſęi. (Mons ſacrificij.) Vnde Paral. (2. Par. 3. a) Cœperunt ędificare templum menſe ſecundo ſecunda die menſis in monte Morija, qui idcirco illuminans interpretāt & lucens: quia ibi eſt דבר dibber. i. oraculum Dei, & lex, & ſpiritus, qui hoīes docet veritatem, & pphetias inſpirat.

*e Aſinum ſuum, ducens &c.* Aſinus † inſenſatam ſtultitiam Iudęorum ſignificat, quę portabat omnia ſacra, & neſciebat. (Aliter inſenſatam. Inq. heb. ſuper Ge. to. 3.) ¶ *Die autem*

### Cap. XXII

QVÆ poſtquàm a geſta ſunt, † tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At b ille reſpondit, adſum. Ait illi: Tol-

a ¶ Vt notificaret ei eius perfectionem quā ipſe ignorabat. a ¶ Vt probaret quàm promptus eſſet ad obedientiam.

a ¶ Sic Deus dilexit mundum, vt filiū ſuum vnigenitū daret.

c le filium tuum vnigenitum, quem c

a ¶ Vbi tibi reuelabitur quid hac immolatione portendatur.

d diligis Iſaac, & vade in terram ui- e

a ¶ Signum holocauſti ueri.

ſionis atque ibi offeres eum † in ho- f

a ¶ Eminentiam fidei, quam reuelabo tibi.

locauſtum ſuper unum mon- †

tium, quem monſtrauero tibi. †

Igitur Abraham de nocte conſur- h

a ¶ Præparauit neceſſaria holocauſti.

gens ſtrauit aſinū ſuū, ducēs ſecum i k

a ¶ Quia duo populi in morte Chriſti conſenſerunt: & pater proprio filio non pepercit.

duos iuuenes, & Iſaac filium ſuum.

a ¶ Quia duobus lignis compacta eſt crux Chriſti.

Cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locū, quem præ-

*de nocte cōſurgens. Tertiò reuocatio præcepti, ibi, Et ecce angelus Dñi. Quartò confirmatio promiſſi, ibi. Vocauit aūt Angelus Dñi Abrahā ſecundò. Circa primum ſciendū, q tētare eſt accipere experimentū de ignorātia. Deus aūt cū ſciat lucidè oīa, nō tentat aliquē, vt accipiat experimētū de his quæ ignorat, ſed vt alijs qui ignorāt detur experiētia de aliquo, et ſic tētauit Abraham præcipiendo vt Iſaac filiū ſuū immolaret, vt alijs q ignorabāt, oſtēderet eius obediētia, & eis daretur exēplum.* (Tentare q.)

b Tolle filium tuum. *Dñt hic hebræi q hic fuerunt plures reuelationes, & præcepta ſucceſſiuè facta ipſi Abrahę. Quia primò dixit ei dñs, Tolle filium tuū. Et ipſo reſpōdente, Paratus ſū obedire: ſed duos filios habeo: De quo præceptū intelligis? Dñs ſecūdo dixit. Vnigenitum: & ipſo reſpōdēte Quilibet eſt vnigenitus mři ſuę: dñs tertiò dixit: Quē diligis, Et ipſo reſpōdente, Vtrūq; diligo, Dñs dixit quartò Iſaac. Et factū eſt hoc, vt dñt hebręi, vt ex pluribus reſponſionibus ad obedientiā haberet maiorē mercedē. Doctores aūt noſtri dicunt, q fuit vnicū præceptum ſic factum, vt ſic et poſitū ita, proponerent, quę poſſent ipſum retrahere ab impletione præcepti, vt per hoc magis appareret obedientia Abrahę. Et ideo totum dictum eſt ſibi in eodem contextu, Tolle filium tuum, quia licet Iſmahel eſſet filius eius, tamen dictum erat ei à Domino, In Iſaac vocabitur tibi ſemen, capit. præcedenti.* (Grauis tētatio fidei Abrahę. Iudic. 8. c. Heb. 11. d. † 22. q. 2. c. ſi quelibet § quādoq.)

c Vnigenitū: *miraculoſè conceptum à Sara.*

d Quem diligis, *ſpeciali dilectione, & ſuper omnes creaturas.*

e Iſaac: *qui interpretatur riſus, ex gaudio qd habuiſti in eius annūciatione et natiuitate.* (Iſaac, riſ'.)

f Et vade in terrā viſionis. *i. in montē iuxta Hierlm, quia erat altus reſpectu aliarum partiū terræ promiſſionis. Et ideo inde poterat videri terra in circuitu: & ille mōs poſtea additus eſt ciuitati, & in loco illo poſteà ędificatum eſt templum tempore Salomonis vt habetur Paral. & hoc præceptum eſt Abrahę, vt longè eundo poſſet deliberare de facto, & ſic dimittere, niſi fuiſſet valde cōſtans in obediētia ad Deū.* (Terra viſionis.) D (Obedientia Abrahę.) (2. Par. 3. a)

g Atque offer eum ibi &c. *Holocauſtum erat ſacrificium, quod totum incendebatur ad honorem diuinum, ita quòd de filio ſuo nō remaneret, niſi cineres, qui ſtatim per flatum venti diſpergerentur.*

h Igitur Abraham &c. *Hic conſequenter oſtenditur obedientia ſerui, ſcilicet Abrahę, quia præceptum fuit ſibi factum de nocte tunc enim communius & conuenientius fiunt reuelationes diuinę, ſedatis exterioribus motibus. & non expectauit ortum ſolis ad exequendum mandatum, quod erat valde difficile, vt patet ex dictis.*

i Strauit aſinum ſuum. *ad portandum ligna, quę erant neceſſaria in ſacrificio holocauſti, vt dictum eſt. Et notandum quòd ipſemet ſtrauit. non enim expectauit quòd ſeruus ſuus ſurgeret ad hoc faciendum, ex deſiderio feruenti, quod habebat ad implendum Dei mandatum.*

K Ducens ſecum duos iu. *Iſti fuerunt Iſmahel & Eliezer, vt dicunt Hebręi, tamen nec ipſis, nec vxori reuelauit præceptum Dei ſibi factum, ne aliquo modo impediretur ab ex executione.*

¶ Die autem tertio

## NIC. DE LY. Cap. XXII.

a Diuiſio. QVę poſtquam geſta ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur quomodo Abraham ſe habuit vt perfectus, & primò quo ad Deum. Secundò quo ad proximum. c. 23. Tertiò quo ad ſeipſum. c. 24. Circa primum oſtenditur obedientia Abrahæ ad Deum in hoc quòd ad præceptum eius paratus fuit abſque dilatione immolare filium ſuum. Et ideo ſic proceditur: quia primò oſtenditur præceptum Domini. Secundò obedientia ſerui, ibi, Igitur Abraham de*

## MORALITER.

* a Quę poſtquàm. In hoc cap. agitur de oblatione Iſaac cū dicitur, b Tolle filium tuum vnigen. &c. Per Iſaac, qui interpretatur riſus intelligitur Ieſus Chriſtus, in cuius natiuitate riſum fecit nobis Dominus. Luc. Euāgelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator &c. (Luc. 2. b.) Per Abrahā aūt qui interpretatur pater multarum gentiū, intelligitur Deus pater quę charitas, q Deus eſt tentauit, i. ad offerendum filium vnigenitū induxit Io. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. (Ioan. 3. b.) Ipſe enim eſt vnigenitus Dei filius naturalis: alij verò ſunt adoptiui.

g Atque offer eum ibi in holocau. id eſt per charitatis incendium: nam ex charitate maxima pater ipſum obtulit, & ipſe ſimiliter voluit. Eſa. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. (Eſa. 53. c.)

† Super unum mont. id eſt Caluariæ locum.

† Quem monſtra. tibi: Sicut autem charitas ſupra dicitur patrem induxiſſe, ſic intelligitur hic ſibi dixiſſe. Et ideo eodem modo dicendum eſt in ſequentibus, vbi eſt talis modus loquendi.

h Igitur Abraham de no. conſur. id eſt Deus pater vetus teſtamentū quantum ad legalia relinquens. Quod autem vetus teſtamentū nox dicatur, habetur Rom. Nox præceſſit, dies aūt appropinquauit &c. Rom. 13. d

i Strauit aſinum. id eſt Iudaicum populum quē in ſtrauit id eſt parauit dando ei legem & prophetas.

K Ducēs ſecū duos iuuenes, & Iſaac filiū ſuū. &c. Per duos iuuenes poſſunt intelligi Petrus & Ioannes, qui in paſſione ſecuti ſunt Chriſtū. & dñr iuuenes, eo q erāt de nouo renati per baptiſmū: & quia nondum erāt ita perfecti, q eſſent apti pati cum Chriſto, Ideo ſubditur:

¶ Expectate hic

uariæ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Die autem tertio: Hiero.* Notandum quia de Geraris vſque ad montem Morija, id eſt ſedem templi iter trium dierum ſit: & Abraham illuc die tertio perueniſſe dicitur. Malè ergo putant, Abraham illo tempore habitaſſe apud quercum Mambre, cum inde ad montem Morija vix vnius diei plenũ iter ſit. Triduum quo venerunt ad locum ſacrificij, tres ętates ſignificat, ante legem, ab Abraham vſq; ad Moyſen: Sub lege à Moyſe vſque ad Ioannem: Inde vſq; ad Dominum: & quicquid reſtat, tertius dies eſt gratiæ, in qua tertia ætate ſacrificium completum eſt Chriſti.

In q. Heb. ſuper gen. 22. To. 5. *Myſtice.*

b *Expectate hic &c.* Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, hoc eſt Cum aſino: vt plenitudo gentium intraret, hoc eſt Poſtquam adorauerimus: Vbi ſacrificium crucis per gentes fuerit prædicatum, & plenitudo gentium intrauerit, hoc eſt, Reuertemur ad vos: & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet. Duo ſerui dimiſſi, nec perducti ad locum ſacrificij, Iudæi ſunt, qui ſeruiliter viuentes, & carnaliter ſapientes nõ intellexerunt humilitatem, & paſſionem Chriſti. Duo quidem, quia in duas partes diuidendi, quod factũ eſt peccante Salomone, quando diuiſus eſt populus loco regni, non errore impietatis, quibus dicitur p Hier. aduerſatrix Iſrael & præuaricatrix Iuda.

alias cum. Hier. 3. d

c *Ego & pu. &c. Alc.* Indubitanti animo mactare filium volebat. Laudandus in conſtantia offerendi, & in fide ſuſcitandi. Sciebat enim certiſſimè Deum fallere non poſſe, & licet puer occideretur, promiſſionẽ tamen Dei ſaluam permanere. Vnde apoſtolus, Hebr. Fide Abraham non hæſitauit cum vnicum offerret, in quo acceperat repromiſſionem, credẽs, quia & à mortuis potens eſt ſuſcitare Deus.

*Hiſtorice.* Hebr. 11. d ſuper Ge. cap. 22. F

d *Dixit Abraham. Iſido.* Abraham vnicum filium ducens ad immolandum Deum patrem ſignificat. Abraham ſenex filium ſuſcepit, Deus autem nõ ſeneſcit, ſed ꝓmiſſio de Chriſto quodãmodo ſenuerat, quando natus eſt. Inchoauit ab Adam, quando dictum eſt, Erunt duo in carne vna. & completa eſt ſexta ætate ſeculi. Senectus Saræ, in plebe Dei, hoc eſt in multitudine prophetarum, hoc idem ſignificat, quia in fine temporum ex plebe ſanctarum animarum natus eſt Chriſtus. Sterilitas eius ſignificat quòd in hoc ſæculo ſpe ſalui facti ſumus, & in Chriſto tanquã in Iſaac omnes nati ſumus, quem partum † eccleſiæ in fine temporum, non natura ſed gratia procreauit. Abraham ergo Deum patrem ſignificat, Iſaac Chriſtum. Sicut enim Abraham vnicum, & dilectum filium victimam Deo obtulit, ſic Deus pater vnigenitum filiũ pro nobis tradidit. Et ſicut Iſaac ligna portabat, quibus imponendus erat, ſic Chriſtus crucem, in qua figendus erat.

*Abraham immolat Iſaac filium* Gen. 22. d. alias, † & venerunt. *Myſtice.* aliàs, † eccleſia.

e *Cumq; colligaſſet. &c.* Iſaac ligatis pedibus altari ſuperponitur, & Chriſtus cruci affigitur. Sed quod figuratum eſt per Iſaac, tranſlatum eſt ad arietem, quia Chriſtus ouis. Ipſe enim filius, quia natus, aries quia immolatus. In vepribus hæret aries, crux cornua habet. Si enim duo ligna compingantur, crucis ſpecies redditur. Vnde Abacuc. Cornua in manibus eius. Cornibus ergo hærens aries, Chriſtus crucifixus eſt. Vepres autem ſpinæ. Spinæ iniquæ quæ Dominum ſuſpenderunt. Inter ſpinas enim peccatorum ſuſpenſus eſt. Vnde Hierem. Spinis peccatorum ſuorum circumdedit me populus hic. Alij hũc arietem in vepribus ligatum, Chriſtum ante immolationem ſpinis coronatum intelligunt.

*Typus Chriſti Iſaac.* Allegorice. Abacuch. 3. a Hier. 38. d

Non peperceris

a ¶ Feria quarta de proditione cum Iuda pactum eſt, quinta comprehenſus eſt, ſexta die i. paraſceue crucifixus eſt.

a cœperat ei Deus. Die autem ter- a

a ¶ Longe exiſtens a malitia Iudæorum.

tio eleuatis oculis, uidit locum procul, dixitque ad pueros ſuos:

a ¶ Quia Iudæi aſinina tarditate, non intelligunt myſterium Crucis.

b c † Expectate hic cum aſino: ego b c

& puer illuc vſque properantes,

a ¶ Hoc erit in fine mundi, cum plenitudo gentium intrauerit.

poſtquã adorauerimꝰ, reuertemur d

a ¶ Quia Chriſtus angariatus eſt portare crucẽ. Vnde Eſ. ix. Factus eſt principatus ſuper humerum eius.

ad uos. Tulit quoque ligna holo- e

cauſti, & impoſuit ſuper Iſaac fi- f

lium ſuum: ipſe verò portabat g

a ¶ Operibus. b ¶ Bonũ zelum, quia ſeparat patrẽ & filiũ.

in manibus ignem & gladium. Cumque duo pergerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. h

At ille reſpondit: Quid uis fili? Ecce inquit ignis & ligna,

a ¶ Quantum ad innocentiam ſuam ignorare uidetur Chriſtus cur patiatur, vnde. Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Pſalmo 34. c.

d ubi eſt victima holocauſti? Dixit †

autem Abraham: Deus prouidebit i

ſibi uictimam holocauſti fili mi.

a ¶ Qui obediuit patri filius vſque ad montem.

Pergebant ergo pariter, & uene- †

runt ad locum quem oſtenderat ei Deus: In quo ædificauit

a ¶ Hoc eſt figura altaris in quo conſecratur corpus & ſanguis Chriſti.

altare, & deſuper ligna compo-

a ¶ Quia vinctis manibus ante præſidem ductus.

e ſuit. Cumque alligaſſet Iſaac filium K

ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. Extenditque ma

a ¶ Quo ſeparauerat omnem carnis affectum.

num, & arripuit gladium, ut im-

## NICOLAVS DE LYRA.

G

¶ a Die autem tertio. *Locus autẽ vnde receſſit ſcilicet Berſabee, non erat ita longè à monte Morija, vbi debuit immolare filium, quin poſſet illuc venire in breuiori tempore, quia non diſtat niſi 20. leucis vel circiter: ſed à Domino iſta dilatio facta eſt, vt appareret omnibus quòd Abraham in hoc facto non fuit ſubito motus, ſed ex longa deliberatione, vt clarius appareret obediẽtia eiꝰ.*

b Expectate hic cum aſino. *Quia timebat ne impedirent eius obedientiam, ſi eſſent præſentes.*

c Ego & puer. *ſcilicet Iſaac.*

d Poſtquam adorauerimus, &c. *Hoc propheticè dixit, non tamen aduertens quid diceret. Non enim intendebat quòd Iſaac reuerteretur cum eo, & ideo non fuit prophetia propriè & perfectè dicta, ad quam requiritur intelligentia, ſecũdum quod dicitur Dan. Intelligentia opus eſt in viſione, ſed largè dicta, quia ſpiritu ſancto mouente ſic protulit vt ſignificaret id quod futurum erat.*

e Tulit quoque &c. *De dorſo aſini.*

f Et impoſuit ſuper Iſaac. *In figura Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui baiulãs ſibi crucem exijt in eum, qui dicitur Caluariæ locus, vbi & Crucifixus eſt, vt dicitur Ioan.*

Io. 19. a

g Ipſe vero &c. por. gla. *ad immolandum Iſaac. Ignem, ad incendendum & incinerandum ipſum immolatum.*

h Dixit Iſaac &c. *Hoc factum eſt à Deo, vt verba pietatis commouentia viſcera paterna, dicerentur à filio, & magis declararetur obedientia Abrahæ, qui ex hoc non fuit ab obedientia retardatus.*

i Deus prouidebit ſibi. *Hoc etiam propheticè dixit.*

K Cumque colligaſſet Iſaac. *Non eſt intelligẽdum quòd inuitum eum ligauerit. Iſaac enim iam erat 35. annorũ, vt dicit Ioſephus, & per conſequens Abraham iam erat 135. annorum, quia centum annorum erat quando Iſaac natus eſt, vt dictum eſt cap. præcedenti, & ſic erat fortior patre, qui erat valde ſenex. Hoc etiam patet, quia portauit ligna holocauſti aſcendendo montem, & tamen erat ibi onus vnius aſini vt patet ex prędictis. Oportebat enim quòd tantum eſſet ibi de lignis, quot ſufficerent ad incendendum & incinerandum corpus vnius hominis. Et ideo ſuper hunc locum dicit Ioſephus, quòd ędificato altari et omnibus paratis, Abraham dixit filio ſuo quomodo magnis precibus impetratus erat à Deo, & quomodo conceptus erat miraculosè: & quomodo natus gaudiosè, & quomodo Dominus pręcepit eum immolari ſibi, adiungens quòd credebat Deum eum nolle mori ęgritudine vel peſte, vel gladio in bello, ſed quòd cum precibus deuotis Deo offerretur, & ſic Deus acciperet ſecum animam eius perpetuò. Et ex hac obedientia Deus regeret ſenectutem Abrahę loco filij. Quibus auditis Iſaac voluntariè acceſſit, vt immolaretur ad implendum voluntatem Dei, & patris ſui. Licet autem dictum Ioſephi ſit verum quantum ad hoc, quòd Iſaac voluit immolari, non tamen videtur verum quantum ad hoc, quod Abraham immolaret eum, credens quòd anima eius de cętero eſſet cum Deo, & amplius inter homines non viueret, quia ſupra 17. capit. dixit Deus Abrahę de Iſaac, Reges orientur ex eo. Et cap. 21. b. In Iſaac vocabitur tibi ſemen, & firmiter credebat verbum Dei eſſe verum. Et ideo melius dicitur quod Abraham immolare volens Iſaac, credidit quod ipſum à mortuis ſuſcitaret Deus, vt compleretur in eo ſuum promiſſum. & hoc eſt quod dicit Apoſtolus ad Hebr. Fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt, Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen, arbitrans quia à mortuis ſuſcitare eum potens eſt Deus. & hoc ſignauit Abraham filio ſuo Iſaac: Et tunc voluntariè acceſſit ad obediendum, in hoc ſignificans Chriſtum, de quo ſcriptum eſt Eſaia. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Aduertendum etiam quod Abraham ligauit filium non propter hoc*

H

¶ quòd timeret eum

MORALITER. b *Expectate hic cum aſino. Cum adorauerimus, reuertemur ad vos.* ſcilicet in reſurrectione, & iungitur hic pater cum filio, quia ſunt inſeparabiles Ioan. Qui videt me, videt & patrem meum.

Ioan. 14. b

e *Tulit quoque holo. &c.* Nam ex diſpoſitione patris Chriſtus portauit lignum crucis Ioan. Et baiulans ſibi crucem &c.

Ioan. 19. c

g *Ipſe vero portabat &c.* Per ignem intelligitur ardor iudæorũ ad occidendum Chriſtum. Et per gladiũ, militis gladius quo perforatũ fuit Chriſti latus. Hæc. n. Deus pr̃ portauit inquãtũ ea fieri permiſit.

Vbi

† *Vbi eſt victima holocauſti?* quaſi dicat aliunde eſt aſſumenda: & per hæc conuenienter ſignificantur Chriſti verba horrorem carnis exprimentia. Matth. Pater mi, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte.

i *Deus prouidebit &c.* Deus enim pater pati Chriſtum ſuum præuidit & impleuit. Actu. Deus qui per os omnium prophetarum prænunciauit pati Chriſtum ſuum impleuit ſic. Ideo ſubditur,

† *Veneruntq; ad locum.* ſ. immolationis, tamen Iſaac nõ fuit immolatus, ſed aries, q̃a diuinitas Chr̃i non fuit paſſa, ſed fragilitas humana.

✻ Et ecce Angelus.



a *Non peperceris. Aug.* Numquid non pepercit Abraham filio ſuo propter Angelum? Sed in angelo figuratus eſt Dominus, qui Deus eſt, & magni conſilij angelus. Erat enim in Angelo Deus, & ex eius perſona loquebat̃. Hoc magis in ſequentibus apparebit cum dicitur, Et vocauit Angelus Domini Abrahã ſecũdò de cœlo dicens, Per memetipſum iuraui dicit Dominus. Nõ enim facile inuenitur † Chriſtum patrem Dominum dicere tanquàm ſuum Dominũ, præſertim ante incarnationem. Nam ſecundũ carnem hoc congruè dicitur, ſecundum quã in Pſal. dicit̃: Dominus dixit ad me &c. Quod autem dictum eſt in pſalmo, Dixit Dominus Domino meo, ad prophetam hoc refertur qui loquitur: Sicut illud Pluit Dominus à Domino, id eſt Dominus noſter, ſ. filius, à Domino noſtro patre ſcilicet.

A Pſalm. 2. d Pſal. 109. a

b *Arietem. Alch.* Aries qui ꝓ Iſaac immolatus eſt, non putatiuus ſed verus eſt. Ideo magis putatur Angelum eũ aliunde attuliſſe, quã ibi de terra poſt ſex dierum opera Dominũ procreaſſe. *Arietem inter ve. &c. Hieron.* Aquila veprem vel ſpinetum poſuit, & vt verbi interpretatio eſt, condenſa & inter ſe complexa virgulta. vnde Symmachus eadem opinione ductus ait, Et apparuit aries poſt hæc retẽtus in rete cornibus. Sed 70. & Theodotio videtur melius interpretari, qui ipſum nomen סבך ſebach poſuerunt, quamquam id poſtea corruptum eſt in Sabeth. In virgultis Sabeth cornibus ſuis. Etenim ſcicheon ſiue rete quod Aquila poſuit & Symmachus, per ſcin litterã ſcribitur. hic verò ſamech littera poſita eſt. Vnde patet non interpretationem ſtirpium condenſarum: & in modum retis inter ſe virgulta contexta verbum Sabeth: ſed nomen ſonare virgulti: quod ita hebraicè dicitur.

*Hiſtoria.* Sabeth. B

c *Appellauitque nomen &c. Hieron.* Pro eo quòd hic habet̃ Dominus videt, in hebræo, videbitur, ſcriptum eſt. Hoc apud Hebræos exiuit in prouerbium, vt in anguſtijs cõſtituti & Dei optantes auxilio ſubleuari, dicant, In monte Dominus † videbit ideſt ſicut Abrahæ miſertus eſt, miſerebitur noſtri. Vnde & in ſignum dati arietis, ſolent cornu clangere. Peracto ſacrificio dicitur Abrahæ, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod factum eſt cum aries dicit Pſal. Foderũt manus meas & pedes meos &c. Peracto enim ſacrificio dr̃ ibidem. f. Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius &c. Immolato ergo ariete vocauit Abraham nomen loci illius Dñs videt, id eſt videri ſe fecit, per incarnationem ſcilicet

Prouerbium vulgatum apud Hebr. Alias † videbit. Pſal. 21. d

a ¶ Prophetia prænuncians cuncta quæ de Chriſto uentura.

molaret filium ſuum. Et ecce an- a

gelus Domini de cœlo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui reſpondit, Adſum. Dixitque

a ¶ Quia caro potuit crucifigi, diuinitas non potuit tangi.

ei: † Non extendas manum tuam b

ſuper puerũ, neque facias illi quicq̃.

a ¶ Cognoſcere feci te. Similiter in ſequentibus dicitur. Vocauit nomen loci illius Dominus uidet, id eſt uideri fecit, ſignificans per efficientem id quod efficitur, ut frigus pigrum, quod pigros facit.

Nũc cognoui quòd timeas Domi- c

num, & nõ † pepercisti filio tuo v-

a ¶ Id eſt obedientiam meam.

nigenito propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque d

a ¶ Quia longe poſt ueritas huius umbræ declaranda.
b ¶ Tanquàm ouis ad occiſionem ductus eſt.
c ¶ Inter duo brachia crucis ſuſpenſus eſt.

b poſt tergum arietem inter ve-

pres hærentem cornibus: quem e

aſſumens, obtulit holocauſtum

c pro filio. Appellauitque nomen f

a ¶ Vbique Dominus uidet: ſed uidit dixit pro apparuit. i. uideri feci, Vt illud: Nunc cognoui, ꝙ timeas Dominum, id eſt cognoſci feci. per efficientem enim ſignificatur id quod efficitur, ſicut pigrum frigus dicimus quod pigros facit.

loci illius, Dominus uidet. Vnde g

vſque hodie dicitur, in monte Do- h

a ¶ Replicat prophetia uentura de Chriſto.

minus videbit. † Vocauit autem i

a ¶ Magni conſilij, vel ipſe Angelus in perſona Dei loquebatur. ¶ Chriſtus.

angelus Domini Abraham ſe-

a ¶ Quia maiorem non habui

cundò de cœlo dicens: Per me- k

a ¶ Quia immutabiliter a Deo ſtatutum eſt.

metipſum iuraui, dicit Domi-

a ¶ Quia pater filium tradidit, deditq; nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen, vt in eius nomine omne genu flectatur.

nus, quia feciſti hanc rem, & non

pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpter

me, Benedicã tibi, & multiplicabo l

a ¶ Spirituales pauciores fulgentes.

ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & m

a ¶ Iſrael ſecundum carnem, quia erant degeneres futuri, & de bona oliua in oleaſtrum tranſituri. ¶ Flures carnales ſteriles.

velut arenam quæ eſt in littore

maris: poſſidebit ſemen tuum n

a ¶ Quia deſcendet Chriſtus infernum ſpoliaturus.

portas inimicorum ſuorum, & o

a ¶ Cathechizabuntur id eſt baptizabuntur. b ¶ Chriſto. c ¶ Prædeſtinati de omnibus gentibus.

benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti

a ¶ In fine mundi fides de gentibus ad Iudæos reuertetur.

voci meæ. Reuerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abieruntque

a ¶ Tunc concorditer uiuent in eccleſia.

Berſabeæ ſimul, & habitauit

ibi. His itaque geſtis, nuntiatum p q

*Dicendum, quòd reuelatio illa ſibi fuit facta taliter, quòd dubitare non poterat, quin eſſet ſibi præceptum à Deo, vt plenius declaraui in quadam quæſtione de quolibet. Ipſe etiam ſciebat ꝙ quilibet quantumcumque iuſtus eſt debitor mortis ipſi Deo pro peccato primi parentis. & ideo ipſe Deus poteſt illud debitum repetere quando vult & quomodo vult, & ideo bene obedire voluit. Secus autem eſſet de præcepto alterius qui non ſic eſſet Dominus vitæ & mortis. Et per hoc patet ad obiecta.*

C

a Et ecce Angelus Domini. *Hic conſequenter ponitur præcepti reuocatio, quia factum erat ad declarationem obedientiæ Abrahæ, & ideo ipſa declarata reuocatur. Ideo ſubditur,*

b Non extendas &c. *licet enim iam eſſet 35. annorum, tamen vocatur puer, quia adhuc erat ſub cura patris. In ſacra enim ſcriptura ſubditi & famuli, licet ſint ætatis prouectæ, tamen frequenter vocantur pueri.*

1. Mac. 2. f

c Nunc cognoui. *id eſt alios cognoſcere feci.*

*Timorẽ Abrahæ erga Deum, commendat ipſe Deus.*

d Viditque poſt ter. arie. *Dicunt hebræi, quòd ibi fuit paratus à principio creationis mundi, ſcilicet ſexta die in qua formauit Deus animalia. Sed hoc nec ratione nec ſcriptura habet apparentiam, & ideo reputandum eſt fictitium. propter quod dicendum, ꝙ fuit ibi adductus miniſterio Angelico.*

e Quem aſſumens &c. *Orabat enim Abrahã in immolatione arietis, quòd Dominus acceptaret ita, acſi filius eius propter Deum fuiſſet immolatus. Ex liberatione verò Iſaac, & immolatione arietis pro eo faciunt Iudæi feſtum tubarum in principio menſis ſeptimi, ſcilicet ſeptembris, propter quod tunc clangunt in cornibus pecorum in memoriam arietis immolati pro Iſaac.*

*Feſtum tubarum.*

f Appellauitque &c. *Eo quòd Dominus vidit Abrahæ, & filij eius obedientiam, & Iſaac liberauit à morte.*

g Vnde vſque ho. dicitur. *hoc eſt in prouerbium deductum eſt.*

D

h In monte Dominus uide. *Quando enim Iudæi ſunt in anguſtia conſtituti, dicunt in monte Dominus videbit, id eſt ſicut in monte vidit afflictionem Iſaac eum liberando, ſic nos liberabit.*

Pſal. 104. a Luc. 1. g. Eccl. 44. d. Heb. 6. c. 1. Mach. 2. f Actu. 3. d Eccl. 44. d

i Vocauit aũt &c. *Hic conſequenter repetitur promiſſio prius facta Abrahæ, & magis explicatur, et iurõ diuino confirmatur, dicẽs,*

Benedicit Abraham.

K Per memetipſum &c. *Homines enim per maiores ſuos iurant vt dicitur ad Hebr. Non poteſt autem aliquid eſſe maius Deo, & ideo per ſemetipſum iurauit.*

l Multiplicabo &c. *hoc dicit quantum ad bonos, & religioſos.*

m Et uelut arenam &c. *hoc dicit quantum ad cupidos & terrenos, & maxime quantum ad filios Eſau, vnde & Eſau dictus eſt Edom. id eſt terrenus.*

n Poſſidebit &c. *hoc impletum fuit tẽpore Ioſue, qui debellauit. 30. & unũ reges & ciuitates, & terras eorũ diuiſit poſſidẽdas Iſrael.*

o Et benedicentur &c. *Hoc exponunt Iudæi, dicentes quòd quando quis bona imprecatur alicui dicit Benefaciat tibi Deus, ſicut fecit Iſaac filio Abrahæ. Catholici autem melius exponunt de Chriſto, qui de ſemine Abrahę deſcendit ſecundum carnem, & in ipſo benedicentur omnes gentes terrę. i. aliqui de omnibus gentibus: quia nullus conſequitur ſalutem niſi per Chriſti benedictionem.*

Semen Chriſtus ſecundò ꝓmittitur Abrahæ.

p His itaq; ge. *i. poſt liberationẽ Iſaac, quia Abraham cogitabat ſibi prouidere de uxore, eo ꝙ iam eſſet ſufficientis ętatis, et nolebat ꝙ acciperet vxorem de Chananęis inter quos habitabat. Ideo ſequitur,*

q Nunciatum eſt Abrahę &c. *ꝙ ſoror Sarę vxoris ſuę genuiſſet filios.*

¶ Hus primoge-

## NIC. DE LYRA.

*¶ quòd timeret eũ fugere vel rebellare, ut patet ex prædictis, ſed vt immolaret eum, ſicut & animalia quæ offerebantur in holocauſtũ, quæ ligata immolabantur, & ut per hoc Chriſti ligatio ſignificaretur ante immolationem ipſius in cruce. Si autem quæratur quomodo Abraham voluit filium ſuum immolare, cum occiſio innocentis ſit horribilis & illicita: Sciebat etiam, quòd homo non eſt animal immolatitiũ?*

Dicendum,

MORALITER. ✻ a *Et ecce Angelus. &c.* Per Angelum Domini loquentem cum Abraham intelligitur charitas ſicut ſuperius dictũ eſt, eò ꝙ ipſa induxit Deum patrẽ; ſed quia Chriſtus per paſſionẽ ſuam meruit ſuã exaltationem, & populi Chriſtiani multiplicationem, ideo ſubdit̃,

n *Poſſidebit ſemen tuum. &c.* Chriſtus enim, qui eſt ſemen Dei patris reſurgens fregit portas infernorum.

ſ *Appellauitque nomen loci illius, Dominus videt.*

ſ Viſio nanque clara Dei per paſſionem Chriſti exiſtentibus in limbo fuit data, & ſ. tunc uiderunt Dominum ſuo modo ſicut uiſi erant ab eo.

ab eo. Corint. Tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Moraliter autem breuiter poteſt exponi de homine religionem intrante, quem Deus tentat ideſt probat dicens per inſpirationem internam, Tolle filium tuum quem diligis Iſaac, id eſt mundanum gaudium aufer à te, aſſumendo uoluntarium luctum. Sed quia dicitur Matt. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: ideo Iſaac non immolatur, ſed aries; quia carnale gaudium per arietem ſignificatum aſperitate uitæ trucidatur, & ſpirituale gaudium augmentatur. Phil. Gaudete in Domino ſemper iterum dico gaudete. &c.

1. Cor. 13. d Matt. 5. a Phil. 4. a

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

tionem ſcilicet, dum ſe hominibus viſibilem præbuit.

E ... o. De Melcha vxore Nachor filia Aran natus

Ing.Hebr. ſuper gen. 22. to.3. Iob.1.a eſt Hus, de cuius ſtirpe Iob deſcendit, ſicut ſcriptum eſt Iob, Vir erat in terra Hus nomine Iob. Malè igitur æſtimāt quidā Iob de genere Eſau, eſſe. Quod enim in fine eius libri habetur, quod de Syro ſermone tranſlatus ſit, & quartus ab Eſau, & reliqua quæ continentur ibi, in Hebræo non habentur. Secundus, natus eſt de Melcha Buz, ex cuius genere Balaam diuinus, ſicut Hebræi tradunt, qui in Iob dicitur Eliu; primum vir ſanctus & prophetes Dei: poſtea per inobedientiā & deſiderium munerum

Filij Achor ex Melcha. (dum Iſraeli maledicere cupit) diuini vocabulo nuncupatur. Vnde iratus eſt Eliu filius Barathel Buzites &c. Chamuel verò pater eſt Damaſci. Ipſa enim vocatur Aran, quæ hic pro

Mons Moria. Syria ſcripta eſt, & ipſo nomine legitur in Eſaia.

*Dixit autem.*

a ¶ Quæ ſoror Saræ, Saram duxit Abraham: Melcham vero Nachor.

est Abrahæ quòd Melcha quoq; genuiſſet filios Nachor fratri ſuo:

a ¶ Vel Hus, de cuius ſtirpe Iob. Vnde vir erat in terra Hus nomine Iob. ¶ De quo dicitur terra Hus: ſecundum illud: Vir erat in terra Hus &c. b ¶ A quo Buzites dicitur, quem Hebræi putant Balaam fuiſſe.

Hus primogenitum, & Buz fratrem eius,

a ¶ Hoc non eſt referendum ad eum qui nunciabat, ſed qui longe poſt hoc ſcripſit.

& Camuel patrem Syrorum,

a ¶ A quo Chaſdem id eſt Chaldæi poſtea vocati.

& Caſed, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph ac Bathuel,

a ¶ Pro qua rememorata eſt genealogia, quam ducturus erat Iſaac; nec mirum ſi non hæc omnia myſticos ſenſus gerunt, quia nec omnes rami arboris fructum ferunt.

de quo nata eſt Rebecca: octo iſtos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ. Concubina verò illius nomine Roma, peperit Tabee & Gahan, & Thahas, & Maacha.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Hus primogenitum. &c. *A quo deſcendit Iob vt dicit Hiero. vnde & in principio libri Iob dicitur, Vir erat in terra Hus nomine Iob.* li. de Heb. q. ſuper ge. 22. to.3.

b Et Buz fratrem eius. *Ab iſto deſcendit Eliud Buzites.*

c Et Iedlaph ac Bathuel: de quo nata eſt Rebecca &c. *Propter iſtam quæ coniungenda erat ipſi Iſaac, deſcripta eſt iſta genealogia.*

Dixit

¶ *In c.22. vbi dicitur in poſtilla:* Et vade in terram viſionis id eſt in montem.

### ADDITIO I.

Mons Moriah. Vbi hic dicitur: In terram viſionis. in hebræo habetur: In terram moriah מריה. Voluit enim trāſlator interpretari hoc nomē morijah per hoc nomē viſionis, quod non de propinquo, ſed valde longe hoc ſonat. In Paral. verò vbi de hoc monte agitur, non fuit interpretatus hanc dictionem, ſed dimiſit eam in propria forma dicens, Et cœpit Salomon ædificare domū Domini in Hieruſalem in monte Morija &c. (2.Para.3.a) Et melius ſe habuit ibi quàm hic; nam hæc dictio Morija habet alias interpretationes litteræ propinquiores, & magis conſonas propoſito, quas quidem interpretationes hebræi antiqui tradunt: Nam quidam eorum dicūt, quòd Morija interpretatur doctrina ſeu doctrix &c. & eſt † propinquiſſima interpretatio ſeu expoſitio. (Aliàs † propriiſſima.) Nā More in hebraico propriè idem ſignificat quod doctor: & ſic Morija eſt ab illo nomine More abſtractum: Vel eſt nomen fœminini generis eiuſdem ſignificationis: & ſic mons Moria idem eſt quod mons doctrinæ ſeu doctoris. Secundo modo interpretatur ab eis & propriè ab hoc quod & Mor ſignificat myrrham. Vnde dicunt quòd idem eſt dicere, mons Morija, quod mons myrrhæ: De quo Cantic. Vadam ad montem myrrhæ. (Cant.4 b) F Tertio modo in tranſlatione chaldaica dicitur ad terram latriæ, eo quòd More propriè ſignificat timorem. vnde in illo loco reddebatur Deo cultus latriæ, quæ præcipuè fundatur in timore Dei ſancto, qui permanet in ſæculum ſæculi. Et notandum quòd quælibet illarum trium interpretationum conueniebat illi monti communiter ſeu largè, ratione templi ibi ædificandi. Primò, quia ab illo loco doctrina legalis egrediebatur ad totum populum iuxta illud Deut. (Deut.5.c) Secundò, quia ibi offerebatur Deo thymiama & incenſum, in quo myrrha interponebatur iuxta ſecundam interpretationem. Tertiò, quia ibi colebatur Deus cum hoſtijs, & ſacrificiis legalibus, prout in proceſſu Leuitici pluries cōtinetur: Quæ quidem tria peramplius & perfectius conueniunt illi monti, per paſſionem Chriſti & alia quæ ibidem poſtea occurrerunt. Primò, quia exinde exiuit doctrina generalis & ſalutifera toti vniuerſo: Iuxta illud Eſa. (Eſa.2. a) In nouiſſimis diebus præparatus eſt mons Domini in ſummo montium &c. Et ſubdit, Quia de Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem &c. Secundò: quia ibi fuit paſſio celebrata, quæ per myrrham deſignatur. Myrrha enim oblata Chriſto per Magos: dominicam annunciauit ſepulturam. (Matth.2.b) Tertio, quia cultus latriæ qui in vera charitate perficitur, ſolum fuit perfectiſſimè completus, cum Chriſtus in ſua paſſione per ineffabilem charitatem ſeipſum obtulit Deo patri in odorem ſuauitatis. Quæ quidem expoſitiones non ſunt reputandæ myſticæ, ſed litterales: fundantur enim in ſignificatione propria huius dictionis Moriia, prout ab hebræis traduntur, vt dictum eſt. Item nota quòd in hebræo non ſcribitur Moriia, in hoc loco cum vocali o: ſed ſcribitur taliter quòd prope poteſt legi Maria: vnde non inconuenienter diceretur, quòd ille mons ſanctiſſimus intitularetur à beatiſſima Virgine, quæ ibidem ſcilicet in templo filium ſuum obtulit Deo, & deinde iuxta illum locum propriis oculis aſpexit filium ſuum immolari, ſtans iuxta aram crucis vt Ioan. (Ioan.19. c) Et notandum quòd interpretatio noſtræ tranſlationis non videtur congrua rationi. Tum quia mons Moria, in quo fuit ædificatum templum non erat ſic diſpoſitus, vt inde poſſet videri terra in circuitu prout poſtillator dicit. nam talis viſio impedita erat per montes qui erant in circuitu eius: Vnde Pſal. (Pſal.124. a) Montes in circuitu eius. Tum quia cum dicitur, *Vade in terram viſionis ſeu in terram Moriiæ.* non eſt intelligendum in monte iuxta Hieruſalem, prout poſtillator dicit: quia Deus in primis non oſtendit Abrahæ montem, in quo erat immolaturus Iſaac, ſed terram in qua erat mons ille quem Deus ipſe erat ſibi demonſtraturus. Vnde dicit, Vade in terram Moria & cætera, in montem quem monſtrauero tibi.

¶ *In eodem capitulo 22. vbi dicitur in poſtilla, Non eſt intelligendum, quòd inuitum eum ligauerit &c.*

### ADDITIO. II.

Si autem Iſaac fuiſſet 35. annorum tempore immolationis, vt dicit Ioſephus, & ſic fuiſſet fortior patre, & tamen voluntarie acceſſit, & ligari ſe conſenſit, vt immolaretur ad implendum voluntatem Dei & patris ſui, videtur maximè admirandum quomodo in littera non attribuitur ipſi Iſaac meritum immolationis ſicut ipſi Abrahæ: non enim minus merebatur quàm pater, ſed forte amplius. Amicabilia enim quæ ſunt ad ſe, præponuntur amicabilibus quæ ſunt ad alterum: Vt in Ethicis dicitur: non enim minus rationabiliter diceretur ipſi Iſaac, quia feciſti rem hāc, & te obtuliſti ſponte immolationi propter me &c. quàm ipſi Abrahæ: Vnde dicunt quidam hebræorum, quòd Iſaac erat 15. annorum ferè, & quòd quaſi inuitus acceſſit ad immolationem: Nec etiam ex hoc quòd portauit ligna holocauſti, ſequitur quòd eſſet tantæ ætatis, nam poteſt eſſe quòd illa ligna non erant onus vnius aſini quia non erant tanta, quòd ſufficerent ad totum holocauſtum, ſed erant quædam pauca ligna ſicca, & forte odorifera, quibus erant addenda ligna alia de his quæ erant in monte, vt citius incenderentur, & ſuauius redolerent. Nec ex hoc Iſaac erat culpandus, nam adhuc erat in puerili ætate, prout hoc patet in littera cum dicit in hoc loco: *Ne extendas manum in puerum.* Nō.n. habetur in ſacra ſcriptura, quòd homo 30. annorum & vltrà puer dicatur: Et ideo dicūt quòd ipſi Iſaac non legitur in ſcriptura attribui merces, ſed ſolum Abrahæ: quia adhuc Iſaac non habebat perfectè vſum liberi arbitrii ex defectu ætatis, nec etiam habebat vires ad reſiſtendum patri. H

¶ *In eodem capitulo 23. vbi dicitur in poſtilla.* Nunc cognoui: *id eſt alios cognoſcere feci &c.*

### ADDITIO. III.

Cum ex hoc quod dicitur hic in perſona Dei. *Nunc cognoui:* intelligatur alios cognoſcere feci, ſicut communiter tenetur. Sed hanc expoſitionem quidam hebræorum refutant dicentes, quòd nullus erat ibi tempore immolationis cum Abraham, niſi ſolus Iſaac: propter quem ſolum non diceretur, alios cognoſcere feci. Sed hæc ratio non videtur valere, nam obedientia Abrahæ per hunc actum cognita fuit Angelis, qui fortè prius non cognoſcebant eam eſſe in tanto gradu. Similiter & ceteris fidelibus, qui geſta Abrahę credunt authoritate ſacrę ſcripturę. Sed adhuc hęc expoſitio non videtur propria: nam iſte actus immolationis attribuitur Abrahæ tanquàm ipſi actori: Vnde dicitur infra, *Quia feciſti rem hanc &c.* Et ſic in iſto actu Abraham fecit alios cognoſcere, quòd eſſet timens Deum, & per conſequens ſcriptura proprius dixiſſet & † rationabilius, Nunc feciſti alios cognoſcere quòd timuiſſes Deum: (Aliàs † ... ctius) Vnde videtur hoc verbum ſcilicet, *Nunc cognoui.* proprius poſſe exponi metaphorice: ſicut alia quę de Deo dicuntur ſecundum ſimilitudinem, quia cum dicitur, Iratus eſt Deus, & huiuſmodi, intelligitur quòd ad modum irati ſe habuit in affectu; ſimiliter etiam in propria materia cum dicitur, Tentauit Deus Abraham intelligendum quòd Deus ſe habuit erga Abraham per modum tentantis, qui vult accipere experimentum de aliquo ignoto, non tamen quòd Deo qui omnia nouit hoc eſſet ignotum. Et ſimiliter cum dicitur, *Nunc cognoui.* metaphoricè poſſet exponi, vt per hoc intelligatur quòd Deus ſe habuit in hoc actu, ſicut ille qui nouiter cognoſcit aliquid: quod patet in hoc quòd Deus poſt illud factum promiſit Abrahę maiora quàm prius ſibi promiſerat, & etiam iuramento ea confirmauit, vt poſt pauca declarat.

¶ *In eodem capitulo 22. vbi dicitur in poſ.* Appellauitque nomen loci illius: † Deus videbit &c. (Aliàs † ... minus.)

### ADDITIO IIII.

In hebręo in hoc loco dicitur יהוה יראה Adonai ireeh, & eſt verbū ſignificans videre diuinum in futuro dupliciter. Vno modo per modū futuri indicatiui. Alio verò modo per modum optatiui, † ita quòd po-

*In eodem*



G

A intelligi dominus videat: & dominus videbit. Cuius ſenſus eſt: quia appellatio Abrahæ in hoc loco fuit quædam oratio prophetica: ſicut pluries contingit in pſal. & in alijs dictis prophetarum. Vnde in hoc ſenſu quòd dicit, Dominus videat, orabat Abraham Deum, vt videret oculis iuſtiſſimæ miſericordiæ ſuæ rectitudinem mentis eius, & promptitudinem ſuæ obedientiæ in immolatione filij. In hoc autem ſenſu, quòd ſignificat, Dominus videbit, prophetabat, quòd erat Deus viſurus, & redditurus mercedē plenā ipſi Abrahæ, ſicut ſtatim fuit conceſſum ſibi, cum ſequitur, Per memetipſum iuraui. Huius autem quod ſequitur, Vnde vſque hodie dicitur, In mōte dominus videbit &c. videtur eſſe ſenſus, quòd poſteritas Abrahę ſcilicet veri fideles ſpectantes remunerationem huius facti dicebāt communiter quaſi in prouerbiū illud verbum quod Abrahā prophetice dixerat, ſcilicet, Dominus videbit. Et addebant ſuper hoc quod dicitur In monte, quia credebant prophetiam illam eſſe ad effectum producendam in illo monte vbi Abraham hoc factum tam meritorum exercuit. Quæ quidem oratio prophetica ipſius Abrahæ ſimul, & prouerbium inde ſubſecutum, hebræi credunt fuiſſe impleta in ædificatione templi: & apparitione gloriæ Domini in nube illud templum acceptantis, vt Reg. (3.Reg.8.) Sed potius credendum eſt fuiſſe impleta cum Chriſtus in eodē loco immolatus fuit in forma viſibili: vnde vbi tranſlatio noſtra dicit, In monte Dominus videbit, Hebraica veritas habet, In mōte Dominus videbitur: & ſic habetur in gloſ. noſtra: per qđ propriè intelligitur quòd verus filius Dei ibi viſibiliter fuit immolatus, quod immolatio Iſaac præcipuè figurabat. Circa quod attendendū eſt vlterius, quòd licet meritū Abrahæ in hoc loco fuerit principaliter expletū per immolationem filij quā pro Deo promptiſſimè facere intendebat, quod fuit ſingulare in ipſo Abraham, non autem in immolatione arietis, in qua multi cōuenerūt, ſacrificātes Deo animalia bruta, tamē Abrahā non protulit orationē prophetică ſupradictā, niſi poſt immolationē arietis, nec etiā fuit ibi factū iuramentū † diuinarum promiſſionū vſq; tūc, (Aliàs † diuinæ promiſſionis.) ſcilicet poſt arietis immolationē, quod non debet intelligi vacare à myſterio. Nam immolatio Iſaac deficiebat à figuratione immolationis Chriſti in duobus. Primò ſcilicet quia Iſaac nō fuit actualiter immolatus, ſed ſolū intētionaliter: Chriſtus verò actualiter. (Immolatio Iſaac manca diſtat à immolatione Chriſti.) Secūdò quia immolatio Iſaac nō fuit oblata in redēptionē alicuius, immolatio verò Chriſti fuit in redēptionē humanā: & ideo hæc duo fuerūt repēſata per immolationem arietis ad perficiendū immolationem Iſaac quātum ad præfigurationē immolationis Chriſti. Aries enim fuit occiſus, & eius ſanguis effuſus, ſimiliter & fuit in redemptionē ipſius Iſaac. vnde dicit. Quē aſſumēs obtulit in holocauſtum B pro filio, & ideo poſtquā Abrahā expleuit prefigurare immolationē Chriſti per vtrāq; immolationē prædictā, tūc & nō ante protulit ſuā propheticā orationē, vt dictū eſt. Conſequenter autē vocatus ſecūdò ab angelo in perſona dñi fuit ſibi facta promiſſio cum iuramēto, & non antea, prout in littera patet. Vnde Iſi. & habetur in gl. Peracto ſacrificio dicitur Abrahæ, In ſemine tuo &c. quod factum eſt cum aries dicit, Foderunt manus meas & pedes meos. peracto enim ſacrificio dictum eſt, Cōuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. (Pſal.21. ibidem.f) Immolato ergo ariete vocauit Abrahā nomen loci illius Dominus videt: Hæc ille. Littera etiā hoc inſinuat. In prima enim vocatione angeli dictum fuit Abrahæ, Nunc cognoui quòd timeas Dominum, & nō pepercisti filio tuo vnigenito &c. (Supra.22.c) vnde ſolum cōmendatur de oblatione filij propter Deum. & tunc non fuit ſibi facta aliquā promiſſio, ſed ſola approbatio diuina erga ipſum Abrahā. In ſecunda verò vocatione dicitur ei, Quia feciſti hanc rē. ſ. oblationē ſecūdā hoc eſt arietis, & nō pepciſti filio tuo. ſ. p oblationem primā filij & tunc fuit ſibi dictū, Benedicā tibi &c. Ex quo patet quòd licet meritum Abrahæ principalius & † clarius cōſiſtat in oblatione filij, tamen quia perfectius figurat paſſio Xpi in vtraq; oblatione ſimul, (Aliàs † ſingularius.) & etiā proteſtatio fidei Abrahę de xpo clarius relucebat, idcirco tunc & nō antea fuit ſibi facta promiſſio quę conſonat prædictis. Origenes ēt in hoc loco dicit, Patitur ergo xps ſed in carne, cuius hic aries forma eſt, verbum verò incorruptū pmāſit qđ eſt ſecūdum ſpiritum, cuius imago eſt Iſaac.

*In eo.c.xij. vbi dicitur in poſtilla, Hic conſequenter repetitur promiſſio facta prius Abrahæ &c.*

### ADDITIO V.

(Lib.1.c.8. in Gen.22.4.) ¶ In hac promiſſione facta Abrahæ non ſolum repetuntur ea quę aliàs fuerunt ſibi promiſſa, ſeu magis explicantur, & etiam diuino iuramento confirmantur; ſed etiam de nouo maiora ſibi promittūtur. vnde Ambr. Hæc benedictio præſtitit ſuperioribus. In illa enim propagationē ſeminis futurā promittit: in hac autē ait, Et benedicentur in ſemine tuo oēs gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Hæc ille &c. Ad cuius declarationem ſciēdū, quòd licet ea quæ in primo loco cōtinētur in hac promiſſione vltimò facta Abrahę, ſint quaſi quędam repetitiones pręcedētiū promiſſionū: Quod aūt vlt. cōtinet, Et benedicentur &c. propriè intelligitur de Chriſto, qui deſcendit de ſemine Abrahæ ſecundū carnem, ſine quo nullus conſequitur ſalutem, promiſſio noua eſt quæ non cōtinetur in præcedentibus. Quod ſic patet, Nam nunquàm Abrahæ fuit facta promiſſio quæ huic quodammodo aſſimilaretur, niſi ſupra xij. vbi dr: Atq; in te benedicentur omnes cognationes terræ &c. Quæ quidem benedictio in illa promiſſione contenta non poteſt intelligi de benedictione ſpirituali, quę pertinet ad gratiam cuius Chriſtus eſt auctor & cauſa efficiens, non enim dicit, ibi benedicentur in ſemine tuo, ſed benedicentur in te. Conſtat autem quòd Abraham non fuit auctor huiuſmodi gratię. C In hac autem vlt. promiſſione non dicitur, Et benedicentur in te: ſed Benedicentur in ſemine tuo, ſcilicet in Chriſto. (Gal.3.b) vnde & Apoſtolus ad Gal. iſtam vltimam auctoritatem allegat ad probandum quòd in Chriſto benedicentur omnes gentes, nō autē allegauit primam auctoritatem, eò quòd eſt ad ſuum propoſitum impertinens, vt patet in auctoritate Amb. ſupra allegata, quod etiā ipſa littera teſtatur apud eos qui in lingua hebraica ſunt periti. Nam licet tranſlatio noſtra hic & ibi dicat indiſtinctè, Et benedicentur: non tamen modica differentia eſt inter verbum hebraicum ibi poſitum, & verbum quod hic ponitur. Verbum enim quod ibi ponitur, non aliud ſignificat niſi quòd imprecantes benedictionem alicui dicat, Talē te faciat Deus ſicut fecit talē, eo modo quo inf. dr, In te bñdicet Iſrael atq; dicet, Faciat tibi Deus ſicut fecit Ephraim &c. (Gen.48.c) vbi manifeſtè patet quòd illa bñdictio nō fundabatur in ipſo Ephraim tāquā in auctore principali ſeu cauſa efficiēte ipſius benedictionis. Et ſimile verbum omnino ponitur ſupra vbi dicitur, Atq; benedicētur in te vniuerſæ cognationes terræ &c. Sed hoc loco in hebraico ponitur quoddam verbū ſignificans, quod ille in quo alij benedicuntur ſit cauſa principaliter effectiua illius benedictionis, quod nulli puræ creaturę poteſt conuenire vnde in Pſ. Deus iudicium regi da, &c. loquens de Chriſto ad litteram vbi dicitur, Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ &c. (Pſal.71.a) ponitur verbum benedictionis omnino ſimile huic quod hic ponitur, non autem ponitur ſic in c. xij. ſuprà dicto. Similiter Eſa. tractās de Chriſto ad litteram dicit, In quo qui benedictus eſt ſuper terram benedicetur in domino, amē, (Eſa.65.c) vbi uerbum omninò ſimile ponitur, ſicut hic cum dicitur, Et benedicentur in ſemine tuo &c. (Gen.12.c) nō autem ſicut benedicentur, quod ponitur ſuprà. Concordat etiam prædictis quòd Deus in alijs promiſſionibus Abrahæ factis nunquàm interpoſuit iuramētum aliquod, ſed ſolum in hoc loco tantum dicit, Per memetipſum iuraui dicit dominus &c. quod non ſolum denotatur ut ſimplex iuramentū, ut ſi dixiſſet, Iuraui dicit dominus ſimpliciter, ſed ad maiorē ſollennitatē addidit, Per memetipſum. Sicut ille qui iurat tāgēdo ſacra vt crucem, uel euāgelia & potiſſimū corpus Chriſti ſolēnius iurat quā ille qui ſimpliciter iurm pſtat ſine tactu taliū: In quo oſtenditur, qđ inter alia promiſſa hoc eēt maximū, qđ etiā cōſueuit facere ſcriptura in quibuſdā alijs locis: Sed pſtare diuinū iuramentū ſolēne ſup his quę ad myſteria Chriſti uenturi pertinebant, ſicut cum agitur de ſacerdotio Chriſti æterno Pſal. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in ęternum, (Pſ.109.a) D ut intelligatur ſolennis firmitas huius iuramenti, non ſolum dixit, Iurauit Dominus, ſed addidit, & nō pœnitebit eum. Hoc idem patet Pſal. Memento domine Dauid &c. (Pſ.131.a) vbi cum de regno Chriſti agitur ex ſemine Dauid uenturi; Pſ. dicit Iurauit dominus Dauid ueritatem &c. (Pſal.131.b) iuxta illud euangelij. Dabit illi dominus Deus &c. (Lucæ 1.) ubi non ſolum interpoſuit iuramentū ſimpliciter, ſed ad ſolenniorem firmitatem addidit, Et non fruſtrabitur eum, quod ſatis conſonat prædictis, ut patet intelligenti. unde hæc auctoritas bene intellecta multum facit ad concludendū Hebręos in hoc quòd in Chriſto ab Abraham deſcenſuro omnes gentes habebant recipere benedictionem.

### REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

(Quare Abrahæ obiatio grauior quàm Iſaac.)

IN cap.xxij. vbi exponitur illud, Vade in terrā uiſionis.i. in montem &c. Burg. facit magnā uim de nomine Moriia, in quo reprehendit beatum Hier. ſed quia eius digreſſio eſt in fauorem fidei tranſeat; potiſſimum, quia non eſt contra poſtillatorē: Sed quòd addit ſe legiſſe in hebraico Maria pro Moriia, quia ex auctoritate ſacri canonis aut ſanctorum nō habet euidentiā, ea facilitate contemnitur, qua probatur, maximè quia cōiter omniū interpretationes imo & ipſius Burg. ſonant in contrarium.

In eo.c. ubi poſtillator ad intentionem Ioſephi, & aliorum dicit Iſaac non inuitum ligatum fuiſſe in oblatione, ſed ſpontaneū, quia cum poſſet, non reſtitit patri exiſtens .xxxv. annorum. Burg. obiicit dicens, quòd tunc meritū potius deberet aſcribi Iſaac, quàm Abrahæ. Dicit ergo Iſaac tantum fuiſſe .xv. annorum, & inuitum à patre ligatum, idcirco uocatus eſt puer, quod in ſcriptura de uiris. xxxv. annorum dici non conſueuit. Sed ad obiectionem Bur. reſpondetur primò, quia Abraham accepit mandatum à Deo, & obediuit; non Iſaac, ideo fit memoria de merito illius non iſtius. Secundò poteſt dici, quòd Abraham obediuit Deo, Iſaac autem homini ſcilicet patri. Tertiò poteſt dici, quia Iſaac obedientia cum agonia fuit procedens ex voluntario mixto, non ſine terrore & timore: obediētia aūt Abrahę ex fide abſoluta: vt dr ad Heb. (Hebr.9.b) Quartò quia agēs pręſtātius eſt paſſo, in hac aūt obedientia Abraham ſe habuit reſpectu oblationis vt agens, Iſaac vt patiens, ideo de Abraham dicitur, quia feciſti rem hanc &c. Sed ſi reſpicere voluerimus literam, benedictio & meritum huic obedientię correſpondens reſpicit Iſaac ſicut & Abraham. Dicitur enim, Quia feciſti rem hāc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli &c. (Gen.21.b) Hoc ſecundum refertur ad Iſaac ſecundum illud, In Iſaac vocabitur tibi ſemē: & ſequitur hic benedictio Iſaac: Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorū, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes: Vnde quamuis Abraham ea omnia ſibi meruerit, non tamen pro ſe ſolam, quia in ſua perſona non vidit effectum, ſed pro ſuo ſemine. Quicquid autem ſit de

m eis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E his,non valet quod Burgen.addit pro confirmatione ſui propoſiti quod Iſaac nominatus eſt puer, quaſi in ſcriptura viros fortes pueros vocari non ſit conſuetum,cum tamen de pueris Dauid fortiſſimis multa dicantur in Reg.hiſtoria.Et Ioſ.dux belli dictus eſt puer Exo. Rex Aſſuerus quoq; fecit cõuiuium pueris fortiſſimis Perſarum,Heſt.& Chriſtus dixit diſcipulis poſt reſurrectionẽ,Pueri,nunquid pulmentarium habetis Io.& in Act. Apoſtoli dixerunt,Principes côueniſſe aduerſus puerum Ieſum. Et Burg.melius recollectus idem dicit circa.xj.c.iij. li.Reg. In eodem ca.vbi exponitur nunc cognoui, id eſt cognoſcere feci.Burg. dicit quod magis propriè exponitur de Deo ſicut aliæ metaphoræ,quòd Deus in hoc ſe habens quaſi nouiter aliquid cognoſcens dixit, Nunc cognoui, ſed videtur Burgen. implicare dicendo metaphoras eſſe proprias, cum metaphora omnis ſonet improprietatem. Quicquid tamen ſit, non debuit propter debile motiuum ſuam expoſitionem beato Aug.gloſ.ordi.& communi ſcholæ præferre. G

Pue. — 1 Reg.1.& 2.ca.c. — Exo.33.c — Heſt.1.a — Io.21.b.& — Act.4.f — Aug.16.de Ciui.Dei 27.a.

## GLOSSA ORDINARIA.
### Cap. XXIII.

Vixit autem &c. a Et mortua eſt in ci.Hiero. Quæ eſt in valle, hoc in auctenticis libris non habetur. Arboch paulatim à legentibus ac ſcribẽtibus corruptũ eſt.Neque putandum eſt.Lxx.no mẽ ciuitatis hebraicè,barbarè atque corruptè,aliter quàm in ſuo dicitur,tranſtuliſſe.Arboch enim nihil omninò ſignificat, ſed dicitur Arbee,id eſt quatuor, quia ibi Abrahã Iſaac & Iacob conditus eſt,& Adã primus ſicut in libro Ioſu. aperte demonſtratur.

(In q.Hebra. ſuper Gene. q.23.b. Arbee. — Sara moritur. — † 13.q.2. c Hebron. — Abraham plangit eã. Ioſ.24.d)

b Surrexit Abraham &c. Aug. Quæritur, quomodo Abrahã adorauit populum terræ,cum ſcriptum ſit,Domi num Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. Sed non eſt in præcepto dictum, Dominum Deum tuũ adorabis ſolum,ſicut dictum eſt & illi ſoli ſeruies.Talis enim ſeruitus ſoli Deo debetur quæ græcè, λατρεία, latreoſis dicitur vnde dãnãtur idololatrę hãc ſeruitutem,ſcilicet idolis exhibentes. Nec moueat quod alibi ꝓhibet angelus hominem ſe adorare,& admonet vt Deus potius adoretur. Talis.n. apparuerat,qui ꝓ Deo adorari poterat,& ideo adorator corrigẽdus erat. F

(In q. ſuper Gen.q.55. — Deut.6.b — Nota. — λατρεύσις. λατρεία. — Abraham adorauit populum terræ.)

a Quod

## NIC. DE LYRA.
### Cap. XXIII.

Vixit autem Sa.&c. *Hic conſequenter deſcribitur quomodo Abraham, ut perfectus ſe habuit ad proximũ, ſic enim habitauit inter extraneos, quod vocabant eum Dei principem, & locum ſepulturæ pro uxore ſua ei gratis obtulerunt, & ideo primò deſcribitur Saræ obitus, ſecundo offertur ei ſepulturæ locus, ibi, Cumq; ſurrexiſſet. circa primum dicitur ſic,*

(Diuiſio.)

a Vixit autem Sara cẽtum vigintiſeptem an. *Hebræi qui numeros multis modis exponunt myſticè, dicunt quòd iſti tres numeri prædicti ita ponuntur diſtinctè, ad deſignandum conditiones Sarę, acſi diceretur, ita mũda & innocens fuit viginti annorum, ſicut cum fuerat ſeptem annorum tantum, & ita pulchra centum annorum ſicut viginti, & iſtud concordat prædictis.xx.capit.*

b Et mortua eſt in ciuitate Arbee. *Vocata eſt enim ciuitas, ארבע, Arbaa id eſt quatuor, vt dicunt aliqui, propter quatuor gigantes ibi ſepultos, ſcilicet Arbiman, Siſai, Talmais, & pater eorum. Alij dicũt & melius (vt videtur) quod vocata eſt Arbea propter quatuor patriarchas ibi ſepultos cũ coniugibus ſuis, ſcilicet Adã & Eua, Abrahã & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia. de primo habetur Ioſue. de alijs tribus infra.*

(Arbee. — Ioſ.14.a — Gen.49.a)

c Cumque ſurrexiſſet. *Hic conſequenter agitur de ſepultura Saræ, vbi primò ponitur petitio Abrahæ, ſecundo conceſſio ſepulturę, ibi, Reſponderuntq; filij Heth, primò ergo dicit,*

d Aduena ſum & pe.&c. *Propter quod non habeo ius ſepulchri.*

(*alias ĩ eo.)

e Date mi. ius &c. *Ex quo patet quòd non intendebat illud emere, quòd eſt illicitum vendi ſcilicet ius ſepulturæ ſeu locum, quia locus ſepulturæ ſemper fuit inter ſacra reputatus. Melius poteſt dici quòd locus ſepulchri non*

(† 13.q.2.c. poſtquam.)

### Cap. XXIII.

¶ Centenarius,& vigintiſeptẽ ſolidi ſunt & quadrati, quib. ſignatur integritas vitæ ſanctorum ante huius vitæ exitum.

a Vixit autem Sara centum a vigintiſeptem annis & b mortua eſt in ciuitate † Arbee,quæ eſt Hebrõ in terra Chanaan : venitque Abra- † ham vt plangeret & fleret eam. Cumque ſurrexiſſet ab officio fu- c [a ¶ A quo Hethei] neris, locutus eſt ad filios Heth dicens : Aduena ſum & peregrinus d apud uos, date mihi ius ſepulchri e vobiſcum, vt ſepeliam mortuum f meum.Reſponderunt filii Heth di- g centes,Audi nos domine, Princeps h Dei es apud nos, in electis ſepul- i chris noſtris ſepeli mortuum tuũ, k nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius ſepe- b lias mortuum tuũ. Surrexit Abra- [a ¶ Supplicando honorauit.] ham, & adorauit populum terræ, l filios uidelicet Heth. Dixitque ad eos : Si placet animæ ueſtræ : ut ſepeliam mortuum meum audire me,& intercedite pro me apud m Ephron filium Seor, ut det mihi ſpeluncam duplicem, quam n habet in extrema parte agri ſui : pecunia digna tradat eam mihi coram uobis in poſſeſſionem ſepulchri. Habitabat autem Ephron o in medio filiorum Heth. Reſpon- p ditque Ephron ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicẽs : Nequaquam ita fiet domine q mi, ſed tu magis auſculta quod loquor : Agrum trado tibi, & ſpeluncam quæ in eo eſt, præſentibus filiis populi mei : Sepeli mortuum tuum. Adorauit Abraham coram populo terræ : & locutus eſt ad Ephron circunſtante plebe eius, Quæſo ut audias me. Dabo pecuniam pro agro, ſuſcipe eam & ſic ſepeliam mortuum meum in ✱ agro.Reſpõdit Ephron. Domine mi audi † me : Terra quam po- r [a ¶ Vel quadringentis. b ¶ Vel ſiclis.] ſtulas quadringentos ſiclos argenti ualet : iſtud eſt pretium in

*non eſt res ſpiritualis, ſed ius ſepeliendi, ideo Abraham ius petijt pro dono dicens, Date mihi &c. & locum petijt pro pretio.*

f Vt ſepeliam mortuum meum. *Meum hic accipitur maſculinum pro fœminino ſicut, & Mar. Dominus dixit, Quis me tetigit? de muliere emoroiſſa.* (Mar.5.)

g Reſponderunque. *Hic conſequenter de ſepultura Saræ agitur, & primò ponitur curialis populi reſponſio, cum dicitur,*

h Audi nos domine &c. *In dubijs enim recurrebant ad Abraham, & ipſe dirigebat illos, acſi conſulerent dominum.*

i In electis ſepulchris noſtris. *Id eſt melioribus, & honorabilioribus.*

K Sepeli mortuum tuum. *Id eſt Saram. ſed quia nolebat eam ſepelire cum infidelibus, primò gratias egit populo: ideo ſubditur,*

l Et adora.&c. *A quo dicti ſunt Hethei. fecit enim eis reuerentiam, vt impetraret locum ſepulturæ vbi erat ſepultus Adam, ideo ſequitur,*

m Intercedite pro me &c. *Non dixit vendat, quia locum ſepulturæ Adam non intendebat emere, ſed fundum in quo erat dicta ſepultura quod erat licitum ideo ſequitur,*

n Quam habet in extrema parte agri ſui, *Id eſt agrum in quo eſt.*

o Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. *Hoc autem interponitur ad oſtendendum, quod ille ager erat carior cæteris in extremitatibus poſitis, & per conſequens melior & ſecurior.* H

p Reſponditque Ephron ad Abraham cunctis audi.&c. *Omnes enim de ciuitate ab operibus ſuis ceſſauerant, vt ſepulturæ Saræ debitum honorem impenderent.*

q Nequaquàm &c. *Id eſt nolo tibi vendere, ſed gratis concedere, ſed quia Abraham nolebat, quod ipſe vel alij infideles poſſent ibi ius ſepulturæ reclamare, & per conſequens cum Sara infideles ſepelire, noluit gratis accipere, ſed pro pecunia poſtulauit, & patet litera vſque ibi,*

r Terra quam poſtulas quadringentos ſiclos. *Dicunt aliqui, quod ſi conſiderentur dicta Iſido. & Papiæ de ponderibus metallorum, obolus prout in ſcriptura ſacra accipitur, habet tantum de argento ſicut habet vnus paruus turonenſis, ſiclus autem vſualis de quo hic agitur, ſecundum eos valet quadraginta octo obolos. Et ſic quadringenti ſicli valent octoginta libras turonenſ. & ſecundum hoc patet pretium agri prædicti. Si autem contra hoc arguatur per hoc quod dicitur in Exo. Siclus viginti obolos habet : Dicunt non obſtare : quia in Exo. loquitur ſcriptura de ſiclo & obolo ſecundũ pon-* ¶ dus ſan-

## MORALITER.
### Cap. XXIII.

✱ a *Vixit autẽ Sa.&c.* Hic agitur de morte Saræ per quam deſignatur mors cuiuſlibet bonę perſonæ. Vnde ſubditur,

b *Mor.ẽ ĩ c.Arbee.i.* quatuor q̃a boni moriunt̃ ĩ quatuor virtutũ moraliũ pfectione. vñ in Apoc. Ciuitas erat in quadro poſita.

† *Venitq; &c.* Per quẽ põt intelligi quilibet fidelis amicus defuncti, q naturali pietate motus plãgit mortẽ amici, & cõſequẽter quęrit ſepulturę locũ, p quẽ deſignatur empyreũ cęlũ, ſicut infernus eſt ſepulturæ locus malorũ. Luc. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt inferno. Et ibidem præmittitur de Lazaro, Factum eſt autem vt moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Iſte verò ſinus à tpe aſcẽſionis Chriſti empyrei eſt cęli locus, qui aquiritur per ſuffragia bonorũ operum.

✱ a Erat



A a *Quod cum an.Hiero.* In hebræo ſicut poſuimus, hic primum nomen ſcribitur Ephron. Secũdũ Ephran : poſtquam enim pretio victus eſt vt ſepulchrum venderet, & acciperet argẽtum licet cogente Abraham vau littera, quæ apud illos per o legitur ablata eſt de nomine eius & pro Ephron dictus eſt Ephran. In quo ſignificatur non fuiſſe perfectę virtutis qui potuit vendere memorias mortuorum. Sciant igitur qui ſepulchrorum pretium non à cogentibus ſed à volentibus accipiunt, mutari nomen ſuum & perire aliquid de merito eorum cum etiam reprehẽdatur, qui inuitus acceperit.

b *Confir.&c.Greg.Mora.* Innuit ſepulchrum duplex quòd perfectus prędicator extinctam à deſiderijs carnis animam abſcondit ſub bonæ operationis & contemplationis tegmine, vt à carnali concupiſcentia quaſi inſenſibilis lateat, quam prius ſentiens mortaliter viuebat. vnde Col. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Actiua enim vita à prauis operibus mortuos ſepelit. Contemplatiua perfectius, quæ à cunctis actionibus funditus diuidit. Qui ergo iam in ſe cõtumelias carnis edomuit, ſupereſt, vt mentem per ſtudia ſanctæ operationis exerceat : & qui iam mentem per ſancta opera dilatat, ſupereſt vt eam vſque ad ſecreta intimæ contemplationis extendat. Non eſt enim perfectus prædicator, qui propter contẽplationis ſtudium operanda negligit, vel propter operationis inſtantiã contemplanda poſtponit.

c *Spelunca &c.* Et circa eam ager arboroſus ad ſepeliendam Saram quadringentis ſiclis argenti per patriarcam à dominis terræ emitur. Quia ad vacandum ſapientiæ, & ſtudendum actioni ſub folijs myſticorum verborum tanquam ſub fructuoſis arboribus, nõ aliter prædicatoribus quietus locus acquiritur, niſi per euãgelicam doctrinam argenti nitore fulgẽtem terrenis poteſtatibus ab ipſis ęterna beatitudo ſuadeatur. Quæ benè cẽtenario quaterducto figuratur, q a leua in dextrã trãsfertur. B

a ter me & te : ſed quantum eſt hoc? a ſepeli mortuum tuum. Quod b cum audiſſet Abraham, appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos ſiclos argenti † pro- c b batæ monetæ publicæ. Confirma- d e [a ¶ Primum dictus eſt Ephron, id eſt confirmatus, & perfectus. Poſt venditam ſepulturam Ephran, id eſt infirmus, & imperfectus.] tuſque eſt ager quondam Ephronis in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens Mãbre, tam ipſe quàm ſpelunca & oẽs arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in poſſeſſionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atq; ita † ſe- f [a ¶ Animam mundo mortuam, Deo viuam.] peliuit Abraham Saram vxorem [a ¶ Requie actiuæ & contemplatiuę uitæ.] ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus eſt ager, & antrum quod erat in eo Abrahæ in poſſeſſio- [a ¶ A quo Ethei.] nem monumenti à filiis Heth.

b Quod cum audiſſet &c. *Scilicet determinationem pretij appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat audientibus filijs Heth, quia in talibus oportet habere teſtes.* C

c Quadringentos arg.ſi.&c. *In quo oſtenditur bonitas materiæ.*

d Monetæ publicæ. *In quo oſtenditur bonitas formę, quia habebat impreſſionem debitam monetę publicæ currentis.*

e Confirmatuſque &c. *Ex quo patet quòd non emit ſpeluncam in qua erat ſepulchrum Adę, ſed agrum ſiue fundum in quo erat, & iſtud eſt licitum, ſicut fundus poteſt emi licitè, in quo eſt ſita eccleſia. Ephron autem vendens peccauit, quia propter dictam ſepulturam carius vendidit. Dicunt hebręi quòd ipſe Ephron oſtendit in principio ſe multa agere pro Abraham, & tamen in fine nihil fecit, ſed terram ſuam carius iuſto pretio vendidit, ideo poſtea remota eſt littera vau, de eius nomine, ad deſignandum eius imperfectionẽ & ſic diminutè ſcribitur deinceps: vt patet inf. ſed non apparet in pronunciatione. Dicitur autẽ iſta ſpelunca fuiſſe duplex, quia ſecũdũ aliquos ibi erat duplex ædificatio, una inferior, & altera ſuperior, ſicut in capella regis Pariſiis : ſecundum alios dicitur duplex, quia licet eſſent in eadẽ equalitate, tamen in vna ponebantur viri, & in alia vxores.*

(Emit Abraham agrũ ſepulturæ à filijs Heth. † probat. — Gen.25.a)

f Atque ita ſepeli. Abraham. *Hic cõſequẽter deſcribit ſepultura Saræ, & patet littera.*

(Sepelitur Sara. † 13.q.2.c. hebrõ. De ſepul.c.1.)

*In c.xxiij. vbi dicit̃ in poſt. Ex quo patet q̃ non intẽdebat emere illud q̃d eſt illicitũ &c.*

### ADDITIO

In hac emptione nõ poteſt Abrahę aliquod peccatũ imponi: Tũ quia non peccaret hodie qui emeret agrum, vt in eo faceret cimiterium, prout dicit magiſter in hiſtorijs: Tum quia vt dicit Amb. in li. de Abrahã. Hęc autem Abraham fecit quia nondum erant huius Dei templa, in quibus fidelium in dño reliquiæ adorarentur.

(Mambræ quæ & Hebron.)

### REPLICA CORRECTORII contra Burgen. D

IN ca.xxiij. vbi poſtillator dicit Abrahã cauiſſe, q̃d illicitum eſt in cõtractu facto cũ Ephron ꝓ eo, quia emit fundũ non ſpelũcã, ſiue ſepulchrũ. Burg. obijcit q̃ Abrahę nõ põt imponi pctm̃, q̃a hodie poſſet ſine peccato q̃s emere agrũ in quo faceret eccleſiã, vel cimiteriũ. Sed manifeſtũ eſt hãc obiectionẽ nõ valere, q̃a emit agrũ ĩ quo ſepultura erat, nõ vt ĩ eo ſepulchrum faceret, ratione enim ſepulturæ ipſius Adę, & Eue in illo agro locus ipſe religioſus inter ſacra cõputabatur: ideo non emit ſepulchrum, ſed ius in agro in quo ſepulchrum erat; ideo dixit, Date mihi ius ſepulchri; non dixit uendite, quia hoc illicitum fuiſſet, & ſequitur, Intercedite pro me apud Ephron, ut det mihi ſpeluncã duplicem in qua ſepultus fuit Adam, vt innuitur Ioſ. non dixit ut uendat, quia illicitum fuiſſet. Non enim Abraham intendebat emere ſepulchrum Adæ, ſed fundum, & ius in fundo in quo dicta ſepultura fuit. (Ioſ.14.d.)

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dus ſanctuarii, vt patet ibidem : quod quidem põdus eſt aliud à pondere vſuali. Credo tamen quòd melius eſt dicere quòd nõ habetur certus valor prædictorum quadringentorum argenti ſiclorum, quia pondera, & monetę apud varias gentes multipliciter variantur, & etiam apud eandem gentem ſecundum diuerſa tempora.*

a Sed quantum eſt hoc. q. d. *Non eſt res tanta de qua inter me & te fiat longus tractatus.*

b Quod

## GLOSSA ORDINARIA.
### Cap. XXIIII.

ERat autem. a *Pone manum &c. Greg. Alleg.* Manum ſub femore iubet ponere, & per Deũ cęli iurare, quia illius caro per illud mẽbrum deſcẽſura erat, qui filius Abrahæ eſſet ex humanitate, & diuin⁹ ex diuinitate: quaſi tãge filiũ meũ, & iura p Deum meũ. Vnde non ſup femur, ſed ſub femore manũ ponere iubet, q̃a inde deſcẽſurus erat q̃hõ, ſed ſup hoĩes eſſet: vñ dignũ nõ fuit vt manũ ſup femur poneret, q̃a nulla caro ſup illam eſt.

b *Vt non acci. Greg. All.* Iſaac de filiab⁹ Chananęorũ vxor duci prohibetur, quia Chriſto nullæ reproborum aĩæ cõiũguntur. De cognatione vxor duci præcipitur, quia ſola electorũ eccleſia Chriſto copulãda erat, q̃ ipſe vnigenit⁹ ex prędeſtinatione & preſcia iam

(Greg.lib. 10.c.31.3. — In Mor.li. 14.19.m.1. — Mittit Abrahã ſeruum ſuum quærere vxorem ſuo Iſaac quam Deus curat.)

## NICO. DE LYRA.
### Cap. XXIIII.

ERat autem Abraham. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter Abraham, vt perfectus ſe habuit reſpectu ſui, ſeu propriæ familia*

### CAP. XXIIII.

ERat autem Abraham a ſenex dierumq; multorum : & dominus in cunctis benedixe- [a ¶ Sermonem propheticum, qui ante Apoſtolos ad uocandam de gentibus eccleſiam directus.] rat ei. Dixitque ad ſeruum ſenio- b rem domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat. † Pone ma- c [a ¶ Non ſup. q̃a caro Chriſt. inde deſcẽſura, quæ ſup oẽs eſt.] num tuam ſubter femur meum, ut adiurem te per dominũ Deum [a ¶ Quaſi. quia indignos nos exhibuiſtis & repuliſtis verbum Dei : ecce conuer.&c. Act.13.g.] b cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Cha-

*miliæ, quia filius reputatur vna perſona cum patre. Et ideo ſic proceditur, quia primò pro maritatione Iſaac deſcribitur ſerui miſſio. Secundò coniugis requiſitio, ibi, Cumq; camelos feciſſet accumbere. Tertiò petitionis conceſſio, ibi, Reſponderunt Laban & Bathuel. Quartò coniugis adductio, ibi ſurgens autem mane. Circa primum ſic dicitur,*

b Dixitq; &c. *Iſte fuit Eliezer de quo ſuprà dictum eſt, quòd erat procurator domus ſuæ.* (Gen.15.a)

c Pone man.&c. *Hebræi dicunt, quòd hoc dixit ratione circunciſionis quæ eſt circa illas partes quam Dominus dederat ſibi in ſignum fidelitatis, vt ſup. dictum eſt. Catholici aũt dicunt (& melius) q̃ hoc fuit pp Chriſtũ, qui ſecundum carnem naſciturus erat de Abrahæ femore: & tali modo loquẽdi utitur* ¶ ſcriptura (Gen.17.)

### MORALITER. Cap. XXIIII.

✱ a *Erat au.&c.* In hoc c. deſcribitur matrimonium Iſaac & Rebeccę, per quod ſignificatur allegoricè cõiunctio Chriſti & eccleſiæ. igitur Abrahã ſicut dictũ eſt, ſignificat Deum patrem, de quo ſubditur,

b *Dixitq; &c.* Per quẽ ſignificatur prædicator, qui dr̃ ſeruus per virtutẽ humanitatis, & ſenior per maturitatem honeſtatis, & iſte vocatus fuit Eliezer quod interpretatur Dei mei adiutorium. vnde Paulus de ſe & alijs prædicatoribus dicit Corinth. Dei adiutores ſumus.

(† inf.42.g Iurãdi hebræorum mos. — Adiurẽ te, iurare te faciam. — Eliezer procurator, & ſeruus Abrahæ. 1.Cor.3.b)



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iam extraneã non habebat. Puer qui ad vxorem deducendã mittitur, prophetarum & Apoſtolorũ omniumque doctorum ordo eſt, qui dũ verbum prædicationis faciunt cuiuſque animæ quaſi coniungendæ vnigenito filio prouiſores fiunt. E

Matth. 1. a / In q. Hebra. ſuper Gene. q. 3. & 7. Myſtice. a *Poſuit ergo &c. Hiero.* Tradunt hebræi quia in ſanctificatione eius id eſt in circunciſione iurauit. Nos autem dicimus eum iuraſſe in ſemine Abrahæ, id eſt in Chriſto, qui ex illo naſciturus iuxta illud Matthæ. Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham. Math. 1. a

b *Decem camelos.* Tales ſecum debet habere ſermo diuinus, quò præceptis Dei fideles obediant, quod ſignificatur per denarium; & pondus tribulationis fortiter ferant, quod cameli ſignificant.

In Moral. l. 6. c. 17. to. 1. Allegorice. c *Ex omnibus bo. Grego. Allego.* Quia his quæ de Domino loquuntur, in ſemetipſis uirtutum diuitias oſtendũt, vt tanto citius ad ſequendum Deũ inuitent, quanto ſuis auditoribus in ſeipſis monſtrant quæ narrant.

Vt ſupra loco prææalleg. d *Iuxta puteum aquæ. Greg.* Iuxta fontẽ ſtetit, & ex præfixa ſententia, quæ eſſet eligenda propoſuit, quia ſancti prædicatores verba fluentia conſiderant: vnde colligunt, quæ vel quibus verba committant, & de quibus auditoribus fiduciã certitudinis aſſumãt.

Fides Abrahæ in promiſſiones Dei. In q. ſuper Gen. q. 46. to. 4. Supra 12. b Quæſtio. Augurationes. e *Igitur &c. Auguſtinus.* Quærendum eſt, quid differant illicitæ augurationes à petitione hac, qua petit ſeruus, vt ſibi oſtenderet Deus ipſam futuram vxorem Iſaac, à qua petendo bibere diceretur: bibe, quin & camelis tuis dabo. Sed aliud eſt petere quod ipſo miraculo ſignum ſit: Aliud obſeruare quæ ita fiunt, vt mira non ſint: ſed à coniectoribus ſuperſtitioſa vanitate interpretentur. Sed & hoc ipſum quod mirum aliquid poſtuletur, quo ſignificetur quod quiſque vult noſſe, vtrum audiendum ſit, nõ parua quæſtio eſt. Eò namque pertinet quò dicuntur qui hoc non rectè faciunt tentare Deum, vnde Deut. Non tenta. do. De. tuum. Suggerebatur enim Chriſto tanquam homini, vt aliquo ſigno exploraret quantum apud Deum poſſet, quod vitioſe fit. Ad hoc autem diſcernitur quod Gedeon fecit imminente pugnę periculo. Conſultatio enim illa magis quã tentatio Dei fuit, vnde Eſa. Achaz timet ſignum petere, ne videatur Deũ tentare, cum hic dominus per prophetam moneret: fortè exiſtimans quod à propheta exploraretur, vtrũ præcepti memor eſſet, quo tentare Deum prohibetur. F — Deut. 6. a. — * orauit Dominũ dicens. — Eſa. 7. b.

f *Inclina hidriam tuam ut bibam. &c.* Humilia

## NIC. DE LY.

Exo. 1. a ❡ *ſcriptura Exo. vbi dicitur: Omnes animę eorum, qui egreſſi ſunt de femore Iacob & c. & patet littera vſque ibi:*

a Sed ad. &c. *Scilicet in Aram vbi manſerat Nachor frater ſuus cum vxore ſua, & patet littera vſque ibi,*

b Dominus Deus &c. *Id eſt de Aram, vt patet ex prædictis.*

Gen. 12. a c Et de ter. na. meæ. *Id eſt de Vr Chaldæorum, vt patet ex prædictis.*

Gen. 11. d d Ipſe mit. &c. *Ad dirigendum iſtud negocium.*

Seruo neſcienti occurrit Rebecca. e Filium tantum meum &c. *Dixit tantum ad excludendum Iſaac ſolum, quia Iacob illuc iuit ad quærendum ſibi vxorem, de mandato patris ſui Iſaac, vt habetur inf.* Gen. 28. a

f Tulitque de. &c. *Iſti enim cameli erant* ab

nan eorum inter quos habito: Sed a
a ❡ Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Pſal. 2. b.
ad terrã & cognationẽ meã proficiſcaris, & inde accipias vxorẽ filio
a ❡ Id eſt eccleſiam.
meo Iſaac. Reſpondit ſeruus: Si no-
a ❡ Et credere, quaſi ſi præputium noluerit ſociari circunciſioni, prædicabitur ibi tantum verbum Dei
luerit mulier venire mecum in terrã hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locũ de quo tu egreſſus es? Dixitque Abraham: Caue ne quãdo reducas filium meum illuc. Dominus Deus cœli * qui tulit me b de domo patris mei, & de terra na- c tiuitatis meæ, qui locutus eſt & iu-
a ❡ Iudæam, cui poſt prædicandum.
rauit mihi dicens: Semini tuo da-
a ❡ Magni conſilij. ❡ Ducem viæ tuæ.
bo terram hanc: ipſe mittet ange- d lum ſuum coram te, & accipies in-
a ❡ Eccleſiam. b ❡ Chriſto. c ❡ Quaſi, ſi te annunciante iniquitatem ſuam acquieſcere noluerit, animam tuam liberaſti.
de uxorem filio meo. Sin autẽ mulier noluerit ſequi te, non teneberis
a ❡ Hoc eſt verbum meum non prædices tantum in gentilitate.
iuramento: Filium meum tantum e
a ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus
a ❡ Honorans Chriſtum naſciturum inde.
manum ſub femore Abraham domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermo-
b ne hoc. Tulitq; decem camelos de f
❡ Non tantum obedientiam & patientiam, ſed & cæteras virtutes debet habere ſeruus Dei.
c grege domini ſui, & abiit, ex omni- g bus bonis eius portans ſecum. Pro- h
a ❡ Talibus comitatus. b ❡ Gentes.
fectuſq; perrexit in Meſopotamiã, † ad Vrbem Nachor. Cumq; came- i
a ❡ Imitatores Chriſti cum Chriſto morantur extra caſtra, quia delitijs tabernaculi non ſeruiunt.
los feciſſet accumbere extra oppi-
a ❡ Profunditatem ſcripturæ. b ❡ Sexta ætate.
d dum iuxta puteum aquæ ueſpere, †
a ❡ Opportunitate qua videant animos flexibiliores ad diſciplinam adipiſcendam.
eo tẽpore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendã aquã, * dixit: Do- †
a ❡ Prius debet orare prædicator, ut ſermo Dei currat, & fructificet in auditoribus.
mine Deus dñi mei Abrahã, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum Dño meo Abrahã. Ecce ego ſto prope fontem aquę, & filiæ habitatorũ huius ciuitatis egre-
e dientur ad hauriẽdam aquam. Igi- k
f tur puella cui ego dixero, Inclina
a ❡ Faciam quod hortaris tu & collegæ tui.
hydriã tuam, vt bibã, & illa reſponderit, Bibe, quin & camelis tuis da-
a ❡ Talis anima futura eſt ſponſa Chriſti.
bo potũ: ipſa eſt quã pręparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligã quod feceris miſericordiam cũ dño meo. Necdum intra ſe uerba compleue- l
a ❡ Patientia verbum Dei humiliter ſuſceptura: & ideo inter Chriſti contribules computanda.
rat, & ecce Rebecca egrediebatur † filia Bathuel, filii Melchę uxoris Nachor fratris Abraham, habens hy-
a ❡ Sæcularem ſcientiam. b ❡ In exercitio operum.
b ❡ De qua dicitur Pſal. 44. c. Concupiuit rex ſpeciem tuam, & aſtitit regina à dextris tuis.
driam in ſcapula ſua puella decora †
a ❡ Nulli hæreſi conſentiens.
nimis, uirgoque pulcherrima, & in †

*ab alijs diſtincti, quia erant irroſtrati. vnde non poſſent blada aliorum comedere, quando per viam ducebantur.* G

g Ex omnibus &c. *Quia portauit de auro eius & argento, & pecunia & iocalibus dandis puellæ & eius amicis: vt habetur infra eodem capitu. In hebræo habetur, Omnia bona eius portans ſecum. Dicunt enim hebræi, quòd portabat ſecum chartam de donatione, quam fecerat Iſaac filio ſuo, donans ei omnia bona ſua mobilia & immobilia, quia alijs filijs ſuis dedit munera, & ſeparauit eos ab Iſaac, vt habetur ſeq. cap. & illam chartam portabat ad inclinandum parentes puellæ, & ipſam puellam, quam quærebat in matrimonium ipſius Iſaac.* * & terra

h Profectuſque perrexit Meſopotamiã, ad Vrbem Nachor: *Iſtud nomen tractum eſt de græco μέσος, meſos enim idem eſt quod medium, & ποταμός, potamos fluuius, quia regio illa ſita eſt inter duo flumina, vnde in heb. habetur* ארם נהרים *Aram naharaiim, id eſt, Syria fluuiorum, Aram enim erat nomen regionis, in qua remanſerat Nachor: & vnde Abraham exierat de mandato domini. vt dictum eſt ſup.* Gen. 12. a

i Cumque ca. feciſſet &c. *Hic conſequenter deſcribitur coniugis petitio, & primò quærit Eliezer ſuper hoc à Deo ſignum, ſecundò à parentibus puellę conſenſum, ibi, Qui ait non comedam. Circa primum ſciendum, quòd Eliezer non quęſiuit ſignum per modum augurij, vel diuinationis, quod eſt illicitum: ſed præmiſſa oratione petiuit à Domino ſignum, in quo perciperet quòd angelus domini direxiſſet eius viam, ſicut prędixerat ei Abraham; & ideo non peccauit petendo ſignum hoc modo. Dicit autem Ioſephus, quòd iſtud ſignum quod petijt fuit, vt ſi puellis venientibus ad hauriendum aquam, & negantibus ſibi potum, vna ex illis liberaliter ſibi offerret, & non ſolum pro eius potu, ſed etiam pro camelis potandis, in hoc ſciret, quòd illa eſſet quam Deus prouiderat fore coniugem ipſius Iſaac, ſed dictum Ioſephi non conſonat litteræ ſequenti, vt videbitur ſtatim. Ideo dicendum, quod ſignum petitum fuit, vt ſi puella à qua primò peteret potum pro ſe, & ipſa concederet, non ſolum pro perſona ſua, ſed etiam pro camelis, ipſa eſſet copulanda Iſaac in matrimonio, & patet littera exceptis aliquibus verbis quę tranſcurrendo exponentur.* Lib. anti. iud. c. 1. — H — Ioſephus prætermittit

K Igitur puella &c. *Vltimo enim dixit ipſi Rebeccę poſtquam aliæ negauerant ſibi, vt dicit Ioſephus, ſed hoc videtur falſum, quia ſtatim ſubditur,* Oratio fidelis ſerui Abrahæ ad Deum. Ibidem

l Necdum intra ſe &c. *Ex quo videtur quòd*

## MORALITER.

* f *Tulitq; decem ca.* Per camelum, qui eſt animal aſſuetum oneribus, ſignificatur patientiæ virtus, quę eſt neceſſaria prędicatoribus. vnde Prouer. Doctrina viri per patientiam noſcitur. Per denarium numerum ſignificatur obſeruantia .x. mãdatorum, quæ in prædicatoribus exigitur, vt aſſimilẽtur Chriſto de quo dicitur Act. Cœpit Ieſus facere & docere. Prouer. — Act. 1. a

† *Perrexit Meſopota. ad Vrbem Nachor.* Quia prędicatio debet fieri fidelium cõmunitati, quę per vrbem ſignificatur.

i *Cumq; ca. fe. &c.* Nam prædicator ante prædicationem debet ſe recolligere extra ſęcularis negocij tumultum:

† *Iuxta pu. aquæ.* in ſacræ ſcripturæ ſtudium.

† *Dixit D. D. &c. obſecro.* Nã in principio ſermonis debet fieri oratio.

† *Ecce Rebecca &c.* Sequitur,

† *Puella de. &c.* Morum honeſtate.

† *Virgoq; pul. &c.* Fidei integritate, & talis eſt eccleſia ſine macula, & ſine ruga, * Epheſ.



milia ſecularem facundiam ad hauriendum propheticum ſermonem, vt voluntatem tuã perſuaſioni meæ inclinem. A

In Moral. li. 40. to. 1 Allegorice. a *Pauxillum aquæ mi. &c. Greg. Alleg.* Omnis prædicator animam auditoris ſitit, ideo ſeruus petit; Rebecca potum tribuit, quia electorum eccleſia deſideria prædicatorum ex virtute ſuæ fidei ſatisfacit. Quæ n. Deum quem audit confitetur, prædicatori aquã refectionis & refrigerij offert. Et notandum quòd hydriam ab humero inclinans poſuit: quia illa confeſſio placida eſt quæ à bono opere procedit. Vel aquam præbuit, quia in eo quòd credidit, vacua non remanſit. Mox enim prædicauit quod audiuit, & docẽdo multos ex ſe prędicatores protulit. Aqua enim in hydria, ſcientia prædicationis in menſura. Studet enim non plus ſapere, quàm oportet ſapere. Hydria in vlna, menſura prædicationis in opere. Nec ſolũ omnibus comitibus eius, ſed & camelis potum præbet: quia verbum vitæ non ſolum prudentib. ſed etiam ſtultis prædicatur. Vnde Ro. Sapientibus, & inſipiẽtibus debitor ſum. Vel aqua etiam iumentis datur, cum cura carnis quomodo ſit habenda diſponitur, vt ex voluptate non impendatur, & ex neceſſitate non negetur. Vnde Roma. Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Et Epheſ. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit. * ſorbẽdũ. — Rom. 1. b — Rom. 13. d — Epheſ. 5. f

In q. Hebra. ſuper Gene. q. 24. to. 3. Allegor. b *Protulit vir inaures aureas appen. &c. Hieron.* בקע Beka, quod hic pro didrachmate ponitur ſemiuncia eſt: שקל Scekel verò qui latinè, ſed corruptè ſiclus, dicitur vncia. *Grego. Alleg.* Quia prædicator auditum eccleſiæ per obedientiam, & manus per operationem exornat. Inaures duorum ſiclorum ſunt armillæ decem, quia prima virtus obediẽtiæ in charitate eſt, quæ dilectio Dei, & proximi eſt, & bonum opus decalogi completione perficitur, vt cum bona agi cœperint, mala nulla agantur. In Moral. li. ... c. ... B

c *Palearum quoque & fœni. Gregorius.* Quia eccleſia recipiens ſpiritualia, reddit predicatoribus terrena ſtipendia. vnde Corinth. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia &c. In Moral. li. 32. c. 10. — 1. Cor. 9. b

d *Locus ſpacioſus ad manendum. & cæt. Gregorius. Alleg.* A priore populo naturæ legem ſe eccleſia nouiſſe monſtrauit, & prædicationẽ amplo charitatis gremio ſuſcepit. doctori enim ſpacioſa manſio eſt in corde auditoris latitudo charitatis. vnde Corin. Non anguſtiamini in nobis, ſed in viſceribus veſtris: quaſi ſuſcipiendæ doctrinæ locum mentis dilatate, ad cogitanda carnalia coarctate. In 1. Reg. lib. 4. to. 2. Allegor. — 2. Cor. 6. c — Caſta verba, verba Rebeccæ Iunioris

e *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban. Gregorius. Alleg.* Quia carnales fidelibus coniuncti, dum ſpiritualia dona conſpiciunt, admiratione ſuſpenſi, ſi non vſque ad opera, tamen vſque ad finem ſuſcipiendam prædicationem admittũt; dum enim bonos miraculis fulgere conſiderant, quæ de æternitate audiunt non recuſant, quãuis eccleſiam moribus non ſequentes, in carnali operatione remaneant. *Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban. Qui feſtinus egreſſus eſt ad homi. &c.* Quia ſunt carnales fidelibus coniuncti, quorum familiaritate aliquando ad audiendum In Moral. li. 33. to. 1. Allegor.

a ❡ Deſpondi enim uos uni uiro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. Cor. 11. a
b ❡ Humiliauerat ſe ad hauriendam fontem vitæ.
cognita viro. Deſcenderat aũt ad fon-
a ❡ Diuinis ſententijs. b ❡ Verba humanæ facundiæ.
tẽ, & impleuerat hydriam, ac reuerte-
a ❡ Quia tempus doctrinæ, & tempus uocationis.
b ❡ Sermo diuinus.
a batur. Occurritq; ei ſeruus & ait: Pau-
a ❡ Animæ de ſalute ſua meditanti. b ❡ Vel ſorbendum.
xillũ aquæ mihi ad * bibendũ prębe
a ❡ Quaſi ſpolia Ægyp. fac vaſa in domo domini, accommodando diuinas ſententias humanæ ſapientiæ verbis.
b ❡ Quaſi ſenſum meum tibi accommodo.
de hydria tua. Quæ rñdit, Bibe dñe
a ❡ Humiliauit facundiam ſuam ad credendum & operandum quod dicitur.
mi. Celeriterq; depoſuit hydriã ſuper ulnã ſuã, & dedit ei potũ. Cumq; ille
a ❡ Compatientibus labore tuo.
bibiſſet, adiecit: quin & camelis tuis
a ❡ Deſiderio eorum ſatiſfaciam.
b ❡ Exponens intellectum capacibus.
hauriã aquã, donec cũcti bibãt. Effundenſq; hydriã in canalibus, recurrit a
a ❡ Profunditatem ſcripturæ. b ❡ Quia bonam voluntatem cordis proferentes doctores ſpe refrigerant.
ad puteũ, vt hauriret aquam; & hauſtã oĩbus camelis dedit. Ipſe aũt cõtẽ-
a ❡ Signũ animæ reuiuiſcentis & ad coniugium ſe præparãtis.
plabatur eã tacitus, ſcire volẽs, vtrum proſperũ iter ſuum feciſſet Deus, an
a ❡ Hoc fit cum exorciſtæ cathecuminis dicunt, effeta quod eſt adaperire. Mar. 7. g. cum informantur duob. præceptis charitatis, ut quod audiunt in verbo habeant in operibus, expletionem, ſcilicet decem præceptorum.
b nõ. Poſtquã aũt biberũt cameli, pro- b tulit vir inaures aureas appendentes ſiclos duos, & armillas totidem pon- c d do ſiclorũ decẽ. Dixitq; ad eã; Cuius e es filia? Indica mihi: Eſt in domo patris tui locus ad manendum? Quæ reſpondit: Filia ſum Bathuelis filii Nachor, quẽ peperit ei Melcha. Et addi-
a ❡ Quia prędicatores auditoribus impendunt ſpiritualia, à quibus accipiunt carnalia.
c dit dicẽs: Palearũ quoq; & fœni pluri-
a ❡ Deuotionis affectus.
d mum eſt apud nos, & locus ſpatioſus
a ❡ Nihil ſibi tribuens, ſed gratiæ Dei.
eſt ad manendũ. Inclinauit ſe homo, & adorauit dñm dicẽs: Bñdictus dñs Deus dñi mei Abrahã, qui non abſtulit miſericordiã & veritatem ſuã à dño meo, & recto itinere me perduxit in
a ❡ Sic mulier Samaritana verba domini, quæ ad fontem audierat, in ciuitate annunciauit, Ioan. 4. a
domũ fratris Dñi mei. Cucurrit itaq; f puella, & nũtiauit ĩ domo matris ſuæ
e oĩa quæ audierat. Hẽbat aũt Rebecca fratrẽ nomine Labã. Qui feſtinus egreſſus eſt ad hoĩem vbi erat fons. g Cumq; vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ: & audiſſet cuncta verba referentis: Hæc locutus eſt mihi homo: venit ad uirum, qui ſta- h bat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eum: Ingredere benedicte domini. Cur foris ſtas? Præparaui domum & locum camelis. Et introduxit eum in hoſpitium; ac
a ❡ Herbam ſeruituti hominum.
deſtrauit camelos, deditque paleas i
a ❡ Officium implet hoſpitalitatis, ne non recepto verbo excutiatur puluis in teſtimonium caſſati laboris.
& fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & uirorum qui uenerant cum eo. Et appoſitus eſt k in conſpectu eius panis. Qui ait:

diendum verbum prodeunt, & videntes dona Dei collata fidelib. mirantur C

## NICO. DE LYRA.

❡ *quòd non petiuerat ante ab alia, ſed ab ipſa ſola petiuit.*

a Effundenſque hydriam in canalibus recurrit ad puteum, vt hauriret aquã &c. *Erant enim ibi lapides magni cauati, vbi bibebant animalia, & vocabantur canalia.*

b Poſtquàm autem biberunt cameli, protulit vir inaures &c. *In hebræo habetur: Protulit inaurem auream, cuius pondus erat medietas ſicli, & probatur per hoc quod habetur in Exo. vbi eadem dictio hebraica ponitur pro dimidio ſiclo: poteſt tamen dici quòd in Exodo loquitur de ſiclo ad pondus ſanctuarij, & potuit eſſe ſecundum quod dicunt quod erat maius pondere vſuali, intantum quod medietas ſicli ſanctuarij valebat vnum ſiclum vſualem, tamen ſicut dictum eſt alias, in talibus ponderibus nihil eſt certum, quia valde mutantur ſecundum diuerſas gentes, & ſecundum eandem gentem diuerſis locis & temporibus. Per hoc verò quòd in hebræo dicitur, Inaurem in ſingulari, intelligitur etiam alia ſibi correſpondens, quia non ornabatur vna auris ſine alia, & quælibet inauris erat ęqualis ponderis: & ſic ſoluitur diſſonantia, quæ videtur eſſe inter tranſlationem noſtram, & hebraicam litteram.* Rebeccæ in verbis modeſtia. — Exod. 30. b — Ipſe autẽ contemplabatur eam, vir aũt obſtupebat in ea. Inauri.

c Et armillas. *Ornamenta ſunt brachiorum, & dicuntur ab armo.*

d Pondo ſiclorum decem &cæt. *Id eſt pondere, & eſt indeclinabile.*

e Dixitque ad eam &c. *Iſtud dixit Eliezer antequam daret ſibi prædicta iocalia, quia cognito per eius verba quod eſſet de cognatione Abrahæ Domini ſui, tunc dedit ſibi: frequenter enim in ſacra ſcriptura aliqua poſterius narrantur, licet ſint prius facta.* D

f Cucurrit itaque puella & nunciauit in domo matris ſuæ omnia quæ audiuerat. *Non dixit in domo patris ſui, quia ſicut dicit Ioſephus, Bathuel pater ſuus iam erat defunctus. Sed hoc videtur eſſe contra textum ſequentem eodem capitulo, vbi dicitur, Reſponderunt Laban & Bathuel; ſed ſi teneatur dictum Ioſephi, poteſt ad hoc dici, quod Bathuel qui hic nominatur, non fuit pater Rebeccæ, ſed frater: & ideo nominatur poſt Laban tanquàm eius frater iunior ipſo. Hebræi communius dicũt, quod adhuc viuebat pater eius Bathuel, & ideo aliter ſoluit Ra. Sa. dicens, quod puellæ prius nunciant aliquid matribus ſuis, quàm alijs. Item tunc temporis mulieres habitationem habebant cum puellis ſeparatim in domibus virorum, vbi faciebant opera quæ competunt mulieribus: & talis dicebatur domus matris ſuæ, ad quam cucurrit Rebecca nunciare omnia quæ audierat, inter quæ continebatur, quod ille homo qui dederat ſibi iocalia, erat de domo Abrahæ auunculi ſui: aliter non eſt veriſimile, quòd accepiſſet ab eo cum eſſet puella honeſta, & verecunda.* Ioſephus. — Gratias agit Deo ſeruus. — Super Geneſ. 24. — Mira ſolicitudo Rebeccæ & Labã erga peregrinũ.

g Vbi erat &c. *Aliqui libri habent foris, ſed hoc eſt ex vitio ſcriptoris.*

h Venit ad virum qui ſtabat iuxta camelos, & prope fontem aquę, &c. *Vt introduceret eum intra domum, quia iam per ſigna, & verba ſciebat eum eſſe de domo auunculi ſui.*

i Deſtrauit camelos: deditque paleas & fœnum, &c. *Id eſt ſellas & onera deſuper poſita amouit.*

K Et appoſitus eſt in conſpectu eius pa. &c. *Nomine panis in ſcriptura intelligitur omnis cibus: vnde Regum* Panis cibus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

rantur, & verbum corde percipiunt E quod bonis moribus implere non ſatagunt.

In 1. Reg. c. 2. lib. 2. c. 1.

a *Non comedam donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere. & cæt. Gregor.* Quia ſunt qui doctores ex temporalibus ſtipendijs retinere parati ſunt: Sed illi niſi prius obtineant æterna, recipere nolunt. Si enim in animabus fructum non inueniunt ſumere ſtipendia corporibus contemnunt. Pedes non lauant, quia laboris deſideria nulla conſolatione releuant.

Narrat ſeruus cauſas itineris, & quæ acciderint ei in itinere. Benedicere Dei, qd ſit.

In q. ſuper Geneſ. q. 24. to. 4.

b *Et adiurauit me dominus meus, dicens: Non accipies uxorem filio meo de fil. &c. Auguſtinus.* Sententia eſt eadem, verba non omnia, vel ipſa, vel ita dicta ſunt, quod propter eos dicendum qui euāgeliſtas calumniantur quòd in aliquibus verbis non omninò conueniunt, cum res & ſententia eadem: hunc enim librum vnus ſcripſit, qui ea quæ ſupra dixit cum mandaret Abraham, vel reliqua ponere potuit, ſi ad rem pertinere iudicaret: cum veritas narrationis non exigat, niſi vt rerum ſententiarumque veritas ſit, quibus voluntas (propter quam intimandam verba ſiunt) ſatis appareat.

Nota.

In q. Hebrai. ſuper Geneſ. q. 24. to. 3.

c *Veni ergo hodie ad fontem & dixi: Domine Deus domini mei Abraham, & c. Hieronymus.* In hebræo ſcriptum eſt: Ecce ego ſtans ſuper fontem aquæ, & erit adoleſcentula quæ egredietur ad hauriendum & cætera. Pro adoleſcentula, in hebræo legitur, עלמה alma, ſicut in Eſaia, vbi in noſtris codicibus ſcriptum eſt Eſai. Ecce virgo concipiet &cæt. In hebræo legitur: Ecce alma concipiet. F Notandum ergo quod alma ſemper virginem ſignificat: & habet etymologiam à verbo עלם alam quod abſcondere ſignificat, Vnde & grecè dicitur ἀπόκρυφα. apocripha, id eſt abſcondita. Nam in Iob vbi ſcriptum eſt de ſapientia, Et abſconditur ab oculis omnis viuentis. In hebræo dicitur: nhalma. Ergo alma, quod interpretatur abſcondita, id eſt virgo nimia diligentia cuſtodita, maioris laudis videtur eſſe quàm virgo. Nam virgo poteſt eſſe corpore, & non ſpiritu ſiue mente: quæ verò abſcondita eſt, epitheſin virginitatis habet, vt & virgo & abſcondita ſit, & quæ abſcondita eſt, iuxta idioma hebrææ linguæ conſequenter & virgo eſt Quæ autem virgo eſt, non ſtatim abſcondita. Hoc idem verbum in Exodo de Maria ſorore Moyſi adhuc virgine legimus. Oſtendant igitur Iudæi alicubi poſitum alma vbi adoleſcentulam, & non virginem ſonet.

Eſaias 7. c

Nota de halma. Hyſtoric.

In q. Hebra. ſuper Geneſ. q. 24. to. 4. Hyſtoric.

d *Reſponderunt Labam & Bathuel: &c. Auguſtinus.* Aut Abraham prophetam nouerant, & propheticè à domino dictum, quod per illum dictum fuerat agnoſcebant, & aut ſignum, vt quod ſeruus narrauit locutionem domini appellauerunt, hoc enim magis de Rebecca dictum eſt. Abraham enim non de Rebecca, ſed de aliqua ex tribu, vel cognatione ſua dixerat, & hoc ad vtrumque, vt immunis eſſet ſeruus a iuramento, ſi non impetraſſet, quod non dicitur cum aliquid prophetatur, certam enim eſſe decet prophetiam.

*Prola-*

a ¶ Non quærit quæ ſua ſunt; non vult metere carnalia, niſi primitus ſeminauerit ſpiritualia.

a Non comedā donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei: Loquere. At

a ¶ Comedere pro ſe, ſicut illud. Paulus ſeruus Ieſu Chri. Ro. 1 a

ille, Seruus inquit Abraham ſum: Et b

a ¶ Commendatio mittentis, vt pp mittentem miſſus audiatur.

Dominus benedixit dño meo valde,

a ¶ Fidei eius ſubiectos cuiuſcumque generis homines. b ¶ Simplices.

magnificatuſq; eſt: & dedit ei oues &

a ¶ Prudentes. b ¶ Eloquentes. c ¶ Sapientes. d ¶ Seruiliter pro temporalibus ſeruientes.

boues, argentum & aurum, ſeruos

a ¶ In tribulatione patientes.

& ancillas, camelos & aſinos. Et pe-

a ¶ Gratia, quæ ſemper bonæ voluntatis, qui factus eſt ei ex ſe-

perit Sara vxor dñi mei filium domi

mine Abrahæ. a ¶ In vltima ætate mundi.

a ¶ Vnde, Pater omnia quæ tua ſunt dedi ſti mihi. Io. 16. b

no meo in ſenectute ſua, deditq; illi

b omnia quæ habuerat. Et adiurauit

a ¶ Hæc ſuperius expoſita ſunt.

me dñs meus, dicēs: Nō accipies vxo c

rē filio meo de filiab. Chananæorū, in

quorū terra habito: Sed ad domū patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorē filio meo. Ego verò reſpōdi dño meo: Quid ſi noluerit venire mecū mulier? Dñs (ait) in cuius conſpectu ambulo, mittet angelū ſuum tecum, & diriget uiam tuā, accipieſq; uxorē filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, & nō dederint tibi.

c Veni ergo hodie ad fontē aquæ, & di d

xi: Domine Deus dñi mei Abraham, ſi direxiſti viā meā in qua nunc ambulo, Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendā aquam audierit à me, Da mihi pauxillū aquę ad bibendū de hydria tua: Et dixerit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis hauriā, ipſa eſt mulier quā præparauit Do

a ¶ Mirac. eſt ... credant.

minus filio dñi mei. Dūq; hæc tacitus mecū uoluerē, apparuit Rebecca veniēs cū hydria quā portabat in ſcapula: deſcēditq; ad fontē & hauſit aquā. Et aio ad eā: Da mihi paululū bibere.

a ¶ Eleuatam ſeculi ... ad propheticum ſermonem ſe inclinant ...

Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. Interrogauique eā, & dixi: Cuius es filia? Quæ reſpondit: Filia Bathuelis ſum, filij Nachor quē peperit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciē eius, e

& armillas poſui in manib. eius: pronuſq; adoraui Dñm, benedicens Domino Deo dñi mei Abrahā: qui pduxit me recto itinere, ut ſumerē filiam fratris dñi mei filio eius. Quāobrē ſi f

¶ Hæc duo ſæpe iūguntur miſericordia. & veritas maximè in pſal.

facitis miſericordiā & veritatē cū domino meo, indicate mihi. Sinautem g h

aliud placet, & hoc dicite mihi; vt va i k

d dā ad dextrā, ſiue ad ſiniſtrā. Reſpon- l m

NIC. DE LYRA. G

¶ dicitur Appone eis panem, & aquam. Et ibidem ſubditur, Appoſitaque eſt eis ciborum magna præparatio. 4. Reg. 6. a

a Non comedam donec loquar ſermones meos. *Hic conſequenter Eliezer quærit a parentibus conſenſum de Rebecca copulanda ipſi Iſaac. & vt facilius eos inclinet, primò refert diuitias domini ſui ipſi Iſaac collatas, & iuramentum quo aſtrinxit eum Abraham, & ſignum à Deo ſibi datum, quod voluntas Dei erat quod Iſaac cum Rebecca copularetur, per hoc inſinuans quod ſi renuerent, contrairent diuinæ voluntati. Et patet littera, exceptis aliquibus verbis exponendis. Qui ait non comedam, in hoc oſtendit ſe habere negocium ſibi impoſitum cordi.* † Sup. 11. a

b Et dominus benedixit domino meo ualde, *Id eſt in ſpiritualibus & temporalib. bonis multiplicauit. Ideo ſequitur,* magnificatuſq; eſt, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas camelos & aſinos? Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, deditque illi omnia &c.

c Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: *Quia erant idololatrę, & expellendi de terra per filios Iſrael.* ſed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies uxorem filio meo. Ego verò reſpondi domino meo: Quid ſi noluerit uenire mecum mulier? Dominus (ait) in cuius conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum tecum, & diriget uiam tuam, accipieſque vxorē filio meo de cognatione mea, &c. *Patet littera.*

Innocens eris a maledictione mea, ſolutus eris a iuramento meo.

d Veni ergo hodie ad fontem, &cæt. *Ex hoc quòd dicitur hodie, dicunt hebræi, quod vna die venit miraculoſe de Berſabeæ vſque ad illum locum. Sed hoc nullam habet apparentiam, maxime cum Ioſephus dicat, quòd Eliezer fecit viam illam cum magno tractu temporis & labore. Si enim fuiſſet ibi factum tantum miraculum, non eſt veriſimile, quòd ſcriptura tacuiſſet, cum ſatis prolixe narret ſignum datum in Rebecca dicente ipſi Eliezer, Bibe, quod modicum aut nihil eſt reſpectu illius miraculi, & ideo nullo modo videtur verum. Et ideo dicendum, quod per ly hodie non deſignatur niſi terminus ad quē venerat illa die: non autem terminus à quo receſſerat ab Abraham. Interrogauitq; eam & dixit. Cuius es filia? quę reſpondit: filia Bathuelis ſum & c. ſubditur,* H

e Suſpendi itaque inaures ad ornandā faciem eius, & armillas poſui in manibus &c. *Ex hoc patet veritas illius quod ſuprà dictū eſt, ſcilicet quòd Eliezer prius interrogauit de patre & cognatione Rebeccę, quam ſibi daret iocalia.*

f Quamobrem ſi facitis miſericordiam & verita. &c. *Concedendo Rebeccam pro Iſaac filio ſuo.*

g Indicate mihi. *Vt negocium perficiatur.*

Adaquauit camelos potum tribuit camelis.

h Sinautem aliud placet. *Scilicet eam denegando.*

i Et hoc dicite: *Vt poſſim de alia prouidere, ideo ſequitur,*

K Vt vadam ad dexteram. *Id eſt ad quærendum de filiabus Iſmalis.*

l Siue ad ſiniſtram. *Id eſt ad quærendum de filiabus Lot, quę erant etiam de cognatione Abrahę & Iſaac.*

m Reſponderunt Laban & Bathuel. *Hic conſequenter deſcribitur coniugis conceſſio, cum dicitur, Reſponderunt Laban & Bathuel: iſte Bathuel ſecundum Ioſephū erat frater Rebecę et Labā erat iunior eo, ideo vltimo nominatur. Rab. Sa. dicit, quod erat pater Rebeccæ. Quod autē vltimo nominatur, hoc eſt quia licet primò conſenſerat in matrimonium Rebeccæ, tamen poſtea voluit impedire, vt plenius dicetur.* Bathuel. Super Gen. c. 24.

¶ A domino



a *Prolatiſq; & c. Grego. Alle.* Poſtquàm A coniugij cauſam puer obtinuit. Hæc omnia Rebeccæ dedit: quia doctores eccleſiæ tot ornamēta tribuūt, quot virtutū bona docuerunt. Quæ enim prius inaures & armillas acceperat, iam vaſa aurea & argentea, & veſtes accepit, qa eccleſia quæ antea p fidē obedientiam, & operationem cepit, excreſcens ad ſpiritualia conualeſcit vt prophetiæ ſpiritu, & virtutū gratia repleta ampliatis muneribus creſcat. Matri & fratribus dona offeruntur, quia gentilitas ex quo eccleſia ad fidem venit, in gloria temporali conualuit. Vbique enim chriſtiani afflictionem ſentiunt, gentiles in terrena virtute gloriantur. Fratres eius dona percipiunt: qui enim in eccleſia fidē verbo tenus tenent, ſed tamen profeſſionem ſuam moribus non ſequūtur, à fidelibus honorantur, quia fideles vocātur. Mater ergo & fratres dona percipiunt, ſed ab hæreditate alieni ſunt, quia infideles, vel carnales ad hæreditatem æternam non perueniunt, ſed ſupernæ largitatis gloriam temporaliter conſequuntur.

b *Dedit ea Rebeccæ.* Rebecca non ornatur auro Bathuelis, quia non ſunt digna ornamenta barbari, & imperiti. De domo Abrahę accipit ornamēta, quia patientia de domo ſapientiæ ornatur: A puero Abrahæ ſuſcipit inaures, ideſt aurea in auribus verba: & brachilia. id eſt aurea in manibus opera, & alia ornamēta, quibus figurantur diuerſa virtutum genera.

c *Et nutri. illius.* Honeſtum erat: vt ad nuptias abſq; parentibus virgo proficiſcens, nutricis ſolatio foueretur.

d *Igitur Rebec. & c. Grego. All.* Quia ec-B cleſia habet ſecū minoris meriti animas, quę ipsā moribus ſequūtur, ſed ad cōtēplationis thorū nō prouehūtur. Puer quoq; quoſdā habuit in comitatu, qa cū pphetis fuerūt, q bene viuerēt, ſed pphetię ſpiritū nō haberēt: & cū apoſtolis, & doctorib' q vitā eorū tenerēt, & tñ nō prædicarēt.

e *Qui feſtinus & c.* Feſtinus puer ad dominum redit, quia prędicatores cum auditorum vitam obtinent, Deo de cuius munere hoc habent, non ſibi præbent.

f *Eo tempore & c. Greg. Alleg.* Viuēs, & vidēs dñs eſt, de quo ſcriptū eſt, Viuo ego in ęternū, dicit dñs. Et Heb. Oīa nuda & apta ſunt oculis eius. Puteus ſanctæ ſcripturę pfunditas, q̄ irrigat mētes nr̄as. Via paſſionis Chriſti humilitas p quā nobis apta ſūt ſcripturę fluenta. Niſi. n. Chriſt' incarnatus, tētatus, apprehēſus, colaphizatus cōſputus, crucifixuſq; ac mortuus fuiſſet, ſcripturæ pfunditas nō pateret. facta eſt aūt humilitas paſſionis, clauis apertionis, vt aquā ſciētię de pfundo bibamus. Hęc enim prius audita, iā intelligimus facta, q̄ prius legebantur, & nō intelligebātur. vnde Apoc. Vicit leo de tri. iu. ra. &c. Notādū vero quod nō dicit ambulabat, ſed deambulabat. Deambulat enim, qui viam eundo vel redeundo cōculcat. In humilitate paſſionis Chriſtus deambulauit, quia modo verborū contumelias, modo falſum teſtimoniū, modo alapas, modo ſputa, modo ſpineā coronā, modo crucem ſuſtinuit.

g *Habitabat & cæt. Gregorius. Moraliter.* Iſaac Rebecca viuente habitabat in terra auſtrali, quia Chriſtus veniente ad ſe eccleſia in illorū mentibus māſit, quos nō torporis frigus, ſed feruor charitatis tenuit, qualis erat Anna, C Symeon, & aliq de populo Iudæorū.

*Et egreſſus*

a ¶ Cognita Dei diſpoſitione. eccleſia de gentibus ad fidem Chriſti uenire permittitur, ita ut qui non vult imitari, non præſumat aduerſari.

deruntque Labām & Bathuel: A a

domino egreſſus eſt ſermo, & non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum.

† En Rebecca coram te eſt, tol- b

le eam, & proficiſcere, & ſit uxor filii domini tui, ſicut locutus eſt Dominus. Quod cum audiſſet puer Abraham, adorauit in ter- c

a ¶ Senſibus ſcripturæ cum eloquentia. ¶ Morum honeſtate.

a ram Dominum: Prolatiſque uaſis d

argenteis & aureis ac ueſtibus,

b dedit ea Rebeccæ pro munere: e

a ¶ Quia gentilitas temporalia percipit.

† fratribus quoque eius & matri dona obtulit. Initoque conuiuio ueſcentes pariter & bibentes, man-

a ¶ Studioſus prædicator non vult diu inter carnales manere. quia animas a gentilitate conuerſas ad ſocietatem ſpiritualium nititur velociſſime perducere.

ſerunt ibi. Surgens autem mane f

a ¶ Propheticus ſermo.

locutus eſt puer: Dimittite me, g

ut uadam ad dominum meum. Reſponderuntque * fratres eius & h

mater: Maneat puella ſaltem de- i

cem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. Nolite ait me retinere, k

quia dominus direxit uiam meam. Dimittite me, ut pergam ad dominum meum & dixerunt: Vo- l

a ¶ Quia fides eſt voluntatis, non neceſſitatis, & ſecundum leges ſponſalia conſenſu contrahentium fieri oportet.

cemus puellam, & quæramus ipſius uoluntatem. Cumque uocata ueniſſet, ſciſcitati ſunt: Vis †

ire cum homine iſto? Quæ ait:

a ¶ Patientiam.

uadam. Dimiſerunt ergo eam, m

a ¶ Sapie... Melior eſt patiens uiro forti. Prouer. ... hæc conſtantur propheticum & Apoſtolicum ...

c & nutricem illius, ſeruumque Abra- n

ham & comites eius, imprecan- o

a ¶ Id eſt v...

tes proſpera ſorori ſuæ, atque di-

a ¶ Non prophetæ fuerunt, aut ex vanitate tam magna optantes, ſed eos quod promiſerat Deus Abrahæ, latere non potuit.

centes, Soror noſtra es: Creſcas

a ¶ Hoc iſtis carnaliter orantibus ſpiritualiter impletum eſt, Chriſto dominante ſuper omnes gentes.

in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorum ſuo-

d rum. Igitur Rebecca & puellæ p

a ¶ Subiectis ſibi innatis vitijs.

illius aſcenſis camelis, ſecutæ

a Sermonem propheticum.
b ¶ Quaſi, habemus theſaurum in uaſis fictilibus, ſit uirtus Dei & non ex nobis.
¶ Chriſtum.

e ſunt uirum: Qui feſtinus reuer- †

tebatur ad dominum ſuum.

f Eo autem tempore deambula- q

a ¶ Chriſtus.

bat Iſaac per uiam quæ ducit ad

a ¶ Humilitatem, paſſionem Chriſti.
¶ Profunditatem ſcripturæ per quam intelligitur ſemper viuens & omnia videns.

Puteum, cuius nomen eſt vi-

a ¶ Viuo ego, dicit dominus.
b Cui omnia aperta.
¶ Quia in paſſione Chriſti reuelatæ ſunt ſcripturæ.
c ¶ Nimia charitate, qua dilexit nos Deus incarnatus.

g uentis & uidentis: Habitabat r

NIC. DE LY.

¶ a A domino egreſ. eſt ſer. *ſcilicet q̄ Rebecca detur Iſaac, hoc dixerunt propter ſignum quod Eliezer eis narrauerat.* Deo omnia cōmittunt.

b Tolle eam &c. *ſi tamen conſentiat. quod patet ex hoc quòd requiſitus eſt poſtea conſenſus eius.* † 35. q. 1. c. quod

c Adorauit in ter. Do. *de hoc, quod direxerat eum in negotio ſibi impoſito.*

d Prolatiſque va. &c. *ideſt iocalibus de tali materia factis. In ſacra enim ſcriptura inſtrumenta artificis, & arma militis, & iocalia mulieris, & ſimilia, in hebręo communiter nominatur* כלים *chelim vaſa. vnde Reg. vbi dicitur de Ionatha, q̄ tradidit arma ſua puero. In heb. habetur vaſa: & in alijs multis locis ſimilis locutio.* 1. Reg. 20. g

Munera ipſi Rebeccę & parentibus ipſius offert ſeruus.

e Dedit ea Re. pro mu. *Quod ſolet dari ſpōſis de nouo conceſſis.*

f Surgēs &c. *Hic conſequenter deſcribitur coniugis adductio, vbi primo accipit Eliezer licentiam.* † 32. q. 2. c. honorantur.

g Dimittite me &c. *Sermonē dirigit ad illos, qui erant principales, & iſti erant Labā frater Rebecę, & mater eius & iō ſubditur,*

h Reſponderunt &c. *Si autem aliqui libri habēt hic fratres, falſa eſt littera, & ideo de iſto fratre dicēdum eſt, q̄ erat Labā. qui erat primogenitus Bathuel. Sed ſi queratur, quare nō reſpōdit ipſi Bathuel pater Rebecę, q cōceſſerat matrimoniū, vt prædictū eſt, ſecundum opinionē Ra. Sa. Reſpondetur, quòd interim pænituerat de dicta cōceſſione, & volebat impedire. & ideo ſtatim angelus dñi pcuſſit eum, & mortuus eſt.* * frater. Super Gen. c. 24.

i Maneat pu. &c. *In heb. habetur. Maneat puella dies vel decē: et exponunt hebręi dies in plurali, ideſt per annum: vel decem, id eſt per decem per menſes.*

K Nolite &c. *Ac ſi. d. qui viam meam retardaret, contrairet diuinæ voluntati.* D

l Dixerunt &c. *Quia in matrimonio requiritur conſenſus expreſſus.* Interrogatur puellæ voluntas.

m Dimiſerūt ergo &c. *Aliqui libri habēt, Delborā, ſed non eſt de textu ſed tamen ſubintelligitur. dicitur autē nutrix illius, quia enutrierat eam in ſtatu puellari: & docuerat in moribus: & propter hoc aſſociata eſt ei, & forſitā cū hoc lactauerat eam a cunabulis; & cū iſta benè fuerūt aliæ puelle & ancillæ ei aſſociatæ: vt. inf. dicet licet hoc nō exprimat.* Delbora.

n Seruumque Ab. & co. eius, *Qui erat de domo Abrahę.*

o Imprecantes proſpe. &c. *Et nomine iſta dicuntur de matre Laban, & fratre eius, qui loquebantur ad Eliezer vt ſupra dictum eſt: quomō ergo vocatur ſoror matris ſuę? Dicēdū, q̄ in receſſu Rebeccę cōuenerunt multi de ſua cognatione, ſicut ſolet fieri in talib. maximè, qa ibat ad terrā lōginquā. nūc aūt ita eſt, quòd noīa fratris, & ſororis cōia ſunt omnib. qui ſunt eiuſdē cognationis, vt ſupra dictum eſt pluries: & quia oēs qui illic cōuenerāt, p p eius receſſum imprecabātur ei bonū, ideo ſcriptura hic vtitur noīe cōi. ſ. ſororis, quia hoc modo poterat dici ſoror omnium illorum.* Quæſti. Benedicūt ipſi Rebeccæ parētes. Ducit Rebecca ad Iſaac.

p Igitur Reb. &c. *ex quo patet quod ſupra dictum eſt: ſcilicet quod habebat alias mulieres in comitiua ſua, cum Delbora nutrice ſua.*

q Eo autē &c. *Cā recreationis, et cā ſubdit.*

r Habitabat &c. auſtrali. *i. in Berſabee, quę eſt in parte auſtrali terræ promiſſionis, & eſt*

*¶ prope*

MORALITER.

* Epheſ. Chriſto deſponſari digna, & ad hoc voluntaria. ideo ſequitur poſtea, Epheſ. 5. f

† *Vis ire & c.* Eccleſia namq; gentium, audita prędicatione Chriſti diſcipulorū, benignum præbuit aſſenſum.

† *Qui feſtinus re. ad dominum ſuum.* Prędicator enim poſt prędicationem ad Deum redire debet per gratiarum actionem, & ei attribuere prædicationis fructum.

q *Eo tempore Iſaac deambula. i.* Chriſtus.

* *Et egreſſus*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et egreſſus fuerat &c.Hiero.* Per terram auſtralem Geraram E ſignificat, quò ad immolandum adductus fuerat. Egreſſus eſt vt exerceretur in campo. In hebræo legitur, Egreſſus eſt Iſaac vt loqueretur in agrũ inclinata iam veſpera. vbi ſignificatur quod Dominus ſolus orabat in monte; & Iſaac qui typus Domini fuit, ad orationẽ quaſi virum iuſtum a domo egreſſum nona hora, vel ante ſolis occaſum ſpirituales victimas Deo obtuliſſe. *Greg.* Ager mundus eſt in quo Chriſtus egreſſus eſt quia viſibiliter apparere dignatus eſt, vnde Abac. Egreſſus es in ſalutem populi tui. Iſaac, ad meditandum in agro exijt, quia Chriſtus formam humilitatis præbens exercitium longanimitatis paſſionis, & patientiæ exempla monſtrauit, ſicut ſolent iuuenes exercitati armorum vſu meditari. Armorum meditatio eſt paſſionis frequentatio. Qui enim verbera, ſputa, lanceam, crucemque pertulit, paſſionem vſque ad mortẽ in ſe frequentari permiſit. Paſſiones arma dicimus, quia per ipſas ab aduerſarijs liberamur. vnde Luc. In patientia veſtra poſſid. animas veſtras.

*In q.Hebrai. ſuper Gene. 24.10.3.* — *Iſaac ſe exercet in agro ſub noctem ſupra 16.d* — *Abac.3.c.* — *†30.q.5.ca. nec illud.* — *Luc.21.d*

b *Inclina.&c.* Quia paſſionum exercitia iuxta finem mundi ſuſcepit. vnde Pſal. Eleuatio manuum mearum ſacri.veſper.

*Pſal.140.a*

c *Deſcendit de ca. &c. Gre.* Rebecca ad Iſaac in camelo deducitur, quia eccleſiam Rebecca, camelus gentilem populum tortum moribus, & onuſtum idolorum cultibus ſignificat: qui enim ſibi ex ſe inueneruͤt Deos, quos colerent, ab ipſis onus in dorſo increuit, quod portarẽt. Ad Chriſtũ ergo ex gentilitate eccleſia properãs, in tortis vitæ veteris conuerſationib. inuenit. Viſo Iſaac de camelo deſcendit, quia redemptorem ſuũ ſubtilius F agnoſcens, carnalis vitæ ſtudia humilius deſerit, & tortitudini ſuę ipſa cõtradicit, & ab elatione celſitudinis humilitatem petit. In camelo ſedẽs proſpexit Iſaac, quia adhuc vitijs innixa necdum ſpiritualibus, ſed animalibus motibus inhærens aſcendit. Nec mouere debet ꝙ puer cum camelis venit ferens diuitias dñi ſui, quia quãuis prędicatores ad ſu- G periora intelligẽda, & proferenda, ſciẽtia, & vita emineant, adhuc contradictionem carnis tolerant, videntes aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ. Diuitias in camelis portãt, quia ne magnitudo reuelationum extollat, datus eſt eis ſtimulus carnis. Celeſtia ergo loquẽtes, & cõtradictionẽ carnis de vitio ſẽtiẽtes, ſup tortuoſa camelorum dorſa diuitias portãt.

*In moral.li. 1.7.10.1. Myſticè.* — *Iſaac accipit Rebeccã in uxorem.* — *Rom.7.d*

d *Quis eſt ille &c.* Rebecca viſo Iſaac, quis ſit, requiſito puero cognoſcit: qa eccleſia ꝑ prophetarũ, & apoſtolorũ dicta qd de Chriſto credere debeat; intelligit. Quæ ſe mox pallio cooperuit. quia quanto Chriſti myſteria penetrat, tanto de anteacta vita cõfunditur. Vnde infirmitatem ſuam pallio operire nititur, & q̃ prius ĩ camelo liberè geſtatur, deſcẽdens verecundia tegitur, cui quaſi verecundæ dicitur, Quem enim fructum habuiſti tunc in illis, in quibus nũc erubeſcis?

e *At il.etc.Hier.* Alia æditio: teriſtrũ qđ etiã nũc genus eſt arabici veſtimenti quo mulieres ꝓuincię illius velantur.

f *Introduxit &c.Greg.* Hãc Iſaac in tabernaculo matris ſuę introduxit, & vxorẽ accepit, quia in loco ſynagogę de qua natus eſt Chriſtus, eccleſiam diligit, vt quæ cognatione, id eſt prędeſtinatione proxima fuerat, amore coniuncta vxor fiat.

*Ad meditãdũ, Chal interpr. ad orandum. lxx. vt exerceretſe.* — *Leuauit oculos ſuos, &* — *Rom.6.d* — *Teriſtrum.* — *In q.Hebra. ſuper Gen.* — *In Moralib.*

g *Et intantum &c.Greg.* Quia ex lucro eccleſiæ Chriſtus triſtitiam ex perditione ſynagogę deterſit, quia dum eccleſia ex gentilitate veniens vſque ad thorum contemplationis perducitur, Iudęa pro nihilo habetur. Iſaac quoque riſus, Rebecca verò patientia dicitur. Riſus verò ex lętitia, patientia ex tribulatione. Et quamuis eccleſia iam ſit cœleſtis gaudij contemplatione ſuſpenſa, habet tamen in ſe quod de carnis pondere doleat. H Iſaac verò & Rebecca iunguntur, id eſt riſus & patientia, ſecundum illud.Rom. Spe gaudentes in tribulatione patientes, vt proſpera lętificent de contemplatione, aduerſa de tribulatione non perturbent.

*In Moralib. 9.Allegor.* — *Rom.12*

*Abra.*

a ¶Gerara, quò ad immolandum ductus fuerat

a bat enim in tẽrra auſtrali: & egreſ- a

a ¶ In mundum venerat ad exercitium paſſionis. b ¶ Vel exercitandum. c ¶Mundo.

ſus fuerat ad mẽditandum in agrõ

a ¶Iuxta finem mundi. b ¶Intendens in ſalutem mundi.

b inclinata iam die. Cumque eleuaſ- b

a ¶Gentiles tortis moribus de longe ad ...dem venientes.

ſet oculos, uidit cãmelos uenientes

a ¶Eccleſia de gentilitate. b ¶ Eccleſia vidit videntem ſe, & depoſuit deformitatem vitiorum, quod quotidie facimus, dum ſcripturas de incarnatione Chriſti requirimus.

procul. † Rebecca ✱ quoque con- c

a ¶Chriſto. b ¶De elatione. ¶Vitioſa a conuerſatione veteris vitæ.

c ſpecto Iſaac, deſcendit de came- d

d lo, & ait ad puerum: Quis eſt ille e f

homo, qui uenit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei. Ipſe

a ¶ Scriptura inquiſita reſpõdet Chriſtum eſſe dñm ſuum. b ¶Cum eccleſia Chriſtum cognoſcit: fœditatem ſuam erubeſcit.

e eſt dominus meus. At illa tollens ci g

a ¶ Quia peccator quicquid boni agit Deo tribuit.

tò pallium ſuum, operuit ſe. Seruus h i

autem cũcta quæ geſſerat, narrauit k

a ¶ Habuit eam pro ſynagoga, de qua natus eſt Chriſtus ſecundum carnem.

f dño ſuo Iſaac. Qui introduxit eam in tabernaculũ Saræ matris ſuæ, &

¶Patriarcharum coniugia Chriſtum & eccleſiam iungi ſignificant, aut coniunctionem animæ cũ verbo Dei de qua di. 1.Cor.vj.d. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus cũ Deo eſt.

g accepit eam uxorem, & intantum l

¶Gentilitate aſſumpta dolorem qui ſibi de ſynagoga venire potuit, mitigauit.

dilexit eã, ut dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tẽperaret.

## NICO. DE LYRA.

¶ *prope puteum illum qui vocatur viuentis, & videntis, propter quod de facili poterat illac ambulare.*

a Et egreſſus fuerat &c. *Hebræi dicunt ad orandum, quia circa tempus veſperarum conſuetudo eſt Iudęis orare; vel forſitan egreſſus fuerat ad videndum diſpoſitionem cœli & aliquarum ſtellarum, quæ incipiebant apparere: quia edoctus erat in aſtronomia à patre, qui primus eam docuit in Aegypto, quando ibi deſcendit, vt ſupra dictum eſt.*

*Orandi tempus.* — *Gen.12.e*

b Cumque &c.*i.cognouit, quia erãt diſtincti ab alijs: vt ſupra dictũ eſt.*

c Rebecca quoque conſp. *Quia videbat eum inclinantem verſus eos.*

d Deſcendit de camelo. *Vt faceret ei reuerentiam.*

e Et ait ad puerum. *Id eſt ad Eliezer.*

f Quis eſt ille &c. *Prius enim quaſiuit hoc, & audiuit quòd erat Iſaac antequàm deſcenderet licet ſit ſcriptum poſt, quia non omnia ſemper ſunt ſcripta eo ordine quo facta ſunt, vt prædictum eſt.*

g At illa. *Hebræi dicunt* צעיף *zaiph, id eſt ornamentum capitis.*

h Operuit ſe. *Vt honeſtior appareret in conſpectu eius.*

i Seruus au.&c. *ſ. proceſſum viæ, & ſignũ datũ ſibi à Deo de Rebecca.*

K Narra.Iſaac. *Quod interponitur in aliquibus libris non eſt de textu.*

l Et intantum di.&c. *Id eſt leniret: quaſi tribus annis ante. quod patet, quia ſeq. ca. dicitur, quòd Iſaac erat.xl.annorum, quando accepit Rebeccam. Sara autem erat.xc.annorum, quando natus eſt Iſaac, vt habetur ſupra. quibus ſi addantur.xxxvij. faciunt annos cxxvij. quod fuit totum tempus vitæ Saræ vt dictum eſt ſupra. & ſic patet propoſitum: Temperaret, non totaliter auferret. Ex quo patet magna affectio ipſius Iſaac ad matrem ſuam, quæ iam obierat tribus annis ante.*

*Gen.21.a* — *Gen.23.a*

¶ Abraham

## MORALITER.

✱ a *Egreſſus fuerat.* De ſinu patris in mundum.

f *Quis eſt ille homo qui venit &c.* Dixitque ei: ipſe eſt Dominus meus, Dominus enim prius occurrit nobis quàm nos ſibi. *Aug.* ſuper Ioan. Ille venit quem gratia Dei præuenit.

l *Et accepit vxorem.* Per dilectionis perfectionem. *Et intantum dilexit, vt dolorem, &c.* Mater autem Chriſti ſynagoga poteſt dici, quę mortua fuit quantum ad legalia in morte Chriſti: ſed eccleſia de gentibus collecta multò plus Chriſto dilecta fuit, & ſic pactum reformauit. Moraliter poteſt exponi de qualibet muliere, quæ ad verbum prædicatoris concipit ſpiritum deuotionis: & relicto faſtu ſæculari atque luxu, Chriſto deſponſatur per obſeruantiam caſtitatis, ſecundum illud apoſtol. Cor. Deſpondi vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.

*2.Cor.11*

✱ *Abraham*

*In c.xxiiij. vbi dicitur in poſti. Sed ad terrã, & cognationem me. &c.*

### ADDITIO I.

¶ Vbi tranſlatio noſtra habet, Sed ad terram & cognationẽ meam proficiſcaris, littera hebraica dicit, Sed ad terram natiuitatis meę. terra enim natiuitatis Abrahę vbi erat domus patris eius fuit Meſopotamia, non autem Vr Chaldæorum, vt oſtenſum fuit ſupra, in prima additione cap.xij.

*In eo.ca.xxiiii. vbi dicitur in poſt. Dixitq; ad eam: cuius es filia &c.*

### ADDITIO II.

¶ Non videtur neceſſarium in hoc loco mutare ordinem narrationis. Satis enim rationabile eſt quòd Eliezer daret iocalia antequã certitudinaliter ſciret, quòd puella eſſet de cognatione Abrahæ, vt ſuam oſtenderet curialitatem, ſicut etiam ipſa puella curialem, & humilem ſe oſtẽdit erga ipſum. Quod autem poſtea in narratione Eliezer præpo ſuit interrogationem dationi, poteſt intelligi per anticipationem, vel fortè hoc dixit, vt non ęſtimaretur leuis.

*In eodem ca.xxiiii. vbi dicitur in poſtilla. Vbi erat fons &c.*

### ADDITIO III.

¶ Hebraica veritas habet. Qui feſtinans egreſſus eſt ad hominem foris ad fontem: vnde qui ſcripſerunt fons tantum, non rectè ſe habuerunt in hoc loco.

*In eodem ca.xxiiij. vbi dicitur in poſtilla, Interrogauitq; eam &c.*

### ADDITIO IIII.

¶ Non habet ex hac narratione intentum poſtillator, poteſt enim intelligi prout dictum fuit ſupra ſuo loco eodem capitulo.

*In eo.ca.xxiiii. vbi dicitur in poſtilla. Sed ſi quæratur &c.*

### ADDITIO V.

¶ Non oportet fingere pęnitudinẽ Bathuel; nec eius mortẽ in hoc loco prout



A loco prout Ra.Sa.dicit de quibus nulla fit mentio in ſcriptura: ſed probabilius videtur dicendum quòd Bathuel antiquior, & magis ſenſatus, nolebat differre miſſionem Rebeccæ credens, quòd iſta erant à Deo ordinata prout dixerunt prius: A Domino egreſſus eſt ſermo. Sed Laban qui erat iunior, & mater Rebeccæ ex quadam carnali fragilitate volebant differre negotium prout ſequitur, Maneat puella nobiſcum.

*In eodem cap.xxiiij. vbi dicitur in poſtilla, Vel forſitan egreſſus fuerat ad videndum diſpoſitionem cœli &c.*

### ADDITIO VI.

¶ Dicere quòd Abraham fuit edoctus in Aſtronomia, & quòd primus eam docuit in Aegypto, nullum fundamentum habet in ſacra ſcriptura, nec etiam rationi videtur conſonum: Primum patet: non enim in hiſtoria propria ipſius Abrahæ, quæ habetur in hoc libro Gen. nec etiam in Pſal. ſeu prophetis, vbi quandoque fit mentio de Abraham hoc inuenitur, vt eſt manifeſtum diſcurrenti. Secundum patet, tum quia etiam Apoſtoli qui fuerunt à Deo maximè illuminati, intantum quòd eis dicitur Ioan. Docebit vos omnem veritatem, Non exponitur communiter quòd fuerunt illuminati de veritatib. mathematicis, ſeu aſtronomicis, ſed de his quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria; multo minus hoc dicendum eſt de Abraham, quem ſcriptura commendat de fide, & timore Dei, & de operibus virtuoſis, nunquàm tamen de aliqua ſcientia, vel arte, quæ humanitus poteſt inueniri: Tùm quia ſcientia Aegyptiorum in ſcriptura reprobatur tanquã diuinatio ſuperſtitioſa: vnde dr̃ Eſa. Aegyptijs quaſi increpando, Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuncient tibi, & indicent &c. Tum. quia ex hoc daretur occaſio infidelibus, ſeu hæreticis qui ea quæ Deus operatur miraculoſè pro ſanctis ſuis, ſeu per eos attribuunt malitioſè influentijs cœleſtibus, ſeu dęmonijs modo quo Chriſto dicebatur Luc. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia: & multo fortius de Abraham tales peruerſi dicerent, quòd ea quæ Deus pro eo fecit circa Pharaonem, & Abimelech & huiuſmodi eſſent perpetrata per virtutes, ſeu influẽtias aſtrorum: cuius oppoſitum etiam fatebantur pagani. vnde ſup. Abimelech & princeps exercitus ſui dicebat Abrahæ, Deus eſt tecum in omnibus, quæ operaris &c. vnde nec etiam videtur dicendum de Iſaac, quod erat edoctus in aſtronomia à patre rationibus iam dictis. Sed potius cũ de eo dicitur, quod egreſſus fuerat ad meditandum in agro, intelligendum eſt de meditatione contemplationis & huiuſmodi: prout pertinet ad ſanctos viros q̃ in lege domini meditantur die ac nocte, prę ſertim autem ad Iſaac, qui oblatus in B ſua pueritia hoc pertinebat. In alijs verò libris dicitur, Et egreſſus fuerat ad exercendum in agro, quod per litteram hebraicam in hoc loco poſitam: etiam ſic poteſt intelligi, & eſt ſenſus quòd egreſſus fuiſſet ad exercendum ſe corporaliter in agro tempore veſpertino: C cum iam inclinata eſt dies, & æſtas feruor mitigatus.

*Abraham aſtronomus.* — *Ioan.16.c* — *Eſa.19.b* — *Luc.11.b* — *Gen.21.c*

### REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ. Huſſitam.

IN cap.xxiiij. vbi poſtillator illud quod dicitur, Sed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, exponit de Aram, Burgenſ. exponit de Meſopotamia, cuius correctorium require ſupra cap.xij. in princ. Item eo. cap. vbi exponit illud dictum Eliezer, cuius es filia: per anticipationẽ Burgen.reparauit vſque ad ſui ipſius inuolutionem. Negans enim anticipationem ex rationabili cauſa poſitã, cõcedit eandẽ ſub eodẽ cõtextu ex cauſa minus rationabili, vt patet ex eius ꝓceſſu, quẽ vide. Itẽ in eodẽ ca. vbi Eliezer refert ordinẽ facti, ſcilicet quod prius interrogauit cuius eſſet filia, & cognito ſuſpendit in aures, & dedit iocalia. poſtillator dicit quòd ſunt per anticipationem dicta, vbi primo dicitur dediſſe iocalia, & poſt interrogaſſe: ſed Burg. dicit per hoc non habere propoſitum: ſed rationẽ non aſſignat. Item ca. eo, quando dicitur, Maneat puella. Ra.Sa. exponentẽ illud Burg. reprobat, eo quia vt dicit nõ habet fundamentũ in ſcriptura. Eadem ratione & expoſitio Burg. in ſcriptura nõ videtur fundari. In eo. ca. circa illũ paſſum, Quomodo Iſaac fuit egreſſus ad meditandum in agro. Poſtillator dicit, quòd forte etiam ad videndũ diſpoſitionem cœli, quia didicit à patre ſcientiam aſtrorum, prout dicit Ioſephus Abraham etiã docuiſſe Aegyptios. hæc Burg. valde ęgreferẽs, dicit nullũ fundamentũ habere in ſacra ſcriptura, nec etiã rationi conſonum ex multis quæ inſert. Sed Burgen. quo ad primũ ſe facit familiarem argumento Huſſitarum refutato in magno concilio Conſtantiæ, videlicet, non habetur expreſſè in ſacra ſcriptura, igitur credi nõ oportet, vel falſum eſt: locus enim ab auctoritate negatiuè nõ tenet. Sed quo ad ſecundũ videntur impertinentia quæ infert Burg. Nam non videtur verum quòd aſtronomia diſtrahat à virtute, fide & timore Dei. Sed dicitur in ſingularem commendationem quòd Abraham fuit aſtronomus; nec eſt deteſtandum in Abraham quòd Aegyptios artem bonam docuerit, quã per abuſum verterũt in ſuperſtitionẽ, & aſtronomiã in aſtrologiã. Sæpe enim bonarũ ſciẽtiarũ fit abuſus; quinimo hęretici euangelio, & ſacra ſcriptura abutuntur: & ſi ſancti huiuſmodi ſcientias bonas, & demonſtratiuas ſciuerunt, ex eo nõ datur occaſio infidelibus malè ſentiendi de ſanctis: ſed ſi inde occaſiones ſumpſerint, ſinẽdi ſunt vt cæci & duces cæcorum. Vnde Ioſephus dicens Abrahã docuiſſe in Aegypto aſtronomiam, nõ intendebat hoc vitiũ imponere patriarchæ, quòd vſus fuiſſet in doctrina vel opere mathematicorũ & aſtrologorũ ſuperſtitione ſecũdũ ipſum, ſed ꝙ docuit ea quę artis ſunt; & quid mirũ ſi filiũ ſuũ docuiſſet id ipſum, vt in factura Dei delectari potuiſſet? D

*Huſſitarum error.*

## GLOSSA ORDINARIA. Cap. XXV.

a ABraham ve. *Iſid. Alle.* Mortua Sara duxit Abraham Ceturam. Non propter incontinentiam, quia iam grandeuus, nec propter filiorũ procreationem, quia illi ſemen quaſi ſtellæ cœli ex Iſaac promiſſum erat. Sed ſicut Agar & Iſmahel figurauerunt carnales veteris teſta. ſic Cetura & filij eius hæreticos, qui ſe ad teſtamentum nouum exiſtimant pertinere. Sed vtraque concubina, ſola Sara vxor: vnde Cant. Vna eſt columba mea &c. *Allegor.* Poſt aſſumptionem eccleſiæ adhæſerũt Chriſto multæ animæ hæretica prauitate deceptæ, quæ non catholicos, ſed ſchiſmaticos genuerunt, qui vnitatem eccleſiæ diuiſerunt, quos ſignificant filij Ceturæ qui inferius numerantur.

*Super Gen. Allegoricè.* — *Abraham Cethurã duxit in vxorem.* — *Cant.6.c*

b *Aliam duxit vxo.&c.Hiero.* Cetura hebraice copulata, aut coniuncta. Vnde hebræi ſuſpicãtur mutato nomine eadem eſſe Agar, quæ Sara mortua de concubina tranſierit in vxorẽ. Et videtur Abrahæ excuſari ætas, ne ſenex nouis nuptijs laſciuiſſe arguatur. De Cetura aũt nati filij Abraham iuxta hiſto. heb. occupauerũt Troglodité, & Arabiam vſque ad maris rubri terminum. Dicitur autem Afer ex poſteris Abrahæ exercitũ aduerſus Libyã duxiſſe, & ibi victor conſediſſe, à quo Africam poſteri eius nuncupauerũt. *Moraliter.* Cetura Thymiama interpretatur, quod eſt incenſum, vel bonus odor. Hanc ſortitur Abraham in coniugium, qui dicere poterat Chriſti bonꝰ odor ſumus: peccatum enim res fętida eſt. Si qs ergo eſt, in quo nõ ſit odor peccati, ſed iuſtitiæ, & ſuauitatis, & miſericordię. & qui dicat Dirigatũ oratio mea ſicut &c. hic Ceturã duxit vxorẽ. Ad tales nuptias taleq; ſobolẽ aptiores ſunt ſenes qñ.n. quis eſt carne feſſus, tùm ſpiritu robuſtus, & ſapientiæ cõplexib. aptus.

*In q.Hebra. ſuper Gene. c.25.10.3.* — *Hiſtoricè.* — *Moraliter.* — *†32.q.4.c. quod autẽ.* — *Filij Ceturæ.* — *1.Par.1.c* — *2.Corin.2.d* — *Pſal.140.a*

*b Aliam* — *Filij Dadan*

Cap. XXV.

a ¶Non ſolum pro multiplicanda ſobole, ſed myſtica ſignificatione.

a b ABraham verò aliã du a b

a ¶ Quia iuuencula de ſene concipere poteſt

xit vxorẽ noĩe † Ceturam: quæ peperit ei c

Zamram, & Ieſan, & Madan, & Madian, & Ieſboc, & Sue. Ieſan quoque genuit Saba & Dadam.

## NICO. DE LYRA. Cap. XXV.

a ABraham vero. *Poſtquàm Moyſes deſcripſit electionem fidelis populi deducenda per Abraham, hic conſequenter hoc idem facit per Iſaac filium ſuum: & quia vbi terminatur vnus ſtipes incipit alius ſequens: ideo primò deſcribitur ipſius Abrahę finis & conſumatio. ſecundò ipſius Iſaac generatio, ibi, Hę quoque ſunt generationes Iſaac, prima diuiditur in duas ſcilicet in partem principalem, & incidentalem, ibi, Hę ſunt generationes Iſmahel. Finis autem & conſummatio ipſius Abrahę deſcribitur in hoc, quòd ordinatione facta de filijs ſuis, & de bonis, ſepultus eſt honorificè: occaſione tamen filiorum, de quibus habebat ordinare, primò ſit mentio de filijs Abrahe poſt mortem Sarę genitis, cum dicitur,*

b Aliam &c. *Dicunt hebręi ꝙ iſta fuit Agar, quę nominata eſt Cetura, quę in hebræo ſonat thurificata. Cuius rõ eſt, quia ſicut dicũt, ita mũde ſe cuſtodiuit poſtquã cũ filio de domo Abrahæ receſſit, acſi eſſet Deo oblata vel conſecrata, ꝑ quod mortua Sara Abrahã miſit filiũ ſuũ Iſaac ad reducendũ eã ſibi. Sed cõtra hoc vr̃ quod inf. dr̃ eo.c. Filijs aũt cõcubinarũ largitus eſt munera &c. Ex quo vr̃, quod cũ Agar fuit alia ſibi cõiuncta præter Sarã. Sed poſſet hic dici, ꝙ hic accipiĩ plurale ꝓ ſingulari, et e conuerſo: aliqñ in ſcriptura accipitur ſingulare pro plurali, vt dictũ eſt ſup. Ponitur et Agar in plurali, qa bis fuit ipſi Abrahæ cõiuncta, ita ꝙ tenet quaſi vicẽ duarũ, vnde & in Biblijs hebraicis correctis hoc nomẽ concubinarũ in hoc loco ſcribitur diminutè, ad deſignãdũ, ꝙ nõ fuit niſi vna. Expoſitores aũt catholici cõiter dicũt ꝙ iſta Cetura fuit alia ab Agar iunior illa: ꝑ qđ de ſene potuit facilius cõcipere: nec accepit eã Abrahã libidine ductus, ſed amore plis: & eſt figura futurorũ, qa ſicut Agar, & Iſmahel figurauerũt carnales ve.te. ſic Cetura & filij eius hæreticos, q ſe dicũt ad no.te. ꝑtinere: ſed eccleſia q̃ ꝑ Sarã deſignat vna remanet tanquã vxor ſpõſa, et aliæ noĩantur cõcubinæ,* c *Quæ. noĩa ſunt capitũ*

*Diuiſio.* — *Cetura quæ Agar.* — *Singulare pro plurali. Gen.19.c*

¶ *diuerſarum*

## MORALITER. Cap. XXV.

✱ a *Abraham &c.* Hic agitur de ortu, & cõuictu Iacob & Eſau, per quos deſignãtur boni & mali in eccleſia regenerati, ſecundum il-

✱ lud

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Filij Dadan fuerunt Aſſurim, & Lathuſim, & Laomim. At vero ex Madian ortus eſt Epha & Opher & Enoch & Abida:* [illegible]. Aſſurim in negociatores transferri putant. Lathuſim in æris ferrique metalla cudentes. Laomim philarcos, ideſt principes multarum tribuum & populorum. Alij ab hoc Aſſurim Syros dici putant: & à plæriſque filijs Abrahæ ex Cetura occupatas Indiæ regiones.

Isaac datur poſſeſſio, filijs concubinarum munera.

b *Deditq; Abraham &c. Iſidorus.* Quia dãtur munera filijs cõcubinarũ, ideſt carnalium, ſed nõ perueniunt ad regnum promiſſum: hæretici vel iudei, quia carnalia lucra ſequuntur. Solus Iſaac eſt hæres: quia non filij carnis extimantur in ſemine, ſed promiſſionis.

Moritur Abraham.

c *Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectęq; ætatis, & plenus dierum, congregatuſq; eſt &c. Hieronymus.* Malè in Lxx. additum eſt, Deficiens mortuus eſt Abrahã, quia non cõuenit Abrahæ deficere, vel minui. Illud quoque quod poſuimus, In ſenectute bona ſenex & plenus, in græcis codicibus ponitur plenus dierũ, qđ cũ ſenſum videatur exponere, eo quòd luce & diei operibus plenus occubuerit, magis tamen ad anagogen facit, ſi ſimpliciter ponatur plenus.

d *Hæ ſunt generationes &c.* Hi populi ante filios Iſaac computantur, qui cum ſint de ſemine Abrahæ, non tamen cõputãtur in ſemine quia prius eſt quod animale eſt, deinde qđ ſpirituale. Vnde poſt computationẽ carnalium ponitur genealogia Iſaac, de quo facta eſt promiſſio, & electorum propaganda ſucceſſio.

F

Benedicitur Iſaac à Deo. Supra 16.d

e *Et hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus ſuis. Primogenitus Iſmahelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adb. &c. Hieronymus.* Duodecim filij naſcuntur Iſmaheli, primogenitus Nabaioth, à quo omnis regio ab Euphrate vſque ad mare Rubrum Nabathea dicitur, quæ pars Arabiæ eſt. Nam familiæ ipſorum oppida pagi & tribus, horum appellatione celebrantur. Ab vno ex his Cedar in deſerto & Duma alia regio, & Thema ad auſtrum, & Chedma alias Chetma ad orientalem plagam dicitur: Quod in extremo capituli iuxta Lxx. legimus contra faciem omnium fratrum ſuorum habitabat, Verius eſt quod poſuimus, coram omnibus fratribus ſuis occubuit, id eſt in manib. filiorũ ſuorum mortuus eſt, ſuperſtitibus adhuc liberis. Fratres enim filij appellantur. Vnde Iacob, Ponatur coram fratribus meis, & fratribus tuis & diiudicent inter nos. Non enim credendũ eſt, quòd Iacob exceptis liberis ſuis aliquos fratres ſecum habuerit.

Genealogia Iſmahelis.

Duodenarius. Moritur Iſmahel.

f *Duodecim principes tribuum ſuarum. Anni vitæ Iſmahel &c.* Duodenarius, ſicut ſacratus eſt in apoſtolis & in apoſtolicis viris, ſic execrabilis eſt ĩ reprobis contra fidem trinitatis, & euangelium per quatuor mundi partes dilatatis.

Generationes Iſaac.

g *Ab Heuila vſque Sur quæ reſpicit Aegyptum & cæt.* Regio quam circuit Phiſon ab Heuila nepote Noe ſic vocata eſt, & eſt ſolitudo contra faciem Aegypti. Sur quoq; eſt ſolitudo inter Cades & Barad, extẽdẽs deſertũ vſq; ad mare rubrũ & Aegypti confinia.

h *De Meſopotamia ſororem Laban.* Regio ſterilis quę ſic græcè vocatur, qa media inter duo flumina Tygrim & Euphratem. Nam [μέσος], meſos medius, [ποταμός] potamos fluuius dicitur hinc ippopotamus, id eſt fluuialis equus.

Deprecatuſq; &c.

[a: Negociatores]

a Filii Dadan fuerunt Aſſurim, & Lathuſim, & Laomim. At verò ex

[a: Aes vel metalla cudentes. b: Alias Leumim. Phylarcos: id eſt principes tribuum. a: Alias Afer vel Epher.]

Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Enoch, & Abida, & † Eldaa,

[a: Hi populi hæreticos figurãtes in ſortẽ Iſaac nõ ſunt collecti, quia hæretici & ſchiſmatici nõ poſſidebunt regnũ Dei.]

b omnes hi filii Ceturę. Deditq; Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac:

[a: Iudeis hæreticis.]

filiis autem cõcubinarum largitus a eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac

[a: Hæreticũ hominẽ poſt j & ij correctionẽ deuita. Ti. 3. c.]

filio ſuo, dum adhuc ipſe uiueret,

[a: Qui aduerſatur ei, de quo dicitur Zacha. ſexto cap. Oriens nomen eius.]

ad plagam orientalem. † Fuerunt b autem dies uitæ Abrahæ, centum

[a: Cani ſunt ſenſus hominis &c. Sapien. 4. b.]

c ſeptuagintaquinque anni. Et deficiens, c mortuus eſt in ſenectute bona, d

[a: Luce & diei operibus. Spe immortalitatis.]

prouectæque ætatis & plenus

[a: Angelos quorum concilijs erat.]

dierum, congregatuſque eſt ad populum e ſuum. † Et ſepelierunt eum f

[a: Populi de circumciſione & præputio credentes.]

[b: Tam in actione quam in contemplatione quibus uacare non potuerunt doctores eccleſiæ, niſi illa vacatio empta fuiſſet promiſſione æternitatis & prædicatione veritatis à principibus terrenis.]

Iſaac & Iſmael filii ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron g filii Seor Hethæi è regione Mambre, quam † emerat à filiis Heth.

[a: Memoriæ cõmẽdãtes. b: Chriſtus. c: Eccl'a primitiua.]

Ibi ſæpultus eſt ipſe, & Sara uxor

[a: Paſſionẽ Chriſti. b: Multiplicauit Chriſtianũ populũ.]

eius. Et poſt obitum illius benedixit h

[a: Morabatur in diſcutiendis profunditatibus ſcripturarũ.]

Deus Iſaac filio eius, qui habitabat iuxta Puteum nomine Viuentis & Videntis. Hæ ſunt generatio- i

d nes Iſmael filii Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia famula Saræ: & hæc nomina filiorum eius

e in uocabulis & generationib⁹ ſuis. † Primogenitus Iſmaelis Naba-

[a: A quo regio à mari rubro vſque ad Euphratem Nabathena dicitur.]

ioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam, Maſma quoque & Duma, & Maſſa Hadad & Thema, & Getur, & Naphis, & Cedma. Iſti ſunt filii Iſmaelis, & hæc nomina

f per caſtella & oppida corũ. xii. principes tribuum ſuarum. Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis, centum trigintaſeptem, deficienſq; mortuus eſt, k & appoſitus ad populũ ſuum. Ha-

[Indiæ vel Ethiopiæ.]

g bitauit autem ab Euila vſque Sur, quæ reſpicit Ægyptum introeun-

[Adhuc viuentibus filijs.]

tibus Aſſyrios: Coram cunctis fra- l tribus ſuis obiit. Hæ quoque ſunt m generationes Iſaac filii Abraham.

[a: Hæc repetitur, vt ſequentia commodius nectantur.]

Abraham genuit Iſaac. Qui cum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam

h Bathuelis Syri de Meſopotamia,

G

## NIC. DE LYRA.

¶ *diuerſarum gentium deſcendentium ab Abrahã per Cecurã. & patet litera vſq; ibi.*

a Filijs autem concubinarum largitus eſt munera: & ſeparauit eos ab Iſaac &c. *Vxores eius fuerunt, vt patet ex prędictis, Sed nominantur concubinæ, quia Sara fuit eius vxor principalis. alibi etiam in ſcriptura vxor concubina nominatur ut Iudic. Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, & certum eſt, quòd erat eius vxor, vt patet ibidem.*

b Fuerunt &c. *In hebræo ponuntur iſti numeri diſtinctè ſic, centum an. lxx. anni & v. anni. & hoc vt dicunt hebręi, ad deſignandum quod Abraham fuit ita mundus à peccato, quando fuit centum an. & lxx. ſicut quando fuit ſolummodo. v. an. ſicut ſupra dictum eſt de Sara.*

c Et deficiens &c. *Morte naturali.*

d In ſe. bo. *Id eſt in diuina gratia.*

e Congregatuſque &c. *Quia anima eius recepta eſt ad limbum ſanctorum patrum.*

f Et ſepe. &c. *Deferentes ei honorem paternum: & licet fuerint ibi alij multi ad honorandum ſepulturam Abrahæ, iſti tamen qui erant principales ſolum exprimuntur.*

g In agro. *Scribitur hic Ephron diminutè ex cauſa prędicta.*

h Et poſt. &c. *Id eſt augmentauit eum in ſpiritualibus bonis & temporalibus.*

i Hæ ſunt generationes Iſmael filij Abrahe &c. *Quia ſcriptura fecerat mentionem de honore quem detulit Iſmahel patri ſuo in eius ſepultura, ideo breuiter hic eius deſcribitur generatio, & patet vſque ibi,*

H

K Defici. mor. *Ex quo videtur eſſe mortuus morte naturali. In hebręo autem non dicitur Mortuus eſt, ſed tranſijt: quod non dicitur in ſcriptura de aliquo moriente, niſi iuſto, vt dicunt hebręi: & ideo dicunt quòd deceſſit in gratia, & etiam ex hoc quod ſubditur, Et appoſitus eſt ad populum ſuum.*

l Coram cunctis &c. *Hebręi dicũt poſuit. nec accipitur hic in ſignificato generali, ſed ſpeciali, prout importat poſitionem vel fixionem tentoriorum: & hoc reſpondet ei quod ſupra dictum eſt, E regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tentoria, tamen de malis ſuis finaliter pœnituit vt dictum eſt. Sciendum etiam, quòd vbi nos habemus obiit: in hebræo dicitur* נפל *naphal: & eſt verbum equiuocum, quia ſignificat idem quod cecidit, pro quo tranſlator noſter poſuit obiit: & ſignificat idem quod tẽtorizauit, vel tentorium fixit: & hanc ſignificationem ſequuntur hebræi. ſecundum autem tranſlationem noſtram exponitur ſic, Coram cunctis fratribus ſuis obijt, id eſt ante fratres ſuos, ita quod ly coram non importat præſentiam loci, ſed anteceſſionem temporis. Item aliter vt importat præſentiam loci, quia filij ſui congregati fuerunt in eius morte propter eius honorem, qui vocantur hic fratres eo modo loquendi quo Iacob dixit Laban; Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, vt habetur inf. & certum eſt quòd erant ibi filij Iacob, & filij Laban.*

m Hæ quoque ſunt generationes Iſaac: filij Abraham &c. *Hic conſequenter ſcriptura deſcribit electionẽ & confirmationem fidelis populi per Iſaac, vbi primò deſcribitur multiplicatio prolis. Secundo probatio parentis. xxvi. ca. Tertiò ordinatio poſteritatis ca. xxvii. Circa primum primò deſcribitur filiorum generatio, ſecundò natorum conuerſatio ibi, Quibus adultis tertio primogenituræ tranſlatio ibi, Coxit autem Iacob. Circa primum dicitur ſic, Hæ quoq; ſunt ge. Iſaac quæ ſequuntur: et patet littera vſq; ibi:*

¶ Depre-



a *Deprecatuſq; &c. Hier.* Promotione vel colliſione. Lxx. po-

A ſuerunt ludebant, vel recalcitrabant: Aquila confligebant filij in utero eius Symmachus in ſimilitudine nauis in ſuperficie ferebantur. *Grego.* quæ ſancti orando efficiunt, ita prędeſtinata ſunt, vt precibus obtineantur. Nam ipſa quoq; cęleſtis regni prædeſtinatio, ita eſt diſpenſata, vt ad hanc electi ex labore perueniant, vt poſtulando mereãtur accipere, quod eis Deus ante ſecula diſpoſuerat dare. Abrahæ nanq; Dominus ait, In Iſaac vocabitur tibi ſemen, cui etiam dixerat, Patrem multarum gentium conſtitui te. Et rurſum. Benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli &c. Vnde conſtat, ꝙ Deus ſemen Abrahę per Iſaac multiplicare predeſtinauerat, & tamen ſcriptum eſt, Deprecatus eſt Dominum Iſaac pro uxore ſua. Si verò multiplicatio gñis Abrahę per Iſaac ꝑdeſtinata fuit, cur ſterilẽ acceperit? Sed prædeſtinatio precib⁹ impletur. Is. n. in quo Deus multiplicare ſemẽ Abrahæ prædeſtinauerat, oratione obtinuit, vt filios haberet.

b *Perrexitq; &c. Augu.* Quæritur, quò ierit cum nondum eſſent prophetæ, vel ſacerdotes tabernaculi; aut tẽpli Domini? forſitan ad locum vbi aram conſtituit Abraham. Sed quomodo ibi reſpõſa darentur tacet ſcriptura, an per aliquem ſacerdotem; quẽ mirũ eſt (ſi erat) non fuiſſe nominatum, & nullam ſacerdotum factã mentionem eſſe: forſitan ibi, cum orãdo allegaſſent deſideria ſua, dormiebãt, vt per ſomnum monerentur: vel adhuc viuebat Melchiſedech cuius rãta fuit excellẽtia, vt dubitaretur vtrum homo, an angelus fuerit. Vel fortè ẽt il-

B lo tẽpore erant homines Dei, in quibus Deus poſſet interrogari. Quicqđ horum vel fortè aliud fuerit, Rebecca tamen ſecundum ſcripturam dominum interrogauit, & reſponſum eius meruit.

c *Duæ gen. &c.* Hiſtorica proprietate reſponſum inuenitur completum cũ pp Iſrael. i. Iacob minor filius ſuperauit Idumæos. i. gentẽ quã propagauit Eſau, eoſq; per Dauid tributarios fecit qui diù fuerunt vſq; ad Regẽ Iorã. Reg. Tunc. n. Idumęi rebellauerũt, & iugum de ceruice excuſſerũt ſicut prophetauit Iſaac, quando minorẽ p maiore benedixit, & hoc idem dixit maiori: cum ipſum poſtea benedixit.

d *Iam tempus &c. Hieron.* Vbi nos piloſum poſuimus, in hebræo habet שער ſeyr. vnde Eſau, ſicut alibi legimus, ſeyr i. piloſus dictus eſt:

e *Protinus alter &c. Iſid.* Hoc figuraliter factum etiam Iudæis non credentibus notum eſt: qualiter populus eccleſiæ populum ſynagogæ ſuperauit, & plebs Iudæorum tempore maior ſeruiuit minori populo chriſtianorum. *Moraliter.* In ſingulis quoque hoc dici poteſt. Duæ gẽtes, & duo populi intra nos ſunt. ſ. vitiorum, & virtutũ, iſte minor, ille maior: plures enim ſunt mali quàm boni, & vitia plura virtutibus. Sed tamen populus populũ ſuperat, & maior ſeruiet minori, caro ſcilicet ſpiritui, & vitia virtutibus. Præcedit Eſau ruffus, & totus vt pellis hiſpidus: deinde exit Iacob tenens plãtam fratris. Prior enim populus prophetarum, & Chriſti ſanguine pollutus, peccati & nequitiæ ſqualore circundatus cuius minor plantã tenuit, quia maiorẽ populũ minor ſuperauit.

f *Factus eſt Eſau. &c. Greg.* eorum vitam ſignificat, qui exterioribus voluptatibus fuſi carnem ſequuntur. Agricola quoq; dicitur, quia amatores ſæculi tanto colunt exteriora, quanto interiora ſua inculta relinquunt.

g *Vir ſimplex &c.* Quod græcè dicitur, aplaſtos, hoc latini ſimplicem interpretati ſunt. Propriè autem aplaſtos, non fictus. Vnde quidam ſine dolo interpretati ſunt dicẽtes. Erat Iacob ſine dolo habitãs in domo, vt magna ſit quęſtio quomodo per dolum acceperit benedictionem, qui erat ſine dolo? ſed ad figurandum aliquid magnum hæc ſcriptura præmiſit, hinc enim maximè cogimur intelligere ibi ſpiritualia, quia ſine dolo erat qui dolũ fecit. *Simplex. Greg.* Quia qui

curis

[a: Pater pro eis rogo, quos dediſti mihi. Io. 17. Quamuis in Iſaac promiſſa erat ſucceſſio, tamen implenda erat precibus Dei præfinitio.]

a ſororem Laban. Deprecatuſque a eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua,

[a: Quia diu filios non fecit eccleſia.]

eo quod eſſet ſterilis. Qui exaudiuit b eum, & dedit conceptum Rebeccę.

[a: Collidebantur. Lxx. ludebant & recalcitrabant. Quia inter parietes eccleſiæ diuerſa ſentiunt electi & reprobi.]

Sed collidebãtur in vtero eius par- c

[Quaſi quid facient nati, ſi ſic luctantur innati?]

uuli: quę ait: Si ſic mihi futurũ erat, d quid neceſſe fuit * concipere? Per- e

[a: Forſitan ad aram quam erexit Abraham, vel ad ſecretum locum in quo quietius oraret.]

b rexitq; vt conſuleret Dominum.

[a: Idumæi & Iudæi.]

c Qui reſpõdens ait: Duæ gentes ſunt f in vtero tuo: & duo populi ex ven-

[a: Iſrael vel Chriſtianus populus. b: Idumæos Iudęi.]

tre tuo diuidentur, populuſq; populum ſuperabit, & maior ſeruiet mi g

[a: Maior natu populus Iudaicus, minor Chriſtianus, vel quia non omnes ex gentibus crediderunt: neque ex Iudæis omnes in unitate fidei conueniunt.]

[a: Vt eccleſia per euangelium dilataretur.]

d nori. Iam tempus pariẽdi aduenerat, & ecce gemini in utero eius re-

[a: Non vnus intellectus velamine litteræ legis repertus ſed carnalis & ſpiritualis.]

[a: Litteram ſequens.]

perti ſunt. Qui primus egreſſus eſt, h

[a: Vir ſanguinum. b: Solis exterioribus aſſuetus.]

rufus erat, & totus in morem pellis i

[a: In hebræo Seyr. Vnde Eſau Seyr, id eſt piloſus dicitur.]

hiſpidus: uocatumq; eſt nomẽ eius

[a: Quia ſupplantaturus erat fratris primatum.]

e Eſau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, & idcir- l

[a: Supplantator.]

co appellauit eum Iacob. Sexage- m narius erat Iſaac quando nati ſunt ei paruuli. Quibus adultis, fa- n o

[a: Exteriorem actionem exercendi.]

f ctus eſt Eſau uir gnarus venandi,

[a: Iura ciuilia, id eſt eccleſiaſtica ignorans.]

& homo agricola. Iacob autem p

[a: Sine macula & ruga. Qui ſine dolo fecit dolũ. Alia editio, ſine dolo. b: Studebat in ſpiritualibus.]

g uir ſimplex habitabat in taber- q

## NICO. DE LYRA.

C

¶ a Deprecatuſque &c. *In heb. habetur, contra vxorem ſuam, quia ſicut hebręi dicunt, & eſt veriſimile, ipſa Rebecca orabat Dominum ex vna parte, & Iſaac ex altera, vt Dominus daret eis liberos: ſed quia Iſaac erat perfectior ideo eius oratio fuit efficacior: ideo ſequitur,*

b Qui exau. eum, *Scilicet Iſaac.*

c Sed collidebantur in ute. &c. *Impellebant enim ſe mutuo, & hoc fuit ſignum contentionis futuræ inter eos, & inter populos ab eis deriuãdos, Idumęos ſcilicet & Iudęos. Deus. n. futura oſtendit aliqñ verbis, et aliqñ factis, vt in iſta colliſione, ſicut et ſupra dictũ eſt de conuerſione vxoris Lot in ſtatuã ſalis.* — Iſaac orat ſibi dari partem.

d Si ſic &c. *Timebat enim de aborſu puerorum, & per cõſequens de propria morte.* — Concipit Rebecca. Gen. 29. d

e Perre. &c. *Dicunt hebræi, quòd iuit ad Melchiſedech, qui erat ſacerdos Dei excelſi: et ad Heber qui habebat ſpiritum prophetię. vterque enim adhuc viuebat: quod patet ſi computentur anni eorũ. De Melchiſedech enim ſupra dictum eſt quòd erat Sem filius Noe: de quo ſcribitur ſup. ꝙ biennio poſt diluuium genuit Arphaxat, & poſtquam genuit Arphaxat vixit quingentis annis. Si autem computentur anni à diluuio vſq; ad natiuitatem Iacob, & Eſau non inueniuntur tot anni, à diluuio enim vſque ad natiuitatẽ Arphaxat fluxerũt duo anni, vt iã dictũ eſt. Arphaxat autem cum eſſet. xxxv. annorũ genuit Sale. Sale verò cum eſſet. xxx. annorum genuit Heber. Et Heber xxxiiij. annorũ genuit Phalech. Et Phalech. xxx, annorum genuit Reu: & Reu. xxxij. annorum genuit Saruch. & Saruch. xxx. annorũ genuit Nachor: & Nachor. xxix. annorum genuit Thare: & Thare. lxx. annorum genuit Abraham. Et iſta habentur ſupra. xi. cap. Abraham autem cum eſſet. c. annorum genuit Iſaac: Iſaac aũt vt habetur ſup. erat. lx. annorũ quando nati ſunt Eſau & Iacob: vt habetur infra. eo. ca. Si autem prędicti anni à diluuio uſque ad natiuitatem Iacob ſimul cõiungãtur faciũt annos. cccclij. Ex quo patet quòd Melchiſedech vixit vltra. l. annis. Quòd autem Heber ſimiliter viueret: poteſt ſimiliter probari: accipiendo ex vna parte omnes annos vitę eius: & ex altera computando annos à natiuitate Heber vſque ad natiuitatem Iacob & Eſau.* — Melchiſedech. Rebecca Deum cõſulit. Gen. 11. b. Anni à diluuio ad natiuitatem Iacob. Gen. 21.

D

f Due gen. &c. *Id eſt capita duarum gentiũ Iudeorum, & Idumeorum,* — Hæc Paulus exponit, Ro. 9. c

g Et mai. ſer. *hoc impletũ eſt tẽpore Dauid qui fecit Idumęos ſibi tributarios vt habetur Reg. Et perfectius impletũ eſt in Chriſto cui colla gentiũ, & principũ terrę ſubdita ſunt & maxime imperium Romanum quod Iudæi dicunt ſignificari per Eſau.* — Eſau. Oſeæ 12. a. Mat. 1. a. Iacob. 2. Reg. 8. Eſau venator, agricola.

h Qui pri. &c. *Ideo vocatus eſt Edom.*

i Et to. in mo. pel. hiſ. *Ideſt piloſus. ideo dictus eſt Seyr. ideſt piloſus.* — Iacob ſimplex.

K Protinus. &c. *In ſignum quòd foret eum ſupplantaturus.*

l Et idcirco &c. *Id eſt ſupplantatorem.*

m Sexage. &c. *Ex quo patet ꝙ fuit cũ Rebecca vxore ſua. xx. an. antequã pareret: quia erat. xl. an. quãdo accepit eã vt prędictũ eſt: ideo quęritur hic quare nõ accepit aliã ſicut pater eius Abraham accepit Agar poſtquàm decem annis probauerat Sarę ſterilitatẽ: quia hoc erat tempus determinatum: vt dictum eſt ſup. Dicunt Hebræi quòd Iſaac ex quo voluntarie acceſſit vt immolaretur: vt prædictum eſt, ex tunc fuit conſecratus Domino: & non fuit ei licitum habere niſi vnicam vxorem: & hoc conſonat dicto apoſtoli dicentis de epiſcopo qui eſt Deo conſecratus, quòd oportet eſſe vnius vxoris virum.* — Quæſtio. Gen. 16. a. Gen. 22. c. 1. Tim. 3. a

n Quibus adultis &c. *Hic deſcribitur natorum conuerſatio, cũ dicitur,*

o Factus eſt &c. *Ex quo patet quòd ſua occupatio erat circa terrena.*

p Iacob autem uir ſimplex. *Ideſt ſine plica doloſitatis: non autem dicitur ſimplex propter defectum induſtriæ.*

q Habitabat in taber. *Dicunt Hebræi quòd iſta tabernacula fuerunt*

taberna-

## MORALITER.

* Iud Malachię. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Igitur quantum ad eorum conceptum dicitur,

a *Deprecatuſq; eſt & cæt.* Per Iſaac intelligitur bonus prælatus ſecularis, uel religioſus qui deprecatur Dominum pro uxore ſua, ideſt eccleſia uel religione ſua ut concipiat, & pariat filios ad Dei cultũ aptos: ſed ipſa parit geminos ſcilicet aliquos bonos, & aliquos malos per Iacob & Eſau ſignificatos ut dictum eſt, ideo ſubditur,

o *Factus &c.* Id eſt carnalis, & cupidus.

p *Iacob autem vir &c.* Id eſt ſtudioſus in bonis moribus.

* Iſaac

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USALES

E cutis exterioribus ſpargi refugiunt ſimplices in cogitatione & conſcientiæ habitatione conſiſtunt: Habitat enim in tabernaculis, qui ſe intra mentis ſecreta conſtringit: ne dum ad multas foris inhiat, à ſeipſo cogitatione alienat, recedat.

Edom. Ita Hebræa, ſuper Gen. c. 25. Auguſtinus.
a Coxit autem Ia. p[illegible]. Rubeum vel fuluum: hebraicè Edom dicitur, ab eo autem quod rubeo cibo Eſau primogenita vẽdidit, Edom, id eſt fului nomen accepit.

Super Gen. c. 25.
b Cui dixit. &c. Iſid. Quod Eſau primogenita propter eſcam fratri minori vendidit, & poſtea paterna benedictione ſibi promiſſa priuatus eſt, Iudaicũ populũ ſignificat, qui in Exo. primogenitus Dei filius appellatur, & propter ſeculi lucra nõ ſolum primatus ſui honorem amiſit: ſed & cœleſtis regni præmium præparatũ adipiſci non meruit: vnde per exprobrationẽ dr̃ Mat. Auferetur a vo. re. Dei: & da. gen. fa. &c.

Matt. 21. d. Primogenitura veſtis ſacerdotalis fuit.
Primogenitura aũt veſtis erat ſacerdotalis, qua induti maiores natu cũ bñdictione patris victimas Deo velut pontifices offerebãt: hoc dono terreni amoris deſiderio, ceciderunt Iudæi cũ gloria futuri regni.

Edom. In 1. Reg. c. 3. to. 2. Moraliter. Gulæ uitium nos tentat quinq; modis.
c Iurauit Eſau &c. Grego. Sciendum autem quòd nos quinque modis gulæ vitium tentat: Aliquando enim indigentiæ tempora præuenit, aliquando tempus non præuenit, ſed cibos lautiores quærit: Aliquando quæ ſumenda ſunt parari accuratius appetit: Aliquãdo qualitati ciborum & tempori congruit: ſed in quantitate ſumendi menſuram excedit: Aliquando vero abiectũ eſt, quod deſiderat; ſed tamen ipſo deſiderij æſtu deterius peccat. Reg. Ionathas mortis ſententiam meruit: quia in guſtu mellis conſtitutum edendi tempus anteceſſit. Populus ex Ægypto ductus in eremo occubuit quia deſpecto manna carnes petiuit, quas lautiores putauit. Num. Reg. Filiorum Heli prima culpa eſt quòd ex voto eorum ſacerdotis puer non de more vellet coctas carnes de ſacrificio accipere: ſed coquendas quærebat, quas accuratius exhiberet. Reg. Et cum dr̃ Ezec. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, & ſaturitas panis, & abundantia, oſtenditur inde perijſſe: quia cum vitio ſuperbiæ menſuram refectionis exceſſit. Hinc Eſau primogenita amiſit: quia magno æſtu deſpicabilem cibum, id eſt lenticulam concupiuit: neque cibus, ſed appetitus in vitio eſt. Vnde lautiores cibos plerunque ſine culpa ſummimus: & abiectiores cum reatu cõcupiſcentię deguſtamus. Eſau enim primatum pro lenticula perdidit. Helias in eremo virtutem carnes edendo ſeruauit. Hinc diabolus, quia non cibum ſed cõcupiſcentiã cauſam eſſe damnationis intelligit: primum ſibi hominem nõ carne ſed pomo ſubdidit: & ſecundum pane tentauit. Hinc eſt quod plerumque culpa committitur, etiam cum vilia ſumuntur. Neque enim Adã ſolus vt à pomo abſtineret, prohibitionem accepit. Cum enim alimenta ſaluti noſtræ contraria Deus indicat, ab his etiam quaſi per ſententiam vetat: & cum cupientes noxia tangimus, vetita guſtamus. Ea verò ſumenda ſunt: quæ naturæ neceſſitas quærit, & non quæ † edendi libido ſuggerit.

Eſau vẽdit primogenita. Heb. 12. d. Abdi. 1. a. 1. Reg. 14. d. Nu. 11. b. 1. Reg. 2. c. Ezech. 16. f. Alias † edenda.

Orta

a Deus pater. b ¶ Iudaicum populum.
naculis. Iſaac amabat Eſau, eo †
a ¶ Præſent iuſtitia carnalium obſeruationum, quam uni Deo exhibebat.
quòd de uenationibus illius ueſce-
a ¶ Gratis. b ¶ Ex præſentia c ¶ Minore populum.
retur: & Rebecca diligebat Iacob. a
a ¶ Simplicitas non quærit ollas carnium.
Coxit autem Iacob pulmentum: b
Ad quem cum veniſſet Eſau de a-
a ¶ Stultus ardeſcit deſiderio gulæ, propter uilem cibum.
gro laſſus ait: Da mihi de co- c
a ¶ Lenticula eſca eſt brutorum animalium, ſignificãs animalem legis intellectum, quo populus Iudaicus illectus maluit primatu carere, quam ab eo recedere, quod etiam nunc ſtudet a populo minore impetrare temporalibus deditus, poſt mortem nihil ſperet boni.
ctione hac rufa, quia oppidò laſ- d
ſus ſum. Quam ob cauſam uo- e
a ¶ Rufus uel rubeus a quo Idumæi.
catum eſt nomen eius Edom. Cui
a ¶ Primogenita ſunt quæ uuluam aperiunt, & ſpecialiter primogenitis filijs debentur
dixit Iacob: Vende mihi primoge- f
nita tua. Ille reſpondit: En morior:
Quid mihi proderuut primogeni-
a ¶ Adhuc Iudæus in ſtultitia perdurat, pro temporalibus æterna non curat.
ta? Ait Iacob: Iura ergo mihi. † Iura- g
uit ei Eſau, & vẽdidit primogenita,
& ſic accepto pane & lentis edulio, h
comedit & bibit & abiit, paruipen- i
dens quòd primogenita uẽdidiſſet.

G ...ra tranſlatio: cuius occaſio fuit concupiſcentia pulmenti quod coxerat Iacob.
c Da mihi &c. *Quia erat de lentibus rufis.*
d Quia oppidò laſſus ſum. *Id eſt valde.*
e Quam ob cauſam &c. *Iſta non fuit tota cauſa, ſed pars cauſæ, quia cum hoc fuit alia cauſa quæ prædicta eſt.*
f Vende mi. pri. &c. *Ad intellectum litteræ ſequentis hic primò quæritur, Quomodo Iacob qui erat ſanctæ vitæ (vt prædictum eſt) petijt ſibi vendi primogenituram: quia tempore legis naturæ quæ tunc currebat: primogeniti erant ſacerdotes, & ſacerdotium ſemper fuit reputãdum quid ſacrum: & ideo videtur ſimoniam commiſiſſe. Item de iure primogenituræ erat quòd haberet duplicem partem in bonis paternis reſpectu aliorum, propter quod Ioſeph cui Iacob dedit primogenituram, inter alios fratres habuit duas ſortes: & duas tribus inter alios filios Iſrael .ſ. tribum Ephraim, & tribum Manaſſe. Cum igitur Iſaac pater eorum haberet multa bona: ſequitur etiam quòd primogenitura in bonis temporalibus multum valebat: & ſic videtur Iacob feciſſe magnam fraudem, & deceptionem in hoc quòd pro re tam modica .ſ. eſu pulmẽti acquiſierit ab Eſau ius primogenituræ. Ad primum dicendum quòd ius primogenituræ erat ipſius Iacob de iure: quia ex determinatione diuina vt prædictum eſt, quia minor fuit præpoſitus maiori: pp quod Mala. dixit Dñs Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui. & Apoſtolus ad Ro. dixit quòd hoc dictũ eſt de ipſis antequàm nati fuiſſent ex diuina electione: & ſic patet quòd ex diuina ſententia debebatur ipſi Iacob ius primogenituræ, & iſtud fuit ſibi reuelatum a matre. Eſau verò de facto ius primogenituræ poſſidebat: & ideo licitum erat Iacob prædictum ius ad ſe retrahere cautè, quod fecit quando vidit ipſum Eſau ita laſſum venientem de agro quòd timebat mori: propter quod tunc minus appreciabatur ius primogenituræ ſicut dixit, En morior: quid mihi proderunt primogenita? Vidit etiam concupiſcentem & petentem pulmentũ quod præparauerat: & per conſequens tunc vidit tempus conueniens in quo ius primogenituræ ſibi debitum per modum emptionis retrahere ad ſe poterat, quod & fecit: nec in hoc peccauit, quia non intendebat emere rem ſacram: ſed redimere vexationem ſuam. Eſau autem peccauit, nõ ſolum peccato gulæ inordinatè cibum appetendo: ſed etiã peccato ſimonię rẽ ſacrã vẽdere intendẽdo. & ſic patet ad primũ. Ad ſecũdũ patet ex dictis: quia ex quo ſuũ erat de iure: poterat pro nihilo accipere: & ideo in modico pretio nulla fuit deceptio a parte eius: Veruntamẽ quia non eſt veriſimile quòd homo prudẽs rẽ tanti valoris pro tã modico pretio vẽdi peteret niſi alius vellet vẽdere: ideo dicunt hic hebræi quòd cibus iſte de quo hic agitur nõ fuit pretiũ emptionis primogenituræ, ſed vltra pretiũ datũ fuit à Iacob per modũ curialis cõſuetudinis; quia in trãſlatione rei notabilis recipiẽs vltra pretiũ: ſoluit vinũ, p qd aliquãdo intelligitur prãdiũ vnũ & hoc videt ex littera cũ dr̃,* H
g Iurauit &c. *Sed quantum fuit pretium ſcriptura non determinat: ſicut nec in multis alijs.*
h Et ſic &c. *Pro auantagio vltra pretiũ ſecũdũ conſuetudinẽ vẽdẽtiũ. Si autẽ cõtra arguatur per illud quod dicit Apoſtolus Heb. Ne quis fornicator aut prophanus vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primogenita ſua. Poteſt dici ſecũdum iſtam opinionem quòd ly propter, nõ notat pretij quantitatem ſed ſolum cauſam motiuam: quia illa eſca fuit cauſa motiua ad tractandum de venditione, vt dictum eſt.*
i Parui. &c. *Erat.n. fortior virib. ipſo Iacob: et intẽtus cautelis mũdanis p quę cogitabat retinere ius primogenituræ, nõ obſtãte venditione & iurãmẽto.*

Adiuuit Iacob ... primogenituræ. Mala. 1. a. Rom. 9. † Heb. 12. quaſi ... Heb. 12.

Orta

MORALITER.
† *Iſaac amabat.* Per quod deſignatur quòd prælatus bonus cautelis & donis ſubditorum malorum aliquando decipitur, propter quod infra Iſaac caligans oculis dicitur.
a *Et Rebecca &c.* i. eccleſia uel religio: Nã cõitas eccleſiæ ſecularis & ẽt religionis magis diligit ſimplices, & bonos quã aſtutos, & malos.
b *Coxit autem Ia. pul.* Cuius appetitu uendidit Eſau primogenita: & ſic qui per cibum patrem decepit, per cibum primogenita perdidit ſecundũ illud Sap. per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sap. 11.
i *Et abijt. &c.* Secundum illud Pro. Peccator cum in profundum peccatorum venerit contemnit &c. Prou. 18.

## NICO. DE LYRA.

¶ *tabernacula Melchiſedech, vbi vigebat cultus Dei cum eſſet ſacerdos Dei excelſi: & tabernaculum Heber qui fuit propheta: & docebat venientes ad ſe de diuinis. Ex quo patet quòd occupatio Iacob erat principaliter circa diuina. Vnde dicunt hebræi quòd ipſe habitauit in tabernaculo Heber. xiiij. annis.*
a Et Rebecca di. Ia. *Cauſa autem erat: quia per reuelationem diuinam habuerat quòd ipſe debebat fratri ſuo præferri: vt dictum eſt.*
b Coxit autem Iac. &c. *Hic conſequenter deſcribitur primogenitura*

*In cap. 25. vbi dicitur in poſtil. Vnde in Biblijs hebraicis cor. &c.*

ADDITIO I.

¶ Per hoc autẽ quòd hoc nomen concubinarum in hoc loco ſcribatur diminutè, & non deſignatur quòd non fuit niſi vna concubina: uocabulum enim quod hic in hebraico ponitur ſemper ſignificat concubinas in plurali, ſiue ſcribatur diminutè, ſiue integrè: vt patet ſcienti linguam.

*In eo. c. 25. vbi dicitur in poſtil. Congregatuſq; eſt ad populum ſuum.*

ADDITIO II.

¶ Non modicum attendẽdum eſſe uidetur quòd de nonnullis ſanctis antiqui teſtamenti cum de hac uita migrauerunt, ſcriptura dicit ipſos congregari ad populum ſuum, ut hic de Abraham. & inf. de Iſaac: & Gen. pen. a. de Iacob. ſimiliter. de Moyſe & Aaron in ſuis locis; nunquam tamen de aliquo eorum dicitur quòd obdormiuit in Domino ſicut de quibuſdam ſanctis no. teſta. vt Act. de Stephano dicitur,

Congregatus ad populum ſuum. Gen. 35. Act. 7.

In



A Et cũ hoc dixiſſet, obdormiuit in Domino, & ſic de quibuſdam alijs, qđ catholicę veritati valde conſonat: ſecũdũ quã antiqui iuſti ante paſſionẽ Chriſti decedentes in hoc diſcernebantur ab iniuſtis, quia iuſti congregabãtur ad populũ ſuum, ſcilicet ad limbum ſanctorum, non tamen dormiebant in Domino cuius facie nõdum fruebãtur. De iniuſtis verò dicitur: Peribit anima eius &c. vt ſup. in multis locis, quia tali congregatione ſanctorum carebant. De iuſtis vero poſt paſſionem Chriſti decedentibus propriè dicitur, Dormierunt in Domino &c. quia poſt hanc vitam in Domino per beatam fruitionem requieſcunt.

*In eodem ca. xxv. vbi dicitur in poſtil. In hebræo autem non dicitur, Mortuus eſt, ſed tranſijt &c.*

ADDITIO III.

¶ In hebręo in hoc loco nõ dicit̃ trãſijt, ſed deficiens mortuus eſt: Et cõgregatus eſt ad populũ ſuũ: & hac ſcda particula datur intelligi, quòd in gratia deceſſit, prout dictũ fuit ĩ additione ĩmediate pcedẽti.

*In e. c. xxv. vbi dicitur in poſt. Perrexitq; vt cõſuleret Dominũ &c.*

ADDITIO IIII.

¶ Quidã expoſitores hebręorũ dicũt, & eſt magis cõſonũ litterę quòd nõ iuit ad aliquẽ prophetã, ſed ad aliquẽ locũ deuotũ & ſecretũ, in quo quietius oraret Deum: cui conſonat quædã glo. noſtra & etiam verbũ quod hic ponitur in hebræo: vbi dicitur, Vt conſuleret Dominũ &c. idẽ .n. verbũ ponitur hic & Pſal. cũ dicitur: Exquiſiui Dominũ &c. quod non ſignificat conſultationem tantũ, ſed etiam orationem vnde ſequitur, Qui reſpondens ait, Duæ gẽtes &c. Ipſe enim Deus quem exquiſiuerat per orationem, reſpondit ei per angelũ, vel occultam inſpirationem: nec mirum, cum Agar Aegyptia & ancilla Saræ, propheticas reuelationes habuerit per angelos, vt ſupra cap.

Pſal. 33. a. Gen. 16. & Gen. 21.

*In eo. ca. xxv. vbi dicitur in poſtil. Duę gentes in vtero tuo ſunt &c.*

ADDITIO V.

¶ Romanũ imperiũ Iudęi aſſerũt eſſe vnũ, & idẽ cũ regno Chriſti, ſeu eccleſiæ: qđ tñ manifeſtè eſt falsũ, & ab eis malitioſè fictũ, vt ex hoc credat̃, quòd quarta beſtia ĩ reuelatione Danielis cõtẽta, accipiatur pro regno Chriſti, & ſic expectet̃ deſtructio eius fiẽda p Meſſiã ſuũ, quẽ inaniter expectãt. Falſitas aũt hui⁹ fictionis patet ĩ additione ſuper Dan. c. ſupradicto. Scdm tñ catholicã veritatẽ tpe legis añ aduẽtũ Chriſti p Eſau ĩtelligit̃ gẽs, quã ppagauit Eſau, prout gl. ĩ hoc loco teſtatur: ſicut p Iacob ĩtelligit̃ gẽs ab ipſo Iacob ſcdm carnẽ deſcẽdẽs. Sed poſt Chriſti paſſionẽ populus eccleſię p Iacob ĩtelligit̃, & plebs Iudęorũ p Eſau: vñ maior tpe. ſ. plebs ſynagogę ſeruit minori. ſ. popu-
B lo Chriſtianorũ, prout ĩ alia gl. ĩ hoc loco hr̃. Qđ aũt plebs Chriſtianorũ nũcupet̃ noĩe Iacob, vel Iſrael ſatis ẽ cõſonũ rõni, cũ ipſi Iacob ſeu Iſrael ſuccedãt in fide: quæ eadẽ eſt antiquorũ & modernorũ. Sed quę ſit rõ quare plebs Iudęorũ intelligat̃ per Eſau, cũ ab ipſo nõ deſcendit ſecũdũ carnẽ, nec ei ſuccedãt in fide, in libro Abdiæ prophetę, qui de Idumęis principaliter tractat, Domino cõcedente oſtẽdetur.

*In eo. c. xxv. vbi dicitur in poſtil. Ad intellectum literæ ſequentis.*

ADDITIO VI.

¶ Dubia hic mota à poſtil, aliter poſſunt ſolui, & fortè magis ad propoſitũ. Ad qđ ſciendum, quòd cũ hiſtorię vet. teſt. figuratiuę fuerint, oĩa enim in figura cõtingebãt illis: vt Cor. fiebat tamẽ hoc duobus modis. Primò ſcilicet, quòd cũ illud quod ſecundũ hiſtoriã contigebat, tradebatur in ſcriptura iuxta litterã ad aliquam doctrinã exemplarem inde ſumendã, licet vlterius aliquid aliud præfigurarẽt in melius, ſicut patet de immolatione Iſaac. ſup. quæ quidẽ immolatio ſecundũ litterã fuit virtuoſa, & valde exẽplaris, cũ per eã ad litterã inſinuetur excellẽtia obedientiæ, & timoris Dei in ipſo Abraham, quæ cedit in exẽplũ ſalutiferũ aliorũ, licet paſſio Chriſti p eam figurata eſſet lõgè melior, & in talibus hiſtorijs pręter rationẽ figuralẽ requirẽda eſt ratio litteralis. Scdò verò modo, illa quæ ſcdm hiſtoriam cõtingebãt, tradunt̃ in ſcriptura ſolũ ad figurãdũ futura, ſicut cum legitur de Eſaia, quòd incedebat tribus annis nudus & diſcalciatus, vt præfiguraret ruinã Aegyptiorũ, & Aethiopũ futurã. Similiter in Oſee legit̃, qđ propheta accepit vxorẽ fornicariã; & fecit filios fornicationum. vt pręfiguraret qđ terra fornicatura eſſet à Domino. Et in talibus hiſtorijs tota ratio hiſtorię accipitur à re figurata, nec oportet quærere aliam rationẽ litteralẽ. Finis enim totalis taliũ hiſtoriarum eſt, nõ id quod ſunt, ſed id quod figurant. Ratio autẽ eorũ quæ ſunt ad finem ſcdm philoſophũ, aſſumẽda eſt ab ipſo fine. nõ enim quęrendũ eſt an honeſtè ſe habuerit Eſaias nudus lõgis tẽporibus incedendo, aut ſi licitè ſe habuerit Oſeas filios fornicationũ faciẽdo, quia illa iuſſu diuino fuerũt facta ſolũ ad figurãdũ. Vnde in propoſito, ſi geſta Iacob cũ Eſau in ſuis primordiis attẽdantur, manifeſtũ eſt quòd fuerũt inſtinctu diuino facta ſolũ ad figurãdũ. Quod enim collidebantur in vtero matris paruuli, nõ fuit ſecũdũ naturã intẽtũ, nec ĩ ſcriptura narratũ ad hoc vt inde aliqua doctrina exemplaris ſumeretur, ſed ſolum diuino inſtinctu factũ fuit, & in ſcriptura traditũ, ad figurãdũ quòd duę gẽtes, ſeu duo populi diuiderentur, vt patet per diuinam declarationem ibi factam. Similiter quòd minor frater egrediens ex vtero plantam fratris maioris teneret in manu, ſolum fuit factum & in ſcriptura narratum, vt figuraret quod Iacob ſupplãtaturus erat fratris primatum. vnde geſta iſtorum fratrũ adinuicem ſicut dũ eſſent in vtero, & cũ ex vtero egrederentur fuerunt facta, & in ſcripturis tradita, vt figuratiua tantum, non autem vt exemplaria, vt iam dictũ eſt. Similiter tenẽdũ eſt, de quibuſdã quę cõtigerunt in eorũ cõuerſatione ad inuicem, tàm in emptione primogenituræ, quàm in receptione benedictionis, ſcilicet quod ad figurãdũ tantũ Domino diſponente contigerant & ſcripta fuerãt, & ideo nõ eſt in iſtis quęrenda alia ratio litteralis, vt puta quõ Iacob petebat ſibi vẽdi primogeniturã, cũ reputaretur quid ſacrũ, & huiuſmodi quæ in poſtilla quæruntur: nã iſtę hiſtorię habẽt rõnes figurales ſolũ, nõ aũt litterales, vt dictũ eſt de pdictis hiſtorijs Eſaię & Oſeę. vnde ex hoc ipſo, quod facta Iacob ſcdm ſe cõſiderata ĩ hoc loco videntur eſſe doloſa, & iniuſta, ſumitur ratio quòd fuerũt facta nõ propter ſe, ſed ad figurandum: & hoc eſt qđ dicit gl. in hoc c. ſuper illud verbum, Erat Iacob vir ſimplex &c. Erat Iacob ſine dolo habitãs in domo, vt magna ſit qõ, quõ per dolũ accepit benedictionẽ qui erat ſine dolo: ſed ad figurandũ aliquid magnũ hęc ſcriptura pręmiſit. hęc in Glo. Quid autẽ iſtę hiſtorię figuraſſent tradũt doctores, ſpecialiter Iſi. à quo dr̃ qđ Eſau quia primogenita ſua propter eſcam fratri ſuo minori vendidit, ac poſtmodũ paterna benedictione ſibi pmiſſa priuatus eſt ſignat eũdem populum Iſraeliticum, qui à Deo (vt liber Exodus narrat) primogenitus filius nuncupatus eſt, qui etiã propter præſentis ſæculi lucra nõ ſolũ primatus ſui honorẽ amiſit, verũ etiã & regni cęleſtis præmiũ præparatum adipiſci nõ meruerit, dño quodãmodo exprobrãte, cum dicit Matth. Auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti faciẽti voluntatẽ eius &c. hęc Iſi. Si autẽ cõtra hoc dicatur, quòd hęc expoſitio Iſi. & aliæ ſimiles quæ in hoc loco traduntur à doctoribus, ſunt allegoricæ, non autẽ litterales, & ideo nõ faciunt ad propoſitũ, nam in hac poſtilla principaliter agitur de ſenſu litterali: Dicẽdum qđ verum eſt, qđ ſenſus literalis pręſentis hiſtoriæ eſt, cũ littera ſimpliciter exponitur, qui propriè dicitur ſenſus hiſtoricus. Expoſitio autem Iſi. ſupradicta eſt redditiua cauſę ipſius ſenſus litteralis, & ſic pertinet manifeſtè ad ſenſum litteralẽ, qui per eam elucidatur ſecundũ Augu. in lib. de vti. cre. prout largius fuit oſtenſum ſuprà in additione ſuper prologum art. iij & quia ea quę hic traduntur in hiſtoria, ſolum fuerunt facta ad figurandum, ut dictum eſt, idcirco nõ eſt ibi alia ratio præter figuralẽ quærenda. vnde ſecundum ſanctum Tho. ſi cerimonialia præcepta ue. le. eſſent data ſolum ad figurandum futura, non haberent aliã cauſam, ſeu rationẽ præter figuralẽ. Sed fortè diceret quis prædicta eſſe contra ſententiã Apoſtoli, qui prophanum Eſau uocat ex hoc quòd propter unã eſcã vendidit primogenita. Heb. Ex quo patet quòd Eſau uituperandus fuit propter illã venditionem, quod nõ videtur rationabile ſecundũ hanc expoſitionem. Nã ſicut Iacob excuſatur à dolo & huiuſmodi, ex hoc quod iſta faciebat inſtinctu diuino ad figurandum, eo mõ uidetur excuſandus Eſau de venditione ſtulta ſeu prophana quã fecit, eoquòd uenditio ſua etiã erat figuratiua. Ad hoc dicendum, quòd vẽditio Eſau etiam ſi fuerit figuratiua, proceſſit tamen ex praua intentione, ſcilicet ex cõtẽptu doni ſpiritualis diuini, ſcilicet primogenituræ qđ donũ habuit à Deo in ſua natiuitate, & hoc inſinuatur in littera cũ ſequitur, Abijt paruipendens, id eſt cõtemnens quòd primogenita vendidiſſet; ex quo actus eius redditur uitioſus & uituperãdus. Emptionem autẽ primogenituræ ab ipſo Iacob, pręſumendum eſt non eſſe factã ex praua intentione, ſed potius inſtinctu diuino: Deus enim ipſum prælegerat adhuc in utero exiſtẽtẽ, ut patet ex hoc quòd ſuprà dicitur, Maior ſeruiet minori, ſimiliter ex hoc quod dicitur. Malach. Iacob dilexi, Eſau uerò odio habui. unde in emendo primogenituram etiam excuſabatur eo quod uexationem ſuam redimebat.

C D
1. Cor. 10. b. Hæc omnia in figura contingebant illis. Gen. 22. c. Iſa. 20. a. Oſe. 1. a. Iſido. in lib. Ethim. 20. Matth. 21. d. Aug. in lib. de util. cred. to. 6. 1. 2. q. 102. art. 2. in reſpon. ad 2. arg. Heb. 12. d. Malach. 1. a.

*In eo. ca. xxv. vbi dicitur in poſtilla, Si autem contra hoc &c.*

ADDITIO VII.

¶ Si illa eſca nõ fuit in pretij quantitate, ſed ſolum cauſam motiua ad tractandum de uenditione, & fuit inter illos alia quantitas conueniens in pretium, ut poſtillator uidetur dicere, tunc nõ eſt dicendus prophanus Eſau propter illam eſcam quam accepit, cum ſæpe contingat etiã inter uiros prudẽtes qđ ex aliqua modica cauſa introductiua incipiunt † tractare magnos tractatus; unde uerba Apoſtoli intelligẽda ſunt prout ſonãt, & dictis ſanctorũ in hoc loco cõſonãt. alias † intrare.

## REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

IN c. xxv. Burg. multa tãgit, quędam conſona, quædam diſſona: non tamen per omnia ponderoſa, nec pertractatione digna uſque ad locum illũ ubi poſtillator diſputat de emptione & contractibus inter Iacob & Eſau: ubi Burg. rephendit poſtillatorẽ, uolẽs melius ſoluere dubia mota, dicẽs finaliter quòd in propoſito nõ eſt quærẽda rõ litteralis; quia rationes omnium dubiorũ hic motorum tm̃ figurales ſunt: & ponit exẽplum de Eſaia & Oſeę, uide, quia digreſſio eſt lõga: ſed pẽſatis his quæ Burgen. ponit in reſpõſione ad ſeptimũ argumẽtũ ſui prologi, apparebit eum fruſtra laboraſſe in propoſito. Ibi em̃ exponẽs dictũ beati. Grego. in moralibus uidelicet: Cũ ordo hiſtorię deficit, ſeſe nobis intellectus myſticus quaſi apertis iam foribus oſtẽdit. Dicit Burgen. quòd hiſtoriã deficere ſecundum ſignificationẽ uocũ contingit multipliciter in parabolicis locutionibus, ſicut cum dr̃ de Dei digito, brachio & cæteris, quæ in Deo nõ ſunt, prout termini cõiter ſignificãt. Item quñ ſignificatio uocum nõ inducit in fide, & moribus aliquã vtilitatẽ, neq; honeſtatẽ conuerſationis humanæ, ſed ſpeciẽ mali, ſic inquit, Deficiente hiſtoria recurrendũ eſt ad ſenſum ſpiritualẽ, quæ tũc pro litterali accipi debet. Ad idẽ eſt beatus Auguſt. ſuper Gene. in principio dicens: Si in verbis Dei, uel cuiuſcunque perſonę in officium propheticum aſſumptæ dicitur aliquid, quod non niſi abſurdè ad litteram poteſt intelligi, proculdubio figuratiuè eſt dictũ, ac ob aliam ſignificationem

11. ſuper Geneſ. in princ. to. 3.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E accipi debet. hæc Auguſ. dans intelligere, q̃ vbi nõ eſt irrationabile: nec abſurdum: primum oĩm innitendum eſt litterę añ recurſum ad allegoriã vt dicit idẽ beatus Auguſ. ſupra ſup Geñ. in principio. Nũc autẽ in facto Iacob de quo eſt ſermo, nihil eſt abſurdũ, nec irrationabile: imo ſi alicui poſſet videri quid illicitũ commiſſum in eo, poſtillator p dubiorum motorum ſolutionẽ ad intentionẽ ſanctorum doctorũ elucidat, & abſoluit. Nõ igitur hic paſſus eſt ſolum figuralis, vt vult Burgen. ſed etiam doctrinalis. Docemur enim donũ Dei diſpoſitione collatum nobis vel ꝓmiſſum, negligere nõ debere: ſed omni conatu ad ipſum tendere. & habito bene vti, ſicut Iacob primogenitura: ad quã p Deum prædeſtinatus & electus antequã natus eſt vt patet Malachi. & ad Ro. Similiter & de benedictione patris eadẽ ratione ſibi debita dicendum eſt: & mirum q̃ Burgen. dicit ea figuralia tm̃: cum etiã in eadẽ ſua digreſſione dicat ſupplantationẽ qua Iacob Eſau ſupplantauit eſſe figuratã: in eo quod vtero egrediens plantam Eſau manu tenebat. non igitur hæc facta Iacob ſunt tantum vt dicit figuralia, ſed etiam figurata, vt ipſe ſubdit ſibi ipſi cõtradicẽs: quod etiã ex ſuis exemplis patere poteſt. Adducit enim factum Abrahæ in immolatione Iſaac: dicens illud litteraliter eſſe intelligendum de cõmendatione eius obediẽtię: & doctrinaliter de imitatione eiuſdẽ. Adducit deinde factum Eſaiæ, quomodo nudus inceſſit, quod dicit tm̃ eſſe figurale, cum tñ ſit factũ obedientiæ vt dicit beatus Hierony. & ponitur in Glo. ordi. Mira inquit obedientia prophetæ, ſolo cilicio induebatur vir nobiliſſimus, cuius filiã (vt tradunt hebræi) Manaſſes rex accepit vxorẽ: non tamen erubuit nudus incedere, nil honeſtius iudicãs quam præceptis diuinis obedire. Ex quibus patet q̃ vbi facta procedũt ex diuinis præceptis & inſtinctibus, non eſſe ſolum figuralia ſed etiam cõmendabilia, & doctrinalia. Et ſicut ex medio Burg. oſtenditur, factum Abrahæ nõ ſolum figurale, ſed etiã doctrinale: ita ex auctoritate beati Hier. idem medium ponentis in facto Eſaię, ratio deducitur contra Burgen. Similiter poteſt dici de ſecundo exẽplo per Burgen. adducto de Oſee faciẽte filios fornicationis: q̃ quia prçceptum Dei fuit ex parte obedientiæ debitæ bonũ: excuſatur ſi quid abſurde ſonare videtur: ſicut & in facto Abrahę. Quid enim abſurdius & magis horrendum, quam occidere proprium filium? ſed ſicut eius obedientia factum reddit laudabile, & doctrinale: ita & aliorum per Burgen. adductorum. Patet igitur, quomodo ſe declarãdo ſententias inuoluit. Reuera ſicut Bur. dicit, facta Iacob de quibus eſt ſermo, ſecundum ſe conſiderata videntur doloſa & iniuſta: ita debuit dicere de facto Abrahæ ſecundũ ſe conſiderato: videlicet occiſione filij: ſed vbi acceſſit Dei mãdatum, horrendũ opus ſecundũ ſe & naturaliter, factum eſt nedum licitum, ſed cõmendabile: ita in factis Iacob vbi acceſſit diuinus inſtinctus factus & ipſi Iacob, & Rebeccæ matri ſuę ſecundum doctorum ſanctorum ſententiam; imo & Iſaac ſenſit inſtinctũ eundem vt dicit beatus Aug. Cum, inquit, Iſaac vnum pro alio benedixiſſet, nedum ſe deceptum cõqueſtus eſt: ſed confeſtim reuelato ſibi magno myſterio in corde, deuitat indignationem, & benedictionem confirmat. Hæc Auguſ. Quibus inſtinctibus & reuelationibus diuinis

F

G diuinis id quod ſecundum, ſe videtur doloſum efficitur laudabile. nec Burgen. probat ſuum propoſitum per Glo. Illa enim mouendo quęſtionẽ ſoluit per figurationẽ, ſed non addit tm̃: quaſi excludere velit ſenſum verũ litteralẽ, prout Bur. facit: ſed qđ adducit Iſid. eſt verum q̃ eſt allegoria, ſed non excludens litteralem ſenſum primum. Quod autẽ addit expoſitionẽ Iſi. eſſe cauſæ redditiuam, non videtur verum: nam ſi recte pẽſentur verba Iſi. non exponit vt reddat cauſam, ſed per allegoriã oſtendit præſentem litteram allegorię ſuæ fore figurã, & ſic eius expoſitio eſt potius declaratiua effectus quã redditiua cauſę; & per conſequens non pertinet ad ſenſum litteralẽ, ſed allegoricum. Nec poteſt Burgen. probare intentum per ſanctum Tho. pro ſe allegatum: quia procedit per hypotheſim quæ non conceditur. Ex hypotheſi enim falſa nõ eſt inconueniens multa ſequi inconuenientia: vt ſi cęlũ caderet, vel aſinus haberet pennas. Ita ſupponit ſanctus Tho. vt patet. vnde poſt totam digreſſionem Burg. veritate compellente arguit contra ſe: & bene, ſed non ſoluit ſufficienter argumentum ſuum: quia ſicut in his per Iacob & Eſau geſtis, Eſau ad litteram propter contemptum eſt reprehenſibilis, vt arguit Burg. ita Iacob propter obedientiam ad diuinos inſtinctus laudabilis eſt, prout etiam Burg. ratione, & veritate compulſus fatetur: quando in fine digreſſionis etiam verbis vtitur poſtillatoris quæ prius improbauit, & beatus Auguſtinus dicit ad propoſitum, In preceptis Dei, quæ bonum iubent, & malum vetant, nulla figuratiua locutio eſt: ſed vbi præcipitur quod malum videtur, figura neceſſaria eſt. cum igitur occiſio filij Abrahæ mandata, mala videatur, imo ſit ſecundum ſe conſiderata, igitur figuratiua locutio eſt; intellige hic ſicut alibi, quòd ſit figuratiua per allegoriam, litterali tamen ſenſu de præceptorum materia & obedientia ſemper ſaluo vt commendabili & imitabili, intercedente diuino pręcepto & excuſante, & non alias, vt vult beatus Auguſ. vbi ſupra. Item in eodem ca. vbi poſtillator dicit Eſau iuxta dictum apoſtoli prophanum propter vnam eſcam, q̃ ly propter non notat pretium vel pretij quantitatem, ſed ſolum cauſam motiuã. Cuius contrarium dicit Burgen. aſſerens, quòd ex cauſa motiua nõ debuit dici prophanus: excludens quòd dictum apoſtoli intelligi debeat prout ſonat ex dictis ſanctorum. Reſpondeo ergo, quòd magiſter in Glo. ſuper illo verbo Apoſtoli, ſanctorum dicta recolligens dicit: Quòd Eſau prophanus dicitur à procul & phano, quia propter eſcã vilem ſe fecit procul à Dei cultu, qui principaliter ad ſacerdotium pertinet, quod vſq; ad tẽpora Aarõ fuit annexum primogeniturę, quam ipſe Eſau paruipendebat vendens primogenita ſua: nõ pro vna eſca tanquam pro pretio, ſed propter vnam eſcam, quæ cauſa motiua fuit ad contractum faciendum. Et ſic videtur poſtillator iuxta verba Apoſtoli & dicta ſanctorum multum proprie loqui, quia per ly propter, non exprimitur propriè prętium rei venalis, ſed per ly pro: inter contrahentes. n. proprie dicitur pro quanto dabis? & reſpondetur pro tanto pretio: Sed cum dicitur propter quid vis emere, vel vendere? reſpondetur proprie propter vtilitatem, vel neceſſitatem, quæ eſt proprie cauſa motiua, & non pretii vel eius quantitatis expreſſiua. H

## GLOSSA ORDINARIA. Cap. XXVI.

Orta autem fa. Auguſtinus. Quæritur quando hoc factũ fuerit quod Iſaac abijt in Gerara, utrum poſteaquam Eſau primogenita uendidit, hæc enim continue narrantur; an ut fieri ſolet per recapitulationẽ q̃ narrator reuerſus ſit ad ea, cum progreſſus de filijs eius, ad eum locũ perueniſſet qui de lenticula memorat eſt? Inuenitur quippe Abimelech qui etiam Saram concupierat. Ipſius enim paranymphus, & princeps militiæ qui ibi memorati ſunt etiam hic memorantur. Mouet aũt utrũ tũc uiuere potuerint? quando enim factus fuit amicus Abrahæ nondum natus eſt Iſaac, ſed promiſſus. Ponamus autem antequam naſceretur Iſaac illud fuiſſe factum: deinde Iſaac ſuſcepit filios, cũ eſſet annorum lx. Illi autem iuuenes erant, quando Eſau uendidit primogenita: ponamus etiam circa uiginti annos fuiſſe, & fiant anni Iſaac uſque ad illud factum filiorum eius circa octuaginta: adoleſcẽtem quoque accipiamus fuiſſe Abimelech, quando matrem eius concupiuit, & Abrahæ amicus fact᾽ eſt: potuit ergo eſſe quaſi cẽtenarius, ſi poſt illud factum filiorum perrexit in Gerara. Ex hoc ergo non cogit neceſſitas putare per recapitulationẽ narratam eſſe Iſaac profectionem. Sed quia ibi ſcribitur diũ fuiſſe, puteos fodiſſe, & de his contendiſſe ditatũ eſſe pecunia, nimirũ ſi recapitulando dictum eſt, quod ideo fuerat prætermiſſum, ut primum de filijs uſque ad lenticulam narratio

(Marg.: Deus in moſſa fame benedixit & paſcit Iſaac contra Abimelech.)

## Cap. XXVI.

a ¶ Refutante Iudæa uerbum euangelij: panem verbi Dei, ſicut antea prophetica oracula.

Orta autem fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem, quæ acciderat

a ¶ Chriſtus ad gentes, quæ per naturalem rationem credebant uerum conditorem, quem ſignificat Abimelech, qui interpretatur pater meus rex

in diebus Abraham, abiit Iſaac ad Abimelech regem Paleſthinorum

a ¶ Quæ interpretatur paries vel maceria, ut deſtrueret parietem inimicitiarum.

rum in Gerara. Apparuitque ei Dominus & ait: Ne deſcendas

a Væ qui deſcendunt in Ægyptum propter auxilium.

in Ægyptum, ſed quieſce in terra

a ¶ Quaſi in loco iſto peregrinus eſto: quem in ſucceſſoribus poſſeſſurus es ut Dominus.

quam dixero tibi, & peregrinare in ea: eroque tecum & benedicam

## NICOLAVS DE LYRA. Cap. XXVI.

Orta autem fame. *Deſcripta generatione prolis, Hic conſequenter deſcribitur probatio patris, & primò reſpectu gentis alienę, ſecundo reſpectu familię proprię in fine huius capituli, Eſau vero. Adhuc primò probatur in aduerſis. ſecundò in proſperis ibi, Seminauit aũt Iſaac. adhuc primo probatur in euẽtu famis. ſcđò ex metu ꝓpriẽ uxoris ibi, Qui cũ interrogaretur. Circa primũ conſiderãdũ, q̃ Iſaac habebat magnã familiam, & pecora: & ideo ex fame orta imminebat ſibi periculũ, niſi transferret ſe ad regionem abundantem cu*

(Marg.: Diuiſio.)

## MORALITER. Cap. XXVI.

✱ a *Orta autem fa.* In hoc capitulo agitur de peregrinatione Iſaac in Geraris. Circa quam ſciendum quòd licet multi prælati curati & clerici ſæculares, & religioſi poſſeſſiones habẽtes ſint bene litterati & ad prædicandum apti: quia tamẽ ſunt negotijs alijs multipliciter occupati ideo nõ poſſunt hoc facere quãtum expedit fidelium ſaluti dicẽte Domino Lu. Meſſis qui dẽ multa operarij autem pauci. rogate igitur dominũ meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuã. ꝑpter qđ dñs miſit pauperes religioſos à terrenis expeditos, & per cõſequẽs quantũ ad hoc ad diſcurrẽdũ ꝑ p̃dicatione magis aptos, & iſti ſignificantur per Iſaac. de quo dicitur,

a *Orta autem fa.* Non panis materialis, ſed ſpiritualis, uidelicet audiendi uerbum domini, ut dicitur Amos.

† *Abijt Iſaac.* Ideſt pauper prædicator ad prædicandum.

† *Apparuitq; ei Dominus &c. in Aegyptũ.* Ideſt ad populũ in infidelitate obſtinatũ. Matth. Nolite ſanctũ dare canibus &c. Sequitur.

✱ *f Manſit*



A narratio perueniret, ideo quod ſcriptum eſt de Iſaac, Benedixit eum Deus, & exaltatus eſt homo &c. ſecundum terrenam felicitatem dictum eſſe ſequentia docent. quanquam ergo aliquid ſpirituale iſta ſignificent ſm id tamẽ ſm quod contigerunt præmiſſum eſt, Benedixit eũ Deus: vt intelligamus tẽporalia nec dari poſſe, nec proſperari debere niſi ab vno Deo.

a *Cumque pertranſiſſent &c. Iſi.* A tẽpore Chriſti vſque ad Cõſtantini tempora non in conuentu populorũ, ſed tanquã per latebras prædicabatur fides: in ſecreto congregabãtur Chriſtiani. tandem videntes principes ſeculi per miracula Chriſti maieſtatem contemperatam humanæ infirmitati, vt poſſint ſociari, & eſſe duo in carne vna; iam in manifeſto Chriſti, & eccleſiæ ſacramentum predicare permiſerunt, & diu fuiſſe abſconditum doluerunt.

b *Vidit eum iocan. &c. Auguſt.* Quid ſibi velit in ſacramẽto Chriſti, & eccleſię quòd tantus patriarcha cũ coniuge luſerit, vnde coniugiũ ſit cognitum, videat profecto quiſquis ne aliquid in eccleſia narrando peccet, ſi ſecretũ viri eius in ſcripturis intueatur, & inuenit eum maieſtatẽ qua equalis eſt patri pauliſper abſcondiſſe in forma ſeruili, vt eius capax eſſe poſſet humana infirmitas, eoque modo ſe coniugi congruum aptaret. Quid enim abſurdum, imo quid prænuntiationi futurorum incongruum, ſi propheta carnale aliquid luſit, vt eum caperet affectus vxoris, cum verbum Dei caro factum ſit, vt habitaret in nobis?

c *Seuit autem Iſaac in ter. &c. Hierony.* Licet in aliena terra ſeminauerit Iſaac, non puto quòd tanta ei hordei fertilitas fuerit. Vnde melius arbitror quod habetur in hebreo, & quod Aquila tranſtulit, Inuenit in illo anno centuplũ æſtimatum. Tacens autem ſcriptura genus frugum quod centuplicauerit, videtur cunctarum in illo oſtendiſſe virtutũ multiplicationem. B

*Ob hæc*

¶ Quod completum eſt in gentilitate ſpiritualiter poſt aſcenſionem Chriſti.

tibi: Tibi enim & ſemini tuo dabo uniuerſas regiones has, complens iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli: daboque poſteris tuis uniuerſas regiones has: & BENEDICENTVR IN SEMINE TVO omnes gentes terræ, eo q̃ obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & cerenionias legeſq; ſeruauerit. Manſit itaq; Iſaac in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit: Soror mea eſt: Timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum ✱ propter † illius pulchritudinem. Cumque pertranſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abimelech rex Paleſthinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca uxore ſua. Et accerſito eo, ait: Perſpicuum eſt, quòd uxor tua ſit: Cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? Reſpondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: Quare impoſuiſti nobis? Potuit coire quiſpiam de populo cum uxore tua: & induxeras ſuper nos grande peccatum. Præcepitque ✱ omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius uxorem morte morietur. Seuit autem Iſaac in terra illa: & inuenit in ipſo anno centuplum: Benedixitque ei Dominus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens

Interlinear glosses:
a ¶ Vno quod eſt Chriſtus. b ¶ Aliqui de omnibus gentibus.
a ¶ Adhuc deſtruit Chriſtus parietem inimicitiarum per prædicatores.
a ¶ Vnde hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti Rom. 8. c
a ¶ Sic iuſti diſcipuli occulti in primitiua eccleſia propter metum Iudæorum.
a ¶ Ne delerent nomen chriſtianum propter infidelitatem.
a ¶ Hæc inuectio, eſt quaſi prædicandi facta permiſſio.
a ¶ Tam periculoſum onus. ¶ Id eſt deceptiue de impoſtores.
a ¶ Aliqua violentia ſimplicitatem fidei corrumpere.
a ¶ Data pace eccleſiæ, decretum eſt a principibus, vt nullus integritatem fidei violaret.
a ¶ Publice predicauit per ſuos.
a ¶ Chriſtus. b ¶ In gentilitate.
a ¶ Tempore impetratæ pacis. b ¶ Magnum cœleſtis patriæ lucrum.
a ¶ Multiplicatus eſt numerus credentium.

## NICO. DE LYRA.

*¶ dantem, cuiuſmodi tunc erat terra Aegypti, & ideo voluit ſe transferre ibi, veruntamen, quia Deus ſibi inhibuit, confidens de Deo, & volens ſibi obedire, in terra intermedia remanſit. Et patet littera vſq; ibi,*

a Et benedicentur in ſemine tuo omnes gen. ter. *Quod exponunt hebræi ſic: quando aliquis imprecabitur bonum alicui dicet, Faciat tibi Deus, ſicut fecit Iſaac. Catholici autem melius exponunt de Chriſto, qui deſcendit de Iſaac ſecundum carnem, in quo omnes gentes terrę conſequuntur benedictionem, ſicut ſupra expoſitum eſt.*

b Eo quòd obedierit. *Abraham voci meę, Hoc additur, ne crederetur Iſaac ſimpliciter perfectior ipſo Abraham: ideo in promiſſione ſibi facta ſit memoria de iuſtitia ipſius Abrahæ.*

c Et cuſtodierit præcepta & man. &c. *Iſta ſunt quæ ſunt de dictamine rationis rectæ, & ſeruanda etiam ſi nulla lex eſſet de hoc poſita, ſicut reddere depoſitum ipſi deponenti, & ſimilia.*

d Et ceremonias. *Iſta ſunt, quæ pertinent ad modum colendi Deum.*

e Legeſque ſeruauerit. *Iſta ſunt quæ non obligant, niſi quia ſunt a Deo, vel homine inſtitute vel præcepta. Et ex iſtis patet, quòd ante legem Moyſi datam plura fuerunt obſeruata de illis quæ tempore Moyſi fuerunt ſcripta.*

f Manſit itaq; Iſaac in Geraris. *Ex præcepto diuino. noluit enim quòd deſcenderet in Aegyptum. Cauſam autem huius dicunt Hebræi, quia Iſaac, vt ſupra dictum eſt, fuerat Domino conſecratus quando fuerat oblatus in monte, & ideo non erat decens quòd exiret terram promiſſionis, & ideo remanſit in Geraris, quia tota Paleſtina continetur infra terminos terrę promiſſionis.*

g Qui cum interrogaretur, *Hic conſequenter ponitur probatio Iſaac in metu ratione vxoris: celans prudenter veritatem abſq; tamen falſitate dicens eam ſororem ſuam eſſe. & eodem modo exponatur ſicut dictum patris ſui de Sara: vt ſupra dictum eſt.* C

h Cumque pertranſiſſent dies &c. *Ex hoc videtur, quod ſe habuit ad vxorem ſicut ad ſororem, continendo ab ea, quouſque expertus fuit, quòd propter eius pulchritudinem nõ moleſtabant eam. & tunc rediit ad exercendum actum coniugalem. Ideo ſequitur,*

i Proſpiciens Abi. &c. *Ideſt reddentem debitum vxori. Dictio enim hebraica quę hic ponitur, æquiuoca eſt ad ludum & ad coitum, ut ſupra dictum eſt. Et quòd hic debeat accipi in ſecundo ſenſu, videtur per illud quod ſubditur,*

K Perſpicuum eſt, *quod vxor tua ſit. Alij vero dicunt, quòd vidit eum amplexantem, vel oſculantem Rebeccam, quod non faciebãt viri, niſi cum vxoribus proprijs.*

l Cur mentitus &c. *Non eſt mentitus, quia de cognatione ſua erat: vt patet ex prędictis de patre ſuo.*

m Quare impoſuiſti nobis? *Imponere in vna ſignificatione idem eſt quod decipere, & tunc conſtruitur cum datiuo, & ſic accipitur hic, & eius ſupinũ eſt impoſitum: ſed aliquãdo ſyncopatur & dicitur impoſtum, & inde dicitur impoſtor ideſt deceptor. cetera patẽt.*

n Seuit autem Iſaac. *Hic probatur tempore proſperitatis, quia ex hoc inuidiã inſurgentẽ contra eũ, & iniuriam patienter tolerauit. Et patet littera exceptis paucis verbis.*

o Et inuenit &c. *Ad oſtendendum, quòd fuit ex ſpeciali dono Dei, quia ille annus non fuit fertilis. Ad quod denotandum ſignanter dicitur in ipſo anno, Recede à nobis: quoniam potentior nobis factus es. quaſi diceret, ſi tu rebellares, tu poſſes a nobis auferre ciuitatem; vel ſi venirent aduerſarij poſſes te illis coniungere, & tradere eis ciuitatem & terram. hoc tamen dicebat motus inuidię ſpiritu, quo non poterat eius proſperitatem tam celerem videre.*

¶ a Et ille

(Marg.: Gen. 22. c — Iſaac promittitur Chanaan ſupra 12. b 13. d. 15. b — Gen. 21. e — Chriſtus promittitur Iſaac. — Iſaac vxorem ſuam dicit eſſe ſororem. — Maxima Dei cura de Iſaac & eius vxore.)

## MORALITER D

✱ f *Manſit itaque Iſaac in Geraris.* Qui interpretatur aduenæ appropinquantes, per quod ſignificantur populi deuoti, qui licet nunc ſint aduenæ à patria cœleſti, tamen libenter uolunt audire de ea per prædicationem uerbi diuini, ſicut quilibet aduena libenter audit bonos rumores de patria ſua.

g *Qui cum interrogaretur a viris loci illius ſuper vxore ſua.* Per quam intelligitur ſapientia, ſicut dicitur Sapien. Hanc quęſiui mihi ſponſam aſſumere, (Sap. 8. a)

† *Reſpondit: Soror mea eſt.* Quia nullus debet ſe iactare ſapientiam habere. Propter quod Phythagoras non dixit ſe eſſe ſapientem, ſed philoſophum .i. ſapientiæ amatorẽ. a philos qđ eſt amor, & ſophos, ſapientia quod ſignificatur nomine ſororis, quæ amabilis eſt, non tamen ſponſa.

i *Proſpiciens Abimelech Paleſthinorum rex &c.* Per quẽ intelligi poteſt ſummus pontifex habens regimen uniuerſalis eccleſiæ; propter quod dictos religioſos cõſiderauit uacare ſtudio ſapientiæ, ideo dixit uerbo mentis, & oris,

K *Perſpicuũ eſt quòd vxor tua ſit.* Per euidẽtiã. n. doctrinę apparuit ſapientiã ſponſam eorũ eſſe. uñ papa Grego. iiij. beatum Antoniũ de ordine minorũ, q diu ſapientiã ſuã celauerat, arcã teſtamenti uocabat.

† *Potuit coire quiſpiam &c.* Ideſt ſapiẽtiã in te latẽtem fędare ſuis deriſionib. ꝑpter exteriorẽ ſimplicitatẽ in victu, & habitu.

(Marg.: Benedicit Deus ipſi Iſaac & ꝑ fame diuitias dat ingentes.)

† *Et induxeras &c.* Magnum enim eſſet peccatum ſi permitteretur contemni ſapientia pauperum. ideo ſequitur,

† *Qui tetige. &c.* Ideſt ſuis deriſionibus & detractionibus fœdauerit pauperis ſapientiam.

† *Morte morietur.* Scilicet culpæ.

n *Seuit autem Iſaac.* Id eſt Pauper prædicator ſemen uerbi diuini.

o *Et inuenit in ipſo anno centuplum.* Id eſt fructum multiplicem animarum.

† *Benedixitque ei dominus.* Multiplicando

n 2 ✱ numerum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

*a Ob hæc inuidentes &c. Iſid.* Iſaac Chriſtus, qui primũ vult fodere puteos, quos foderãt pueri patris ſui. Moyſes enim puteum legis fodit, Dauid Salomon & prophetæ libros ſcripſerunt ve. teſta. quos terrena & ſordida impleuerat Iudęorũ intelligẽtia: quorũ os cũ vellet purgare, vt oſtẽderet quæcunque lex & prophetæ dixerunt de ſe dicta eſſe, rixati ſũt Paleſthini, ideſt Iudęi à regno Dei alieni, & diſceſſit ab eis. Non enim poteſt eſſe cũ eis, quia in puteis nolunt habere aquã, ſed terrã. *Matth. 23. d* Et dicit eis. Matth. Ecce relinquetur vobis. d. v. d. Fodit ergo Iſaac, imo pueri eius puteũ nouũ, ſcilicet apoſtoli & euãgeliſtæ: qui fodiẽtes puteum noui te. inuenerũt aquã ſalientem in vitam ęternam. Pro his quoque certant qui terrena ſapiunt, nec patiuntur noua condi, nec vetera purgari. Dicitur ergo ad eos. Act. Quoniam indignos vos exhibuiſtis gratiæ Dei, ex hoc iam ad gentes ibimus.

*Puteos Iſaac obtu rant Paleſthini mũdi, & eum expellunt. Act. 15. g*

*b Puteos &c. obſt. uxerunt &c. Greg. mor. In Mora. li. 16. c. 8. & 10. 1. Moraliter.* Sępe cum verbis diuinis intendimus, demonũ inſidias grauius toleramus, qui mẽti noſtrę terrenarũ cogitationum puluerẽ aſpergunt, vt intentionis oculos à luce intimæ viſionis obſcurẽt. Nos enim puteos fodimus, cũ ſcripturæ alta penetramus: quos occultè allophili replent, quia terrenas cogitationes ingerũt, & diuinę ſcientiæ aquam tollunt. vnde Pſal. Declinate à me ma. & ſcru. man. d.

*Alios puteos fodit pro quibus rixant contra ipſum. Pſal. 128. a*

*c Et ille diſcedens &c. Hiero. In q. Hebra. ſuper Gene. c. 26. 10. 3.* Et abiit inde Iſaac & venit in Geraram vallẽ, & habitauit ibi. pro valle torrentem habent in hebręo. Nunquã enim Iſaac poſtquã magnus factus eſt habitare potuit in valle: ſed in torrẽte, de quo ſcriptum eſt Pſal. *Pſal. 109. a* De torrente in via bi. de quo Helias in tẽpore famis bibit: ſed qa nõ erat pfect⁹ vt Chriſtus, torrẽs ei aruit. Chriſtus verò etiam in torrẽte traditus eſt, dedicãs regenerationẽ noſtrã, & baptiſmi ſacramẽtũ.

*d Fodit alios puteos &c. Moral. Iſta* *Super Gen. c. 26. Moraliter.* Iſaac apud alienigenã gentẽ puteos fodit, in quo monemur, vt in hac peregrinatione cogitationũ ꝓfunda penetremus & quouſq; verę intelligentię aqua redeat: inquiſitionis manus ad exhaurienda cordis terrena non torpeſcat. *Allophili.* Allophili inſidiantes puteos replent, qa immundi ſpiritus cũ nos ſtudioſè fodere cõſpiciunt, moleſtias tentationũ cogitationibus ingerunt.

*e Aduerſus pa. Hiero. Vt ſupra.* Aquila & Symmachus aduerſũ & cõtrarium trãſtulerũt. Sed ĩ hebręo habetur ſathana. Vñ patet ſathanã cõtrariũ iterp̃tari.

*f Latitudo.* In hebręo רחבות rehobot: latitudines. Vnde ꝓbatur illud quod ſupra dictum eſt. *Gen. 10. b* Ipſe ædificauit Niniuen, & Rabooth, ideſt plateas eius.

*g Nunc dila. &c.* Dilatatus eſt Iſaac, & repleuit omnẽ terrã ſciẽtia trinitatis: & ĩ toto orbe latitudinẽ eccleſię collocauit, prius tñ in Iudęa notus & in Iſrael nominatus. poſtea Pſal. *Pſal. 18. a* In omnẽ terrã exi. ſo. eorũ. ideſt apoſtolorũ qui per vniuerſum orbẽ foderũt puteos, & aquam omnibus oſtenderũt. *Math. 28. d* Matth. Baptizantes omnes gentes in noĩe pa. & fi. & ſpirituſancti. Puteos Abraham quos aperuit ſic vocauit ſicut pater eius. Moyſes. n. & prophetę apud nos ſuis noĩbus appellantur, nec horũ mutant̃ vocabula puteorũ.

*h Ad quẽ locum &c. Hiero. Vt ſupra. Abimelech.* Abimelech nõ ſemper pacẽ habet cũ Iſaac, aliqñ diſſidet, aliquãdo pacẽ requirit. Et ſignificat ſtudioſos, & ſapiẽtes ſęculi, qui p eruditionẽ philoſophiæ multa de veritate comprehenderũt. Hic autẽ Iſaac (qui verbũ Dei ſignificat) nec ſemp in diſſenſione eſt, nec in pace. Philoſophia. n. diuinæ legi nec in oĩbus contraria eſt, nec in omnibus conſonat. Multi. n. philoſophorũ vnũ Deũ qui cũcta creauit, ſcribunt. Aliq verò etiã addiderũt ꝙ per verbũ ſuum cuncta fecerit & regat, & verbũ Dei ſit quo cuncta moderẽtur, in quo & euãgelio cõſonãt. Moralis verò & phyſica philoſophia, penè oĩa q̃ noſtra ſunt ſentit: diſſidet verò cũ dicit materiam eſſe coęternã Deo, & negat Deũ curare mortalia, dicẽs prouidentiã eius ſupra lunaris globi ſpatia cohiberi, & qđ vitas naſcẽtiũ ſtellarũ curſibus pãdat; & cũ dicit mũdũ perpetuũ, & nullo fine claudendum: & alia plura ſunt in quib. nobiſcũ philoſophi diſſidẽt, vel cõcordãt. *Hiero.* Pro Ochozat pronubo in hebræo habetur collegium amicorum eius, vt tam hominem ſignificet, quàm amicorum turbã, quæ cum rege venerat: in quibus fuit Phicol princeps exercitus illius. *a Abime.*

a ¶ Multiplicatio hordei non magnificat. ¶ In omnem terram exiuit ſonus eorum &c. Pſal. 18.

atque ſuccreſcens donec magnus uehementer effectus eſt. Habuitque poſſeſſiones ouium & ar-

a ¶ Multos ſibi familiariter obſequentes.

mentorum, & familiæ plurimum.

a ¶ Filij alieni.

a Ob hoc inuidentes ei Paleſthini, †

a ¶ Omnes ſcripturas quas ſerutati erant, Moyſes Dauid, Salomon & alij.

b omnes puteos quos foderant ſerui †

a ¶ Dei quem ſignificauit Abraham.

patris illius Abraham, illo tempo-

a ¶ Tollentes ſpiritualem intellectum, carnalem ſuadentes.

re obſtruxerunt, implentes humo:

a ¶ Hoc factum eſt aliquando refrigeſcente charitate.

intantum ut ipſe Abimelech dice- †

ret ad Iſaac, Recede à nobis, quoniã †

potentior nobis factus es ualde:

a ¶ Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. b ¶ Per curſum humanæ mortalitatis.

c Et ille diſcedens, ut ueniret ad tor- a b

rentem Gerare habitaretque ibi.

a ¶ Nouum teſtamentum, quod in patriarchis & prophetis præfiguratum erat.

d Ruſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abrahã, &

a ¶ Quod teſtamentum poſt paſſionem Chriſti occultauerunt allophili, id eſt Iudæi.

quos illo mortuo olim obſtruxe-

a ¶ Cum nouum teſtamentum in veteri oſtenditur & teſtimonium Moyſi & prophetarum confirmatur, nec priorum authorum nomina mutantur.

rant Philiſtiim: appellauitque eos eiſdem nominibus, quibus ante

a ¶ Apoſtoli.

pater uocauerat. Foderuntque * in c

a ¶ Alij in valle, ſed in valle non inuenitur puteus aquæ viuæ. ¶ Abundantia ſcripturarum. b ¶ Id eſt euangelicam doctrinam.

torrente, & repererunt aquam d

a ¶ Id eſt ſalientem in vitam æternam. b ¶ Quia Iudæi euãgelicæ doctrinæ reſiſtunt, nec noua condi permittunt, nec vetera purgari volunt.

uiuam. Sed & ibi iurgium fuit pa-

e ſtorum Gerarę aduerſus paſtores Iſaac, dicentium: Noſtra eſt aqua: Quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat uocauit

¶ Secundum.

Calumniam. Foderũt aũt & alium: & pro illo quoque rixati ſunt: appellauitque eum, Inimicitias.

a ¶ Quia poſtquam fides trinitatis per mundum cepit prædicari, patientia ſanctorum victi ſunt aduerſarij eorum.

Profectus inde fodit alium pu-

¶ Tertium.

teum, pro quo non contenderunt: itaque uocauit nomen eius

a ¶ Quia Iſaac, id eſt Chriſtus, dilatatus eſt

f g Latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus: & fecit creſcere ſuper terram. Aſcendit autem ex illo e loco in Berſabee, ubi apparuit ei do f minus in ipſa nocte dicẽs: Ego ſum Deus Abraham patris tui: Noli ti- g mere, quia ego tecum ſum: Benedi- h cam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, propter ſeruum meũ Abraham. Itaque ædificauit ibi altare, i & inuocato nomine Domini, extẽdit tabernaculum, pręcepitq; ſeruis h ſuis, ut foderent puteum. Ad quem k locum, cum ueniſſent de Geraris,

NIC. DE LYRA.

¶ a Et ille diſcedens, *nolens contendere.*

b Vt veniret ad torrentem Gera, &c. *Elongans ſe à ciuitate. Sequitur,*

c Foderunt in torrente. *Torrens enim eſt aqua currens ex deſcenſu pluuiarum, vel reſolutione niuium: quæ non continuatur: & ideo foderunt ibi, vt aquam ex pluuijs deſcendentem ibi retinerent ad conſeruandum tempore ſiccitatis.*

d Et repererunt aquam viuam, *Id eſt quid melius quã intenderent à principio foſſionis.*

e Aſcendit autem ex illo lo. &c. *Vbi manſerat pater ſuus, vt habetur ſup.*

f Vbi apparuit ei dominus, *Ad confortandum eum de iniurijs ſibi illatis.*

g Noli timere &c. *Ad te protegendum.*

h Benedicam tibi: *In temporalibus bonis, & ſpiritualibus multiplicando.*

i Itaque ędificauit ibi al. *Ad reddendũ gratias dño de ſua conſolatione, & promiſſione.*

K Ad quem locum &c. *Hic probatur de manſuetudine & fidelitate, quia propter iniurias ſibi illatas non dimiſit cum iniuriantibus ſibi amicitiæ fœdus inire.*

¶ a Abime.

MORALITER.

* numerum fratrum, & merita, & famam eorum.

† *Ob hæc inuidentes &cæt.* Qui interpretantur cõtendentes ore: & ſignificant clericos parum ſcientes, & ſacerdotes qui contendunt verbis ſine ratione.

† *Omnes pu. ob.* Ideſt corda fideliũ ab amore fratrũ ꝓ viribus retraxerũt, & ẽt p̃latos aliquos cõtra frẽs excitauerũt, iõ ſubditur,

† *Intantum vt ipſe Abi.* Per quem ſignificantur prælati à clericis excitati.

† *Diceret Iſa.* Per quẽ fratres ſignificãtur.

† *Recede à no.* Suam poteſtatem fratribus denegando, vel reſtringendo; uel uſurpationem poteſtatis indebitę eis irrogando. ideo ſubditur,

† *Quoniam po. no. fa. es.* Id eſt fieri uelles.

*a Et il. diſcedens:* Quia fratres debent patienter audire talia, & quantum poſſunt bonis ſpiritualibus intendere. propter qđ ſubditur, ꝙ Iſaac tres puteos fodit, ꝑ quos ſignificantur prædicatio, confeſſio, lectio: & vt dicitur in textu: Pro duobus primis contenderunt paſtores. i. aliqui curati ſacerdotes inhibendo fratribus, ne in ſuis eccleſijs prędicarent: & ſuis parochianis, ne pro cõfeſſione ad frẽs recurrerent. Pro tertio uerò. ſ. ꝑ lectione nõdũ cõtẽderũt. ſed ad ſcholas fratrũ aliqñ ueniunt; ꝑpter quod plurimi p̃lati uitam fratrũ & doctrinam conſiderantes receperunt eos in gratiã, qđ ſignificatur per ipſius Abimelech cum Iſaac fœderatione, cum ſubditur.

* † Ineamus



*a Abimelech & Ocho. &c. Iſi.* Duo cum Abimelech venerunt, Ochozath gener eius, & Phicol dux exercitus ei⁹. Ochozath tenens: Phicol interpretatur os omnium: Abimelech pater meus rex. Hi tres imaginẽ philoſophię totius tenent, quę in tres partes diuiditur, logicã, phyſicã, ethicam. i. rationalem, naturalẽ, moralẽ. Rationalis eſt, quæ Deum patrem oĩm confitetur, vt eſt Abimelech. Naturalis quæ fixa eſt, & tenet oĩa velut naturæ ipſius viribus nitens: quã profitetur Ochozath, qui dicitur tenens. Moralis quæ in ore eſt omnium, ad oẽs pertinet, & pro cõmunium ſimilitudine præceptorum verſatur in ore oĩum, quã ſignat Phicol, qui interpretatur os oĩm. Hi ergo oẽs his eruditionib⁹ inſtructi: veniũt ad legẽ Dei dicẽtes, Vidimus Deum eſſe tecũ &c. Benedictionẽ poſtulant nõ retributionẽ. vñ ſeqtur Fecit ergo eis cõuiuiũ. Qui. n. verbũ miniſtrat, ſapientibus & inſipiẽtibus debitor eſt.

*b Ecce autem venerunt. Hieron.* Neſcio quomodo in Lxx. habeẽ, Et venerũt pueri Iſaac nũtiantes ei de puteo quẽ foderunt, & dixerũt ei, Non inuenimus aquã, & vocauit nomen eius iuramentũ. Quæ. n. etymologia eſt propterea vocari iuramentum quia non inuenerunt aquã? Et ecõtrario in hebræo (cui interpretationi Aquila cõſentit, & Symmachus) hoc ſignat ꝙ inuenerunt aquã, & propterea appellatus ſit pute⁹ ipſe ſatietas: & ciuitas Berſabee i. puteus ſatietatis. Licet. n. ſuprà ex verbo iurationis, vel ex ſeptẽnario ouiũ numero, qđ Sabee dicitur aſſeruimus Berſabee appellatã, tamen nunc ex eo ꝙ aqua inuẽta eſt, Iſaac ad nomen ciuitatis alludẽs declinauit paululũ litteram & pro ſtridulo hebræorum ſcin, a quo Sciabee incipit, græcum ſygma, id eſt hebræorum Samech poſuit. Iuxta allegoriam quoque poſt tantos puteos in fine virtutum, non congruit vt Iſaac aquã non inueniret.

¶ In hebræo ſermone, Amicorum eius collegium.

a Abimelech & Ochozath amicus il- a lius, & Phicol dux militũ, * locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad me b hominẽ quẽ odiſtis & expuliſtis à vobis? Qui reſpõderunt: † Vidimus c tecũ eſſe Dominũ, & idcirco nos diximus: Sit iuramẽtum inter nos, & d ineamus fœdus, ut non facias nobis † quicquã mali: ſicut & nos nihil tuo- e rũ attigimus, nec fecimus quod te læderet: ſed cũ pace dimiſimus auctũ benedictione dñi: Fecit ergo eis f conuiuiũ. † Et poſt cibũ & potum, ſurgẽtes manè iurauerunt ſibi mu- g tuò: dimiſitq; eos Iſaac pacificè in lo b cum ſuum. Ecce aũt uenerũt in ipſo h die ſerui Iſaac, annunciantes ei de puteo, quẽ foderant, atq; dicẽtes: Inuenimus aquã. Vnde appellauit eũ Abundantiã: & nomẽ vrbi impoſi- i tũ eſt Berſabee vſque in præſentem diem. Eſau verò quadragenarius du k xit uxores duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci: Quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.

NICOLAVS DE LYRA.

a Abimelech. *Patet quòd ſecundum transla. noſtrã, Ochozath eſt hic proprium nomen vnius hominis. Hebræi aũt dicunt ꝙ eſt nomen cõe, & ſignat congregationem: vnde littera eorum eſt hæc, Abimelech & congregatio amicorum eius, quia adduxerat ſecum aliquos de amicis ſuis.*

b Quid ve. &c. *Licet Iſaac nõ ĩtẽderet fœdus renuere, tñ uoluit ĩiuriã ſibi factã eis oñdere.*

c Qui reſponde. &c. *Per hoc quòd tam citò te multiplicauit in bonis.*

d Et ineamus fœdus &c. *Nec per teipſum inferendo, nec noſtros aduerſarios adiuuãdo.*

e Sicut & nos &c. *In hoc reſpõderũt ad hoc quod dixerat Iſaac. Quid veniſtis ad me hominem quẽ odiſtis, & expuliſtis? acſi dicicet emiſerimus te de ciuitate, tñ nihil abſtulimus à te, nec aliud nocumentum intulimus tibi.* *† Iud. 11. a Abimelech init fœdus cum Iſaac.*

f Fecit ergo &c. *curialiter recipiendo eos.*

g Surgentes mane &c. *Scilicet ſalua ieiuna propter reuerentiam iuramenti.*

h Ecce autem &c. *Præceperat. n. eis ante iuramentum fodere puteum, ſed annunciauerunt ei poſt iuramentũ factũ de aqua inuẽta.*

i Et no. &c. *Prius erat ei impoſitũ, ſed tunc fuit iterũ de nouo cõfirmatũ. Ad cuius intellectũ cõſiderandũ ꝙ [Hebrew] in hebræo idẽ eſt puteus. [Hebrew] aũt ſignat ſeptẽ, et iurm̃, et ſocietatẽ. Et ex iſtis trib. ſignificationib. locus ille ubi erat puteus vocatus eſt Berſabee, Primò pp ſeptẽ agnas, quas ibi ſtatuit Abrahã, vt habetur ſup. Itẽ pp iurm̃ qđ factũ eſt ibi inter ipſum & Abimelech. Itẽ pp hoc ꝙ Iſaac uocauit illũ puteũ Abũdantiã, vt hic hr̃, qđ ſonat idẽ qđ ſatietatẽ. Et ſi cõtra hoc arguat̃ ꝙ non vr̃ eſſe idẽ puteus hic de nouo factus & qui fuerat tpe Abrahę, dicẽdũ ꝙ imo, qa ſicut hr̃ in hoc c. Paleſtini obſtruxerãt puteos quos foderat Abrahã: implẽtes eos terra, & Iſaac iterũ fodit eos & iſte fuit vnus ex eis.* *Gen. 21. e*

K Eſau ue. *Hic probat̃ patiẽtia Iſaac reſpectũ ꝓprię familię, in hoc ꝙ Eſau abſq; cõſilio pr̃is, & mr̃is accepit duas vxores de genere Hetheorũ, q̃ offẽderũt aĩos Iſaac et Rebeccæ.* *Bigamia Eſau.*

MORALITER.

* † *Ineamus fœdus &c.* Et ſperamus ꝙ adhuc maiorem gratiam pręlatorum inueniemus dño concedẽte.

*In c. xxvj. vbi dicit in poſtil. Benedicent in ſemine tuo oẽs gẽtes terrę.*

ADDITIO I.

¶ In hoc loco vbi dicitur, Benedicentur in ſemine tuo, ponitur in hebraico verbũ benedictionis omnino ſimile illi quod ponitur ſupra ca. xxij. quod quidem verbum ſecundum hebraicam veritatem intellectum ſignificat, quòd ille in quo alij benedicentur ſit cauſa principaliter effectiua illius benedictionis, quod nulli purę creaturæ conuenit prout ibi fuit expoſitũ, & ideo nullo modo poteſt intelligi niſi de Chriſto. Et ꝙ hęc ꝓmiſſio ſit oĩno conformis ꝓmiſſioni factæ Abrahæ in immolatione Iſaac ſuprà, & in ea fundetur inſinuat in tribus. Primò cũ pręmittit intentionẽ primi iuramenti ſcilicet facti tẽpore immolationis: & hoc cũ dicit, Complens iuramẽtũ qđ ſpopõdi Abrahæ patri tuo &c. Secundò, quia cũ reddit rationẽ huius magni ꝓmiſſi, ſubdit, Eo ꝙ obedierit Abrahã voci meę qđ oĩno concordat rõni redditę tpe p̃dicti iuramẽti. Ibi. n. dictũ fuit Abrahæ, Eo quod obediſti voci meę. Tertiò qa hic nõ dicit̃, Et benedicẽtur in te & in ſemine tuo ſicut ſuprà dixerat ſed dixit, Benedicent̃ in ſemine tuo, ſicut ſup. & ĩ alijs authoritatib. eidẽ correſpõdẽtibus ꝓut dictũ fuit in additione: ſupra eo. c. vñ hic non habet locũ expoſitio hebręorũ, vt largius fuit expoſitũ in additione prædicta. *Gen. 12. Gen. 22. c Gen. 22*

*In eo. c. xxvj. vbi dicitur in poſt. Vidit eum iocantem cum Rebecca.*

ADDITIO II.

¶ In hoc loco in hebraico ponit̃ hęc dictio מְצַחֵק mezahek omnino ſimilis illi quę poſita fuit ſupra cum de Iſmahel ageretur, quæ quidem dictio licet habeat plura ſignificata (ſignificat enim riſum gaudium, & ludum, ſimiliter & deriſionem) nũquã tamẽ ſignificat coeuntem, vt in additione ſupra prædicto ca. fuit dictum: vnde trãſlatio noſtra ſe bene habet quę dicit, Vidit eum iocantem, & debet exponi prout in poſtilla in ſecunda expoſitione. *Gen. 21. e*

GLOSSA ORDINARIA. Cap. XXVII.

*a Enuit autem.* Hyppolitus martyr. Iſaac portat imaginem Dei patris, Rebecca Spiritus ſancti; Eſau populi prioris & Zabuli; Iacob eccleſiæ & Chriſti; Senectus Iſaac conſummationem mundi; Oculi caligantes, perijſſe fidem de mundo, & religionis lumen neglectum eſſe ſignificant. Quia filius maior vocatur acceptio eſt legis Iudæorum. Quia eſcas eius & capturam dilexit pater, homines ſunt ab errore ſaluati, quos per doctrinam iuſtus quiſque venatur. Sermo Dei repromiſſionis benedictio, & ſpes regni futuri, in quo cum Chriſto ſunt regnaturi, & verum ſabbatum celebraturi. Rebecca plena Spirituſancto, ſciẽs ꝙ audiſſet antequam pareret, Quia maior ſeruiet minori: hæc formã gerit ſpirituſancti, quæ quod futurũ eſſe nouerat in Chriſto, ante meditabatur in Iacob, qui loquitur ad filiũ minorem, Vade ad gregẽ, & affer mihi duos hœdos optimos, præfigurans carneum ſaluatoris aduentum, in quo eos liberaret qui peccatis tenebant̃ obnoxij. Hędi enim vbique peccatores ſignificant. Duo afferri iubentur: vt duorum populorum aſſumptio ſignificetur. Teneri ſcilicet & optimi; docibiles, ſcilicet & innocentes animæ. Stola Eſau eſt fides. i. ſcripturæ Hebræorũ quę illis primò datę ſunt; quibus populus gentilium poſtea indutus. Pelles circũdatæ brachijs eius peccata vtriuſque populi, quæ Chriſtus in extenſione manuum cruci ſecũ affixit, Ipſe enim in corpore ſuo non ſua ſed aliena peccata portabat. *Vocauit*

Cap. XXVII.

a ¶ Conſummationem orbis oſtendit b ¶ Deus pater.

a SEnuit autem Iſaac, & a

a ¶ Fides de mundo perijt & lumen religionis.

caligauerunt oculi eius, & uidere non poterat:

NICO. DE LYRA. Cap. XXVII.

SEnuit autem Iſaac. *Hic conſequenter deſcribitur ordinatio ſuæ poſteritatis præponendo vnum alteri, & quia hoc fiebat per benedictionem: ideo diſpoſitio ad benedictionem primò deſcribitur: ſecundò forma benedictionis ſubiungitur, ibi, Statimq; vt ſenſit. Diſpoſitio autem iſta per tria declaratur. primò per patris expreſſionem, ſecundò per matris reuelationem, ibi, Quod cum* *Diuiſio.*

¶ audiſſet

MORALITER. Cap. XXVII.

* *a Senuit autem Iſaac &c.* Per quem ſignificatur bonus pręlatus: eo quòd Iſaac fuit patriarcha. Dr̃ tñ caligans oculis, eo ꝙ bonus pręlatus aliqñ donis & verbis adulãtiũ decipitur. Vnde dr̃ ꝙ aliquãdo

 bonus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vocauitq́, Eſau. Iſido.* Eſau venator & agricola. Iacob verò ſimplex habitabat in tabernaculis. Eſau populum Hebraicum, Iacob gentilem populum ſignificat. Iſaac verò Deum, qui vtrunque populum, illum per legem, iſtum per fidem ſibi filios fecit. Eſau agricola erat, qa Iudęus pro terrenis Deo ſeruiebat, cui non eſt dictum, vt eſſet pauper ſpiritu, mitis, pacificus, miſericors, perſecutionem patiens, vt copioſam mercedem haberet in cœlis. Sed ſi cuſtodieritis mandata mea, dabo vobis pluuias tēporibus ſuis: &c. quæ pertinent ad carnis delitias. Fuit etiā venator, quia per effuſionem ſanguinis arietum, & vitulorū & hircorū Deum placabat. Iacob ſimplex habitabat in tabernaculis: quia electi de gentibus fide, & voluntate Deo placere ſtuduerunt. Per tabernacula diuerſas per orbem eccleſias, vel diuerſos ordines intelligimus.

(E) (Super Gen. 27. Allegor.) (Iubet Iſaac Eſau ex venatione coquere pulmentū.)

b *Sume arma &c.* Iſaac diligebat Eſau, quia de venatione eius veſcebat̄. Rebecca diligebat Iacob. Iſaac Deū; Rebecca aūt preſciētiā Dei figurat, quia diligebat Deus populū Iudæorum, eo ꝙ aſſiduè eorū oblationib⁹ placabatur. Sed præſciens populū gētium multò meliorē futurū, ꝑ præſciæ ſuæ grām ampli⁹ diligebat. Eſau in venatione morāte, vt de agreſtibus aīalib⁹ cibos patri exhiberet, & benediceret: mater Iacob ad benedictionē percipiendā pr̄i applicuit: qa adhuc Iudęis in legalib. morātibus, & ad fidē Chriſti tardè adcurrētibus; mater gratia, gētiles fidē auidè ſuſcipientes, ad percipiendā bn̄dictionē Iudæis debitam obtulit. Qualiter aūt bn̄dictionis donū promeruerint teſtātur opa Iacob, quę pro bn̄dictione ſuſcipiēda geſſit.

(Ille, Eſau. Iuſſionem patris impleret, venaretur venationem, quā afferret.)

c *Dixit ſi. ſu. Iacob. &c.* Per duos hędos confeſſionē peccatorū gentilis populi: & pœnitentiā poſſumus accipere. Hędi optimi, quia cōfeſſio peccatorū, & pnīa valde eſt Deo acceptabilis. vnde Luc. Gaudiū erit in cœlo ſuper vno peccatore pe. &c. Per vnum peccatorē populū gentiū, per nonagintanouem iuſtos Iudæos intelligit qui ſibi videbantur iuſti in obſeruantia legis. vnde Lu. Vt quid iuſtificatis vos coram hominibus &c. qui in imperfecto numero ponūtur, quia nullum ad perfectum adduxit lex. *Et veſtim. Eſau. Hiero. Et in hoc loco.* Tradunt hebræi primogenitos functos officio ſacerdotum: & habuiſſe veſtimētum ſacerdotale, quo induti victimas offerebant antequam Aaron in ſacerdotium eligeretur.

(Allegor.) (F) (Luc. 15. b) (Luc. 16. d) (In q. Hebra. ſuper Gene. c. 27. to. 3. Hiſtoricè.)

d *Parauit illa ci. Iſido.* Per delectabiles eſcas, quæ de hędis præparātur Iſaac, intelligimus pniæ opera, de qbus dicitur Matt. Facite fructus dignos pęnitentiæ. Veſtes valde bonæ quas Eſau. i. Iudęi domi reliquerat, optima legis pcepta (verbi grā) Diliges dn̄m Deū tuum &c. & alia ſine quibus nemo pōt eſſe iuſtus. Has Iudæi domi. i. in vete. teſt. reliquerant, quia ſeruare nolebāt. His gentilis ornatus, ad Deū patrē cū cibis bonorū operum perrexit. cum cibis autē panes obtulit, per panes ſæpe verbū Dei intelligimus. Bn̄ aūt ad Deū cū cibis bonorū operū pergit, q alios quoſcūq; pōt ad bona opa monere nō deſinit. Mr̄ hœdinis pellibus manus Iacob & colli nuda protexit. Pellis .n. cū ab hœdo ſubtrahitur, remanet caro vnde cibus delectabilis cōficitur: & cum à peccatore vitia detrahuntur, bonum naturæ cum ratione apparet, quæ ſi fide coquantur, delectabiles cibi ex bono naturæ Deo præparātur. Per collum in quo ſuperbia apparet, mētis elatio ſignat̄. Per manus

(Super Gen. c. 27. Myſticè.) (Matth. 3. b)

¶ Ad accipiendam legem.

a vocauitque Eſau filium ſuum ma- †

a ¶ Populum priorem.

iorem, & dixit ei: Fili mi? Qui reſpondit: Adſum. Cui pater; Vides, inquit, quòd ſenuerim, & igno-

b rem diem mortis meæ: Sume ar- a ma tua, pharetram & arcū, & egre-

a ¶ Homines ab errore ſoluendos iuſtus venator docendo.

dere foras. Cumque vēnatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut uelle me noſti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequàm moriar.

a ¶ Præſcientia. ¶ Patientia. ¶ Spiritus ſanctus.

Quod cum audiſſet Rebecca, & il- b le abiiſſet in agrum ut iuſſionem

a ¶ Quia audierat antequam pareret, Maior ſeruiet minori.

c patris impleret, dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coràm Domino antequam moriar. Nunc ergo, fili mi, acquieſce conſiliis meis: & per- c

a ¶ Peccatores de duobus populis.

gens ad gregem, affer mihi duos

a ¶ Docibiles.

hœdos optimos, ut faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter ueſcitur. Quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priuſquam moriatur. Cui ille reſpondit: No- d

a ¶ In hebræo Seir, unde poſtea montes Seir dicti ſunt. & regio in qua verſabatur.

ſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis. Si attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi uoluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionē pro benedictione. Ad quem mater, In me ſit, ait, iſta maledictio e fili mi, tantum audi uocem meam, & pergens, affer quæ dixi. Abiit & f

d attulit, deditque matri. Parauit illa g cibos, ſicut uelle nouerat patrem

a ¶ Fide & ſcripturis hebræorum.

e illius, & ueſtibus Eſau * ualde bo- h nis, quas apud ſe habebat domi,

a ¶ Peccata utriuſque populi. quæ Chriſtus extenſis manibus ſecum affixit cruci.

induit eum, pelliculaſq; hędorum i circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit.

* Quibus illatis dixit: Pater mi? At ille reſpondit: Audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego k ſum primogenitus tuus Eſau: Feci ſicut præcepiſti mihi: Surge, ſe-

NICO. DE LYRA.

G

¶ *audiſſet Rebecca. tertiò, per filij præparationem ibi. Abijt et attulit Circa primum dicit.* Senuit autem Iſaac. *Appropinquabat enim terminus vitæ ſuæ, & ideo tempus erat ordinandi de ſua poſteritate.*

a Sume ar. &c. *Quia filius recipiens benedictionem debebat prius patri facere obſequium & ſeruire in menſa, & patet litera.*

b Quod cum au. Rebec. *Hic conſequenter deſcribitur diſpoſitio Iacob ad benedictionē per reuelationem matris reuelantis ipſi Iacob verba patris: vt benedictio illa ad Iacob transferretur, quia ſciebat quòd ei debebatur, vt ſup. dictum eſt.*

c Et pergens &c. *Quia erat ſatis propè, & inde poterat habere cibū ante reditum Eſau.*

d Noſti quòd Eſau &c. *Id eſt per totum corpus ad modum pellis hiſpidus, vt ſup. dictum eſt. & ideo per hoc timebat deprehendi à patre & ſic maledici.*

e In me ſit &c. fili mi. *Nunquam accidet hoc. confidebat enim quòd Deus aliter diſponeret: vt verbum ſuum impleret.*

f Abijt & attu. *Hic conſequenter deſcribitur diſpoſitio ad benedictionem per præparationem filij, quæ quidē præparatio fuit Primò in cibi offerendi decoctione, cum dicitur,*

g Parauit illa ci. &c. *Secundò in filij compoſitione, cum dicitur,*

h Et veſti. &c. *Sicut enim ſupra dictum eſt, vſque ad legem datam tempore Moyſi primogeniti erant ſacerdotes, & ideo habebant veſtes ſpeciales pretioſas, & odoriferas, quibus induti in magnis ſolennitatibus offerebant oblationem domino.*

i Pelliculaſq; hę. cir. ma. *Fecit enim quaſi chirothecas: vt aptarentur figuræ manus.*

k Ego ſum Eſau primoge. tuus. *Ra. Sa. vt excuſet Iacob de mendacio, ſic punctuat hāc literam. Ego ſum, ſcilicet qui apporto tibi cibum. Sed Eſau eſt primogenitus tuus. Sed iſte manifeſtè corrumpit ſenſum; nec tamen per hoc habet intentum: quia quacunque arte uerborum aliquis fallat alium, à mendacio non excuſatur ſecundum Aug. & ideo aliter dicitur & melius. Licet .n. Iacob non eſſet Eſau in perſona, erat tamen in officio & dignitate quantum ad ius primogenituræ, vt ſuprà declaratum eſt. Et ex hoc debebatur ſibi benedictio, & ideo quando dixit, Ego ſum Eſau primogenitus tuus. ſ. quantum ad dignitatem primogenituræ verum dixit, quia ſic quæſtio Iſaac debebat intelligi, quia quærebat de eo cui benedictio debebatur. propter quod non decepit patrem, licet pater non ſic intellexerit: & tali modo loquendi vſus eſt ſaluator Mat. de Iohanne dicēs. Ipſe eſt Helias & ſic etiam exponenda ſunt alia verba Iacob, in quibus loquitur tanquam eſſet Eſau, & facta eius. Sciendū tamen, ꝙ non videtur mibi magna neceſſitas excuſandi patres ve. te. à mendacio maximè officioſo, ſicut hic & pluribus alijs locis, quia certum eſt ꝙ apoſtoli fuerunt multo perfectiores eis, & tn̄ nō fuerunt immunes à peccato veniali, vnde dicit Ioan. Si* ¶ *dixerimus,*

H

MORALITER.

* bonus dormitat Homerus. Exēplū de Dauid qui verbis, & factis adulatorijs Sibæ intantū deceptus fuit: ꝙ medietatē hęreditatis Miphiboſeth ſibi dedit. Reg. Et ſic contingit quòd aliquādo prælatus deceptus ſtudet ad ꝓmotionē malorū ī pręiudiciū bonorū, qd notatur cum ſubditur, † *Vocauitq́ Eſau &c.* Ad hoc enim eum vocauit, ut benedictionem ipſi Iacob debitam ſibi daret.

b *Quod cum audiſſet Reb.* Per quam ſignificat̄ eccleſia prælati ſponſa, propter quod exemplo Rebeccæ debet modos & uias quærere quibus impediantur promotiones iniuſtæ, & indignæ, & fiant iuſtę & bonę; ſicut Rebecca bn̄dictionē Eſau prudēter impediuit, & ſic Iacob illam accepit: & cū bonus prælatus hoc aduertit; ſibi nō diſplicet, ſed magis placet: pp quod Iſaac aduertens domini uoluntatem, benedictionem Iacob non reuocauit, ſed magis confirmauit dicens, Benedixique ei & erit benedictus.



manus opera. Collum hœdinis pellibus circundat qui ad elationem deponendam & humilitatis cuſtodiam habendam, peccata præterita ante oculos mentis ſępe producit.

A

a *Quomodo in. &c. Hypol.* Quærit Iſaac à Iacob, cur tā citò venerit admiratus. ſ. velocem credentium fidem. Cibi delectabiles offeruntur, quia hoſtia Deo placens, ſalus peccatorū. Quia poſt eſum ſeqtur benedictio: & eius odore perfruit̄, virtutē reſurrectionis & regni apertè pronūciat. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. hæc eſt benedictio. Odore nois Chriſti, ſicut ager, mūdus impletur. Bn̄dictio eſt de rore cœli .i. pluuia diuini verbi, & de pinguedine terræ. i. cōgregatione populorū: multitudine frumēti & vini, hęc eſt multitudo q̄ colligit de ſacro corporis & ſāguinis ſui. Illi ſeruiūt populi. i. gētiles cōuerſi. Ipſum adorant tribus, populi ꝑ circūciſionē cōuerſi credentes. Ipſe eſt dn̄s fratrū ſuorū .i. Iudæorū. Ipſum adorāt filij matris eius: quia ſecundum carnē natus eſt ex ea Ipſum qui maledixerit, maledicetur, & qui benedixerit, benedicetur: Chriſtus ex ore populi patrem ignorantis benedicitur, id eſt veraciter dicitur: ſed à Iudæis alius benedici putatur qui ab errantibus expectatur.

b *Quos cum oblatos com. &c.* Poſtquam Iſaac cibum ſumpſit, Iacob obtulit ei vinum: Sic per cibū actiuæ vitæ opera deſignātur: per vinum quod mentes alienat, contemplatiua accipitur, quæ ab amore ſæculi mentes electorum alienas facit. Poſt cibum, & potum Iacob benedicitur: quia illi benedictionem cœleſtem à Deo percipiunt: qui eum vſque in finem bonis operibus placare ſtudent.

c *Benedicens. ait Greg.* Alter ad venādū mittitur, vt benedicat̄: alter per ſuppoſitionē matris à pr̄e benedicitur. Quis paruulorū in facto iuſtorū, non iuxta ſacrę lectionis hiſtoriā paſcitur? Videri autē pōt: quia Iacob primogeniti benedictionē non per fraudē ſurripuit: ſed debitā accepit quā à fratre cōparauit. Allegoricè vero Iſaac maioris filij venatione veſci cupit, quia omnipotens Deus Iudæorum bona operatione paſci voluit: ſed illo tardante minorem Rebecca ſuppoſuit: quia dū Iudaicus populus bona opera foris quærit: gētilem mater gratia introduxit: vt omnipotēti patri cibū boni operis offerret: & benedictionē maioris acciperet. Cibū ex domeſticis aīalibus præbuit: qa gentilis populus de exterioribus ſacrificijs placere nō quærens dicit cū Pſal. In me ſunt Deus vota tua: quæ reddā laudationes tibi. Iacob manus brachia & collū hœdinis pellibus texit, qa hœdus ſolet ꝓ peccato offerri, & gentilis populus dū ſe peccatorē cōfiteri nō erubeſcit, carnis ī ſe peccata mactauit. Veſtimentis maioris induitur: quia ſacræ ſcripturę pręceptis (quę maiori populo data ſunt) in bona operatione veſtitur: & eis minor in domo vtitur; q̄ maior foras exiens reliquit intus. *Greg. All.* Iſaac caligātibus oculis Iacob filiū neſciens benedixit, quæ vētura erāt ꝓuidit: & q pn̄s aſſiſteret: neſciuit. Cōſtat .n. quia Iudęi, q plene legē didicerūt: aduētū Chriſti cognouerūt, vnde Marth. Herodes à principibus ſacerdotū inquirit, vbi Chriſtus naſceretur, cui protinus reſponderunt, In Bethleē. Prius ergo nouerant, quē paſſionis tp̄e cū deſpicerēt ignorabāt, quorū notitia prior & ignorantia poſterior in Iſaac caligante ſignatur: q dū Iacob benediceret: qd in futuro ei eueniret præuidebat: ſed ꝙ pn̄s aſſiſteret neſciebat. Sic Iudæorū populus ꝓphetiæ myſteria accepit: ſed cęcos oculos in cōtēplatione tenuit, qa pn̄tē nō vidit de quo multa in futuro ꝓuidit. An̄ ſe .n. poſitū cernere nō valuit, cuius aduentus potētiā longe an̄ nūciauit. *Greg.* Iſaac filiū neſcit quē benedixit ſcdm illud Pſal. Populus quē nō cognoui, ſeruiuit mihi &c. pn̄tem nō vidit: & vētura ei ꝓuidit, qa omnipotens Deus, cū per ꝓphetas prędiceret gētilitati pręrogādā gratiā, in pn̄ti per gratiā non vidit, quā tūc in errore reliquit: & tn̄ quia hāc ꝑ gratiā benedictionis collecturus erat ꝓuidit. Vnde: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. Ager enim mundus eſt. Et quia electorū populus in toto mūdo virtutibus redolet; odor filij odor eſt agri pleni. Aliter em̄ olet flos vuę, qa magna eſt virtus & opinio ꝓdicatorū, q inebriant mētes audientiū: Aliter flos oliuæ, qa ſuaue eſt opus miſericordiæ, qd refouet & lucet: Aliter flos roſæ: quia mira eſt fragrātia quæ rutilat & redolet ex cruore martyrum: Aliter flos lilij, quia candida vita carnis de incorruptione virginitatis: Aliter flos violæ, quia magna eſt virtus humilium, qui vltima loca tenētes per humilitatē, ſe à terra in altum ſubleuant, & cœleſtis regni purpuram in mente ſeruant: Aliter redolet ſpica cū ad maturitatem perducitur: quia bonorum operum perfectio ad ſatietatē eorum, qui iuſtitiā eſuriunt pręparatur. Quia verò gentilis populus in electis per mundum ſparſus: virtutibus ſuis oēs qui intelligunt replet odore bonæ opinionis: rectè dicitur, Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni: cui &c. Sed quia virtutes ex ſe non habet: rectè additur, Cui benedixit dominus. Et quia per quoſdam in contemplationem ſurgit, per quoſdam in actiuæ vitæ opera pingueſcit: Sequitur,

d *Det tib. Deus de rore cæli &c.* Ros deſuper & ſubtiliter cadit, & toties de rore cęli accipimus, quoties per infuſionem contemplationis intimæ, de ſupernis aliquid tenuiter videmus. Cum verò bona opera per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur.

e *Abundantiam fru. &c. Iſido.* Hæc eſt multitudo quam colligit de ſacramento corporis, & ſanguinis ſui.

a *Venit*

(B) (C) (D) (In Mora. l. 35. vt ſup. c. 7. to. 1. Allegor. Matt. 2. a) (Lib. 2. ſuper Ezechielem homilia 6. 1. 2. Pſal. 17. g.) (22. q. 2. ca. quæritur. de duor. ca. gaudemus.) (Oſculatur filiū Iſaac.) (Iſaac benedicit ipſū Iacob, cunctaq; precatur ei à Deo proſpera.) (Super Gen. c. 27.)

de & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rur-

a ¶ Velocem fidem credentium miratur.

a ſumq; Iſaac ad filium ſuum: Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit: Volun a

a ¶ Etiam mundi conuerſionem deſignat.

tās Dei fuit, vt citò occurreret mihi, quod volebā. Dixitq; Iſaac: Accede b ad me, vt tangā te, fili mi, & probē vtrū tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad patrē, & palpato eo, dixit Iſaac: Vox qdē, vox Iacob eſt, c ſed manus, manus ſunt Eſau. Et nō d cognouit eū, quia piloſæ manus ſimilitudinē maioris expreſſerant. Be e nedicēs ergo illi, ait: Tu es fili⁹ meus f Eſau? Reſpōdit: Ego ſum. At ille: Af-

a ¶ Cibus Deo placitus eſt peccatorum ſalus.

fer mihi inquit cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima

b mea. Quos cū oblatos comediſſet, obtulit ei ēt uinū. Quo hauſto, dixit

a ¶ Reconciliationem mundi ſignificabat: quam deſiderabat eccleſia dicens: Can. 1. a. Oſculetur me oſculo oris ſui.

ad eum: Accede ad me & da mihi oſculū fili mi. Acceſſit, & oſculatus

a ¶ Virtutum.

eſt eū. Statimq́; vt ſenſit veſtimēto- g

c rū illius fragrantiam, benedicēs illi,

a ¶ Odore nominis Chriſti mundus impletur.
b ¶ Sanctorum virtutibus mundus impletur.

ait: Ecce odor filii mei, ſicut odor

d agri pleni, cui benedixit dn̄s: Det ti- h

a ¶ Pluuia diuini verbi. ¶ Contemplatione. b ¶ Congregatione populorum. ¶ Bonis operibus.

bi Deus de rore cęli, & de pinguedi

a ¶ Charitatis.

e ne terrę: abundantiam frumenti &

a ¶ Feruoris in noua conuerſione. b ¶ Gentiles cōuerſi.

uini: * ſeruiant tibi populi, & ado-

a ¶ Iudæi. b ¶ Iudæorum vel hæreticorum. de quibus dicitur Can. 1. b. Filij matris meæ pugnā. &c.

rēt te tribus. Eſto dominus fratrum

a ¶ Adorando.

tuorum, & incuruentur ante te filii

a ¶ Plebis Iudaicæ. b ¶ Hoc fecerunt qui dixerunt, Dæmonium habes.

matris tuę. † Qui maledixerit tibi,

a ¶ Æterna hereditate priuatus b ¶ Qui corde & ore dixerit: Benedictus qui venit in nomine domini. Matth. 21. a

ſit ille maledictus: et q benedixerit

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus: & multò minus patres ve. te. fuerunt immunes a peccato veniali, maximè quia plures eorum leguntur peccaſſe mortaliter, & enormiter: ſicut Dauid in adulterio Berſabee, & homicidio Vrię patriarchę etiam ex odio: & inuidia, vendiderunt Ioſeph fratrem ſuum in Aegyptum.*

a Voluntas Dei fuit &c. *Quia ex ordinatione diuina mater miſit eum ad gregem; vnde citò poterat habere cibum pro patre.*

b Accede huc, vt tāgam te &c. *Quia non cognoſcebat eum per viſum voluit eum probare, & cognoſcere per tactum.*

c Vox quidē &c. *Licet enim caligaſſent oculi eius, & videre non poſſet: tn̄ clarè audiebat. & ad vocē videbatur Iacob: ad tactum Eſau. Veruntamē quia ſenſus tactus in hominibus certior eſt, quā ſenſus auditus, quia homo in tactu excellit omnia aīalia, vt dicit Ariſto. In auditu aūt excellit̄ à multis aīalibus, iō iudicauit magis ſcd̄m tactū q̄ ſcd̄m auditū.*

d Et non co. &c. *In probatione per ſenſum tactus.*

e Benedicens ergo illi. *Ideſt benedicere volens.*

f Ait: &c. *Hoc non interrogabat quaſi amplius dubitās, ſed vt pręcipiat ſibi obſequium, quo pacto procedat ad benedictionem, & patet littera.*

g Statimque &c. *Hic conſequenter deſcribitur forma benedictionis, vbi ſic proceditur, quia primò deſcribitur ipſius Iacob benedictio. Secundò benedictionis confirmatio, ibi, Vix Iſaac ſermonem ſuum impleuerat. Tertiò Eſau querulatio: ibi, Auditis Eſau ſermonibus. Quartò contra Iacob machinatio, ibi, Oderat ergo. Quintò matris obuiatio, ibi, Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ. Quantum ad primum ſcilicet formam benedictionis, primò imprecatur filio bona temporalia, quia ex ſenſibilibus terrenis intellectus humanus ducitur ad ſpiritualia & æterna, & quantum ad hoc dicitur,*

h Det ti. &c. *Ex influētia .n. corporis cęleſtis tāquā ex cauſa efficiēte, & ex bona diſpoſitione terrę, tanquā ex cauſa materiali, ſequitur multiplicatio terrę naſcentium. Secūdò imprecatur ei honorē & excellentiā, cum dr̄, Seruiant tibi po. & ad. te tribus &c. Tertiò aliorum beniuolentiam:*

(Diuiſio.)

e Bene-

¶ Cum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Venit Eſau &c.* Serò Eſau ad patrem reuertitur, quia prior populus in fine conuertetur, vnde Pſal. Conuertentur ad veſperam & famem patientur vt canes. & circumibũt ciuitatem. Et alibi, Aperuerunt ora ſua, ſicut comedens in abſcondito.

b *Expauit Iſaac.* Benedictionẽ repromiſſam repetente maiore filio expauit Iſaac, & alium pro alio ſe benedixiſſe cognouit: nec indignatur cognito ſacramento, ſed confirmat benedictionem di. & benedixi eum & benedictus eſt. Hæc eſt prima benedictio Iſaac minori populo Chriſtianorum data. Sed nec maior filius omnino deſpectus, quia cum intrauerit plenitudo gentiũ, tunc omnis Iſrael ſaluus erit. Cuius ſecundæ benedictionis prophetia eſt. In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper. e.b.t. In pinguedine terræ, ideſt in fœcũditate rerum, & potentia regni, quæ in illo populo fuit, & in rore cęli .ſ. eloquijs Dei. Ipſis enim eloquia Dei credita ſunt & legis teſtamenta. Viues in gladio quia ſanguini populus ille deditus necem in Chriſto & prophetis exercuit. Et ſeruies fratri tuo minori, id eſt populo Chriſtiano: Tẽpusque veniet cum excutias & ſoluas iugum eius de.c.t. cum ſcilicet per cognitionem fidei, & gratiam Chriſti cõuerſus depoſueris onus legis, quãdo tũc non ſeruies minori, ſed per fidem frater vocaberis.

b *Expauit Iſaac &c.* Vt quædam mentis alienatio ſequeretur, quæ extaſis dicitur, quæ in magnarum rerum reuelationibus fieri ſolet. Vnde intelligendum eſt ſpiritualiter admonitũ eſſe Iſaac, vt cõfirmaret benedictionem in Iacob, cui potius iraſcendum fuit, quia patrem fefellit. In Adam quoque extaſis præceſſit antè quàm diceret, Erũt duo in carne vna; quod eſt magnum ſacramentum in Chriſto, & in eccleſia.

c *Benedixitq; ei &c. Alchuinus.* Si iuſti viri voluntas bona eſt, quid eſt quod Iſaac nõ Eſau quem voluit ſed Iacob quẽ noluit, benedixit? Iuſti hominis quantum ad conſcientiam voluntas bona eſt, Deus vero ſolus de futuris Iudicat. Iſaac humano more filium maiorem benedicẽdum putauit: ſed Deus qui occultorum eſt cognitor, minorem dignũ benedictione oſtendit, vt non hominis oſtenderet eſſe benedictionem, ſed Dei. Ideo in Numeris ad Moyſen & Aaron ſacerdotes dicitur, Ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, ego Dominus benedicam eos. Sacerdotis eſt benedicere: Dei effectum tribuere. Vt autem intellexit Iſaac per ſpiritum prophetiæ: benedictionem minori deſtinatam ait, Benedixi, & erit benedictus.

d *Iuſte vocatum eſt nomen eius Iacob, Supplantauit &c. Hieron.* Iacob ſupplantator interpretatur. Ab eo igitur quòd fratrem antè deceperit alluſit ad nomen, qui ideo ante Iacob vocatus eſt quòd in ortu plantam fratris apprehendit.

e *Et fratri &c.* Quia Idumæi tributarij fuerũt Iſrael, qui Iacob vocatur.

f *Tempusq; veniet, cũ excutias & ſoluas iugum eius &c.* Hoc impletum eſt quãdo rebellauerunt Idumęi, ne eſſent ſub Iuda. *Tempusq; ve. &c.* Quaſi Iudaicus populus à ſeruitute peccati in fine liberabitur; vt Cũ plenitudo gentiũ intrauerit, oĩs Iſrael ſalu⁹ fiet, Ro.

g *Dixitq; in corde ſuo.* Cũ ſcriptura dicat, Eſau in corde ſuo de morte fratris tractaſſe: quomodo vel à quo ſũt hæc nunciata Rebeccę? Sed datur intelligi, quod ei diuinitus omnia reuelabantur. Propter inſanabile odium Iudæorum per ſpiritum conſilij præceptum eſt apoſtolis, vt relicta Iudea tranſirent ad gentes.

*Vocauit*

Pſ. 58. b — Reuerſus a venatione Eſau affert cibos patri. — Triſtatur Iſaac. — Eſau clamans rogat etiã ſibi benedici. — Hebr. 12. e — De pe. diſ. 3. c. Iudas. — Gen. 2. d — Iſaac benedicit ipſũ Eſau. — Num. 6. d — Eſau odit iuſtum Iacob & mortem minatur. — Rom. 11. c

*a Præſentibus & futuris.*

tibi, benedictionibus repleatur. Vix Iſaac ſermonem impleuerat, & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctoſque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filii tui, ut benedicat mihi anima tua. Dixitq;

*a Manifeſtato enim & confirmato nouo teſtamento, iam ignoratur ueteris umbræ cultor.*

illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui reſpondit: Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore uehementi, & ultrà quam cre-

*a Quantus quàm prudens, qui nullo labore ſuo de meritis gloriatus eſt.*

di poteſt admirans, ait: Quis igitur ille eſt, qui dudum captam uena-

*a Gratanter accepi omnia bona quæ mihi retulit.*

tionem attulit mihi, et comedi ex omnibus priuſquàm tu uenires?

*a Reuelato ſibi ſacramento benedictionem confirmat. b Benedicenti me. c Immobiliter.*

Benedixiq; ei, & erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus patris,

*a Adhuc dolet prior populus primatum ſibi eſſet præreptum. a Alias irrugit.*

irrugiit clamore magno & con-

*a Et ſi non æterna, vel præſenti benedictione.*

ſternatus, ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait: Venit ger-

*a In figura & ſacramento.*

manus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille ſubiunxit: † Iuſtè uocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit n. me

*a Primogenita noſtra ſunt, Fides, Spes, Charitas, in quibus dolet Iudaicus populus Chriſtianum populum ſibi eſſe prælatum, & quòd ei pręeminet in altitudine temporalium.*

en altera uice. Primògenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam: Rurſumq́ue ad patrem: Nunquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac: Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento & uino † ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, fili mi, ultrà quid faciam? Cui Eſau, Num unam, inquit, tantum benedictionem habes pater? Mihi quoq; obſecro, vt benedicas. † Cumq́ue eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum. In pin-

*a Rerum omnium copia. b Scripturarum ſcientia, qua compluitur adhuc ille populus.*

guedine terræ, & in rore cęli deſup

*a Crudeliter Prophetas, & apoſtolos perſequendo.*

erit benedictio tua. Viues ĩ gladio,

*a Chriſtiano populo.*

* & fratri tuo ſeruies, tpsq; veniet,

*a Per agnitionem fidei. b Legis.*

cum excutias & ſoluas iugũ eius de

*a Interim.*

ceruicibus tuis. Oderat ergo ſemp

*a Iudaicus populus. b Chriſtum & ſuos.*

Eſau Iacob pro benedictione, qua

*Deo qui omnia videt.*

bñdixerat ei pater: dixitq; in corde

## NIC. DE LYRA.

cum dicit, *Qui maledixerit tibi &c. Cõſiderandum tamen, quòd per iſta intelliguntur bona ſpiritualia & æterna tanquã principaliter intẽta, ſicut ſup. dictũ eſt. Conſiderandũ etiam, quòd iſta non ſunt impleta in perſona Iacob, quia quamdiu vixit fuit minus potens ipſo Eſau, propter quod ipſum valde timuit, vt habetur inf. Impleta ſunt tamẽ in poſteris ſuis quia tẽpore David & Salomonis, Idumęi ſeruierunt filijs Iſrael; ſed perfectius impleta ſunt in Chriſto, cui poteſtates nõ ſolum terrenæ, ſed etiam cęleſtes ſunt ſubditæ ſecundũ quod ipſe dicit Matth. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*

a Vix Iſaac. *Hic cõſequẽter deſcribitur prędictæ benedictionis confirmatio quia egreſſo Iacob à patre, & ingrediente Eſau pro benedictione cõſequẽda, et veritate comperta, Iſaac benedictionem non retractauit ſed magis confirmauit. & patet littera vſque ibi,*

b Expauit Iſaac ſtu. vehe. &c. *Dicunt Hebræi quòd Iſaac auditis prædictis voluit retractare benedictionem Iacob, ſed tũc ex uoluntate Dei vidit gehennam apertam & ſibi paratam, ſi retractaret: propter quod expauit, & non retractauit, ſed magis confirmauit. Doctores autẽ catholici dicũt, quòd Iſaac raptus fuit in extaſi, & cognouit quod illud quod factum fuerat circa Iacob: erat de voluntate, & ordinatione Dei, quòd latuerat ipſum tunc, propter quod admirans, & ordinationi diuinæ obtemperans, confirmauit benedictionem dicens, Benedixiq; ei & erit benedictus: ſubditur,*

c Auditis Eſau. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Eſau querulatio, eo quòd frater ſuus benedictionem habuerat, & aliam benedictionem petebat, dicens,*

d Benedic etiam &c. *Ac ſi diceret, ita potes ſicut ante benedictionem Iacob.*

e Qui ait: *Se excuſando, quia voluntatem Dei cognouerat de Iacob.*

f Ve. germanus tuus frau. &c. *Hebręi dicũt prouidenter, quia dictio hebraica quæ eſt ibi, eſt æquiuoca, & aliquando accipitur pro dolo, & aliquando accipitur pro prudentia ſeu bona cautela, & ſic debet hic accipi. Sciebat enim iam Iſaac, quòd de voluntate & ordinatione diuina receperat benedictionem ut dictum eſt; & ideo eius factum non poterat imputari fraudi propriè.*

g Primogenita mea ante tulit: & nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam. *Falſum dicit, quia voluntariè vendidit ea, vt patet ex prædictis: & per conſequens non ſurripuit benedictionem alienam, ſed ſibi debitam cautè accepit.*

h Rurſumq́ue ad patrem: *vt extorqueret ab eo benedictionem. Sequitur,*

i Motus Iſaac, *Pietate propter fletũ Eſau: dixit ad eum, In pinguedine terræ & in rore cœli deſuper erit &c. id eſt in abundantia terræ naſcentium, quæ cauſantur ex iſtis duobus, vt dictum eſt,*

K Viues in gladio: *Quia fuit homo bellicoſus.*

l Et fratri tuo ſeruies, *Hoc impletum fuit quando David fecit Idumæam ſibi tributariam. Regum. vt iam dictum eſt ſup.*

m Tempusq́ue veniet: cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. *Hoc impletum eſt quando Idumæi rebellauerunt ne eſſent ſub Iuda. Regum.*

n Oderat ergo &c. *Hic conſequenter deſcribitur machinatio Eſau contra fratrem.*

o Dixitq́ue in corde: *Scilicet machinationes contra eum concipiendo.*

a Venient



## NICO. DE LYRA.

A a Venient &c. *Nolebat enim hoc facere viuente patre, ne incurreret odium eius, & malediceretur ab eo.*

b Nunciata &c. *Hic conſequenter ponitur matris obuiatio, cum dicitur, Nunciata ſunt hec. Ex quo patet quòd Eſau prędictam machinationem non ſic celauit in corde ſuo, quin appareret exterius in ſignis & verbis.*

c Quæ mit. &c. *vt induceret eũ ad dandum locum iræ, & recedendũ ad tẽpus. Sequitur,*

d Cur vtroq. &c. *Ac ſi di. ſi inuadat te, poterit eſſe ꝙ ambo eritis interfecti, vel ſi vnus remaneat, oportebit quòd ſit fugitiuus à me.*

e Dixit quoque Reb. &c. *Quia Iacob non poterat conuenienter recedere ſine ſcitu patris, ideo Rebecca conuertit ſe ad inducendũ Iſaac, vt mitteret Iacob filium ſuum ad Laban, vt ibi acciperet vxorem di.*

f Tędet &c. *Ideſt propter vxores Eſau. non autem dixit ipſi Iſaac aliam cauſam ſcilicet de machinatione Eſau in mortem Iacob, ne in ſenectute ſua nimis affligeretur.*

g Si acce. &c. *Ac ſi di. ſi diligis vitã meam mitte eum ad domum fratris mei, vt ibi accipiat vxorem.*

Hæc verba Eſau filij ſui manifeſta ſunt ipſi. — Minatur, cõſolatur ſe propter te Iacob.

*a Vel veniant*

ſuo, Venient dies luctus patris mei,

*a Vt. b Chriſtum quem crucifixit, & diſcipulos eius.*

et occidam Iacob fratrem meum.

*a Diuinitus, quãuis in cogitatione dicta. Vnde ad magnũ pertinet myſteriũ ꝙ minorem pro maiori benedici voluit.*

Nunciata ſunt hæc Rebeccæ: quæ

*a Alias timens.*

mittens, & uocans Iacob filiũ ſuũ, dixit ad eum: Ecce Eſau frater tuus minatur, ut occidat te. Nunc ergo fili audi uocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum

*a Syriam. Alias Tharſan. b Propter prædicationem euangeli in gentibus.*

in Haran, habitabiſq; cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturq́ue eorum, quæ feciſti in eũ: poſtea mittã, & adducã te inde huc. Cur utroque orbabor filio in uno die? Dixit quoque Rebecca ad Iſaac: Tędet me uitę meæ ꝓpter filias Heth: Si acceperit Iacob uxorẽ de ſtirpe huius terrę nolo uiuere.

*In c. xxvij. vbi dicitur in poſtilla, Senuit.*

### ADDITIO I.

Hæc hiſtoria non vr̃ intelligenda ſic, ꝙ Iſaac appropinquãte termino vitæ ſuæ de ſua poſteritate ordinaret, ſicut teſtatores ſolent facere ſuas vltimas volũtates oſtendẽdo. Nec ẽt legitur ꝙ filius recepturus benedictionẽ à patre, prius ei faceret obſequiũ in menſa & hmói, prout poſtillator ait, nullã auctoritatẽ ad hoc allegando, nec ẽt ſufficientẽ rõnẽ: ſed iſta ſunt ꝓpheticè intelligenda, eo modo quo Iacob appropinquante tpe mortis ſuæ filijs ſuis ait, Congregamini vt annunciem vobis quæ ventura ſunt, & Deut. & Moyſe legitur, Hæc benedictio, qua benedixit Moyſes homo Dei filijs Iſrael ante mortẽ ſuã, &c. vnde Iſaac æſtimãs Eſau eſſe primogenitũ ſuũ, & ſic eidẽ pertinere benedictionem Abrahæ & ſemini ſuo repromiſſam, incitauit ipſum Eſau ad benedictionẽ recipiendã, & vt ipſe Iſaac magis diſpoſitus eſſet ad dandã benedictionem, voluit ab ipſo Eſau recipere cibaria ſibi placita: aĩus n. ꝓphetarũ qñq; reddit̃ aptior ad ſpm̃ ꝓpheticum exercẽdũ ex ſenſibilib. ſibi bñ ꝓportionatis, vt Reg. de Heliſeo legitur. Nihilominus ĩ hoc loco nõ ſolũ verba Iſaac, ſed ẽt eius facta: ſimiliter Rebeccę & filiorũ ſunt prĩcipalr̃ figuratiua, & futurorũ pręnoſtica: vñ Aug. dicit. Qm̃ tãtus Patriarcha Iſaac anteq̃ moriat̃, q̃rit à filio venationẽ & eſcã qualẽ amat pro magno bñficio, & ꝓmittit bñdictionẽ, nullo mõ arbitremur vacare a ſigñatione ꝓphetica, maximè qm̃ feſtinat vxor ei⁹ vt illã bñdictionẽ minor accipiat, quẽ ipſa diligebat &c. in eadẽ narratione multũ mouerũt ad maiora intelligẽda vel requirenda. Hæc Aug. Vñ in hac hiſtoria ſicut in præcedenti de vẽditione primogenituræ, ratio literæ principaliter eſt figuralis, quæ autem iſta præfigurent in Gloſ. ordin. plenè tractatur.

De ſtirpe filiabus Heth quæ ſunt ſicut iſtæ de filiabus inquam. — Gen. 49. a — Deut. 33. a — B — 4. Reg. 3. a — In lib. q. no & ve. q. 4.

*In eo. c. xxvij. vbi dicitur in poſtil. In me ſit iſta maledictio &c.*

### ADDITIO II.

Hæc verba Rebeccæ aliter exponũtur iuxta literam, vt ſit ſenſus, ſi maledictio cõtingat in me erit, eo quòd induco te ad hoc: & hoc dicebat confidens de Deo, vt poſtil. di.

*In e. c. xxvij. vbi dr̃, In poſt. Quantũ ad primũ. ſ. formã benedictionis.*

### ADDITIO III.

Quidã exponũt hãc benedictionẽ ſic: vt tria p̃miſſa intelligantur merè tpalia. ſ. abũdantia victualiũ, p hoc ꝙ dr̃, Det tibi Deus de rore cęli: Excellẽtia potẽtiæ, p hoc qđ dr̃, Seruiãt tibi populi &c. Præeminentia primogenituræ, p hoc ꝙ dr̃, Eſto dñs fratrũ tuorũ Scđm verò intelligat̃ de bonis ſpũalibus; & hoc cũ dr̃, Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus: cuius rõ eſt; nã cũ maledicere aliquẽ cõiter importet optare ei malũ, optare aũt malũ ſemper eſt peccatũ, niſi proximus ſit peccator: & optet̃ ei aliqd malũ pœnæ: vt ex hoc ſequat̃ ſibi aliqd bonũ, vt D. Tom. d. Ex quo ſequitur ꝙ boni, & iuſti nunquàm ſunt maledicendi, vnde Num. Quomodo maledicam &c. & ſic tanto grauius peccat, quanto perſona cui maledicit, magis eſt amãda ſeu reuerẽda, vnde Leui. Qui maledixerit patri ſuo, morte moriatur. Exo. Principi populi tui nõ maledices. Ex hoc igitur ꝙ Iſaac ꝓpheticè maledicebat maledicentibus, Iacob intelligitur ꝙ poſteritas Iacob pręſertim ſpiritualis cui hęc benedictio principaliter dirigebatur, futura erat iuſta & virtuoſa, ſic vt ei maledicẽtes eſſent digni maledictione, & ſic ĩ iſta pticula includitur, ꝙ poſteritas Iacob debebat eſſe benedicta in ſpiritualibus, quę in virtutibus principaliter conſiſtunt: infra autẽ ubi iterum benedixit Iſaac ipſum Iacob, ulterius expreſſit quædã ad benedictionẽ gratię pertinentia: & hoc cum dicit, Et det tibi benedictiones Abrahæ & ſemini tuo poſt te &c. Et prædicto modo intelligẽda ſunt uerba quæ ſup. fuerũt dicta à Deo ipſi Abrahę .ſ. Maledicam &c.

Maledicere. — C — 2. 2. q. 76. a. 1. — Num. 23. a — Leui. 20. c — Exo. 22. b — Rebecca ipſi Iacob conſulit fugã in Meſopotamiam. — Gen. 18. — Gen. 12. a

*In eo. c. xxvij. vbi dicitur in poſtilla. Hebræi dicunt, Prouidenter &c.*

### ADDITIO IIII.

Dictio hebraica in hoc loco poſita non eſt ęquiuoca. Nihil enim ſignificat, niſi dolum, uel fraudem: vnde trãſlatio bene ſe habet, cum dicit, Fraudulenter. Sed quia dolus, vel fraus licet propriè accipiantur in malo, abuſiuè tamen quandoque accipiuntur in bono, iuxta illud Cor. Cum eſſem aſtutus dolo vos cepi, ideo hæc dictio fraudulenter, accipitur hic hoc modo ſcilicet abuſiuè, vel Iſaac forte volens ſe excuſare ab Eſau, vocauit Iacob fraudulentum quaſi in propria ſignificatione.

2. Cor. 12. c

## REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

D

IN cap. xxvij. vbi poſtilla. diſpoſitionem, benedictionem & ordinationem voluntatis vltimæ ipſius Iſaac exponit ad litteram, Burgenſ. inſtat ſicut ſupra uolens quòd totum ſit tantum figurale: ſed hoc ſatis improbatum eſt ibidem. Cum enim in littera hac nihil narretur de uirtute ſermonis falſum, nec ab ſurdum, mirandum eſt quòd Bur. contra beatũ Au. & alios ſanctos doct. hic nititur ſenſum litteralem obiicere: ſufficeret dicere quòd ſenſus allegoricus huius paſſus ſit potior, & magis à ſpirituſancto auctore ſcripturæ intentus: ex hoc tamẽ literalis ſenſus non eſt abiiciendus, niſi eſſet in eo de uirtute ſermonis abſurditas, qđ non oſtenſum eſt ſuprà. In eo. ca. diuerſitas ſurgit inter poſtil. & Bur. de littera hebraica: ubi noſtra trãſlatio habet fraudulenter, poſtil. dicit dictionem hebraicam fore ęquiuocam ad fraudem, & cautelam: & ita debere hic ſumi pro cautela, quia Iſaac inſtructus ut etiam nollet eã retractare, ſed potius confirmare eandẽ, ut dicit beatus Augu. de hac materia diuinitus (quòd ipſi Iacob debebatur benedictio à Deo) ſuprà allegatus: & Glo. non potuit rectè imponere ipſi Iacob fraudem in propria ſignificatione, ſed cautelã; ne uideretur contradicere Deo inſpiranti. Burg. autem dicit dictionem hebraicam hic non eſſe ęquiuocam, ſed ſolum ſignificare fraudem: concordat tamen in concluſione, & re cum poſtil. quòd fraus hic non debet accipi propriè, ſed abuſiuè pro cautela. De hebraicis autem litteris non iudico, ſed hoc ſcio ꝙ poſtil. dicit ſe in huiuſmodi locis uſum fuiſſe conſilio peritiſſimorũ in hebraica lingua: ut patet in fine tractatus ſui de differẽtia nr̃ę trãſlationis & hebraicę veritatis. An uerò debeamus credere ſoli Bur. ĩ hmõi: hoc remitto ad ſapiẽtes, ſufficit enim in ꝓpoſito ꝙ utrorũq; eadẽ eſt cõcluſio in re.

Gen. 25. c.

## GLOSSA ORDINARIA. Cap. XXVIII.

VOcauit itaque Iſa. &c. *Aug.* Quod habent latini codices: vade in Meſopotamiam in domum Bathuel & cæt. Græci habent, Fuge in Meſopotamiam &c. vt intelligatur etiam, Iſaac intellexiſſe, quòd Eſau de morte fratris cogitauit.

*Profe-*

In q. ſuper Gen. q. 82.

## NICO. DE LYRA. Cap. XXVIII.

VOcauit itaque Iſaac Ia. &c. *Hic conſequenter deſcribitur electio populi Dei per alium ſtipitem, ſcilicet Iacob. et primò deſcribitur vt incipiens. ſecundò vt proficiẽs. xxxj. c. tertiò vt perfectus xxxv. c.*

*Primus*

*Primus autem ſtatus ipſius in tribus oſtenditur primò in patris obauditione: ſecundò in prolis multiplicatione. xxix. cap. tertiò in poſſeſſionum acquiſitione, ibi, Nato autem Ioſeph in medio. xxx. Circa primum conſiderandum, quòd obedire patri in bonis, & licitis eſt principium totius boni. ideo primò oſtenditur qualiter adimpleuit patris præceptum.*

*Secundò*

## Cap. XXVIII.

VOCAVIT itaque Iſaac Iacob, & benedixit, præcepitq́ue ei dicens: † Noli accipere coniugem de genere Chanaan, ſed vade, & proficiſcere

## MORALITER. Cap. XXVIII.

a *Vocauit &c.* Sicut dictũ eſt ſup. per Iſaac figuratus fuit Chriſtus, cuius filius eſt per adoptionis gratiã quilibet bonus Chriſtianus, qui bene p Iacob figuratur: eo ꝙ Iacob ſupplãtator interpretat̃. bonus aũt catholicus ſupplantare vitia conatur, & tali aliquando Chriſtus inſpirat continentiæ propoſitum, & ſic vocat eum di. † *Noli acci. &c.* Qui interpretare poſſeſſio .i. ne cõtrahas carnale matrimoniũ qđ habet annexã curã poſſeſſionum. † *Sed va. &c.* ad domum Bathuel,

Præcipit Iſaac ipſi Iacob ne ducat vxorem de filiab⁹ Chanaan, cui obedit Iacob.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a Profectus vero ſide. Iacob fugiens dolos fratris, relicta domo patria & parentibus vadit in regionem longinquam, vt accipiat vxorem. Similiter Chriſtus relictis parentibus ſecundum carnē id eſt Iudęis, & patria id eſt Hieroſolima, & omnibus Iudeæ regionibus abijt in gentes, vt acciperet ſibi eccleſiam ſecundum illud Oſeæ. Vocabo non plebem meam. &c.

b Iurta ver. ... Greg. Moral. In itinere dormire, eſt in pſentis vitæ tranſitu a rerum temporalium amore quieſcere, & in dierum labentium curſu ab appetitu viſibiliũ mentis oculos claudere, quos primis parētibus ſeductor aperuit. Culpa.n. oculos cõcupiſcentiæ aperuit: quos innocentia clauſos tenebat. Angelos deſcendentes & aſcēdētes cernere, eſt ciues ſupnæ patriç cõtēplari quanto amore authori ſuo inhęreant, vel quanta cõpaſſione charitatis noſtris infirmitatibus condeſcendant. Notãdum autem, quod ille dormiens angelos conſpicit, qui in lapide caput ponit. In lapide enim ab exterioribus ceſſans interna penetrat, qui intenta mente imitationem redēptoris obſeruat, quia caput ponit in lapide, q Chriſto inhæret mente. Qui enim à præſentis vitæ actione remoti ſunt & ad ſuperna non intēdunt, dormire poſſunt, ſed videre angelos nequeunt, quia caput in lapide tenere cõtēnunt, & corpore non ſtudio dormiunt; quia caput non in lapide, ſed in terra poſuerunt. Qui plerunq; quãto ſecurius ab externis ceſſant, tanto latius immũdæ ſibi cogitationis ſtrepitũ cumulãt. vñ Thren. Viderũt eam hoſtes, & deriſerũt ſabbata eius. Præcepto enim legis ab exteriori opere in ſabbato ceſſat. Hoſtes ergo irrident, cũ ipſas vacationes ad illicita pertrahunt. Sancti ergo laborioſius dormiunt quãdo vigilant, quia in eo quòd actiones ſæculi deſerentes ſuperant, quotidie contra ſemetipſos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat; ne ſubacta otio ad ſuperna deſideria frigeſcat: ne ipſis plus iuſto deſeruiat: ne ſub diſcretionis ſpecie ſibi parcēdo à perfectione langueſcat: & cum ab huius mundi inquiſitione ſe penitus ſubtrahit, per quietis ſtudium virtutibus intenta vigilans dormit: vnde Luc. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et alibi. Timo. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. Et Pſal. Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.

Oſe. 11. d — Luc. 16. c — Pſal. 33. b

in Meſopotamiam Syriç ad domũ Bathuel, patris matris tuę, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autē omnipotēs benedicat tibi, & creſcere te faciat, atq; multiplicet, ut ſis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te, ut poſſideas terrã peregrinationis tuæ, quã pollicitus eſt auo tuo. Cumque dimiſiſſet eũ Iſaac, profectus uenit in Meſopotamiam Syriç ad Laban filium Bathuel Syri, fratrē Rebeccæ matris ſuæ. Videns autem Eſau, q benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiã Syriæ, ut inde uxorem duceret, & quòd poſt bñdictionē pręcepiſſet ei dicens: Non accipies uxorem de filiabus Chanaã quòdque obediens Iacob parētib⁹ ſuis iſſet in Syriam: probans quoq; q nõ libenter aſpiceret filias Chanaan pater ſuus, iuit ad Iſmahelem, & duxit uxorē abſq; iis quas prius habebat, Maheleth filiã Iſmahel, filii Abraham, ſororē Nabaioth. Igitur egreſſus Iacob de Berſabee pgebat Haram. Cumque ueniſſet ad quendã locum, & uellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terrã: & cacumē illius tãgens cęlũ:

a Deus. b Chriſtum. — a In Apoſtolis. b Gentes prius ſperebat ſublimes. — a Eccleſiam. — a Caput Chriſti Deus. — a Sic Chriſtus in cruce mortuus. — a Chriſtum, qui eſt via. — a Terrenitatem. b Ipſe eſt ſurſum in capite ſuo, qui deorſum in corpore ſuo.

diuinitatem omnem creaturam tranſcendentes: vt inueniant in principio verbum apud Deũ, p quē oĩa facta ſunt: deſcēdētes vt inueniant eũ factũ ex muliere factũ ſub &c. In illa.n. ſcala à terra vſq; ad cęlũ, a carne vſq; ad ſpĩ aſcēdit: qa in illa

## NICO. DE LYRA.

¶ Secundò quomodo ex hoc recepit diuinum oraculũ, ibi, Igitur egreſſus Iacob &c. Tertiò quomodo ex hoc reddidit Deo gratũ obſequiũ, ibi, Surgē ergo Iacob mane. Prima in duas diuiditur partē principalē & incidentalē, ibi: Videns autē Eſau. Circa primũ exprimitur pceptũ pris de itinere Iacob: vt patet: & vlterius ipſius Iacob obediētia, cũ ſubditur,

a Cumque dimiſiſſet &c. Non ita citò ſed per magnos labores, & diuinas conſolationes, quas in via habuit, vt patebit infra.

b Videns autem Eſau. Hic incidenter deſcribitur quomodo Eſau cum duabus vxoribus quas habebat, accepit aliã de genere Iſmaelis auunculi ſui, credens per hoc ſatisfacere patri, & matri, quod nõ fecit: quia malam ſuper malas adduxit, & patet littera.

c Igitur egreſ. Ia. Hic oſtēditur qualiter Iacob ex obediētia patris pergens ad ſuũ auunculũ in via recepit diuinũ oraculũ, cũ ſubdit,

d Cumque ve. &c. Ioſephus dicit q in nocte hoſpitabat in cãpis, habēs ſuſpectos habitatores ciuitatũ ppter eorũ malitiã, ideo remanſit extra ciuitatē. Alij hebræi dicunt, q licet nõ ſit expreſſum nomē loci illius, dicunt tamē doctores hebręi & catholici, q iſte locus fuit mõs Moriã. ibi enim Abrahã auus ſuus obtulerat Iſaac patrem ſuũ: & propter hoc reputabat locum illum ſacrum, propter qd ibi declinauit, ut ibi vigilaret in oratione per partē noctis, ſperans ibi diuinam reuelationem habere, quod & factum eſt.

e Tulit de lapidibus &c. Dicunt hebræi q accepit tres lapides, & ſatis videt ex textu, q accepit plures ex eo qđ dr, De lapidibus. & qñ euigilauit, inuenit quod illi tres lapides facti erãt vnus lapis, & hoc videt p literam ſequentē infra. Tulit lapidē, quē ſuppoſuerat capiti ſuo. & dicunt q hoc fuit in ſignũ quòd dñs vniret ei cũ eo, aſſociãdo eũ. Nos autē melius poſſumus exponere, q hoc fuit in ſignum vnitatis eſſētię in Deo, & trinitatis pſonarũ, de cuius apparitione hic agit. vel i ſignũ triũ naturarũ in Chro, ſ. corporis, et animę et deitatis in vnitate pſonæ, qa de benedicta incarnatione fuit hęc reuelatio facta ipſi Iacob.

f Dormiuit in eodem loco. Poſt longam & deuotam orationem.

g Viditq; in ſomnis ſcalam ſtantem &c. Iſta autē ſcala quæ ex multis gradibus conſtituitur, ſignificabat gradus generationum, per quos Chriſtus ſecundum carnem deſcendit ab Abraham vſque ad virginem Mariam, quæ ipſum peperit. Et gradus huius ſcalę numerat Mattheus in principio euangelij ſui dicens, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid & cęt. Duo latera ſcalæ ſunt iuſti, & peccatores. quia ex vtriſque deſcendit ſecundum carnem, & pro vtriſque natus eſt & paſſus. Quòd autem dominus dicitur innixus ipſi ſcalæ, deſignat quòd ipſa deitas eſt vnita carni à patribus deſcendenti in Chriſto. Quòd autē pes ſcalæ terram tangebat: & cacumen eius cęlum: deſignatur per boc q ipſe Chriſtus ſecundum huma- ¶ nitatem conue-

c Tulit de lapi. &c. Iſi. Dormitio Iacob in itinere mors Chriſti i cruce. Lapis capiti ſuppoſitus Chriſtus eſt ſecundum humanitatem, quem Iacob vnxit, vt Chriſtus ſignaretur. Chriſtus enim gręcè, vnctus latinè. Caput autem Chriſti Deus. Lapis ergo capiti Iacob ſuppoſitus, ſignat humanitatē Chriſti coniunctam Deo aſſumenti. Caput enim viri Chriſtus caput Chriſti Deus.

d Viditq; in ſom. &c. Greg. Alle. Iacob prædicatores ſignat, qui non ſolum caput eccleſię.i. Chriſtũ contēplando appetunt, ſed ad mēbra illius miſerando deſcendunt, qđ angeli aſcendentes, deſcendenteſq; demonſtrant. Hinc Moyſes crebrò tabernaculũ intrat & exit, & qui intus ad cõtēplationē rapitur, foris infirmantiũ negotijs vrgetur. Intus arcana cõſiderat, foris onera carnaliũ portat. Qui de dubijs ſemper ad tabernaculũ recurrit, corã teſtamēti arca dñm conſulit: exemplũ doctoribus præbēs, ut cum foris ambigunt quid diſponant, ad mentē quaſi ad tabernaculum redeant; & velut corã teſtamenti arca dñm cõſulant de quib. dubitant, apud ſe intus ſacri eloquij paginas requirentes. Moraliter. In itinere dormire eſt in via huius ſæculi ab impedimēto actionum ſecularium quieſcere Iacob dormiens angelos vidit: quia illi diuina conſpiciunt: qui ab appetitu tēporalium rerũ oculos claudũt, quos benè clauſos diabolus aperuit dicens ſup. In quacunque die comederitis aperientur ocu. &c. Iſi. Vidit in ſom. &c. Angeli per ſcalam aſcendentes & deſcendentes euangeliſtæ ſunt, & prædicatores Chriſti, ad intelligendam

telligendam

## MORALITER.

✻ thuel, id eſt continentiæ: quia בְּתוּאֵל Bathuel interpretatur virgo: continentia verò ſecurius ſeruatur in religione, ideo talis aliquãdo diſponit ipſam intrare, ideo ſubditur,

c Igitur egreſſus Iacob de Berſabee, Id eſt de domo parentum.

d Pergebat Haram. Quæ interpretatur uigilia populi, ppter quod ſignificat religionem: quam intrantes uigilant in obſequio Dei.

d Cunq; veniſſet ad quendam locum, Scilicet religioſum.

† Et vellet in eo requieſcere, Sumendo habitum.

e Tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo &c. Per lapides intelliguntur religionis auſteritates, quæ ſibi debent exponi, & ſi ſit paratus ad eas ſuſtinendum, quod ſignificatur per ſuppoſitionem lapidum ſuo capiti, tunc debet recipi.

f Viditq; in ſomnis quiete contemplationis.

† Scalam ſtantem ſuper terram. Id eſt religionis altitudinem. Huius autem ſcalæ latera ſunt lectio, & oratio deuota: gradus autem, pęnitentiæ opera per quæ aſcenditur in cęlum. vnde Matth. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.

✻ Angelos



in illa carnales proficiendo, quaſi aſcendēdo ſpirituales fiũt. Ad quos lacte nutriendos ſpirituales deſcendunt: quia non poſſunt eis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Ipſe eſt ſurſum in capite: Ipſe deorſum in corpore ſuo.i. eccleſia: Ipſe ſcala, qui ait Io. Ego ſum via &c. Ad ipſum aſcenditur, vt in excelſis intelligatur: & deſcenditur, vt in membris paruulis nutriatur: per illum ſe erigunt, vt ſublimem expectēt; & humiliant, vt eum ſublimiter, & tēperanter annunciēt.

a Ego ſum dominus Deus Abraham &c. Miſticè deſignat mandatum diuinitatis ad humanitatē Chriſti directũ, cui terra.i. eccleſia promittitur & ſemini illius, id eſt Chriſtiano populo, vnde Pſal. Poſtula à me: & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſſeſſionem tuam terminos terræ.

b Cumq; euigilaſſet &c. Quiſquis poſt torporem inertiæ euigilauerit, & per exercitiũ boni operis verè exurrexerit, i eccleſia ſupereminētē grãm Dei & introitum regni cęleſtis intelliget.

c Surgens ergo &c. Augu. Quòd erexit Iacob lapidē quem capiti ſuppoſuerat in titulum & ſuperfudit oleũ, nihil fecit idololatriæ ſimile: quia non vel tunc, vel poſtea frequentauit lapidem adorando, aut ei ſacrificãdo, ſed ſignum fuit, & prophetia pertinens ad vnctionem, vnde Chriſtus dicitur.

d Appellauitq; nomen &c. Hiero. Ab eo quod dictum eſt, Quàm terribilis eſt locus iſte &c. loco nomen imponit Bethel.i. domũ Dei, qui ante Luza vocabatur.i. nux vel amygdalũ. Vnde ridiculè quidã verbum hebraicũ vlam, nomen vrbis eſſe putant: cum vlã interpretetur prius. Ordo ergo iſte eſt lectionis. Vocauit nomen illius loci Bethel: & prius Luza vocabulũ ciuitatis. Antiquę verò ſcripturæ verbo אולם vlam vel olam plenę ſunt, quod nihil ſigñat, niſi prius vel añ, vel veſtibulũ, vel ſupliminare, vel poſtes &c.

e Vocabitur domus &c. Prophetia eſt domus Dei ibi futuræ, ibi & ipſe rediens Deo ſacrificauit. Profe-

a Euangeliſtas prædicatores. b Vltra omnem creaturam apud Deum, per quem omnia facta ſunt. Vt inueniant eum cui omnia tribuunt

angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendētes per eam: & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi; Ego ſum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac. Terrã in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo, eritq; ſemen tuum quaſi puluis terræ: dilataberis ad orientem & occidentem & ſeptētrionē & meridiē: & BENEDICENTVR IN TE & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Et ✻ ero cuſtos tuus quocunq; perrexeris, & reducam te in terrã hãc, nec dimittam, niſi cõpleuero uniuerſa quę dixi: ✻ Cumq; euigilaſſet Iacob de ſomno, ait: Verè Domin⁹ eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque, Quàm terribilis eſt (inquit) locus iſte: Non eſt hic aliud niſi Domus Dei, & Porta cęli. Surgēs ergo Iacob mane, tulit lapidē, quē ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Appellauitq; nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam uotum, dicens: Si fuerit dominus mecum, & cuſtodierit me in uia per quam ✻ ambulo, & dederit mihi panem ad ueſcēdum, & veſtimentum ad induendũ, reuerſuſq; fuero proſperè ad domũ pris mei, erit mihi dominus in Deũ, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cũctorũq; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

a Vt inueniant eum factum ex muliere. — a Eccleſiam. — a Homini. b Chriſtiano populo. — a Vel germen. b Innumerabile. — a Lucē fidei vel totius boni operis. b Occaſum vitiorũ. — a Contractionem voluptatis & mortificationem deſiderij. b Claritatem ſapientiæ & feruorem dilectionis. — a Chriſto. — a Imitatoribus. b Aliqui de omnibus. — a Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum. Pſal. 120. b — a In prædicatoribus. b Circa finem mundi. c Iudæam redituram. — a Quia ibi futurum erat tabernaculum. — a Templum & cultum Dei futurum ſignificat. Quia ibi natus eſt Chriſtus in Bethleē, qđ ſpũ pu debat. b Quia ibi in terram deſcendit, inde in cœlum aſcendit. Quia inde aditus credentibus ad capiendum regnum cęlorum. — a Chriſti reſurrectionem ſignificat. — a Secundum illud Pſal. 44. b. Vnxit te Deus oleo lætitiæ. — a Domum Dei. — a Nux vel amygdalus. Alij, Viam erat nomen ciuitatis illius. — a Non Deus.

## NIC. DE LYRA.

¶ nitatem conuenit cum hominibus terrenis in natura abſque peccato, ſed per deitatē conuenit cum Deo patre: vt ſic verus mediator Dei & hominum dicatur. Per angelos Dei deſcendentes, intelligēdum eſt, q myſterium incarnationis de voluntate Dei fuit hominibus reuelatum; primò patriarchis, & poſtea prophetis clarius, & tertiò miniſtris no. teſt. clariſſimè. Per angelos aſcendentes intelligitur fides & deuotio ſanctorum, in quolibet ſtatu prædicto Deo præſentata per angelos, ſecundum quod angelus Raphael dixit Tob. Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli memoriam orationis tuæ coram domino, & iſta cognouit Iacob futura licet non ſint hic expreſſa, quia myſterium incarnationis non erat adhuc ſic publicandum. exprimitur tamē hic qualiter Deus promiſit ipſi Iacob pmiſſiones factas Abrahæ & Iſaac, in quibus continetur implicitè myſterium Chriſti: & quod Iacob habuerit notitiam de prædictis patet per hoc qđ dixit,

a Verè dominus eſt in loco iſto. Quia beneficia, & myſteria diuina erant ibi complenda.

b Et ego neſcie. Quia per iſtam reuelationem de myſterio Chriſti habuit pleniorem cognitionem, quàm ante.

c Pauenſq;: Id eſt admirans de Dei benignitate.

d Quàm terribilis &c. Id eſt venerabilis.

e Non eſt hic aliud niſi domus Dei. Vidit enim futurum eſſe, quòd ibi fundaretur templum, vt habetur Paral. vbi viguit diuinus cultus, & quòd ibidem poſtea offerendus eſſet dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt habetur Luc.

f Et porta cœli. Quia in quodam loco propinquo paſſus eſt Chriſtus, cuius paſſio cœlum aperuit: propter quod dicitur Porta cœli, ſequitur.

g Sur-

g Surgens ego mane. Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iacob deuotum obſequium, cum dicitur, Tulit lapi. &c.

h Et erexit in titulum, Id eſt ſignum rei præteritæ, ſcilicet diuinæ reuelationis ſibi factæ ibidem; & in ſignum rei futuræ, ſcilicet fundationis templi, & paſſionis Chriſti.

i Appellauitq; nomen ur. Bethel, &c. Locus enim ille vbi dormierat Iacob tunc erat extra vrbē, ſed poſtea incluſus eſt, & ſic uocauit vrbem Bethel, quod interpretatur domus Dei, ex eo quod dixerat, Non eſt hic aliud niſi domus Dei & cæt. Ad pleniorem autem intellectum huius paſſus conſiderandum, quòd iſta ciuitas de qua fit hic mentio ſecundum omnes doct. communiter exponentes paſſum iſtum, eſt Hieruſalem, quæ legitur plura nomina habuiſſe, & continentur in his verſibus ſubſcriptis: Solyma, Luza, Bethel, Hieroſolyma, Iebus, Aelia. Vrbs ſacra Hieruſalem dicitur, atq; Salem. Melchiſedech enim primò fundauit eam, & vocauit eam Salem, id eſt pacificam: quia rex iuſtitiæ & pacis fuit, vt ſup. dictum eſt: poſtea Iebuſei habitauerunt ibi, & ſic vocata eſt Iebus, vt habetur Iudi. & poſtea factum eſt vnum nomen compoſitum ex duobus, & vocata eſt Hieruſalem. b. mutata in r. Hebræi autem aliam rationem aſſignant huius nominis, dicētes quòd primò appellata eſt Salem à Melchiſedech, vt dictum eſt: poſtea dicta eſt Hiere, id eſt videbit: eo quòd Abraham oblato Iſaac appellauit nomen illius loci, Dominus videt, vt ſup. dictum eſt. poſtea ſequitur ibidem, Vnde vſque nunc dicitur in monte Dñs videbit. & ex iſtis factum eſt unum nomen. ſ. Hieruſalem, e, mutata in u. Dicta eſt etiã Luza.i. amygdalus: eo q tales arbores abundant ibi. poſtea vocata eſt Bethel ab ipſo Iacob, vt dictum eſt. poſtea tempore Salomonis qui eam multum ampliauit & fortificauit, dicta eſt Solyma, quaſi Salomonia diminute: & ratione præcedentis nominis, ſcilicet Hieruſalem, per quãdam compoſitionem nominum dicta eſt Hieroſolyma. ſed poſt paſſionem Chriſti, cum deſtructa eſſet funditus per Titum & Veſpaſianum, Aelius Adrianus eam reædificauit & in iſta reædificatione factum eſt, vt loca vbi Chriſtus paſſus, & ſepultus fuit, quæ olim erant extra ciuitatem, vt habetur Io. incluſa ſint intra ciuitatem ſecundum viſionem Iacob prædictam. ſ. quòd in vrbe Bethel fundandum eſſet templum, & myſterium paſſionis Chriſti implendum. & iſte Aelius vocauit eam Aeliam ex nomine ſuo. Vouit etiam votum dicens &c. ſubditur,

k Erit mihi dominus in Deum: Sed videtur iſtud ridiculũ, quia votum non eſt de his quæ ſunt de neceſſitate ſalutis: ridiculum .n. eſſet promittere alicui illud in quo ſibi tenetur de neceſſitate, & ideo votum propriè eſt promiſſio facta Deo de bonis quæ ſupererogationis ſunt ſine quibus poteſt eſſe ſalus. quod autem Iacob dominum recognoſceret eſſe Deum, erat de neceſſarijs ad ſalutem ergo &c. Dicendum q nõ vouit quòd dominus eſſet ſibi Deus, quia hoc non cadit ſub voto; ſed vouit quòd recognoſceret eum Deum, exhibendo ei ſpecialem cultum, & colendi modum, quod erat ſupererogationis, ſicut religioſus aſtringit ſe ſeruire Deo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate, ad quæ non tenebatur de neceſſitate ſalutis.

l Et la. iſte &c. Tum, quia poſtea ibi fundatum eſt templum, vt prædictum eſt: quod vocatum eſt domus Dei. Tum quia Iacob in ſuo reditu intendebat ibi offerre ſacrificia, & oblationes tanquam in loco diuino cultui deputato, qui communiter vocatur domus Dei, ideo ſubditur,

m Cunctorumq; quæ de. &c. Quod & poſtea fecit vt habetur inf. ¶ Profe-

Victum & veſtitũ petit. — Domus Dei, vbi Deus habitat. Gen. 35.

## MORALITER.

✻ † Angelos quoq; Dei aſcen. Religioſorũ merita domino offerēdo.

† Et deſcen. Ad eorum cuſtodiam reuertendo, & poſt talium meditationem religioſus magis approbat ſui ſtatus mutationem dicēs.

e Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli.

† Et dominum innixum ſcalæ. &c. Id eſt Chriſtũ, qui vixit in auſteritate pœnitentiæ, & finaliter fuit poſitus in ſcala crucis ſanctæ. hæc enim religioſus videre debet in ſancta meditatione.

✻ Profectus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E *In c.xxviij. vbi dicitur in poſtil. Per angelos deſcendentes.*

ADDITIO

*Lib. de paſt. cur. 2. p. c. 5.* ¶ Secundũ hãc cõſideratione poſtillatoris prius debuiſſent nominari angeli deſcendentes quã aſcendentes, cuius oppoſitum eſt in littera. vnde aliter exponitur à Greg. in paſtorali: vbi ſic dicit, Iacob aſcendentes & deſcendentes angelos vidit: quia ſcilicet prædicatores recti nõ ſolũ ſurſum caput eccleſiæ videlicet Chriſtum cõtemplando appetũt, ſed deorſum quoque ad membrum illius miſerando deſcendũt, hęc ille: quod videtur pertinere ad allegoriam. Sunt autẽ aliæ expoſitiones ſanctorum in hoc loco, vt in glo. quę cauſa breuitatis ſunt omittendæ, & etiã quia magis pertinent ad ſenſum myſticũ ſecundum ſanctum Tho. *2.2.q.81.* Per hoc quod Iacob vidit angelos in ſcala aſcendentes, intelliguntur angeli beati continue aſcendentes ſecundum Dei contemplationem: qui etiam ſunt deſcendentes, eo quòd quãdiu mũdus durat, adminiſtrationi inferioris creaturæ intendunt: nunquàm tamen deſerentes internam contemplationem.

REPLICA CORRECTORII contra Burgenſ.

IN cap. xxviij. poſtillator habet pulchram conſiderationem de angelorum aſcenſu & deſcenſu, ſic quòd dicit deſcenſum præcedere aſcenſum: ſed Burg. dicit contrarium: & mouetur per ordinem litteræ quæ prius narrat aſcenſum, non attendens ſæpe per anticipationem litteram ordinari: ſicut Ioan. dicitur, Maria vnxit pedes domini: & exterſit capillis: & lauit lachrymis, quod per oppoſitum factum eſt, igitur per anticipationem dicitur: nec Burgen. aliquam aliam ponit litteralem expoſitionem: ſanctorum autem doctorum & Gl. ord. expoſitionem dicit ad myſticum ſenſum pertinere. Finaliter adducit ſanctum Thomam exponentem aſcenſum de contemplatione in Deo, deſcenſum de adminiſtratione ad inferiora. ſed nec illa litteralis eſſe poteſt, quòd ſi eſſet, neceſſe eſt deſcenſum præcedere, ſicut actio contemplationem ſecundum ſanctos Doctores exemplificantes, Iacob prius Liæ quam Rachel nupſiſſe: nec oportuit Iacob de his inſtrui, ſed ſolum de myſterio incarnationis ſignificatę per innixionem ſcalæ, quæ eidem Deus innitebatur, exigebat hæc reuelatio primum omnium fidem, ad quam quærendam oportuit angelos deſcendere nunciando myſteria, & exigendo fidem a ſanctis patribus: ita deſcẽdit miſſus Gabriel angelus ad Mariam virginem ſalutando, nuntiando, exigendo: quia tunc exacta fide & habita, regreſſus aſcendit. Hanc conſiderationem confirmat beatus Aug. in quodam ſerm. in quo poſt deſcenſum angeli & virginis datam fidẽ atque conſenſum dicit; Nec mora reuertitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Chriſtus.

G

## GLOS. ORDIN. Cap. XXIX.

PRofectus ergo Iacob.

*Venit Iacob ad Laban.* a *Vidit.* Aqua putei, ſciẽtia ve. teſtamenti, quam lapis claudebat: qa littera legis ſpiritualẽ ſenſum in eo cœlabat. Sed veniẽte Chriſto lapis remotus eſt, cũ per pręedicationẽ noui teſta. vmbra legis excluſa: & veritas euãgelij patefacta eſt. *Allegor.* Al. Per puteũ baptiſmus, p agrũ mundus exprimit: p tres greges iuxta puteũ accubãtes, ſignãtur illi q ad fidẽ trinitatis capiẽdã ptinẽt, i humilitate expetentes baptiſmi gratiã.

b *Lapide.* Duritia ĩfidelitatis: qua abiecta percipitur baptiſmus vitæ. *Moraliter.* Paſtores autem ſunt prælati eccleſiæ, qui amoto lapide, p Iacob adaquare greges cupiunt, quia Chriſto auferente infidelitatem ab eorũ cordibus quos prędeſtinauit ad ſacramẽtũ baptiſmi abluuntur vnda purificationis.

F

*Hiſtor. In q. ſuper Gen. q. 87. to. 4. Quæſtio.* c *Oſculatus eſt eam. &c.* Conſuetudinis fuit maximè in illa ſimplicitate antiquorũ, vt ppinqui ppinquos oſcularẽtur, & hodie fit in multis locis. Sed quęri põt, quõ illa ab ignoto oſculũ acceperit, ſi poſtea idicauit Iacob propinquitatem? ergo intelligẽdum eſt, aut illum qui propinqtatẽ nouerat, fidenter in oſcula irruiſſe, aut poſtea ſcripturã narraſſe p recapitulationẽ, cũ primũ Iacob indicauerit qs eſſet.

*Nomen*

## NICO. DE LYRA. Cap. XXIX.

¶ a PRofectus ergo Iacob. *Hic cõſequenter deſcribitur Iacob, quãtũ ad multiplicationẽ prolis, & quia prolẽ cõſecutus eſt per cõiugium: & cõiugiũ per obſequium, & itinerationẽ in terrã alienã; Iõ ſcriptura primò exprimit itineris ſui terminũ. Scdò ĩ termino ſui laboris obſequiũ, ibi: Et poſtquã. Tertiò p labore cõiugiũ, ibi: Dixitq; ad Labã. Quartò cõiugij fructũ, ibi: Videns autẽ dominus. Circa primum dicit ſic:* (*Diuiſio.*)

b Venit in t. or. *Harã erat terminus itineris eius in parte oriẽtali reſpectu terrę pmiſſionis, vñ receſſerat, & patet littera. Sequitur,* (*Rachel paſcit oues.*)

c Noſtis Labã filiũ Nachor, *ideſt nepotẽ eius, qa erat filius filij ſui. ſ. Bathuelis: nominauit tñ Nachor & nõ Bathuelẽ, quia erat caput generis in illo loco ſicut Abrahã frater eius in alio latere. & patet littera vſque ibi:* (*Iacob Rachel ſancte oſculatur, eaque flet.*)

d Quam cum vidiſſet. &c. *Quia omnia diligenter inquiſierat a paſtoribus.*

e Amouit lapidem. *Cum paſtoribus, quia iam greges erant congregati.*

f Oſculatus &c. i. nepos. *Cõſiderãdũ, qd iſta nõ fuerũt facta eo ordine quo ſcripta sũt, ſed primò ĩdicauit ei qđ eſſet cognatus ſuus germanus, & tũc oſculatus eſt eã ſm morẽ cõſanguineorũ, q erat apud antiquos, et adhuc eſt modo in plurib. locis, et tũc fleuit ex pietate quia in talib. ſolẽt viſcera cõmoueri, ſed cũ mulieres ſint magis pnę ad lachrymas q̃ viri: vñ q debuiſſet plus dixiſſe de Rachel, q fleuiſſet. Sed pt dici, q forſitã ſic fuit, licet non ſit ſcriptũ, qa nõ omnia ſcripta ſunt, & maximè qa expꝛeſſo fletu Iacob ſatis datur ĩtelligi fletus Rachelis ppter maiorẽ pronitatẽ, vt dictũ eſt. Aliã verò cãm huius fletus aſſignãt Hebręi, & ſatis eſt veriſimile, dicẽtes, q qñ Iacob receſſit a patre, receſſit cũ bona comitiua: & cũ copia argenti & auri. Cum enim Abraham miſiſſet ſeruũ ſuũ illuc ad quærendum vxorem filio ſuo Iſaac, miſit eum honorificè & cum multis bonis, vt habetur ſup. cuius rei* (*Laban cõplexus ipſum Iacob oſculatur.* — *Oſculũ ciuilium.* — *Gen. 24.*)

¶ *Iſaac*

## Cap. XXIX.

PRofectus ergo Iacob venit in terram orientalem: & vidit puteum in agro: tres quoq; greges ouiũ accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora: & os eius grandi lapide claudebatur. † Moriſque erat ut cũctis ouibus cõgregatis deuoluerent lapidẽ, & refectis gregibus rurſum ſup os putei ponerent. Dixitque ad paſtores. Fratres vnde eſtis? Qui reſponderũt, de Haram. Quos interrogans nunquid, ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerũt: Nouimus. † Sanus ne eſt, inquit? Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius uenit cum grege ſuo. Dixitque Iacob: adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus ut reducantur ad caulas greges: Date ante potũ ouibus: & ſic ad paſtum eas reducite. Qui reſponderunt. Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel ueniebat cũ ouibus patris ſui: nã gregem ipſa paſcebat. Quã cum uidiſſet Iacob & ſciret cõſobrinã ſuã, oueſq; Labã auũculi ſui: amouit lapidẽ, quo puteus claudebatur. Et adaquato grege oſculatus eſt eã: & eleuata uoce fleuit, Et indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ. At illa feſtinans, nuntiauit patri ſuo. Quicum audiſſet ueniſſe Iacob filium ſororis ſuę, occurrit obuiam ei, complexuſque eum & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autem cauſis itineris reſpõdit: *Os meum es, & caro mea. Et poſtquàm impleti ſunt dies mẽſis vnius, dixit ei: Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Habebat verò * duas filias. Nomen maioris Lia, minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venuſto aſpectu. Quam diligens Iacob ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſpondit Laban: Melius eſt, ut tibi eam dem, quàm alteri uiro; Mane apud me. Seruiit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis, & uidebantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitq; ad Laban, Da mihi uxorem meam, quia iam tempus impletum eſt, ut ingrediar ad illã. Qui vocatis multis amicorum turbis ad cõuiuium, fecit nuptias. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum: dans

## MORALITER. C. XXVII.

H

* *Profectus ergo Ia.* Profeſſione vera facta conceditur ſtudium ſacrę ſcripturæ, quod notatur cum dicitur,

† *Vidit puteum.* Id eſt ſacram ſcripturam, quæ Ioan. puteus altus dicitur. (*Ioan. 4.*)

† *In agro.* Scilicet militantis eccleſiæ, de quo dicitur Matt. Domine, nonne bonũ ſemen ſeminaſti in agro tuo? (*Matt. 13.*)

† *Et os eius gran. &c.* Lapis ille Chriſtus eſt: de quo dr̃. Pet. Ad quem accedẽtes lapidem viuũ, & ipſe claudit, & aperit ſacræ ſcripturæ intellectum. Apoc. Qui claudit & nemo aperit: aperit & nemo claudit. (*1. Pet. 2.* — *Apoc. 3.*)

e *Amouit la. &c.* Quia religioſus deuotus p orationẽ & ſtudiũ impetrat a Chriſto reuelari ſibi ſacrę ſcripturę intellectũ, & adaquat gregẽ fideliũ per ſanũ documentũ. Sed qm̃ ſecũdũ Greg. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contẽnatur. ideo accipit vxores Liã & Rachelẽ, quæ ſignãt actiuæ vitæ, & cõtẽplatiuæ perfectionẽ, & primò Lię copulatur: qa dicit Gre. Qui cõtẽplationis arcẽ tenere deſiderant: prius neceſſe eſt, ut in campo actionis per exercitiũ ſe probẽt. Seruiuit aũt Iacob pro qualibet. 7. annis. & per hoc ſeruitiũ ſignificantur. 7. opera miſericordiæ corporalia & 7. ſpũalia. Corporalia verò in hoc cõtinẽtur verſu: *Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.* Viſito infirmum, poto ſitientẽ, cibo famelicũ, redimo captiuũ, tego. i. ueſtio nudũ, colligo hoſpitẽ, condo. i. ſepelio mortuũ. Spiritualia uero ſimiliter continẽtur in hoc uerſu: *Conſule, caſtiga, remitte, ſolare, fer, ora.* Qui ſic intelligitur. Conſule dirigendo dubitantẽ, & ignorantẽ docẽdo, & ſic ſub uno uerbo duo opera miſericordiæ continentur, Caſtiga delinquẽtẽ; remitte offenſam tibi illatã, fer. i. ſupporta fratris infirmitatẽ, ora pro omnibus. Et prędicator ſic pfectus paſcit uerbo & exemplo greges Labã. i. epiſcopi uel curati, quia Laban interpretatur candidus, & uterque debet eſſe candidus honeſtate. (*Hom. 12. in euang.* — *Lib. 6. mor. c. 25.* — *Verſu.*)



## Gloſ. ord.

A a *Nomen maioris &c.* Victorinus martyr Rachel & Liam in ſimilitudinem eccleſiæ & ſynagogæ interpretatus eſt. Liam maiorem natu ſynagogam ſignificare exiſtimat, quia prior populum Dei genuit. quæ oculis lippa dicitur, quia lex per Moyſen data cooperata eſt & ſignata. Rachel minor & pulchra, prius ſterilis poſt fœcunda eccleſiam ſignat, quæ tempore poſterior, ſed ſancta corpore & ſpiritu. Oculi eius decori, quia euangelium videre meruerũt. Sed diu ſterilis, dum ſynagoga populũ generauit. Pro Rachel Iacob ſeruiuit, & ſupponitur ei Lia: quia Chriſtus, vt eccleſiã ſibi aſſumeret, prius ſibi ſynagogam coniunxit.

b *Septem annis.* Seruitus Iacob ſeptem annorum pro duabus vxoribus præſentis vitę tẽpus ſignat, quod ſeptem diebus voluitur, in quo dominus formam ſerui accepit, obediens patri vſque ad mortem. Iacob ſeruiuit, quia filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Mat. Ille oues pauit, & Chriſtus dixit Io. Ego ſum paſtor bonus. Ille pro mercede varium pecus ſibi abſtulit, Chriſtus diuerſarũ gentium varietatem ſibi congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus in alueis aquarum poſuit vt earum contemplatione multiplicarentur oues: & dominus noſter in aqua baptiſmatis trium perſonarum nõia patris, & filij & ſpiritus ſancti populo fideli pꝛopoſuit, vt qui hoc pleno corde proſpexerit, efficiatur ouis Dei.

c *Et videbantur illi pauci &c.* Quomodo hoc dictum ſit, quęrendũ eſt, cum & breue tempus longum videatur amantibus. Dictum eſt ergo propter laborem ſeruitutis, quem facilem faciebat amor. *Auguſt.* Pro ingenti crimine obijciunt Iacob quatuor vxores. Sed quoniam tunc mos erat, crimen non erat: nunc autem crimẽ eſt, quia mos non eſt: Alia ſunt peccata contra naturam, alia contra mores: alia cõtra præcepta. Sed

B

Iacob non contra naturam hoc fecit, qui non laſciuiẽdi, ſed gignendi cauſa illis mulieribus vtebatur. Nec contra morẽ, quia illo tempore in illis terris hoc factitabatur. Nec contra præceptum, quia nulla lege prohibebatur. Nunc vero legibus & moribus hoc nõ licet. Quæ duo ſi quis contẽpſerit, et ſi tantummodo cauſa generãdi vtatur plurimis fœminis, peccat tamen & humanam violat ſocietatẽ, cui neceſſaria eſt propagatio filiorum. Sed quia hoĩes aliter ſe habẽtibus moribus, nõ poſſunt delectari vxorũ multitudine niſi libidinis magnitudine, errantes non putant haberi potuiſſe vxores multas, niſi concupiſcẽtię carnalis flagrantia. C *Iſid.* Duæ ſunt ergo vxores Iacob liberæ, ambæ enim filię remiſſionis peccatorum. i. dealbationis quod eſt Laban: vna amatur, altera toleratur. Sed quę toleratur, prius & vberius fœcũdatur, vt ſi non pp ſe propter filios diligatur. Labor enim iuſtorum, maximum fructum in eis habet quos Deo generauit, inter multas tribulationes prædicando: propter quos ſunt in laboribus, & in plagis, & in mortibus frequenter; propter quos habent foris pugnas, intus timores, ipſos gaudium & coronam ſuam vocãdo. Naſcũtur autẽ facilius & copioſius ſermone fidei quo prædicãt Chriſtum crucifixum, & quicquid humana cogitatione citius percipitur, & infirmos Liæ oculos non perturbat. Rachel autem clara facie mente excedit Deo: & vidit in principio verbum apud Deum, & vult parere, & nõ põt: quia generationẽ eius quis enarrabit? Act. *Iſid.* Duæ liberæ vxores Iacob, quia duæ vitæ nobis in corpore Ieſu Chriſti prędicãtur. Vna temporalis, in qua laboramus: altera æterna, in qua dilectionem Dei contemplabimur. Iſtã dñs pꝛſſione, illam reſurrectione declarauit. Vñ Lia interpretatur ouis laborãs: Rachel viſum principium, vel verbum ex

D

(*Super Gen. c. 29.* — *Lia lippis oculis.* — *Iacob ſeruit ſeptem annis pro pulchra Rachel.* — *Act. 8.* — *Laban nuptias celebrat.* — *Ipſi Iacob datur Lia pro Rachel.*)

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Iſaac non erat immemor: & ideo cum eſſet valde potens, & diues, vt dictum eſt ſupra, non eſt veriſimile quòd minus honorificè mitteret filium proprium quàm Abraham miſerat ſeruum. Dicunt igitur quòd Elipha primogenitus Eſau, qui iam erat adultus, de præcepto patris ſui inſecutus eſt Iacob cum multitudine armatorum & comprehendit eum, tamen non occidit, eo qđ Iacob eſſet auunculus eius: & quia Iacob tenuerat eum in ſinu ſuo cum eſſet puerulus, ſed dimiſit eum ſolum & omnibus bonis ſpoliatum. Iacob autem cum eſſet iam à longe noluit redire, ne in via occideretur: & ne pater ex euentu nimium turbaretur, ſed proceſſit vltra ſolus confidens de Dei adiutorio, quod poſſet ſibi maiora reddere. vnde & inf. dixit Iacob, In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, ideſt ſolus & pauper, & nunc cum duabus turmis regredior. Cum igitur vidit conſobrinam ſuam, & non habuit aurum & argentum ſeu iocalia ad dandum ſibi, ſicut ſeruus Abrahæ dederat Rebeccę, vt ſupra dictum eſt; memor huius rei cępit lachrymari. Sequitur,* (*Gen. 26. c.* — *Spoliatio Iacob.* — *Gen. 32. c.* — *Gen. 13. c.*)

a Auditis autem cau. iti. *Scilicet propter odium fratris ſui Eſau contra ipſum: & quòd acciderat ſibi in via.*

b Reſpondit: os meum & ca. mea. *Acſi diceret, licet ex aduentu tuo non videam magnam vtilitatem mihi prouenire, quia veniſti vacuus, tamen recipiã te, quia es nepos meus. Et iſta expoſitio procedit ſecũdum ea quæ dicta ſunt de expoliatione Iacob. Secundum alios vero qui non tenent iſtam expoliationem, aliter exponendum eſt. Auditis autem cauſis &c. ſcilicet quòd venerat ad vitãdum irã fratris ſui, & ad accipiendum vxorem de filiabus Laban, vt ſupra dictum eſt, Reſpõdit, Os meũ, & caro mea, acſi diceret: ex quo tu es de genere meo, melius eſt quòd detur tibi filia mea vxor quàm alteri: quia tunc temporis non contrahebãt libenter matrimonium cum extraneis, vt ſatis patet ex ſupra dictis.* (*Gen. 27. c.*)

c Et poſtquàm expleti ſunt &c. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iacob ſeruitium pro Rachele habenda vxore, quia non habebat diuitias ad dandum pro dote. Et patet litera vſque ibi,*

d Et videbantur illi pauci dies. *Videtur enim quod deberet dici contrarium, quia ſcribitur Prouerb. Spes quę differtur affligit animam: & quia deſiderabat & ſperabat habere Rachelem, dies expectationis debuiſſent ſibi videri multi. Ad quod reſpondet Hiero. quod ibi accipitur dies pro labore dierum qui alleuiabatur, & videbatur paruus propter amorem. Aliter etiam poteſt dici, quòd videbantur ei dies pauci in comparatione ad rem tam amabilem, quia pluribus annis ſeruiſſet pro ea ſi fuiſſet requiſitus. Aduertendum tamen quòd iſte amor non erat libidinoſus, nec excedens limites rationis, & ideo non erat inordinatus nec malus.* (*Prou. 15. b*)

e Dixitque ad Laban. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Iacob coniugium: quia iam compleuerat ſeruitium ſeptem annorũ pro ea, & ideo iuſtum erat vt ſibi daretur, & hoc eſt quod ſubditur,* (*Coniugium Iacob.*)

f Quia iam tempus impletum eſt &c. *Affectu maritali. Aliã etiam cauſam dicti huius aſſignant hebræi dicentes. Et verum eſt, quod Iacob iam erat. lxxxiiij. annorum: & videbat quòd tempus generandi currebat ſuper eum propter etatem. Sciebat etiam per diuinam reuelationem, quod promiſſiones factæ Abrahæ & Iſaac de terra pmiſſionis, & multiplicatione prolis complendæ erant in filijs ſuis, a quibus duodecim tribus Iſrael nominatę ſunt: & ideò meritò dicebat, Quia iam tempus impletum eſt &c. Quod autem Iacob eſſet tunc. lxxxiiij. annorum, poteſt probari ex ſcriptura, colligendo tamen ex pluribus locis. Dicitur enim infra, quòd Iacob cũ deſcendit in Aegyptũ, requiſitus à Pharaone de ſua ætate, reſpondit, Dies vitæ meæ. cxxx. annorũ ſunt. Quando autem dixit Laban, Da mihi vxorem meam, iam ſeruierat ſeptem annis. & ſic vſque ad natiuitatem Ioſeph, remanebant ſeptem anni alij ſuæ ſeruitutis pro vxoribus, vt habetur infra; & in fine ſecundi ſeptennij natus eſt Ioſeph. Et tunc voluit Iacob recedere completo ſeruitio pro vxoribus ſuis, vt habetur infra eodem ca. vbi dicitur, Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo: Dimitte me, vt reuertar in patriam & cætera. ſed precibus Laban deuictus, adhuc remanſit cum eo ſex annis, quibus ſeruiuit pro gregibus ſuis, ſicut dicitur infra. Per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi. 14. pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis. Et ſic patet quod à tempore in quo Iacob dixit ad Laban: Da mihi uxorem meam &c. vſque ad natiuitatem Ioſeph fluxerunt ſeptẽ anni. Item Ioſeph triginta anno. erat, quando factus fuit prępoſitus terrę Aegypti, vt habetur infra. Et ex tunc vſque ad deſcenſum Iacob in Aegyptum fluxerunt 9. anni. ſ. ſeptem anni fertilitatis, & duo famis, ſicut habetur infra, quãdo miſit Ioſeph pro patre ſuo adducẽdo. ibi enim dicitur, Biennium eſt, quod incepit eſſe fames in terra. igitur ſi coniungantur ſimul anni prędicti à tempore quo Iacob accepit vxorem, vſque quòd Iacob venit in Aegyptum, & reſpondit Pharaoni de ętate ſua, inueniũtur anni 47. quibus ſubtractis de ętate Iacob, qui tunc erãt centũ triginta ann. vt ſupra dictum eſt, remanent anni 84. quos habebat quando primo accepit vxorem, Ex quo patet eius continentia, & quod non accepit plures vxores libidine ductus, ſed prolis amore. Sequitur,* (*Dum ſeruiret Iacob pro Rachele erat iam. 84. an.* — *Gen. 47. b* — *Gen. 31. a* — *Gen. 31. c* — *Gen. 41. e* — *Gen. 43. e*)

¶ a Facto

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bum ex quo videtur principium. Actio humanę vitæ in qua viuimus ex fide, multum laborioſa eſt in operibus & incerta quo exitu perueniat ad vtilitatem eorum quibus conſulere volumus. Hæc eſt Lia prior vxor Iacob & lippa oculis. Cogitationes enim mortalium timidæ: & incertę prouidentiæ ſunt. Spes vero æternæ contemplationis, certã habet intelligentiam veritatis. Ipſa eſt Rachel bona facie & pulchra ſpecie. hanc amat omnis pie ſtudioſus, & propter hanc ſeruit gratiæ Dei, in qua peccata noſtra ſi fuerint ſicut ſeniceũ alias coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Laban dealbatio, cui ſeruiuit Iacob pro Rachel. Neque enim quiſque conuertitur ſub gratia remiſſionis peccatorum ſeruire iuſtitiæ: niſi vt quiete viuat in verbo ex quo videtur principium, quod eſt Deus. Ergo propter Rachel non propter Liam ſeruitur. Nemo enim amat in operibus iuſtitiæ laborem actionis vel paſſionis, nec eam uitam propter ipſam expetit, ſicut nec Iacob Liam, ſed tamen nocte ſuppoſitam in uſum generandi amplexus, fœcunditatẽ eius expertus eſt. Et quia per ſe non poterat diligi dominus, ut ad Rachel perueniretur, fecit eam tolerari, deinde per filios commendauit. Ita quiſquis Dei ſeruus ſub dealbationis peccatorum gratia eſt cõſtitutus, hoc ſolum amans in ſua meditatur cõuerſatione, vt doctrinam ſapientiæ percipiat: quam pleriq; ſe cito percepturos putãt, cum ſe in ſeptem præceptis exercuerint: quæ ſunt de dilectione proximi, ne cuiquã noceatur, id eſt patrem tuum honora & matrem, nõ mœchaberis, non occides, nõ furaberis, non falſum teſtimoniũ dices, non concupiſces uxorem proximi tui, nec rem proximi tui: quibus pro poſſe obſeruatis, cum homini pro concupita & ſperata pulcherrima delectatione doctrinæ, per tentationes uarias quaſi per huius ſæculi noctem tolerãtia laboris adhęſerit, uelut pro Rachel Lia inopinata coniungitur, & hanc ſuſtinet, ut ad illã perueniat, ſi perſeueranter amat, acceptis alijs ſeptem præceptis: ac ſi dicatur ei: Serui alios ſeptẽ annos pro Rachel: ut ſis pauper ſpiritu, mitis, lugens, eſuriẽs & ſitiens iuſtitiam, miſericors, mundi cordis, pacificus. Vellet enim ſi poſſet ſine ulla tollerantia laboris, quæ in agẽdo patiendoq; amplectenda eſt ad pulchrę contemplationis delitias peruenire. Sed hoc non poteſt in terra morientium, quod his uerbis ſignificatur,

*a Non eſt in loco noſtro conſue. &c.* Maior appellatur quę tẽpore prior eſt. Prior eſt enim in hominis eruditione labor operandi quæ iuſta ſunt. unde, Concupiſcens ſapientiam, ſerua mãdata quæ ad iuſtitiã pertinent. Iuſtitia autẽ quæ ex fide eſt, & quæ inter tentationum pericula, eſt ut piè credendo quod nondum intelligitur, etiam intelligentiæ meritum conſequatur. unde Eſa. Niſi credideritis, non intelligetis. ſm ſeptuag. Iuſtitia enim ad fidẽ, ad ſapientiã intelligentiãq; pertinere monſtratur. Non eſt tñ improbandum deſiderium perſpiciendæ ueritatis, ſed ad ordinẽ reuocãdum, ut a fide incipiat, & bonis operibus nitatur peruenire quo tendit. In quo enim uerſatur uirtus laborioſa eſt, in eo quod appetit luminoſa ſapientia. Quid opus eſt inquit credere quod mihi nõ oſtenditur? Manifeſta aliquod uerbum, quo uideam omnium principium: id enim eſt ad quod maximè & primitus inardeſcit. Cui reſpondetur: Pulchrum eſt quod deſideras, & amari dignum: ſed prius nubit Lia quàm Rachel. Ardor iſte ad hoc ualeat, ut ordo non recuſetur, ſed toleretur, ſine quo non poteſt ad id perueniri quod diligitur. Cum autem peruentum fuerit, ſimul habebitur in hoc ſæculo ſpecioſa intelligentia & laborioſa iuſtitia, quamuis enim acute & ſinceriter cernatur incõmutabile bonũ, adhuc corpus quod corrũpitur aggrauat aĩam, & depri-

Eſa.1.c

Hoc

Daturei & Rachel pro qua ſeptem alios annos ſeruit.

Odit Liã Iacob, tamen concipit.

Aperuit uuluam .i. fecit eam fœcũdam.

Ruben.

Leui.

Iuda. Mat. 1 a

Eſa.7.b

ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane uidit Liã: & dixit ad ſocerum ſuum: Quid eſt * quod facere voluiſti? Nonne pro Rachel ſeruiui tibi? † Quare impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban: Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoq; dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptem annis aliis.

a Ouis vel uiſum principium. * Contemplatiua.
a Id eſt celebra nuptias has de more 7. diebus. Iniquum enim fuit ut deceptum ſeptem alios annos differret.
a Septem dierum nuptiarum Liæ: quibus impletis ſeruiuit ſeptem annis.

Acquieuit placito, & hebdomada tranſacta Rachel duxit vxorem: cui pater ſeruam Balam tradiderat. Tandemque potitus optatis nuptiis, amorem ſequentis priori prætulit ſeruiens apud eum ſeptem annis aliis. † Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. † Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nũc amabit me vir meus. Rurſumque concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi; Vocauitque nomen eius Simeon. Concepitque tertiò, & genuit aliũ filiũ, dixitque: Nũc quoq; copulabitur mihi maritus meus, eo quod pepererim ei tres filios: Et idcircò appellauit nomen eius Leui. Quarto concepit, & peperit filium, & ait: Modo confitebor Domino: Et ob hoc uocauit eum Iudam: Ceſſauitque parere.

a Inueterata. b Alias dederat.
a Viſionis filius.
a Auditio.
a Amplificatio vel additio.
a Confeſſionem, id eſt gratiarum actionem. ſicut ibi. Luc. decimo. Confitebor tibi pater cœli & terræ, id eſt, gratias agam tibi.

NICO. DE LYRA.

a Facto mane vidit Liam. *Sed quæritur hic, quare non cognouit eam de nocte, quia ad vocem vel ad tactum potuit eam cognoſcere, cum iam per ſeptem annos manſiſſet in eadem domo? Dicendum quod in hoc oſtenditur laus ipſius Iacob, primò, quia nocte illa forſitan non tetigit, ſed continens ab ea, orationi vacauit, ſicut & de Tobia legitur Tob. Secundo, quia ſi tetigit eam carnaliter, oſtenditur hic, quod nõ quæſiuit in uxore ſua blanditias meretricias in tactibus & verbis, ſed magis ea vſus eſt in caſtitate maritali. Si autem quæratur per hoc an inter ipſum & Liam fuit matrimonium? Dicendum quod non, quia ad matrimonium neceſſario requiritur conſenſus, ipſe autem tantum conſenſerat in Rachelem: nec peccauit ſi cognouit tunc non ſuam, quia fuit per ignorantiam facti, quæ excuſat à toto, adhibita tamen diligentia ſufficienti, quod & fecit Iacob: quia in talibus non requiritur magna perſcrutatio: & maximè, quia Iacob non habebat cauſam dubitandi de fraude.*

b Quare impoſuiſti mi. &c. *Id eſt decepiſti me, vt ſupra expoſitum eſt. Aliqui libri habent ſic: Quare Liam ſuppoſuiſti mihi? ſed falſa eſt littera.*

c Imple heb. &c. *Id eſt ſeptem dies conuiuij nuptiarum Liæ. Tot enim diebus durabat conuiuium nuptiarum, vt habetur Iudic. de Sanſone, & ideo ſecundum hoc dicit hic Hierony. Illi errant qui in hoc loco per hebdomadam dierum intelligunt ſeptem annos alios ſeruitutis Iacob pro Rachele, in fine quorum tradita eſt ei Rachel: quia ſicut dictũ eſt, tradita fuit ei poſt Liam ſeptem diebus conuiuij tranſactis. Ideo ſequitur,*

d Acquieuit plac. *Et ſic conſenſit in Liam tanquam in vxorem, & extunc fuit inter eos verum matrimonium.*

e Et hebdomoda &c. *Id eſt ſeptem diebus conuiuij prædicti.*

f Rachel &c. *Et patet littera.*

g Videns autem Dominus. *Hic conſequenter deſcribitur coniugij fructus, qui eſt educatio prolis ad cultum Dei. Et primo agitur de fructu Liæ, ſecundo de fructu Rachel. Circa primum conſiderandum, quòd Lia affligebatur ex quatuor, ſcilicet quia videbatur omnibus abiecta, à Rachele deſpecta, viro extranea, & à Deo neglecta. & ideo Dominus dedit ſibi quadruplicem conſolationem, ſcilicet de quatuor filijs, De primo dicitur,*

h Vocauitque nomen eius Ruben. *Id eſt viſionis filius. Et cauſam huius nominationis ſubdit dicens,*

i Vidit Dominus humilitatem &c. *Id eſt vidit me Dominus vilem & abiectam reputatam. ideo conſolatus eſt me. De ſecundo vero dixit:*

K Quoniam audiuit Dominus &cætera. *Aliqui libri habent: vidit, & falſa eſt litera.*

l Haberi me &c. *Scilicet à Rachele. Erat enim Rachel principalis vxor Iacob: quia in ipſam primo cõſenſerat, & ideo debebat habere prærogatiuam ante ſororem, ſed in hoc aliquantulum excedebat.*

m Dedit etiam iſtum &cæt. *Ad conſolandum me de prædicto contemptu.*

n Vocauitque nomen eius Symeon, *Id eſt audiens: eo quod dixerat: Audiuit dominus &c.*

o Concepit tertio. *Ad eius conſolationem contra tertiam afflictionem. Ideo ſequitur,*

p Dixitque, Nũc quoque copulabitur mihi ma. &c. *Id eſt non reputabit me extraneam, ſed magis aſſociabit.*

q Et idcirco appellauit &c. *Id eſt adiunctus vel applicatus.*

r Quarto &c. *Contra quartam afflictionem, ſcilicet quia videbatur à Deo derelicta. Ideo ſubditur,*

s Modo confitebor Domino. *Scilicet quòd non dereliquit me, ſed viſitauit.*

t Et ob hoc uocauit eum Iudam. *Qui interpretatur confitens, & accipitur hic confeſſio diuinæ laudis, vel gratiarum actionis.*

a Cernens



& deprimit ſenſum multa cogitantem. Sap. Ad vnum ergo tendendum, ſed propter hoc multa ferenda. Idem. Proinde vita quæ ſtudio contẽplationis cõpetit, vt ea quę carn. ſunt inuiſibilia, non infirmis oculis mentis per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciat & ſempiternã Dei virtutem ac diuinitatem ineſtabiliter cernat, vacare vult ab omni negocio, & ideo ſterilis. Affectando.n. otium, quo ſtudia contẽplationis igneſcunt, non cõpatitur infirmitati hoium qui in preſſuris ſibi deſiderãt ſubueniri. Sed quia ipſa procreandi charitate inardeſcit, vult docere, quod nouit. Videt ſororem labore actionis filijs abundantem, & dolet potius currere hoies ad virtutem, qua eorũ neceſſitatibus conſulitur, quã ad illã vnde diuinum incõmutabile aliquid diſcitur, vnde infra, Zelabat Rachel ſororẽ ſuam. Idem. Proinde quia purus intellectus illam diuinã ſubſtantiã, quæ corpus non eſt: & ideo ad carnis ſenſum non pertinet, verbis carne editis exprimere non poteſt, eligit doctrina ſapientiæ per quaſlibet corporeas imagines vtcunq; cogitando, inſinuare diuina, q̃ ab offitio talia docendi ceſſare; ſicut eligit Rachel ex viro ſuo & ancilla ſuſcipere filios, quàm ſine liberis eſſe. Bala.n. interpretatur inueterata: quæ eſt ancilla Rachel. De veteri.n. vita carnis ſenſibus dedita corporeæ cogitãtur imagines, ẽt cum de incõmutabili ſubſtantia diuinitatis aliquid auditur. Suſcepit & Lia de ancilla ſua filios numeroſæ prolis amore ſuccenſa, cuius ancilla Zelpha interpretatur Os hians, quæ illos ſignificat quorum ad prædicationem ſuſcipiendam os hiat, & cor non hiat. vnde Mar. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. & Rom. Qui prædicas non furandum, furaris. Sed ut etiam per hanc cõditionalem libera uxor Iacob laborans, filios regni ſuſcipiat ait Dominus: Quæ dicunt facite &c. unde Apoſtolus Philippenſ. Siue occaſione ſiue ueritate Chriſtus annuntietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo: tanquam & ancilla pariente, de prolis numeroſitate lætatur. Ex utero quidem Liæ facta, ſed ex beneficio Rachel edita; cum uirum ſuum debita ſecum nocte concubiturum acceptis à filio Liæ mandragoricis malis cum ſorore cubare permiſit.

*In ca. xxix. vbi dicitur in poſtilla, Quam cum vidiſſet Iacob &c.*

ADDITIO I.

Expoſitores hebręorũ dicunt, quod ſolus Iacob amouit lapidem, in quo oſtendebatur diuinã virtutem fuiſſe in ipſo Iacob, eoquòd veniens feſſus ab itinere poterat remouere lapidem tantæ magnitudinis; qui alias non poterat amoueri, niſi ab omnibus paſtoribus aggregatis, vt ſupra in eo. c. quod conſonat litteræ: Tũ quia dicit de Iacob in ſingulari, Amouit lapi. &c. Tũ quia reddẽs rationem quare hoc fecit Iacob, prędixit immediate, Quã cũ vidiſſet & ſciret conſobrinã ſuã, oueſq; Labã auũculi ſui &c. q. d. propter iſta ſuppoſuit ſe tãto labori quod dicũt figuraſſe, ꝙ aliquis deſcendens ex Iacob debebat amouere lapidẽ, ſcilicet duritiã cordis: & adaquare oẽs greges ideſt gentes. ſ. ex aqua & ſpirituſancto, quod ſatis conſonat ueritati.

*In eod. cap. xxix. vbi dicitur in poſtilla, Aliam vero cauſam huius fletus aſſignant hebręi &c.*

ADDITIO II.

Quod autem Iacob receſſiſſet a patre cũ bona comitiua & cum copia auri & argẽti, prout hic dicit Ra. Sa. non ſolũ caret omnino in littera fundamẽto: ſed potius ex littera oppoſitũ videtur innui: cũ.n. Rebecca loqueretur ipſi Iacob de receſſu ſupra, dixit: Audi vocem meã, & cõſurgens fuge ad Labã &c. Ex quo patet, ꝙ Iacob fugitiuus ibat: & per cõſequens nõ cũ apparatu: vnde expoſitores hebręorum magis autẽtici quã Ra. Sa. hoc tenent, addentes, ꝙ ex hac cauſa noluit intrare in Luza ſeu Bethel, ne ab aliquo cognoſceretur, ſed extra locũ ſub dio dormiuit, ſupponens capiti ſuo lapides, vt ſup. Similiter vbi dr̃ in principio huius ca. Profectuſq; Iacob venit in terrã orientalẽ &c. hebraica littera habet, Leuauit Iacob pedes ſuos, & iuit in terrã orientalẽ &c. ex quo patet ꝙ pedeſter ibat: nõ in camelo ſicut ſeruus Abrahę. Nec mirũ, ſi Iſaac ſic miſiſſet filium ſuum: quia hoc fiebat vt uia ſua occultaretur à fratre: Nec eſt ueriſimile, ꝙ ſcriptura ſubticuiſſet iſtam perſecutionem, quam habuiſſet Iacob in eundo in Meſopotamiam: ſed eam expreſſiſſet, ſicut expreſſit alias perſecutiones quas habuit in redeũdo tã à Laban. quã à Sychimitis quam etiam ab Eſau, ut patet infra. Quia autem infra dicitur, In baculo meo tranſiui Iordanem &cæt. concordat ſatis cum prædictis.

Gene.27.g

Gen 28.g

Gen.32.c

GLOSSA ORDINARIA.

Cap. XXX.

*Ernens autem Rach. &c.*

*a Egreſſus autem R... &c. Aug.* Quare rem geſtã ſcriptura nõ tacuit, quæ talia deſideria mulierculariũ pro magno inſinuare non cõſueuit, niſi eis aliquid magnum quærere monuerit, nihil amplius conijcere valeo, quàm ꝙ ex illo ſenſu ſuggeritur; vt in illo pomo intelligam figurari bonam famam; non quam cõferunt pauci iuſti & ſapientes, ſed popularem, qua maior & clarior notitia cõparatur: non ipſa per ſe expetẽda, ſed exiſtimationi bonorũ qua generi humano cõſulitur, neceſſaria. vnde Timo. Oportet enim teſtimonium habere bonum ab his qui fo-

Cap. XXX.

Ernens autem Rachel quòd infęcunda eſſet, inuidit ſorori *: & ait marito ſuo: Da mihi liberos, alioqn moriar. Cui iratꝰ reſpõdit Iacob: Nũ pro Deo ego ſum, qui priuaui te fructu uentris tui? At illa †Habeo, inquit, famulã Balam: ingredere ad illã, ut pariat ſuper genua mea: & habeã ex illa filios. Deditq; illi Balã in cõiugium. quæ ingreſſo ad ſe uiro, cõcepit & peperit * filium: Dixitq; Rachel: Iudicauit mihi dñs, & exaudiuit uocẽ meam, dans mihi filiũ: Et idcircò appellauit nomen eius Dan. Rurſumq; Bala cõcipiens peperit alterũ, pro quo ait Rachel: Cõparauit me dominus cũ ſorore mea, & ĩualui: Vocauitq; eũ Nephtali. Sentiens Lia ꝙ parere deſiiſſet, Zelphã ancillã ſuã marito tradidit: Qua poſt cõceptũ edẽte filiũ, dixit: Fœliciter: & idcirco uocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha alterum: dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent * mulieres. propterea appellauit eũ, Aſer. Egreſſus

a Alchui. Fortè omnis concubina uxor dicitur ſecundum morem ſcripturæ, non econuerſo.
a Id eſt iudicium mihi fecit, æquans me ſorori.
a Iudicium.
a A conuerſatione uel comparatione, Nep. enim utrumque ſonat.
a In procinctu: uel fęlicitas.
a Beatum, alibi, ſecundum ambiguitatem uerbi poſſunt diuitiæ ſic uocari.

NICO. DE LYRA.

Cap. XXX.

Ernens autem Rachel. *Hic conſequenter agitur de fructu Rachelis, & primò quantum ad filios adoptiuos, ſecundo quantum ad filium naturalem, ibi, Recordatuſq; Dominus. Adhuc primo agitur de filijs adoptiuis Rachelis, ſecundo de filijs adoptiuis Liæ, ibi: Sciens Lia. Circa primum dicitur ſic,*

a Cernens autem &c. *Quod ſibi erat afflictio maxima, eo quod deſiderabat habere filios à Iacob, de quo Chriſtus erat naſciturus.*

b Inuidit ſorori ſuæ. *Inuidia proprie dicta prout eſt vitium, eſt triſtitia de bono alieno, & hoc modo non inuidit ſorori, dolens de hoc quod haberet filios. Alio modo accipitur inuidia large, prout importat triſtitiam de proprio defectu in comparatione ad alterum non habentem talem defectum: & hoc modo inuidit Rachel ſorori ſuæ.*

c Da mihi liberos &c. *Ex quo patet eius deſiderium ad prolem, non ad libidinem.*

d Cui iratus reſpondit &c. *Quia irrationabiliter loquebatur ipſa: ideo temperauit dictum ſuum.*

e Habeo inquit famulam Balam &cæt. *Quæ non eſt ita ſterilis, ſicut ego.*

f Ingredere ad illam: *Affectu maritali ad petitionem meam.*

g Vt pariat ſuper genua mea. *Id eſt vt pariat filios quos poſſim tenere ſuper genua mea: ita quod licet ſint ſui per naturam, tamen mei erunt per adoptionem.*

h Concepit & peperit filium &c. *i. iudicauit me dignam habere prolem ex adoptione.*

i Et idcirco ap. nomen eius Dan. *Quod interpretatur iudicium.*

K Rurſumque &c. *Gratias agendo dño.*

l Comparauit me. &c. *In hebreo habetur: Additione Dei addita ſum cum ſorore mea, acſi diceret: Deus addidit aliam filium mihi, & ideo addita ſum cum ſorore mea, in hoc quòd habeo plures filios ſicut ipſa, licet non in æquali numero.*

m Vocauitque eum Nephtali. *Quod ſignificat additionem: & in eodem ſenſu redit tranſlatio noſtra: cum dicitur, Comparauit me dominus &c. id eſt poſuit me in tali ſtatu quantum ad filios, quòd poſſim comparari ſorori meæ.*

n Sentiens Lia. *Hic conſequenter agitur de filijs adoptiuis Liæ, & ſecundo de pueris eius naturalibus occaſione huius, ibi, Egreſſus autem Ruben. Circa primum ſciendum quod Lia delectationem concubitus non quęrebat, ſed prolem: ideo videns quod parere ceſſauerat, dedit ancillam ſuam marito vxorem.*

o Qua poſt conceptum eden. fi. dixit. *Ipſa Lia, cuius erat filius adoptiuus.*

p Fœliciter. *Supple accidit mihi in hoc filio adoptiuo.*

q Et idcirco &c. eius Gad. *Id eſt felix vel fœlicitas. & de ſecundo aixit.*

r Hoc pro bea. *Ideſt pro iſto & alijs prędictis dicar beata: ideo ſubditur,*

ſ Beatam quip. &c. *Quia habui tot filios quot capita tribuum Iſrael.*

t Propterea ap. &c. *Ideſt beatus.*

u Egreſſus autem &c. *Hic agitur iterum de filijs Lię naturalibus: quia enim ex magno deſiderio*

Rachel, quã Deus infęcundã fecerat, conquerit marito de infœcunditate.

Dan.

Zelpha ancilla Liæ, concipit & parit. Gad.

MORALITER. Cap. XXX.

* *a Cernens autem Rachel quòd infœ. eſ.*

* *Nato*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui foris ſunt qui licet parum ſapiant, reddunt plerunque

E labori eorum, per quos ſibi cõſulitur ſplendorem laudis, & odorem bonę opinionis: nec ad hanc gloriam primi perueniunt eorum qui ſunt in eccleſia, niſi qui in actione & labore verſantur. Ideo Liæ filius hæc mala inuenit, exiẽs in agrũ. id eſt honeſtè ambulãs ad eos qui foris ſunt. Doctrina vero ſapientię, quæ à vulgi ſtrepitu remota, in contẽplatione veritatis figitur: hanc popularẽ gloriam nõ aſſequeretur, niſi per eos qui in turbis agendo ac ſuadẽdo pręſunt, non vt pręſint, ſed vt pſint. Quia cum iſti actuoſi per quos multimoda adminiſtratur vtilitas, & quorum authoritas populis chara eſt, teſtimonium perhibent cõtemplatiuæ vitæ, quodammodo mala mandragorica per Liã veniunt ad Rachel. Ad Liam vero per filiũ primogenitũ, id eſt per filium fœcunditatis ſ eius, in quo eſt oĩs fructus laborioſæ, & inter certamina periclitãtis actionis. Quã plerique bono ingenio præditi ſtudioque flagrantes, quãuis in regẽdis populis idonei ſint, euitãt propter turbulẽtas occupationes: & in doctrinæ otium tãquã ſpecioſæ Rachel ardeſcũt amplexũ. Sed quia bonũ eſt, vt in hac vita latius innoteſcẽs, popularẽ gloriã mereatur: iniuſtũ eſt autẽ vt eã conſequatur, ſi amatorẽ ſuũ eccleſiaſticis curis adminiſtrandis aptũ in otio detinet nec gubernationi cõis vtilitatis impertit, propterea Lia ſorori ſuę dicit. Parũ ne tibi vĩ, ꝙ virum meũ accepiſti, inſuper & mãdragoras filij mei vis accipere? Per vnũ ſignificans oẽs, qui cũ ſint digni, qbus regimẽ eccleſiæ cõmittatur, accenſi ſtudio cõtemplãdæ ſapientiæ, ab oĩbus actionum moleſtijs remoueri, & in otio diſcẽdi & docẽdi conſidere volũt. Vñ, Parũ

F ne tibi eſt, ꝙ accepiſti virũ meũ &c. Quaſi dicat actiua ad cõtẽplatiuam: Parum eſt ꝙ hoĩes ad labores neceſſarios in otio detinet vita ſtudioſorũ, inſuper, & popularẽ gloriam quærit? Vt ergo oĩa iuſtè cõparet, impertitur Rachel virũ ſorori nocte illa, vt q virtute, laborioſo regimini populorum accõmodi ſunt, & ſi ſcientiæ vacare delegerant, ſuſcipiãt experientiã tentationũ, ꝓ vtilitate cõi, ne doctrina ſapientiæ, cui vacare ſtudebãt blaſphemetur, neq; adipiſcãtur ab imperitis exiſtimationẽ bonã, qđ poma ſignificant, & qđ neceſſariũ eſt ad exhortationẽ diſcentiũ. Sed vt hãc curam ſuſcipiant, inuiti cogũtur. Satis hoc ſignificatũ eſt, ꝙ cũ veniret de agro Iacob occurrit ei Lia, eũq; detinẽs ait: Ad me intrabis &c. Quaſi, ſi doctrinę quã diligis, vis conferri bonã opinionẽ, noli fugere officioſũ laborẽ. Hæc in eccleſia geri quiſq; aduertit & cernit, quia de toto orbe terrarũ veniũt homines ab operibus ſeculi, vt tranſeant in otiũ cognoſcendæ veritatis, tanquam in amplexum Rachel, ſed accipiuntur de trãſuerſo eccleſiaſtica neceſſitate, & ordinantur in labore. Acſi dicat Lia: Ad me intrabis. Quibus caſtè myſterium diſpenſantibus, vt in nocte ſæculi generent fidei filios, laudatur à populis etiam illa vita, cuius amore conuerſi ſpem ſæculi reliquerunt, & ex cuius profeſſione ad miſericordiam regẽdę plebis aſſumpti ſunt. Id enim omnibus laboribus agunt, vt profeſſio ex qua ſe conuerterunt, quia tales rectores dedit, latius glorificetur: tanquàm Iacob non recuſante noctem Liæ vt Rachel pomis ſuaueolentibus & nitentibus potiatur: quæ etiam præſtante Dei miſericordia vix tandem parit. Perrarum enim eſt, vt quòd in principio erat verbum, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum, & quicquid de hac re piè & ſapienter dicitur, ſine phantaſmate carnalis cogitationis ſalubriter vel ex parte capiatur. *Auguſtinus.* Egreſſus autem Ruben &c.

De hoc

*alias ſ ſua: in qua.* — Erit, habitabit. — Zabulon. — Dina. — Dat Deus cõceptum Racheli. — Ioſeph. — Petit Iacob ſe dimitti, & mercedẽ ſibi dari. — *Contra Fauſtum Manichæum. lib. 22. c. 56.*

autem Ruben tempore meſſis tri- a
a ¶Poma pulchra odore ſed inſipida.
ticeæ in agrum, reperit mandragoras, b quas matri Liæ detulit. Di- c
xitque Rachel: * Da mihi partem de mandragoris filii tui Illa reſpondit: Parum ne tibi videtur, quòd d
præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac e
nocte pro mãdragoris filii tui. Redeuntique ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait: Ad me (inquit) intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormiuit cú ea nocte illa: & exaudiuit Deus f
preces eius, concepitque & peperit * filium quintũ, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo: appellauitq; g
a ¶Eſt merces. Is enim vir dicitur, Achar merces. Quia introitum viri Rachel debitum, mandragoris filii emerat. b ¶Laborans.
nomen eius Iſſachar. Rurſum Lia h
concipiens peperit ſextum filium, * & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac uice mecum erit i
maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios: & idcirco appellauit k
a ¶Habitaculum: in libro Hebræorum nominum uiolenter fluxus noctis interpretatur.
nomen eius Zabulon. Poſt quem
a ¶Cauſam, quia in Sichimis iurgium exſtitit.
peperit filiam nomine Dinam.
a ¶Quæ interpretatur ouis.
Recordatus quoque Dominus Ra- l
chelis exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit, & peperit filium, dicens: Abſtu- m
lit Deus opprobrium meum. Et n
a ¶Augmentum.
vocauit nomen eius Ioſeph, dicens: Addat mihi dominus fi- o
lium alterum. Nato autem Io- p
ſeph, dixit Iacob ſocero ſuo: Dimitte me, vt reuertar in patriam meam & ad terram meam. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu
¶Quaſi iam debetis eſſe magiſtri propter tempus.
verò noſti ſeruitutem qua ſerui-

NICO. DE LYRA.

G

¶ *deſiderio prolis adoptiuæ ad preces ſuas Iacob accepit ancillam ſuam vxorem: ideo Dominus eius deſiderium approbans, dedit ei iterum filios naturales. Cuius rei modus & ordo deſcribitur cum dicitur, Egreſſus autem Ruben primogenitus Liæ, qui iam aliquantulum creuerat.*

a Tempore meſſis triticeæ. *Quæ eſt poſt meſſem hordei.*

b Reperit mandragoras. *Id eſt poma mandragoræ, quę ſunt pulchra et odorifera.*

c Dixitque Rachel: Da mihi &c. *Dicunt aliqui quòd iſta poma accepta in eſcam: adiuuant in mulieribus virtutem concipiendi, vnde & radix habet ſimilitudinem humanam. & eſt ibi arbor maſculina, cuius radix habet ſimilitudinem hominis: & fœminina, quę habet figuram fœmininam. Auguſt. verò dicit, quòd occaſione huius paſſus quæſiuit diligenter de natura huius pomi, & non inuenit quòd haberet talem virtutem. & ideo dicit ſe non vidiſſe cauſam quare Rachel concupiuit, niſi propter pomi raritatem, & ſuauitatem.*

d Parum ne tibi &c. *Sicut enim ſupra dictum eſt, Rachel reſpectu aliarum habebat prærogatiuam: tamen in hoc excedebat.*

e Dormiat tecum &c. *Illa enim nocte debebat eſſe cum Rachele ſecundum circulum reddendi debitum ſuis vxoribus. ſed Rachel conceſſit ſorori ſuæ. Sequitur,*

f Et exaudiuit Deus preces eius. *Ex quo patet, quòd ad concubitum, Iacob non mouebatur libidine, ſed amore prolis habendæ ad cultum Dei. Sequitur,*

g Appellauitque nomen eius Iſſachar. *Id eſt merces: cuius rõ præponitur in littera.*

h Rurſum Lia concipiens peperit ſextum filium: *Naturalem præter duos adoptiuos.*

i Mecum erit maritus meus, *Libentius mecum habitando.*

K Et idcirco appel. no. eius Zabulon. *Ideſt habitaculum.*

H

l Recordatusque. *Hic agitur de filio naturali Rachelis, cui poſt multas preces, & deuotas Dominus dedit filium, pro quo dixit,*

m Abſtulit Deus oppro. meum. *Scilicet ſterilitatis, quia ſcriptum eſt Deut. Non erit apud te ſterilis.*

n Et vocauit nomen eius Ioſeph. *Quod ſonat additamentum. & cauſa huius nominationis ſubditur,*

o Addat mihi Dominus filium alterum, *Scilicet naturalem. & ex deſiderio habendi ſecundum, nominauit primum. Si diligenter conſiderentur prædicta, non poteſt Iacob notari de aliqua incontinentia circa pluralitatem vxorum, quia non petiuit niſi vnam ſcilicet Rachelem. Quod autem alia fuit ſibi ſuppoſita, fuit ipſo ignorante & nolente, ſed poſtea conſenſit Deo hoc ordinante & Laban compellente. Ancillas autem accepit ad preces vxorum, & amore prolis, non ductu libidinis. Ex quibus patet, quod duabus ſororibus vſus eſt temperanter, ancillis obtemperãter, nec vlla intẽperanter. De Lia & Rachele hoc patet ex modo introducẽdi ancillas, & ex hoc quod Deus dicitur audiſſe preces earum in conceptu, quòd non mouebantur aliqua libidine, ſed prolis amore ad Dei cultum. Sciebant enim Iacob à Deo electum, vt ex eius filijs nominarentur capita tribuum Iſrael, & quòd Chriſtus ex eius filijs erat naſciturus: & ideo non eſt mirum ſi deſiderabant habere prolem ab ipſo non ſolum naturalem, ſed etiam adoptiuam, quia neſciebant de qua Chriſtus naſceretur.*

p Nato autem Io. *Hic cõſequenter deſcribitur ipſius Iacob ſtatus quãtum ad ampliationem bonorum temporalium, vbi primo deſcribitur*

¶ ipſius Iacob

MORALITER.

* p *Nato autem Ioſeph &c.* Generatis autem filijs ſpiritualibus per ſanam doctrinam, & acquiſitis diuitijs meritorum per vitam exemplarem, quærit prædicator religioſus, qui per Iacob ſignificatur, ad clauſtrum redire, ad explorandum propriam conſcientiam, & ad meditandum de exitu præſentis vitæ per mortem: ſed aliquando bonus prælatus vel curatus nititur eum retinere, dicens:

* *Inueniam*



De hoc autẽ genere opinari quoſdã ſcio, ꝙ acceptũ in eſcã

A ſterilibus fęminis fecũditatẽ pariat, & ideo iſtitiſſe Rachel, vt hoc acciperet, qđ ego nõ arbitror; nec ſic tũc concepiſſet. Nũc verò cũ poſt duos Lię alios ab illa nocte partus Dominus eã ꝑle donauerit, nihil eſt qđ de mãdragora tale aliquid ſuſpicemur quale in nulla fęmina experti ſumus. Cum enim mala hęc ipſe vidiſſem, & propter ſacræ lectionis hunc locũ mihi obtigiſſe gratularer (rara enim eſt res) naturam eorum, quantum potui, perſcrutatus ſum, non aliqua à communi ſenſu remotiore ſciẽtia, quæ docet virtutes radicum, & poteſtates herbarũ, ſed quantum renuntiat viſus olfactus & guſtus, rem comperi pulchram, ſuauem, olẽtem, ſapore autem inſipido. Cur ergo eam mulier tantopere cupierit neſcio, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris iocunditatem.

a *Gyra omnes greges &c. Hiero.* Multum apud Septuaginta cõfuſus eſt ſenſus, & vſq; hodie nullum potui inuenire noſtrorũ, qui hunc locũ planè exponeret. Vis inquit Iacob me ſeruire tibi alios ſeptem annos? fac quod poſtulo, Separa omnes diſcolores & varias, tam oues quã capras & trade in manu filiorum tuorum, & ex vtroq; grege, alba, & nigra pecora, id eſt vnius coloris da mihi. Si quid igitur ex albis & nigris, quæ vnius coloris ſunt varium natum fuerit, meũ erit. Si quid vnius coloris, tuum. Quaſi rẽ difficilem non poſtulo, tecum facit natura pecorũ, vt alba ex albis, & nigra naſcantur ex nigris. Mecum iuſtitia mea, dũ Deus humilitatẽ meam reſpicit & laborem. Optionẽ Laban datam libenter arripuit, & ita vt Iacob poſtulabat faciẽs, triũ dierũ iter, inter Iacob & filios ſuos ſeparauit, ne qs dol⁹ ex vicinitate pecoris naſceretur. Ita Iacob nouã ſtrophã cõmẽ-

B tus eſt. Et contra naturã albi & nigri coloris, naturali arte pugnauit. Tres enim virgas populeas, & amygdalinas, & mali granati (quãquã ſeptuaginta ſtiraceas, & nuceas, & plataninas habeãt) ex parte decorticãs, variũ uirgarũ fecit colorẽ, vt ubicũq; in uirga corticẽ reliquiſſet, antiquus remaneret color: vbi tuliſſet corticẽ, cãdidus pãderet. Obſeruabat ergo Iacob tẽpus quo pecora aſcẽdebãtur, & cũ poſt calorẽ diei ad potãdũ auidè pergerẽt, diſcolores uirgas ponebat in canalibus: & admiſſis arietib⁹ & hircis, ĩ ipſa potãdi auiditate oues & capras faciebat aſcẽdi, ut ex duplici deſiderio dum & auidè bibunt & aſcenduntur à maribus, tales fœtus conciperent, quales umbras arietum & hircorum deſuper aſcendentium in aquarum ſpeculo contemplabantur. Ex uirgis enim in canalibus poſitis uarius erat imaginũ color. Nec mirũ hanc in conceptu fęminarum eſſe naturã, ut qualẽ cõſpexerint, ſiue mente conceperint in extremo uoluptatis ęſtu quo cõcipiunt, ſobolẽ talẽ procreẽt: cũ hoc ipſum ĩ equarũ gregib⁹ ẽt apud Hiſpanos euenire dicat. Et Quintilianus in cõtrouerſia qua accuſat matrona ꝙ ęthiopẽ pepit: ꝓ defenſione illi⁹ argumẽtaẽ hãc cõceptuũ eſſe naturã, q̃ ſ. diximus. Et ſcriptũ reperit ĩ libris Hippocratis ꝙ q̃dã ſuſpitione adulterij fuerat puniẽda, cũ pulcherrimũ peperiſſet utriq; parẽti generiq; diſſimilem, niſi memoratus medicus ſoluiſſet q̃ſtionẽ, monẽs q̃rere, ne forte talis pictura eſſet in cubiculo; qua inuẽta, mulier à ſuſpitione liberata eſt. Iacob callidus, iuſtitiã ẽt in noua arte ſeruabat. Si.n. omnes agni & hœdi uarij fuiſſent, erat ſuſpitio doli, & apertè Labã inuidus contrà iſſet. Sic ergo tẽperauit, ut laboris fructũ acciperet, & Laban non penitus expoliaretur. Sed quando oues & capræ primo tempore aſcendebantur (quia melior eſt uernus fętus) anteponebat uirgas, ut uaria naſcerentur. Quãdocunque uerò oues & capræ ſerò quærebant marem, non anteponebat, ut unius coloris naſcerentur pecora: & quicquid prius naſcebatur, ſuum erat quia uarium; quicquid poſtea, Laban; quia unius coloris. Quia autẽ ſcriptum eſt, ut in uirgis conciperent, uim hebręi uerbi, niſi circuitu exprimere non poſſum. לֵיחַמְנָה Leiachmenah. n. propriè dicitur ex- C

ui tibi. Ait illi Labã: Inueniã * gra- †
tiam in conſpectu tuo. Experimento didici, qa benedixerit mihi De⁹ propter te: conſtitue mercedem tuam quã dem tibi. At ille reſpondit: Tu noſti quomodo ſeruierim
a ¶Operibus.
tibi, & quãta in manibus meis fue-
a ¶Chariſmatum diſtributio. b ¶Tantum quantum natura contulerat.
rit poſſeſſio tua. Modicum habui-
a ¶In eo quòd gratia contulit.
ſti antequàm uenirẽ ad te, ẽt nũc diues effectus es: benedixitq; tibi Deus ad introitum meum: iuſtum eſt igitur ut aliquando prouideã * do-
¶Iudeæ.
mui meæ. Dixitque Laban: Quid a b
a ¶De tuo munere
tibi dabo? At ille, ait: Nihil uolo: c
a ¶Id eſt, ſi permiſeris oues meas uocem meam audire.
ſed ſi feceris quod poſtulo, iterum d
a ¶Lacte alam. b ¶Ab incurſu luporum.
paſcam & cuſtodiam pecora tua.
a Gyra omnes greges tuos, & ſepa- e
ra cunctas oues uarias, & ſparſo uellere: & quodcunque furuum, & f
¶Aſtitit regina a dextris tuis circũdata uarietate. Pſ. xliiij. c.
maculoſum, uariumque fuerit tàm in ouibus quã in capris, erit merces g
¶In futuro.
mea. Reſpondebitq; mihi cras iu- h i
ſtitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te: & omnia quæ k
¶Qui imitari noluerint, ſed in uitiis ſibi innatis perdurauerint, non erunt ouilis mei.
non fuerint uaria, & maculoſa, & furua, tam in ouibus quàm in capris, furti me argues. Dixitque La- l m
ban: Gratum habeo quod petis. Et n
ſeparauit in die illa capras, & oues, hyrcos, & arietes uarios, atq; maculoſos: cunctũ autem gregem uni- o
colorem, id eſt albi & nigri uelleris, tradidit in manu filiorum ſuo-

NICO. DE LYRA.

¶ *ipſius Iacob petitio iuſta. Secundò pactio grata ibi, Dixitque Laban. Tertiò prouiſio cauta, ibi, Tollẽs ergo Iacob. Circa primũ conſiderandũ ſicut prius dictum eſt, poſt natiuitatẽ Ioſeph ſatis citò compleuit Iacob ſeruitium ſuum. xiiij. annorum & ideo petebat licentiam redeundi ad terram ſuam cum vxoribus & liberis, quod iuſtè nõ poterat ſibi denegari: ſed Laban videns moram ipſius Iacob ſibi vtilẽ, eo quòd propter bonitatem Iacob Dominus multiplicauerat bona ipſius Laban, ideo nitebatur adhuc eum retinere. Et patet littera.*

a Dixitque Laban. *Hic ponitur pactio grata. Ad cuius intellectum cõſiderandum, quòd iſta fuit petitio Iacob quod de gregibus ouiũ & caprarũ ipſius Labã, quę erãt ſub cura Iacob, auferentur omnia aĩalia ruſa & maculã aliquam in vellere habẽtia: & traderẽtur filijs Laban cuſtodiẽda. Illa autem quæ eſſent totaliter alba vel totaliter nigra, remanerẽt ſub cuſtodia Iacob: & fętus qui naſcerentur ex eis totaliter albi vel totaliter nigri, eſſent ipſius Laban cum animalibus ex quibus naſcebantur, quæ ſimiliter erant totaliter alba, vel totaliter nigra: fœtus autem qui eſſent maculoſi vel ruſi eſſent ipſius Iacob. & iſtud pactum fuit gratum ipſi Laban, quia quod fœtus nigri naſcerentur ex nigris, & albi ex albis, erat ſecundum conſuetum curſum naturæ, & ideo Laban habuit gratam iſtam pactionem tanquàm ſibi vtilem. Talis autem fuit pactio ſecundum omnes expoſitores catholicos & hebræos: & ideo ſecundum hoc exponenda eſt ſequens ſcriptura, quæ eſt ſatis obſcura duplici de cauſa. Vna eſt, quia breuiter & ſuccinctè loquitur, & plura ſub intelliguntur quæ non exprimũtur. Alia cauſa eſt, quia translatio noſtra hic multum diſcrepat a littera hebraica, vt uidebitur. Accedamus ergo ad litteram. Dixitque Laban, deſiderans eius moram ſecum,*

b Quid dabo tibi. *Quaſi vellet ſibi gratiam facere, cum tamen intenderet decipere.* D

c At ille ait, Nihil volo. *ſ. gratis, ſeruiam ſi feceris qđ poſtulo, ꝓ mercede laboris mei.*

d Iterum paſcam &c. Gyra omnes greges *Id eſt diligenter conſidera.*

e Et ſepara cunc. &c. *Quę non ſunt totaliter albæ, vel totaliter nigræ, illas amoue de manu mea, & pone in manu filiorum tuorum.*

f Et quodcunque &c. *Quantũ ad fœtus qui naſcentur de cetero de gregibus vnius coloris, qui remanebunt ſub manu mea.*

g Erit mer. mea &c. *Et quia hoc uidetur cõtra curſum naturæ, ideo ſubditur.*

h Reſpondebitq; mi. cras, *Ideſt in futuro.*

i Iuſtitia mea. *Si contra conſuetum modum naturæ ex gregibus vnius coloris naſcantur varij & maculoſi qui debent eſſe mei, argumentum eſt iuſtitię meæ.*

k Et omnia &c. *Tàm in ouibus quàm in capris, ſi alia inueniantur inter illa quę cedent in partem meam.*

l Furti me argu. *Id eſt habeas me pro conuicto de furto.*

m Dixitque &c. *Quia curſus naturæ erat pro eo.*

n Et ſeparauit &c. *Ad tradendum filijs ſuis.*

o Cũctũ au. &c. *Iſtud videẽ cõtradicere ei qđ dictũ eſt. ſ. qđ varia tradita ſunt in manibus filiorũ Labã, & vnicoloria remãſerũt in manu Iacob, et ideo aliter exponũt doctores noſtri hoc vno modo ſic. In manu filiorũ ſuorũ. i. in manu filiorũ Iacob: qui erãt paſtores ſub eo. Sed hæc expoſitio videtur falſa, quia iſtud pactũ fuit inter Iacob & Laban immediate poſt natiuitatẽ Ioſeph, vt patet ex prædictis. Itẽ probatum eſt ꝙ à tempore quo Iacob accepit vxorem primam, vſque ad natiuitatem*

¶ Ioſeph

Ditauit Deus ipſũ Laban propter Iacob. — * etiam. — Iacob varij coloris oues ex unicolorib. natas mercedẽ petit.

MORALITER.

* *Inueniam gratiam in conſpectu tuo:* Vt paſcas adhuc gregẽ meum verbo & exemplo. Sed quoniam non omnes prælati, & curati laborem fratrum habent gratum, qui tamen per Laban ſignificantur ſicut & grati, & hoc propter identitatem officij, ideo pro talibus ingratis dicitur infra, quòd Laban defraudare quæſiuit Iacob. i. prædicatorem mercede debita: per quam intelligitur ſubſidium tẽporale, quod licet non ſit merces principalis, eſt tamen merces ſecundaria, ſicut dr̃ Lucæ. de prædicatoribus, Dignus eſt enim operarius mercede ſua. propter quod in recompenſationem huius ſubditur. *Lucæ 10*



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL